Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
18 A
3

14-21.a.18

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PHYSICORVM

LIBRI VIII.

Omniaq; Opera, quæ ad Naturalem Philoſophiam ſpectare videntur.

PARS TERTIA.

Summæ, & Capitum diuiſiones, explanationeſque ex Simplicio, Ioan. Gram. & Auerroe.

CVRTII MARINELLI *Solutiones Quæſtionum in lib. Phyſicorum à grauioribus philoſophis acceptæ.*

CVM PRIVILEGIO.

Ex lib. Lud. Condulmerij



ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS. M D LXXXV.

QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Phyſicorum libri v i i i.
De Cœlo libri i i i i.
De Generatione,& corruptione li.ii.
Meteorologicorum libri i i i i.
De Anima libri i i i.
De Senſu,& Senſibus.
De Memoria,& Reminiſcentia.
De Somno,& Vigilia.
De Inſomnijs.
De Diuinatione per Somnium.
De Longitudine, & Breuitate vitæ.
De Iuuentute, & Senectute, & Vita, & Morte, & Reſpiratione.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM Principis de Phyſico Auditu

LIBER PRIMVS.

Summa, & diuiſio in cap.1. & lib.1.

Cum Ariſ. de rebus naturalibus eſſet ſcripturus, veluti de cælo, de elementis, de mixtis tum inanimatis, tum animatis; propoſuit ſe prius de eorum cauſis, ac principiis eſſe dicturum: nam cauſę, & principia rerũ cognitionem maximè pariunt. Itaque in his libris Phyſi. recitat quæ, & quot ſint naturalium rerum principia, & cauſæ: ac præterea quæ, & quot ſint ea, quæ ea comitentur. Vtitur autẽ ea ratiocinationis forma, in qua proponitur primùm quibus de rebus ſermo ſit: deinde exponitur propoſitum. Proponit igitur, cum perfectam à principiis, & cauſis adipiſcamur ſcientiã, ſe velle de his loqui: atque id his verbis [Manifeſtum eſt, quòd & ea, quæ ſunt circa principia] rationẽ verò reddit ſic [Quoniam cognoſcere, ac ſcire] quam confirmat, cum ait [tunc enim putamus] ſed, cũ principia, & cauſæ aliæ ſint nobis notiores, aliæ naturæ, quemadmodum refert, cum inquit [innata autem eſt ex notioribus nobis uia] propoſitum moderat, & dicit [Quapropter neceſſe eſt ad hunc modum] atque hinc duplicem docẽdi uiam, & modum intelligimus, quem compoſitiuum, & reſolutiuum nominant. his adda-

addatis tertium,qui definitiuus dicitur. Explanat poſtea, quæ nam ſint ea, quæ nobis ſint manifeſtiora principia,& aſſerit confuſa,& vniuerſalia.unde tertiò repetit propoſitum dicens de principijs,& cauſis nobis notioribus,quæ confuſa, & vniuerſalia exiſtũt ſe eſſe ſcripturum,& ait [Quapropter ex vniuerſalibus] comprobat autem tribus rationibus à ſigno deſumptis huiuſmodi principia eſſe eligenda.harum prima eſt [Totum enim] ſecunda [Patiuntur autẽ hac] tertia [ac pueri primum] Summa autem huius libri, & capitis eſt ex Auerroe.

A' tex.1.ad 6.docet Ariſt.modum procedẽdi in philoſophia naturali,hoc eſt à notioribus nobis,ac uniuerſalibus ad notiora naturæ.

A' tex.6.ad 32. confutat ueterum ſententias non naturaliter loquentium.

A' tex.32.ad 41. ijs contradicit,qui infinita faciũt principia.

A' tex.41.ad 60.tria eſſe rerum naturalium principia demonſtrat.

A' text.60. vſque ad finem libri differit de materia prima,ac priuatione.

Caput Primum huius ſcientiæ propoſitum declarant.

Tex. 1. QVONIAM cognoſcere,ac ſcire contingit circa oẽs methodos,quarum ſunt principia,aut cauſæ,aut elementa, ex horum cognitione: tunc eñ putamus cognoſcere vnumquodquè, cũ cauſas primas cognouerimus, & principia prima,& vſque ad elementa: manifeſtum eſt, ꝙ & ea, quæ ſunt circa principia ſcientiæ,quæ de natura eſt,primùm determina
Tex. 2. re tentãdum. ¶Innata autem eſt ex notioribus

nobis via, & manifeſtioribus ad manifeſtiora naturæ, & notiora: non enim ſunt eadem & nobis nota, & ſimpliciter. Quapp neceſſe eſt ad hunc modum procedere ex immanifeſtioribus quidem naturæ, nobis autem manifeſtioribus ad manifeſtiora naturæ, & notiora. ¶ Sunt autē primùm nobis dilucida, ac manifeſta confuſa magis: poſterius autem ex his nota fiunt elemēta, & principia ijs, qui diuidunt hæc. ¶ Quapropter ex vniuerſalibus ad ſingularia procedere oportet. totum enim ſecundum ſenſum notius eſt: vniuerſale autem totum quoddam eſt: multa enim comprehendit, vt partes, vniuerſale. ¶ Patiuntur autem hoc idem quodammodo, & nomina ad rationem: totū enim quoddam, & indiſtinctè ſignificant, vt circulus: definitio autem ipſius diuidit in ſingula. Ac pueri primùm quidem omnes viros patres appellant, & matres fœminas: poſterius autem determinant horum vtrunque.

Tex. 3.
Tex. 4.
Tex. 5.

Explanationes ex Simplicio, Ioan. Gram. & Auer. tranſlatæ.

Principia, aut cauſæ, aut elementa] quia artium ſpeculatiuarum, aut earum partium ſunt quædam, quæ cōſiderant de rebus ſimplicibus carentibus principijs, & hæc eſt diſpoſitio ſcientiæ conſiderantis de primis principijs cuiuſlibet entis [principia] .i. cauſæ agentes, & mouentes. [cauſæ] .ſ. finales [elementa] .i. partes rei, quæ ſunt materia, & forma [aut] ſumitur diſiunctiuè, & non copulatiuè [cauſas primas] .i. cauſas exiſtentes in re primas, non compoſitas, vt eſt prima materia, & vltima forma [principia prima] .i. primas cauſas exiſtentes extra rē, hoc eſt primum agentem, & vltimum finem [elementa]

.i.cauſas exiſtentes in re propinquas, & eſſentiales [manifeſtum eſt].i.ex hoc ſequitur [uia] ſ.inducens ad cognitionem rerum naturalium [ex notioribus vobis, & certioribus ad manifeſtiora naturæ] .i. ex propoſitionibus acceptis ex rebus poſterioribus in eſſe, quæ ſunt notiores, & manifeſtiores apud nos ad concluſiones priores in eſſe, quæ ſunt notiores apud naturam [ſimpliciter] .i. naturaliter [notiora naturæ] .i.cauſæ quæſita [confuſa].i.compoſita producta ab elementis] ex vniuerſalibus] .ſ.uniuerſaliſsimis, quæ poſſunt inueniri in rebus naturalibus, hoc eſt de cauſis & accidentibus[particularia] .i. ultimæ ſpecies [multa] .i.multas ſpecies [rationem] .i. definitionem [quodammodo] ſic inquit Ariſt. quoniam illa, quæ ſignificant nomina ſpecierum aſsimilantur vniuerſali inquantum continet cauſas, ex quibus conſtituitur ſpecies [in ſingula] in genus. ſ. vt differentiam [primum] .i. in principio comprehenſionis [poſterius] .ſ.cum roboratur intellectus.hæc Auer. Alfarabius autem exponens vbi legitur[Vnumquodque ſcire putamus cum cauſas &c.] aſſerit principia ſignificare communes animi conceptiones, & cauſas propoſitiones, & propria princ. demonſtrationis, & hoc uſque ad elementa.i.vſque ad ea, quæ ingrediuntur concluſionem. D.Tho. hoc pacto explanat [intelligere] refertur ad definitiones [ſcire] ad demonſtrationem[principia].i.cauſas agētes, ac mouentes[cauſas] .ſ.formales, & finales [elementum] .i. proprias cauſas materiales, & ſic explicat D. Tho. etiamſi Auer.contrà [vſque ad elementa] quia.ſ.id, quòd eſt vltimum in cognitione eſt materia [notiora naturæ] .i.nota ſecundum ſe, & ſecūdum propriam naturam [Confuſa].i. indiſtincta multa continentia in potentia, vt vniuerſale [totum].ſ.ſenſibile [uniuerſale autem totum] .ſ. intelligibile [partes] .i. ſua inferiora

[diuidit

[*diuidit in ſingularia*] *.i.diſtinctè ponit principia de finiti* [*determinant*]*.i.determinatè cognoſcant vnũquodque, & Simp. auctoritate Alex. vocat principium propriè efficiens, cauſam cuius gratia, & formam: elementum verò materiam & Burl. cũ Ariſt. cũ ait* [*ex vniuerſalibus ad ſingularia*] *intelligit per vniuerſalia vniuerſaliſſima.ſ.materiam, & formam in cõmuni, et ꝑ ſingularia principia in ſpeciali, ut materiam, & formam hominis, & Aegid. dicit* [*intelligere, & ſcire,*] *quia intelligere dicit actum intellectus ſimplicem, ſecundum quem formatur def. ſcire autem reſpicit intellectum componentem, ſecundum quem formatur enunciatio.* [*ex uniuerſalibus*] *.i.cõfuſis* [*ad ſingularia*] *in diſtincta. Quidam ſcribit* [*cognoſcere, & ſcire*] *quòd ſcire tantum competit intellectui, & cognoſcere tam ſenſui, quàm intellectui: vt explicaret ſe loqui de cognitione cum ratiocinatione, & diſcurſu* [*Methodos*] *.i.ſcientias,* [*cauſas primas*] *.i.proprias cauſas* [*prima principia*]*.i.proxima* [*elementa*] *.i.ſummas cauſas, ex quibus res fiũt, & ſunt* [*confuſa*] *.i.magis vniuerſalia.*

Summa Secunda Antiquorum. opiniones de principijs naturalibus examinans, uſq; deſtruens. huius Pars prima opiniones enumerans, uſq;, qui in hac ſcientia errorem non proprium commiſerunt, contradicens.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

Propoſitum exponit Ariſt. atque narrat non quæ ſint principia, ſed quot ſint, & qualia, ac primum opiniones Antiquorum demonſtrat, quorum alij phyſicè ſcripſerunt, alij minimè, vt Parmenides, et Meliſſus, qui motum, & entium multitudinem delent. de his more diuidentium explicat ſententiam his verbis incipiens

cipiens [Neceſſe eſt autem aut unum eſſe principium] deinde ait naturalem non oportere cum his diſputare, neque eorum rationem ſoluere litigioſam. Quòd Philoſophus naturalis diſſerere cum his non debeat, oſtendit duplici ratione. prima eſt [ut enim & Geometra] ſecunda [ſimile itaque eſt] Quòd autem non oporteat rationes Parmenidis, & Meliſſi ſoluere, duabus probat rationibus. prima eſt [etenim falſa accipiunt] ſecunda [Nobis autem ſupponatur] tamen, cum non phyſicè liceat, metaphyſicè contra eos arguere proponit ſic [ſed quoniam de natura.]

Caput Primum opiniones de principijs, & earum auctores complectens.

Tex. 6. NECESSE eſt autem aut vnum eſſe principium, aut plura. Et, ſi vnum, aut immobile, vt dicunt Parmenides, ac Meliſſus: aut mobile, ut Phyſici. hi quidem aerem aſſerentes eſſe. alij verò aquã primũ principiũ. Si uero plura, aut finita, aut infinita. Et, ſi finita, plura aũt uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut ſecũdùm alium quempiam numerum. Et ſi infinita, aut ſic vt Democritus, genere quidẽ vnum, figura verò, vel ſpecie differentia, aut etiam cõ-

Tex. 7. traria. ¶ Similiter autem quærunt & quærentes quot ſunt ea, quę ſunt. ex quibus enim ſunt ea, quæ ſunt, quęrunt primùm utrum hæc vnũ, an multa ſint. &, ſi multa, finita, an infinita. quare principium, ac elementum quærunt vtrum

Tex. 8. ſit vnum, an multa. ¶ Itaque ſi vnum, atque immobile ſit id, quod eſt, conſiderare, non eſt de natura ſpeculari. Vt enim & Geometræ nõ amplius eſt ratio ad eum, qui deſtruit principia,

ſed

ſed aut alterius eſt ſcientiæ,aut omnium communis:ſic neque ei, qui de principijs. nō enim amplius principium eſt, ſi vnum ſolum, & ita vnum eſt. aut enim principium cuiuſdam, aut aliquorum eſt. ¶ Simile itaque eſt conſiderare Tex. 9.
an ſic vnum eſt,& ad aliam quamlibet poſitionem ſermonis gratia dictam diſputare, ut Heracliteam,aut ſi quis dicat hominem vnum,id, ꝙ eſt, eſſe. ¶ Aut ſoluere litigioſam rationem. Te. 10.
quod vtræque quidem habent rationes & Meliſſi, & Parmenidis: etenim falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. magis autem Meliſſi onerosa eſt, & non habens dubitationem. ſed vno inconuenienti dato alia contingunt. hoc autem nihil difficile eſt. ¶ Nobis autem ſuppo- Te. 11.
natur ea,quæ ſunt natura,aut omnia,aut quædam moueri. manifeſtum eſt autem ex inductione.Simul autem neque conuenit omnia ſol uere, ſed quæcunque ex principijs aliquis demonſtrans mentitur,quæcunque verò non, mi nimè,vt tetragoniſmum,eum quidem, qui per ſectiones Geometrici eſt diſſoluere:illū autem, qui Antiphontis, non Geometrici eſt. ¶ Sed, Te. 12.
quoniam de natura quidem non autem naturales dubitationes contingit dicere ipſos, forſitan quidem bene ſe habet aliquantulum diſputare de ipſis. habet enim philoſophiam hæc conſideratio.

EXPLANATIONES.

Principiū].*ſ.exiſtens in re* [*immobile*].*i. intranſmutabile* [*Phyſici*] .*i. Philoſophi naturales* [*hi*] *ut Diogenes* [*alij*] *ut Thales* [*genere vnum*] .*i. eadem genere* [*ſpecie*] .*i. forma* [*contraria*] .*i. diuerſitate contraria. primò ſecundum figuram ut curuum, & rectum;*

rectum: deinde ſecundum ordinem. ſ. prioris, & poſterioris, vel ſecundum poſitionem loci. ſ. ante, & retro &c. [ſimiliter] .i. ſupradicto modo [ea quæ ſunt] .i. entia. [ex quibus]. i. ex quibus cauſis materialibus [hæc]. ſ. entia. [principium, & elementũ]. i. cauſam materialem [non eſt de natura ſpeculari]. i. non pertinet ad naturalem hæc perſcrutatio [principia]. ſ. ſua [alterius] .i. ſuperioris [omnium] .ſ. ſcientiarum, ut metaphyſicæ [ſic neque ei, qui de principijs]. i. ſimiliter de principijs notis per ſe non oportet loqui in hac ſcientia [unum ſolum]. i. unum ens ſolum [& ſic unũ] .ſ. immobile [ſermonis gratia] .i. falſam, vel improbabilem [Heracliteam] .i. ſententiam Heracliti ponentis omnia ſemper moueri [id quod eſt]. i. ens [aut ſoluere] .i. non eſt proprium Philoſophi naturalis ſoluere [litigioſam] .i. ſophiſticam [falſa] .i. falſas propoſitiones, quæ peccant, & in materia, et in forma [oneroſa] .i. ratio uana, & fatua [quæ ſunt natura]. i. naturalia [omnia]. i. omnes rationes [mentitur] .i. concludit falſum [ſectiones] .ſ. circumferentiæ [illum]. ſ. quadratum Antiphontis ſupponentis contraria principia Geometriæ [de natura] i. de rebus naturalibus [de ipſis]. i. de horum opinionibus [Philoſophia]. ſ. prima, nempe Metaphyſica.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

Arguit igitur contra illam Parmenidis,] & Meliſſi ſententiam, quæ erat Omnia eſſe vnum. Argumenta autem, ſiue rationes duas producit: altera à diuiſione entis ſumitur. vnde ait [Principium autem maximè] vbi concludit ens vnum non reperiri tantum. Alteram accipit ab Vnius ſignificatu: multa enim ſignificat, ut aperit hoc loco [Amplius quoniã & ipſum unum multipliciter] ſed dubitationem afferunt totum, & partes, vtrum vnum ſint, an plura, ibi.

[*Habet*

[*Habet autem dubitationem*] *hanc hypotheticè ſoluit ſic* [*& ſi toti unum*] *ſed cum ij, qui rationem Parmenidis, & Meliſſi ſequebantur, errorem perciperet, celarentq; verbis, vt ſcribit* [*Conturbabantur autem*] *contra eos hanc profert concluſionem Ariſt. Idem eſt vnum, & multa, & triplici ratione confirmat. vnde legitur* [*ſed multa ſunt quæ ſunt*] *prima ratio eſt* [*aut ratione &c.*] *ſecunda* [*aut diuiſione*] *tertia* [*non autem oppoſita.*]

Caput Secundum, opiniones non naturaliter loquentium deſtruens.

PRincipium autem maximè omnium proprium, quoniam multipliciter dicitur id, quod eſt, quo dicunt dicentes vnum eſſe omnia? vtrum ſubſtantiam omnia, an quanta, aut quália? & iterum vtrum ſubſtantiam vnam omnia, vt hominem vnum, aut equum vnum, aut animam vnam? an quale, vnum autem hoc, vt albũ, aut calidum, aut aliquid talium? hæc enim omnia differunt multum, & ſunt impoſſibilia dictu. Te. 13.

¶ Si enim erunt & ſubſtantia, & quale, & quantum, & hæc ſiue ſeparata adinuicem, ſiue non, multa ſunt quæ ſunt. Si verò omnia quale, aut quantum, ſiue cum ſit ſubſtantia, ſiue cum nõ ſit, inconueniens eſt, ſi oportet incõueniens dicere quod impoſſibile. nullum enim aliorum ſeparabile eſt præter ſubſtantiam: omnia nanque de ſubiecto dicuntur, ipſa ſubſtantia. Te. 14.

¶ Meliſſus autem quod eſt infinitum eſſe dicit. quantum itaque aliquid eſt quod eſt, infinitum enim in quanto eſt. ſubſtãtiam autem infinitam, aut qualitatem, aut paſſionem eſſe nõ contingit, niſi ſecundum accidens, ſi ſimul & quanta aliqua ſint. Infiniti enim ratio quanto Te. 15.

vitur,

vtitur,ſed non ſubſtantia, neque quali. Si igi-
tur & ſubſtantia eſt, & quantum, duo, & non
vnum eſt quod eſt. ſi verò ſubſtantia ſolum
ſit, non infinitum eſt, neque magnitudinem
habebit vllam. quantum enim quoddam erit.
Te. 16. ¶ Amplius, qm̄ & ipſum vnum multipliciter
dr̄,quemadmodum & quod eſt, conſiderandū
eſt quō dicunt vnum eſſe omne. dicitur enim
Vnum,aut cōtinuum,aut indiuiſibile,aut quo-
rum ratio eadem, & vna eſt ipſius quod quid
erat eſſe: quemadmodum merum, & vinum.
Te. 17. ¶Si igitur continuum eſt,multa eſt id,quod eſt:
in infinitum enim diuiſibile eſt continuum. Ha
bet autem dubitationem de parte,& toto. for-
taſſis autem nihil ad orationem, ſed ipſam ſe-
cundum ſeipſam, vtrum vnum, an plura ſint
pars, & totum. Et quomodo vnum,aut plura.
Et ſi plura,quomodo plura. Et de partibus non
continuis eadem eſt ratio. Et ſi toti vnum vtra-
que eſt,velut indiuiſibile,quoniam & ipſæ ſibi-
Te. 18. ipſis. ¶At verò, ſi velut indiuiſibile,nullum erit
quantum,neque quale. Neque itaque infinitū
eſt id,quod eſt,ſicut Meliſſus dicit; neque fini-
tum,ſicut Parmenides: terminus enim indiuiſi-
Te. 19. bilis eſt, neque finitus eſt. ¶ At verò, ſi omnia,
quæ ſunt, ratione vnum ſunt,vt indumentum,
& tunica, Heracliti orationem contingit ipſos
dicere. idem enim erit & bono & malo, &
non bono eſſe, & bono. quare idem erit bo-
num, & non bonum,& homo,& equus. & nō
de eo,quòd vnum ſunt,quæ ſunt,ratio erit,ſed
de eo,quòd nihil ſunt,& tali eſſe, & tāto idem.
Te. 20. ¶Conturbabantur autem & poſteriores,quem
admodum & Antiqui,ne fortè accidat ipſis idē
ſimul vnum eſſe, & multa. Quapp & alij quidē

ipſum. Eſt auferebant, quemadmodum Lycophron: alij autem mutabant dictionem, non vt homo albus eſt, ſed albatur, neque ambulans eſt, ſed ambulat: ne ipſum Eſt adijcientes, multa faciant eſſe vnum. Te. 21. ¶ Tanquàm ſingulariter dicto vno, aut ente. Sed multa ſunt quæ ſunt: aut ratione, vt aliud eſt albo eſſe, & muſico, eidem verò vtraque, multa itaque vnum: aut diuiſione, quemadmodum totum, & partes. Hic autem iam dubitabãt, & cõfitebantur vnum multa eſſe, tanquàm non contingeret idem vnum, & multa eſſe, non autem oppoſita. eſt enim vnũ & potentia, & actu. Te. 22. ¶ Hoc igitur modo dicentibus impoſſibile videtur, quę ſunt vnum eſſe. Et ex quibus oſtendunt, ſoluere non difficile eſt. vtrique enim cõtentioſe ſyllogizant, & Meliſſus, & Parmenides. nam & falſa accipiunt, & non ſyllogizantes ſunt. Eſt autem Meliſſi magis oneroſa ratio, & non habens dubitationem, ſed vno inconuenienti dato, alia contingunt. hoc autem nihil difficile eſt.

EXPLANATIONES.

Principium autem omnium proprium] quod .ſ. maximè eſt accipiendum ad diſputandum contra dicentes omnia eſſe unum [ſubſtantiam] .i. unum in ſubſtãtia [quanta, aut qualia] .i. aut unum in quantitate, aut unum in qualitate [ſubſtantiam unam] .i. particularem ut Socratem [vnum autem hoc] .ſ. numero [hæc] .i. uniuerſale, vel indiuiduum ſubſtantiæ, uel qualitatis, uel quantitatis [erunt] .ſ. unum [omnia] .ſ. eſſe unum [nullum enim aliorum ſeparabile] .i. nullum accidens poteſt eſſe per ſe [omnia] .ſ. alia præter quàm ſubſtãtia [quod eſt] .i. ens [in quanto] .i. in differentijs

ferentiſ quanti [ſi ſimul & quanta aliqua ſint] .i. ſi ultra hoc quòd ſunt uel ſubſtãtia, vel qualitates, accidat eis, quòd ſint quanta [ratio].i. definitio [quantum enim quoddã erit].i. ſi enim haberet magnitudinem ipſa ſubſtantia, eſſet quoddam quantum [ipſius quodquiderat eſſe].i.quidditas [multa].ſ.in potentia [ſed ipſam ſecũdũ ſeipſam] .i.ſed eſt quæſtio cõſideranda per ſe [ratio].i.quæſtio[utraque].ſ.pars[ipſæ ſibip ſis] .i. ipſæ partes ſibipſis partibus [uelut] .i. vnum ut [idem erit].i.eadem erit definitio [& tali eſſe, & tanto idem] .i. eadẽ erit definitio & quanti, & qualis [conturbabantur autem poſteriores].i. ſequentes Parmenidis & Meliſsi opinionem in dubitationem inciderunt [eſſe].i.dicere [auferebãt].i. à propoſitionibus auferebant [dictionem] .i. copulam in uerbum adiectiuum [ſingulariter] .i. uno modo [eidem verò utraque].i.ſubiecto autem ſunt eadem .ſ. album, & muſicum [multa itaque unum].i.multa itaque definitione, & unum ſubiecto [aut diuiſione ut totum, & pars].i. ut ſi totum conſideretur ſecundum compoſitionem eſt unum, ſi ſecundum diuiſionem plura [eſt.n. unum, & potentia, & actus] .i.eſt vnum enim actu, & plura potentia.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

Parmenidis, & Meliſsi ſoluit rationes, & Platonicorum ſequentium illos; quia rectè non ſyllogizant; aſſumunt enim falſas propoſitiones, & hoc ait ibi [vtrique enim contentioſè ſyllogizant] primò autem ſoluit, & improbat rationem Meliſſi, deinde Parmenidis. ratio Meliſſi eſt [ſi quod factum eſt omne habet principium] vnde concludere vult, quòd illud quod non eſt factum ſit infinitum. improbat hanc illationem vbi ait [poſtea, & hoc inconueniens] deinde oſtẽdit rationem Meliſſi peccaſſe in materia, & accepiſ-

ſe

ſe falſa, & hoc tripliciter, & primò ibi [deinde propter quid eſt immobile ſi eſt vnum] ſecundò [poſtea alteratio propter quid non erit] vltimò demonſtrat accepiſſe falſa: dicebat enim omnia eſſe vnum, vbi ait [at verò nec ſpecie poſſibile eſt vnum eſſe.] Solutis rationibus Meliſſi tranſit ad deſtructionem argumentorum Parmenidis, quæ tamen vno & eodem modo ſoluuntur, & ſic dicit ibi [& ad Parmenidem autem idem modus] probat hoc dupliciter: primò ibi [falſa eſt] ſecunda ubi ait [partim quia non concludit] quòd falſa ſumat, demonſtrat ſic [falſa quidem quia] quòd non concludat, ibi inquit [non concludit autem] & hoc oſtendit in ſimili, deinde adaptat ſimilitudinem ad propoſitum. in ſimili dicens [quia ſi ſola alba ſumantur] adaptat ſimilitudinem ad propoſitum, & quod dictum eſt de albo probat ſimiliter ſe habere circa ens duobus modis, primò quòd non ſequitur ens eſſe unum ſimpliciter propter hoc, quòd ſubiectum, & accidens ſunt diuerſa ſecundum rationem, & hoc narrat ibi [neceſſe eſt igitur accipere ijs, qui dicunt] deinde, quòd neque ſequitur ex ratione Parmenidis, quòd ſit tantum unum propter multitudinem partium, ſiue illæ partes ſint quantitatiuæ, ſiue definitionis. Quòd non ſequatur quantùm ad partes quantitatiuas declarat dicens [neque igitur magnitudinem] neque etiam quantùm ad partes definitionis ſic [quòd autem diuiditur, quòd verè eſt] confutatis opinionibus & Meliſſi, & Parmenidis improbat poſitionem Platonicorum ſequentium illos, qui acquieuerunt rationi, quæ ducebat ad hoc non ens eſſe ens, & illa, quæ concludebat magnitudinem eſſe diuiſibilem, aſſerit hanc poſitionem dicens [Quidam autem rationibus utriſque] refellit primam ſic [manifeſtum autem eſt, & quod verum eſt] aliam aut alijs in libris Phyſicorum.

Caput

Caput Tertium, antedictarum opinionum ſyllogiſmos confutans.

Te. 23. QVòd igitur paralogizat Meliſſus, manifeſtum eſt: opinatur enim accipere, ſi qđ factum eſt, omne habet principium, ꝙ & id, quod non factum eſt, non habet. Poſtea & hoc inconueniens omnis eſſe principium rei, & non temporis, & generationis nō ſimplicis, ſed & alterationis, tanquàm nō momentanea
Te. 24. facta mutatione. ¶ Deinde & propter quid eſt immobile, ſi vnum eſt? ſicut enim & pars vna cùm ſit, hęc aqua, mouetur in ſeipſa, quare non & totum? Poſtea alteratio propter quid non erit? At vero nec ſpecie poſſibile eſt vnum eſſe, niſi eo, ex quo. Sic autem & Phyſicorum quidam dicunt vnum, illo autem modo nō. homo nanque ab equo alterum eſt ſpecie, & contra-
Te. 25. ria inuicem. ¶ Et ad Parmenidem autem idem modus rationum eſt, & ſi aliqui alij ſunt proprij. Et ſolutio eſt, partim quidem, quia falſa eſt: partim autem, quia non concludit. Falſa quidem, quia quod eſt accipit ſimpliciter dici; cùm multipliciter dicatur. Non concludit autem, quia, ſi ſola alba capiantur, ſignificante vnū albo, nihilo minus multa alba ſunt, & non vnum. nō enim continuatione erit album vnū, neque ratione. aliud enim erit eſſe albo, & ſuſcipienti, & non erit præter album nihil ſeparabile. non enim quatenus ſeparabile eſt, ſed eſſe alterum eſt albo, & ei cui ineſt. Sed hoc Parme-
Te. 26. nides nōdū videbat. ¶ Neceſſe eſt igitur accipere iis, qui dicūt qđ eſt vnū eſſe, non ſolū unum ſignificare qđ eſt, de quo vtiq; prædicetur, ſed & quod uerè eſt, & qđ uerè unum eſt: accidens

enim

enim de ſubiecto quodam dicitur.quare cui ac cidit quod eſt, non erit: alterũ enim eſt ab eo, quod eſt: erit itaque aliquid,quod non eſt.non itaque erit alij inexiſtens quod verè eſt. non enim erit enti ipſi eſſe,niſi multa quod ẽ ſignificet, ſic, ut ſit aliquid unumquodque, ſed ſup ponitur quod eſt ſignificare vnum. ¶ Si igitur Te. 27. quod verè eſt nulli accidit, ſed illi aliquid,magis quod verè eſt ſignificat quod eſt, quàm qđ non eſt. Si enim erit quod verè eſt idem & album,albo autem eſſe nõ eſt,quod verè eſt:(neque enim accidere ipſi poſſibile eſt quod; nihil enim quod eſt,eſt, quod non verè ſit:)non ergo quod eſt album eſt, nõ ſic autem ut aliquid non ſit,ſed omnino non ſit,erit. quod verè ita que eſt non eſt. verũ enim eſt dicere quod verè eſt quod album,hoc autem non quod eſt ſignificabat. quare,ſi & albũ ſignificat quod verè eſt, multa ergo ſignificat quod eſt. ¶ Neque Te. 28. igitur magnitudinem habebit quod eſt, ſi quidem quòd verè eſt,eſt, quod eſt. vtrique enim partium aliud eſt eſſe. Quod autem diuiditur quod verè eſt in quod verè eſt aliquid aliud ẽt ratione manifeſtum eſt. ut homo, ſi eſt quod verè eſt aliquid, neceſſe eſt & animal,quod verè aliquid eſt eſſe, & bipes. ſi enim non quod verè eſt,eſt,accidẽtia erunt,aut igitur homini, aut alicui alij ſubiecto. ſed impoſſibile eſt. accidens etenim dicitur hoc, aut quod contingit eſſe,& nõ eſſe,aut cuius eſt in ratione hoc, cui accidit. vt ſedere qdẽ,velut ſeparabile, in ſimo aũt eſt ratio naris,cui dicimus accidere ſimum. ¶ Amplius quæcunque in definitiua ratione Te. 29. inſunt,aut ex quibus ſunt, in ratione horũ nõ ineſt ratio totius. vt in bipede ratio hominis,

aut ĩ albo ratio albi hominis. Si igitur hæc hoc ſe habent modo, & homini accidit bipes, neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare continget utique non bipedem eſſe hominem, aut in ratione bipedis inerit hominis ratio. ſed impoſſibile eſt. illud enim in illius ratione ineſt. Si autem alij accidunt bipes & animal, & non eſt utrunque quod verè eſt aliquid, & homo utique erit accidentium alteri. ¶ Sed quòd verè

Te. 30. aliquid eſt ſit accidens nulli, & de quo ambo, & utrumque, & quod eſt ex his, dicatur, ex indiuiſibilibus itaque eſt omne. Quidam autem rationibus vtriſque acquieuerunt; huic quidem, quòd omnia vnum ſunt, ſi quod eſt vnum ſignificat, quòd id eſt etiam quod nõ eſt; ei autem, quæ ex diſſectione, indiuiduas facientes magnitudines. ¶ Manifeſtum autem eſt &

Te. 31. quòd non verũ eſt quòd, ſi unũ ſignificat quod eſt, & non poſſibile eſt ſimul contradictionem eẽ; nihil erit qđ nõ eſt: nihil.n. prohibet qđ nõ eſt nõ ſimpliciter eſſe, ſed non ens aliqđ eſſe qđ non eſt. Dicere quoque, niſi præter ipſum, qđ non eſt aliquid erit aliud, unum omnia fore in cõueniens eſt. quis enim addiſcit ipſum quod eſt, niſi quod verè eſt aliquid eſſe? ſi autẽ hoc, nihil ſic prohibet multa quod eſt eſſe, ſicut dictum eſt. Quòd igitur ſic vnũ eſſe quod eſt, impoſſibile ſit, manifeſtum eſt..

EXPLANATIONES.

Falſa] .i. *propoſitiones falſas* [*non ſyllogizantes*] .i. *non ſeruantes propriam formam ſyllogiſmi* [*onero ſa*] .i. *vana, & fatua* [*non habet*] .ſ. *principium* [*omnis*] .i. *cuiuſcunque habentis principium* [*rei*] .i. *magnitudinis* [*non ſimplicis*] *quia ſimplicis generationis*

non

non eſt accipere principium, ſed bene alterationis, vnde [mouetur] .ſ. toto quieſcente [hæc aqua] .i. una pars aqua [quia non, & totum] quia eſſet impoſsibile ſi totum corpus infinitum eſſet puta aqua, & partes eius mouerentur infra totum [ſed ſicut ex quo] .i. niſi ſit vnum ſecundum materiam [ſic] .ſ. ſecundum materiam [illó modo] .i. ſecundum formam [modus] .ſ. procedendi [falſa] .i. ratio adducta ab eo eſt falſa [ſimpliciter] .i. uno modo [capiãtur] .ſ. loco entis [unum] .ſ. tantùm [non unum] .ſ. numero [continuatione] .i. propterea quòd erit continuum, & cum continuum ſit diuiſibile [ratione] .i. definitione [eſſe] definitio [ſuſcipienti] .i. ſubiecto, in quo erit album [eius] .ſ. ſubiecti [quod verè eſt] .i. ſubſtantia [& qđ verè vnum] .i. indiuiſibile, uel unum in rei veritate [de ſubiecto dicitur] .i. indiget ſubiecto, in quo ſit [qđ eſt] .i. accidens [alterum] .i. ſubiectum eſt diuerſum [ab eo quod eſt] .i. ab accidente. [non enim erit enti ipſi eſſe] quia .ſ. non contingeret ipſum ſubiectum habere rationẽ entis [ſupponitur] .ſ. à Parmenide [quod uerè eſt] .i. ſubſtantia [illi] .ſ. ſubſtãtiæ accidit [quod non uerè eſt] .i. quòd non eſt ſubſtantia [non eſt] .ſ. ens [vere eſt] .ſ. ſubſtantia [eſſe alterum] .i. definitio alia [aliud] .i. tamen aliud inter ſe ſunt [non ſunt] .i. animal, & bipes non ſunt [impoſsibile] .ſ. ut ſint accidentia [hòc cum accidit] .i. ſubiectum [ſeparabile] .i. accidens ſeparabile, quod contingit eſſe, & non eſſe [ratio] .i. definitio naſi [totius] .i totius definiti [ipſum] .ſ. bipes [illud] .ſ. bipes [illius] .ſ. hominis [alij] .ſ. alicui ab homine [& de quo ambo, & vtrumque, et quod eſt ex his dicatur, ex indiuiſibilibus itaque eſt omne] hæc verba interpretatur ſic D. Tho. ſupponendo quòd Ariſt. velit probare ſi animal, & bipes alteri accidant, etiam ſequeretur hominem accidere alteri: vnde, quia de quocunque dicũtur ambo ſeorſum

.ſ.animal, & bipes, de eodem dicetur vtrūque ſimul .ſ.animal, & bipes, & de quocunque dicitur animal, & bipes, dicitur, quòd eſt ex eis.ſ. homo; quia nihil eſt aliud homo, quàm animal bipes. quare ſi ponatur unum tantum ens non poſſunt poni partes quantitatiuæ, neque definitionis, et ſequitur omne ens eſſe de numero indiuiſibilium. [quidam] .ſ.Platonici [huic] .ſ.huic rationi [indiuiduas] .i.indiuiſibiles [quod nō eſt] .i.accidens [ſed non ens aliquid eſſe quod nō eſt] .i.ſed tamen non propter hoc oportet, quod illud, quod non eſt ſubſtantia dicatur abſolutè non ens [niſi aliquid erit aliud] .i.etſi ponatur non eſſe accidēs [adiſcit] .i. intelligit [ipſum quod eſt] .i.ens [uerè eſt].i. ſubſtantia [ſicut dictum eſt] cum dicimus ſubſtantiam diuidi in partes, vt homo in animal, & bipedem diuiditur.

Summa, & diuiſio in cap.1.

Nunc, reprobatis opinionibus Philoſophorum non naturaliter loquentium, Ariſt. contradicit Philoſophis, qui naturaliter ſunt locuti de rerum principijs. Itaque hoc caput ſecatur in duas partes. prima habet eorum opiniones, ſecunda improbat unam earum.ſ. Anaxagoræ. dicit ergo Philo. quòd ſecundum opinionē antiquorum duo ſunt modi, ſecundum quos generantur res ex principijs, primus, eſſe principium materiale rerum naturalium, & ab hoc principio dicebant. omnia generari ſecundum denſitatem, & raritatem, hoc manifeſtat ibi [quidam enim id quod eſt vnū ſubiectū corpus fecerun] alio autē modo aliqui poſuerūt vnum principium naturale, & quidā plura ſecundum diuerſitatem opinionum antiquorum, qui eſt vbi ait [quidam autem ex vno inhærentes contrarietates ſegregant] in hac ſecunda parte duo continentur, primò narratur ratio Anaxagoræ, ſecundo

obij-

obȳcitur contra eam . ſed circa primam partem tria conſiderantur, primùm enim ponuntur duo fundamẽta, quæ Anaxog. ſupponebat, primum eſt quod ex nihilo nihil fiat, ubi ait [tanquam non fiat nullum eorũ, ex eo quòd non eſt] ſecundum, quod vnum contrariorum exiſteret in altero, vbi ait [amplius ex eo quòd fiunt ex alterutris] ſecundò ponitur deductio rationis eius, quæ eſt [ſi enim omne quòd eſt, fit] vltimo excluditur quædam tacita obiectio, poſſet enim dicere aliquis, quòd ſi infinitæ partes cuiuſlibet ſunt in quolibet, ſequitur quod abinuicem res non differant, quæ eſt ibi [apparere autem differentia.] Improbatur autem eius opinio tribus modis, primò abſolutè, ſecũdò quò ad modum poſitionis, ultimo comparãdo eam ad opinionem Empedoclis. Improbãtur abſolutè quinque medȳs, vel rationibus. prima eſt [ſi igitur infinitum ſecundum ꝙ infinitum] ſecunda eſt talis [amplius autẽ ſi neceſſe eſt] tertia eſt ibi [amplius ſi omnia inſunt] quartam narrat dicens [ad hac autem,] omne corpus, quinta eſt hac [amplius autem in infinitis corporibus] Quò ad modum ponendi dup. primò ibi [nunquanquàm autem ſegregatum eſſe] ſecundò [non rectè autem generationem accepit] Quò ad comparationem vbi inquit [melius aũt eſt minora.]

Pars Secunda, in qua fit ſermo cum illis, qui circa principia proprium commiſerunt errorem.

Caput Primum, in quo Antiquorum de principio Materiali narrantur opiniones, eorumq; opinionis redditur cauſa.

VT autem Phyſici dicunt, duo modi ſunt. Hi enim vnum facientes quod eſt corpus ſubiectum, aut trium aliquid, aut aliud, quod eſt igne quidẽ dẽſius, aere uerò ſubtilius, Te. 32.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

lius, alia aūt generāt dēſitate, & raritate, multa faciētes: hęc aūt ſunt cōtraria. Vniuerſaliter autem exceſſus, & defectus, ſicut magnū dicit Plato, & paruum : niſi quòd hic quidem hæc facit materiam, unum autem formam. Alij uerò vnū quidem ſubiectum, materiam, cōtraria autem differentias, & formas. Quidam autem ex uno inexiſtentes contrarietates ſegregant, quēadmodum Anaximander dicit. Et quicunque ēt vnum, & multa dicunt eſſe, quæ ſunt, ſicut Empedocles & Anaxagoras, ex commiſtione nāq; & hi ſegregant alia. differunt autem abinuicē, eo quod ille circulationem facit horū, hic autē ſemel : & hic quidem infinita, & ſimiles partes habentia contraria; ille verò vocata elementa

Te. 33. ſolum. ¶ Videtur autem Anaxagoras ſic infinita opinari, quoniam putabat commune opinionem Phyſicorum eſſe veram, quòd nihil fit ex eo, quod non eſt. propter hoc enim ſic dicunt, erāt ſimul omnia, & fieri huiuſmodi ſtatuerūt alterari. Alij autem congregationem, & ſegre-

Te. 34. gationem. ¶ Amplius autem ex eo quòd fiunt ex alterutris contraria, inerant ergo. Si enim omne, quod fit, neceſſe eſt fieri aut ex iis, quæ ſunt, aut ex iis, quæ nō ſunt; horum autem id, qđ eſt, ex iis, quæ nō ſunt, fieri impoſſibile eſt: (de hac enim cōueniunt opiniones omnes, qui de Natura:) reliquum iam cōtingere ex neceſſitate putauerunt, ex iis quidē, quæ ſunt, & inſunt, fieri, ſed propter paruitatē magnitudinū ex inſenſibilibus nobis; unde dicunt omne in omni miſceri. propterea quòd omne ex omni uidebant fieri : apparere autem differentia, & appellari altera abinuicē, ex eo quod maximè ſuperabundāt propter multitudinem in miſtu-

ra infinitorum , ſyncere enim totum album, aut nigrum,aut dulce,aut carnem , aut os non eſſe,ſed,cuius plurimũ vnumquodque habet, hoc uideri eſſe naturam rei.

EXPLANATIONES.

Corpus ſubiectum] .i.princ. materiale [trium] .ſ. vnum de tribus elementis [alia] .ſ. præter principia [multa] .ſ.principia [hæc] .ſ.denſum,& rarũ [hæc] .ſ.duo contraria [vnum] .ſ quod eſt ſubiectum eorum loco formæ [ex vno] .ſ.principio [inexiſtentes] .i. in actu exiſtentia in eo [& quicunque &c.] & ſic etiã, ut Anaximander,dicunt quicunque [vnum,& multa] .ſ.principium,vel multa [ille] .ſ.Empedocles [circulationem] .ſ.quandam congregationis, & ſegregationis [hic] .ſ.Anaxagoras [ille] .i.Empedocles[elementa] .ſ.quatuor,ut ignis &c. [ſic] .ſ.conſimilium partium [inerunt ergo] .i.putabant unum contrariorum præexiſtere in alio[& inſunt].i.actu ſunt in illo [magnitudinum] .i.partium minimarum [differẽtia] .i.res differentes [infinitorum] .i. partium minimarum [ſincere] purè,vel totaliter .

Summa, & diuiſio in cap.2.

Reprobat Ariſt.hoc loco , qui eſt huius tractatus pars tertia,opinionem Anaxagoræ,ac primum aliquas intendit concluſiones,quarum prima eſt. Principia rerum naturalium non ſunt infinita.hanc duabus probat rationibus,altera eſt [ſi igitur infinitum] altera autem [Amplius autem ſi neceſſe eſt] ſecunda concluſio exiſtit . Non quodlibet eſt in quolibet. probat autem ibi [Amplius, ſi omnia inſunt] tertia concluſio eſt.Non quodlibet poteſt ſegregari ex quo libet.hanc tribus comprobat rationibus.prima eſt[omne autem corpus finitum]ſecunda [.Ad hæc autem]

 tertia

tertia] *Nunquam autem ſegregatum iri* [*Quarta concluſio eſt*] *Non rectè autem probat autem ſic* [*eſt enim vt lutum.*]

Caput Secundum, in quo afferuntur rationes contra aſſerentes principia eſſe infinita.

Te. 35. SI igitur infinitũ ſecundùm ꝙ infinitũ, ignotum eſt, ſecundùm multitudinem quidem, aut magnitudinem infinitum ignotum quantũ quoddam eſt: ſecundùm formam quoque infinitum ignotum quale quoddam eſt, principiis autem exiſtentibus infinitis ſecundùm multitudinem, & ſecundum ſpeciem, impoſſibile eſt ea, quæ ſunt ex his, cognoſcere: ſic enim cognoſcere compoſitum arbitramur, cùm cognoſcimus ex quibus, & quot ſit.
Te. 36. ¶ Amplius autem, ſi neceſſe eſt, cuius partem contingit quantulamcunque eſſe ſecundum magnitudinem, & paruitatem, & ipſum contingere, (dico autem talium aliquam partium, in quam, cum inſit, diuiditur totum,) ſi autem impoſſibile eſt animal, aut plantam quantamcunque eſſe ſecundùm magnitudinem, & paruitatem. manifeſtum eſt quòd neque partium quālibet. erit enim & totum ſimiliter; caro autem, & os, & huiuſmodi partes ſunt animalis, & fructus plantarum, manifeſtum eſt igitur quod impoſſibile eſt carnem, aut os, aut aliquid aliud quantũcunque eſſe magnitudine, aut in maius, aut in minus.
Te. 37. ¶ Amplius, ſi omnia inſunt quidē huiuſmodi in inuicē, & nō fiunt, ſed ſegregantur, cùm inſint, dicuntur autem à pluri: fit autem ex quolibet quodlibet, ut ex carne aqua, ſegregatur, & caro ex aqua: omne autem corpus finitum conſumitur à corpore finito: manifeſtum eſt, quòd nō contin-

cōtingit in vnoquoq; vnumquodq; eſſe.remota enim ex aqua carne, & iterum alia facta ex reliqua ſegregatione,quamuis ſemper minor erit ſegregata,attamen non excedit magnitudinem aliquam paruitate. Quare, ſi quidem ſtabit ſegregatio,non omne in omni inerit.in reliqua enim aqua non inerit caro.Si uerò nō ſtabit,ſed habebit ſemper remotionē, ī finita magnitudine,æqualia finita inerūt, infinita ſecundum multitudinem. hoc autē impoſſibile eſt.
¶Ad hæc autem, ſi omne quidem corpus,remoto quodam,minus neceſſe eſt fieri: carnis autem determinata eſt quātitas & magnitudine, & paruitate; manifeſtum eſt,quòd ex minima carne nullum ſegregabitur corpus: erit enim minor minima. Amplius autem in infinitis corporibus ineſſet vtique iam caro infinita,& ſanguis,& cerebrum,ſeparata tamen ab inuicem, nihil autem minus entia, & infinitum vnumquodque:hoc autem irrationabile eſt. ¶Nunquam autem ſegregatum iri non ſcienter quidem dicitur,rectè autem dicitur: paſſiones em̄ inſeparabiles ſunt.Si igitur mixti ſunt colores, & habitus,ſi ſegregentur; erit aliquid album, vel ſanum,non alterum aliquid exiſtēs, neque de ſubiecto.Quare inconueniens eſt, impoſſibilia quærens intellectus,ſi velit quidem ſegregare, hoc autem facere ſit impoſſibile, & ſecundum quantum,& ſecundum quale: ſecundum quantum quidem;quia non eſt minima magnitudo:ſecundum quale autem; quia inſeparabiles ſunt paſſiones. ¶Non rectè autem neque generationem accipit eorum, quæ ſunt ſimilium partium:eſt enim, vt lutum in luta diuiditur: eſt autem,vt non.& idem modus eſt, vt lateres

Te. 38.

Te. 39.

Te. 40.

ex luto, & domus ex lateribus, ſic autem aqua, & aer ex alterutris & ſunt, & fiunt.

EXPLANATIONES.

Secundum formam] ſecundum ſpeciē [ea quæ ſunt ex his] .i. cōpoſita ex principijs [quibus, & quot] .i. ſpecies, & quantitates principiorum [cuius] .i. alicu ius totius [& ipſum contingere] .i. & ipſum totum erit indeterminatæ quantitatis, vt partes [cum inſit] .ſ. actu, & non potentia [ſecundum magnitudinem, & paruitatem] .ſ. indeterminatam: eſt enim aliqua quantitas ita magna, vltra quam nullum animal extenditur, ſic paruitas [dicuntur à pluri.] denominantur à pluribus partibus eiuſdem ſpeciei in eo exiſtentibus [remota enim ex aqua carne] .i. ſi ex aqua remoueatur caro, dum ex aqua generatur [ſegregata] .ſ. caro [attamen non excedit magnitudinem aliquam paruitate] .i. denique contingit dare aliquam paruam menſuram carnis, qua non erit minor aliqua caro [æqualia] .i. eiuſdem quantitatis [impoſsibile] .ſ. eſt, poſito hoc ꝙ omne finitum per ablationem finiti conſumatur [unumquodque] .i. vnaquæque earum partium [irrationabile] .ſ. ſequeretur enim ꝙ infinita eſſent in infinitis infinities [dicitur] .ſ. ab Anax. [aut] .i. alio modo rectè [habitus] .i. alia huius accidentia [non alterum aliquid exiſtens] .i. & non ſit aliquod ſubiectum in quo ſint [neque de ſubiecto] .i. neque aliquod de quo dicantur [paſsiones] .i. accidentia [ſimilium partium] .ſ. ſecundum ſpeciem, vel formam [eſt enim] .ſ. aliqua res, quæ ex ſimilibus generatur, & in ſimilia reſoluitur [eſt autem ut non] .i. alia autem generatur ex diſsimilibus.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

Hæc ſectio tres habet partes, ſiue capita. in primo oſten-

oſtendit Ariſt. qualia ſint rerum naturalium principia, & in duas deſtribuitur partes, prima hanc continet concluſionem [omnes igitur contraria] & duplici vtitur ratione, prima eſt ex antiquorum ſententia [etenim Parmenides &c.] confirmat autem concluſionem repetitam his verbis [oportet. n. principia] explanat autem rationem adductã per inductionem ſic [ſed oportet hoc & in ratione cõſiderare &c.] Secunda pars recitat, quibus conueniant, ac differunt antiqui de principijs loquentes, & ait Ariſto. [Hucuſque igitur ferè] his conueniunt [omnes enim elementa] his verò differunt [differunt autem ab inuicem.]

Summa Tertia, in qua declarat principia rerum naturalium, præcipuò verò principium materiale.

Caput Primum, in quo adducuntur rationes famoſæ, principia contraria eſſe, atque plura quàm vnum affirmantes.

MELIVS autem eſt pauciora, & finita recipere. quod quidẽ facit Empedocles. Omnes igit̃ contraria, principia faciunt, & ꝗ dicũt ꝙ ſit vnum omne, & immobile (e enim Parmenides calidũ, & frigidũ principia facit: hæc aũt appellat ignẽ, & terrã) & qui rarum, & denſum, & Democritus ſolidum, & inane. quorum aliud quidem, vt quod eſt, aliud autem, vt quod non eſt, eſſe dicit. Adhuc poſitione, figura, & ordine. hæc autem genera contrariorũ ſunt: poſitionis ſurſum, & deorſum, ante, & retro: figuræ angulare, inangulare, rectum, rotundum. ¶Quòd igitur contraria quo- Te. 41. Te. 42.
dam-

dammodum omnes faciunt principia, manifeſtum eſt. Et hoc rationabiliter. Oportet enim principia neque ex alterutris eſſe, neq; ex alijs & ex his omnia: contrarijs autem primis inſunt hæc ob id quidem, ꝙ prima ſunt, nõ ſunt ex alijs: ob id verò ꝙ ſunt contraria, non ſunt
Te. 43. ex alterutris. ¶Sed oportet hoc & in ratione conſiderare, qualiter contingat. Accipiendum igitur eſt primùm, quòd omnium, quæ ſunt, nihil neque facere natum eſt, neque pati contingens à contingenti, neque fit quodlibet ex quolibet, niſi quis accipiat ſecũdum accidens. qualiter enim fiet album ex muſico, niſi accidens ſit albo, aut nigro muſicum? ſed album quidem fit ex non albo: & hoc nõ ex omni, ſed ex nigro, aut medijs: & muſicum ex non muſico, ſed non ex omni, ſed ex immuſico, aut ſi ali
Te. 44. quid ipſis medium. ¶ Neque igitur corrumpitur in contingens primùm, vt album nõ in muſicum, niſi forte ſecundum accidens, ſed in nõ album, & non in contingens, ſed in nigrum, aut medium. ſimiliter autem & muſicum in nõ
Te. 45. muſicum: & hoc non in contingens, ſed in immuſicum, aut ſi ipſis aliquid medium eſt. ¶ Similiter autem hoc eſt & in alijs: qm̃ & nõ ſimplicia eorum, quæ ſunt, ſed compoſita ſecundum eandem ſe habent rõnem: ſed, propterea ꝙ oppoſitæ diſpoſitiones nõ denominatæ ſunt; latet hoc contingens: neceſſe eſt enim omne conſonans ex inconſonanti fieri, & inconſonans ex conſonanti, & corrumpi conſonans in inconſonantiam, & hanc non in contingentẽ,
Te. 46. ſed in oppoſitam. ¶Differt autem nihil in conſonantia dicere, aut ordine, aut compoſitione: manifeſtum enim eſt, ꝙ eadem ſit rõ. At verò

& do-

& domus,& ſtatua,& quodlibet aliud fit ſimiliter. domus enim fit ex eo,ꝙ non compoſita, ſed diuiſa ſunt hæc ſic;& ſtatua, & figuratorũ aliquod ex infigurato:& vnumquodque horũ. ſecundum alia quidem ordo, ſecundum alia verò compoſitio quædam eſt. ¶ Si ergo hoc verum eſt; omne vtique,quod fit, fiet,& corrumpetur,quod corrumpitur aut ex contrarijs, aut in contraria,& horum media.media autem ex cōtrarijs ſunt,vt colores ex albo,& nigro, quare omnia vtique erunt, quæ natura fiunt, aut contraria,aut ex contrarijs. ¶ Hucuſque igitur ferè ſecuti ſunt & aliorum plurimi, quemadmodum diximus prius. Omnes enim elementa,& ab ipſis vocata principia, quanuis ſine ratione ponentes,tamen contraria dicunt, tanquam ab ipſa veritate coacti. Differunt autem ab inuicem; ex eo ꝙ alij quidem priora,alij poſteriora accipiunt: & ꝙ hi quidem notiora ſecundum rationem, illi autem ſecundum ſenſum.Hi enim Calidum,& Frigidum:illi autem Humidum,& Siccum:alij autem Impar,& Par, quidam autem Litem, & Amicitiam cauſas ponunt generationis, hæc autem abinuicem differunt ſecundum dictum modum. ¶ Quare eſt eadem dicere quodammodo, & altera ab inuicem. altera quidem, quemadmodum & videtur plurimis: eadem autem ſecundum analogiam:accipiũt enim ex eadem coordinatione: hæc enim continent, alia autem continentur contrariorum.Sic igitur ſimiliter dicunt, & aliter,& peius, & melius. Et hi quidem notiora ſecundum rationem,ſicut dictum eſt prius, illi autem ſecundum ſenſum: vniuerſale enim ſecundum rationem notum eſt, ſingulare autē

Te. 47. Te. 48. Te. 49.

ſecun-

ſecundum ſenſum: ratio enim uniuerſalis eſt, ſenſus autem particularis, vt magnum, & paruum ſecundum rationem: rarum autem, & dēſum ſecundum ſenſum.

EXPLANATIONES.

Pauciora] *.ſ. principia* [*& qui*] *& alij ponentes principium vnum, & immobile* [*quorum aliud quidem, vt quod eſt*]*.i. plenum ponitur ab illis, vt ens* [*inane*] *.i. vacuum* [*aliud*] *vacuum* [*adhuc*] *.ſ. ponebant principia contraria* [*principia*] *.ſ. prima rerum naturalium* [*cōtingens*] *.i. indeterminatum* [*medijs*] *.ſ. coloribus* [*immuſicum*] *.ſ. quod eſt aptum natum habere muſicam* [*in contingens primum*] *.i. primo, & per ſe in quodcunque indeterminatum* [*& in alijs*]*.ſ. compoſitis* [*diſpoſitiones*] *.ſ. compoſitorum* [*conſonans*] *.i. compoſitum, ſed ſcriptum eſt conſonans pro exemplo* [*ſed diuiſa ſunt hac ſic*] *.i. ſed illa ſeparata ſunt terminata; non enim domus componitur ex quolibet* [*fit*] *.i. generatur in natura* [*hi*] *.ſ. ponentes priora ſecundum ſenſum* [*alij*] *.ſ. ponentes priora ſecundum intellectum* [*quemadmodum & videtur plurimis*] *.i. ſecundum quod diuerſi diuerſa contraria poſuerunt* [*coordinatione*] *.ſ. contrariorum* [*hæc*] *.ſ. priora, & communiora* [*alia*] *.ſ. minus communia dicunt*] *.ſ. vnū principiorū eſſe* [*rō*]*.i. intellectus.*

Summa, & diuiſio in cap. 2.

In hoc ſecundo capite quot ſint principia relata narrat Ariſt. & diuiditur in quatuor partes. in prima concluſionem hanc ſcribit [*vtrum duo, an tria*] *& non vnum eſſe ſic probat* [*quoniam non vnum contraria*] *in ſecunda hanc* [*quàm ex infinitis*] *& quatuor probat rationibus, prima eſt* [*quoniam neque*

que

que ſcibile] ſecunda [& vna contrarietas] tertia [melius autem] quarta [amplius] in tertia parte hanc recitat concluſionem [non facere duo tantùm] quam tripliciter probat , & primò [dubitabit enim aliquis] ſecundò [Adhæc autem] tertiò [ſed omnes vnum hoc] in tertia parte tria concludit eſſe principia ibi [tria igitur dicere] & duabus rationibus declarat. prima eſt [ad patiendum.n.] ſecunda [ſi autem quatuor.]

Caput Secundum, non ſufficere eſſe prima principia duo contraria probans, ſed dari tertiam oportere naturam, neque oportere principia eſſe plura tribus.

QVòd igitur cōtraria oportet eſſe principia manifeſtum eſt. Conſequens autē erit dicere vtrū duo, aut tria, aut plura ſint. Vnum enim impoſſibile eſt; quoniam non unū contraria: infinita autem non; quoniam neque ſcibile quod eſt, erit. Et vna contrarietas in omni genere vno, ſubſtantia autem unum quoddam genus eſt. Et, quia contingit ex finitis; melius ex finitis, quemadmodum Empedocles, quàm ex infinitis: omnia nanque aſſignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius ſunt alia aliis priora contraria, & fiunt altera ex aliis, vt dulce, & amarum, & album, & nigrum, principia autem ſemper oportet manere. ¶ Quod igitur neque unum, neque infinita ſint, manifeſtum eſt ex his. Quoniam autem finita; facere duo tantum, aut non facere duo tantùm habet quandam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter denſitas raritatem facere apta nata ſit, aut hæc denſitatem: ſimiliter autem & alia quæcunque contrarietas: non

non enim amicitia litem congregat,& facit ali quid ex ipſa,neque lis ex illa,ſed utraque alterum quidam tertium . Quidam autem & plura recipiunt , ex quibus conficiunt eorum , quæ

Te. 52. ſunt, naturam . ¶ Ad hæc autem adhuc & hoc aliquis dubitauerit, niſi quis aliam ſuppoſuerit contrariis naturam Nullius enim uidemus eorum , quæ ſunt, ſubſtantia contraria principium autem non de ſubiecto oportet dici ali quo : erit enim principium principij : ſubiectũ enim principium , & prius videtur eſſe prædicato. Amplius non eſſe dicimus ſubſtantiá con trariam ſubſtantiæ; quomodo igitur ex nõ ſub ſtantiis ſubſtantia utique erit?aut quõ prius nõ ſubſtantia, quàm ſubſtantia erit ? ¶Quocirca,ſi

Te. 53. quis & priorem veram putabit eſſe rationem , & hanc,neceſſarium eſt,ſi debet ſaluare vtraſque rationes,ſubiicere quoddam tertium,quẽadmodum dicunt unam quandam naturam dicentes eſſe vniuerſum , vt aquam,aut ignem ,

Te. 54. aut medium horum.¶Videtur autem medium magis: ignis enim,& terra,& aer, & aqua con trarietatibus complexa ſunt. Ideo non irrationabiliter faciunt ſubiectum alterum ab his facientes, aliorum aũt quidam aerem : aer enim minimè aliorum habet differentias ſenſibiles , conſequens autem eſt aqua . Sed omnes unum hoc contrariis figurant,ut denſitate,& raritate & eo,quod magis , & minus,hæc autẽ omnino ſunt ſuperabundantia uidelicet,& defectus, ſi-

Te. 55. cut dictum eſt prius . Et uidetur antiqua eſſe & hæc opinio,quod Vnum, & Superabundantia, & defectus principia entium ſint,verum nõ eodem modo . ſed Antiqui duo quidẽ agere, unũ autem pati,poſteriorum autem quidam è contrario,

trario, unum quidem agere, duo autem pati dicunt magis. ¶Tria igitur dicere elemenia eſſe, Te. 56.
& ex his, & ex huiuſmodi aliis conſiderãtibus videbitur vtique habere quãdam rationem, ſicut prædiximus, plura aũt tribus non amplius; ad patiendum enim ſufficiens eſt vnum. Si autẽ quatuor exiſtentibus duæ erunt cõtrarietates, oportebit ſeorſum ab vtraque eſſe alterã quandam naturam mediam. Si aũt ex ſe inuicẽ poſſint generare, ocioſa vtique altera contrarietatum erit, ſimul autem & impoſſibile eſt plures eſſe cõtrarietates primas. ſubſtantia enim vnũ quoddã genus eſt entis. quare ĩ eo quod prius, & poſterius ſunt, differunt ſolum abinuicẽ principia, ſed non genere: ſemper enim in vno genere contrarietas vna eſt, omnis autem cõtrarietates reduci uidentur ad vnam.

EXPLANATIONES.

Contingit ex finitis] .i. contingit, ꝙ omnia quæ fiũt à natura poſſunt fieri per finita [ex aliis] .ſ. ſubiectũ album fit nigrum, & non ꝙ ex albedine fiat nigredo, niſi quatenus ſubiectum albedinis tranſmutatur in nigrum [principia] .ſ. prima [vtraque] .i. vnum contrariorum [alterum] .ſ. tranſmutat alterum, quod eſt ſubiectum vtriuſque [plura] .ſ. principia materialia [principium autem non de ſubiecto oportet dici aliquo] .i. primum principium non poteſt eſſe accidens aliquod de ſubiecto dictum [prædicato] .i. accidente [quomodo] .ſ. ſi ponatur tertium principium [priorem rationem] .ſ. illam, quæ probat principia eſſe cõtraria [& hanc] .i. illam probantem contraria non ſufficere [naturam] .i. materiam [ut] .i. naturam illam ut [videtur autem medium magis] .i. apparet, qui ponunt ſubiectum aliquod inter aerem, & ignem

dicant rectius [ab his] .ſ. contrarijs [conſequens autem eſt aqua] .ſ. poſt hoc, qui poſuerunt aquam[vnum hoc] .ſ.ſubiectum [figurant] .i. informant [magis, & minus].i.magnum, & paruum [poſteriorum autem quidam].ſ.Platonici[elementa]ideſt principia [vnum] .ſ.materiale principium[naturam mediam] .i.materiã, vel ſubiectũ [ad unã] .ſ.contrarietate.

Summa, & diuiſio in cap.3.

Materiã, & formã principia eſſe per ſe, ſed priuationem per accidens demonſtrat Ariſt. hoc tertio capite, quod duas habet partes. prima de uniuerſali generatione cauſam referens, ut ibi proponit [ſic igitur nos dicamus] ad cognitionem materiæ, & priuationis ſupponit quòd cum aliquid fit ex alio, aut ambo terminus ſunt ſimplices, aut compoſiti, aut alter ſimplex, & alter compoſitus, ut [dicimus.n.fieri ex alio] deinde quantùm differat ſi dicamus, hoc fit hoc, & hoc fit ex hoc, explicat ſic. [Horum autem hoc] ſecunda ſic. [Eorum autem quæ] ſecunda pars in quatuor ſecatur, poſt ſuppoſitiones factas. prima exponit in omni generatione oportere aliquid tanquam materiam, uel ſubiectum ſemper ſubijci, verba ſunt [quòd oportet ſemper] & quanta ſit inter materiam, & priuationem differentia triplici probat ratione, prima eſt [non.n.idem] ſecunda [& illud quidem permanet] quam ſic confirmat[etenim non oppoſitum] tertia [ſed ex aliquo] ſecunda pars, ſiue concluſio eſt, quòd in omni tranſmutatione aliquid ſubijcitur. & id demonſtrat his verbis [manifeſtum eſt quòd] & duabus probat rationibus, quarum prima eſt [Multipliciter autem] ſecunda [Fiunt autem quæ fiunt ſimpliciter] deinde propoſitum concludit .ſ.tria eſſe principia ſic [Quare manifeſtum eſt ex dictis] Tertia pars, ſiue concluſio, quæ eſt; materia, & forma

& forma ſunt principia per ſe, & priuatio per accidens, hoc pacto legitur [Manifeſtum igitur quòd] repetit concluſionem [Quocirca eſt quidem ut duo] Quarta pars, ſiue concluſio eſt [Subiecta autem natura ſcibilis eſt] quam ſic exponit [vt enim ad ſtatuam] tandem per epilogum repetit ea, quæ de principijs eſt locutus ibi [Hæc autem quomodo duo.]

Caput Tertium, in quo duo duntaxat eſſe principia probatur, Materiam ſcilicet, & Formam: priuationem autem principium eſſe per accidens.

QVòd igitur neque vnum ſit elementũ, neque plura duobus, uel tribus, manifeſtum eſt. Horum autem utrũ ſit verũ queẽadmodũ diximus, dubitationẽ habet multam. Sic igit̃ nos dicamus primum de omni generatione aggredientes: eſt enim ſecundũ naturam communia primũ dicere, ſic circa vnũquodq; propria ſpeculari. ¶Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut ſimplicia dicẽtes, aut compoſita. dico autem hoc ſic. eſt enim hoc fieri hominem muſicum, eſt autem & non muſicum quippiam fieri muſicum hominem, aut non muſicum. Simplex igitur dico quod factum eſt, hominem, & non muſicum, & quod fit ſimplex, muſicum: compoſitũ autem & quod fit, & quod factum eſt, cum nõ muſicum hominem dicimus fieri muſicũ hominem. Horum autem hoc quidem nõ ſolum dicitur hoc aliquid fieri, ſed etiam ex hoc, vt ex non muſico muſicus. hoc autem non dicitur in omnibus: nõ enim ex homine factus eſt muſicus, ſed homo factus eſt muſicus. ¶Eorum autem, quæ ut ſimplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit, aliud verò non permanens

Te. 57. Te. 58. Te. 59.

fit, aliud verò non permanet factus muſicus homo, non muſicum autem, & immuſicum, neq;
Te. 60. ſimplex, neque compoſitum permanet. ¶ Determinatis autem his, ex omnibus, quæ fiunt, hoc eſt accipere, ſi aliquis inſpexerit, ſicut dicimus, quòd oportet ſemper aliquid ſubiici, qđ fit, & hoc etſi numero eſt unum, at forma quidem non unum. forma enim dico, & ratione idem. non enim idem eſt homini, & immuſico eſſe: & illud quidē permanet, hoc verò nō permanet; etenim non oppoſitum permanet. homo enim permanet, muſicum autem, & immuſicum non permanet: neque ex ambobus com
Te. 61. poſitum, ut immuſicus homo. ¶ Sed ex aliquo fieri aliquid, & hoc non fieri, magis quidem dicitur in non permanentibus, ut ex immuſico muſicum fieri, ex homine autem non. At verò & in permanentibus aliquando dicitur ſimiliter: ex ære enim ſtatuam dicimus fieri, non ęs ſtatuam. Hoc tñ ex oppoſito, & non permanēte vtroque mō dicitur, & ex hoc, hoc, & hoc hoc: nãque ex immuſico, & immuſicus fit muſicus. quocirca & in compoſito ſimiliter: etenim ex immuſico homine, & immuſicus homo fieri di
Te. 62. citur muſicus. ¶ Multipliciter autem cum dicatur fieri, & horum quidem non ſimpliciter fieri, ſed hoc aliquid fieri, ſimpliciter aũt fieri ſubſtantiarum ſolùm manifeſtum eſt, quòd ſecundum alia quidē neceſſe eſt ſubiici aliquid, qđ fit: etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & ubi fiũt ſubiecto aliquo; propterea ꝙ ſola ſubſtãtia de nullo alio dicitur ſubiecto, ſed alia omnia de ſubſtantia. Quòd autē ſubſtãtia, & quæcunq; alia ſimpliciter entia ex ſubiecto quodam fiãt, conſideranti fiet utiq; manifeſtum:

niſeſtum: ſemper enim eſt aliquid, quod ſubiicitur, ex quo fit, quod fit, ut plantæ, & animalia ex ſemine. ¶ Fiunt aũt quæ fiunt ſimpliciter, alia quidẽ trãsfiguratione, ut ſtatua ex ære: alia verò appoſitione, vt quæ augmẽtantur: alia verò ſubtractione, vt ex lapide Mercurius: cõpoſitione autem alia, ut domus: alia uerò alteratione, vt quæ vertuntur ſecundũ materiã. omnia autem, quæ ſic fiunt, manifeſtũ eſt, ꝙ ex ſubiectis fiunt. ¶ Quare manifeſtũ eſt ex dictis, ꝙ omne, quod fit, ſemper compoſitũ eſt. & eſt quidem aliquid, quod fit: eſt autem aliquid, quod hoc fit: & hoc duplex: aut enim ſubiectũ, aut oppoſitum. Dicitur autẽ opponi immuſicũ, hominẽ autẽ ſubiici: & infigurationẽ quidẽ, & informitatem, vel inordinationem oppoſitum, æs autem, vel lapidem, vel aurum ſubiectũ. ¶ Manifeſtum igitur, quòd, ſi quidem ſunt cauſæ, & principia eorum, quæ natura ſunt, ex quibus primis ſunt, & facta ſunt, non ſecundùm accidens, ſed vnumquodq;, quod dicitur ſecundũ ſubſtantiam, quòd omne & ex ſubiecto, & forma fit: componitur enim muſicus homo ex homine, & muſico quodam modo. diſſolues enim rationem in rationes eorum. ¶ Manifeſtum igitur eſt, quod quæ fiunt, fient ex his. eſt autem ſubiectum numero quidem vnum, forma verò duo: homo enim & aurum, & omnino materia numerabilis; nam hoc aliquid magis, & quod fit non ſecundùm accidẽs, ex ipſo fit. priuatio autem, & cõtrarietas accidens, vnum autem forma, vt ordo, aut muſica, aut aliorum aliquid ſic prædicantium. ¶ Quocirca eſt quidem vt duo dicenda ſint principia, eſt autem vt tria, & eſt quidẽ vt contraria, ut ſi aliquis dicat mu-

Te. 63. Te. 64. Te. 65. Te. 66. Te. 67.

ſicum, & immuſicũ, aut calidum, & frigidum, aut congruens, & incongruens, eſt autẽ ut nõ: à ſe inuicem enim contraria pati impoſſibile. Soluitur autẽ & hoc, propterea quòd aliud eſt ſubiectum, hoc enim non eſt contrarium. Quare neque plura contrariis principia quodammodo, ſed duo (vt ſic dicam) numero. neque iterum penitus duo; propterea quòd alterũ eſt eſſe ipſis, ſed tria: alterum enim eſt homini,
Te. 68. & non muſico eſſe, & infigurato, & æri. ¶ Quot igitur principia ſint rerum naturalium, quę circa generationem, & quomodo tot, dictum eſt. Et manifeſtum eſt, ꝙ oportet ſubiici aliquid cõtrariis, & contraria duo eſſe, quodam autẽ modo alio non neceſſarium eſt: ſufficiens enim erit alterum contrariorum abſentia, & præſentia facere mutationem. ¶ Subiecta autem natu
Te. 69. ra ſcibilis eſt ſecundùm analogiam: vt enim ad ſtatuam æs, aut ad formam materia, & informe ſe habet, priuſquam accipiat formam; ſic hæc ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, & quod eſt ſe habet. Vnum igitur principium hæc, non ſic vnum exiſtens, neque ſic ens, vt hoc aliquid: unum autem Ratio: amplius autem cõtra
Te. 70. rium huic Priuatio. ¶ Hæc autẽ quomodo duo, & quomodo plura dictum eſt in præcedẽtibus. Primùm igitur dictum eſt, ꝙ cõtraria ſolũ principia ſunt, poſterius autem ꝙ neceſſe eſt aliud quippiam ſubiici, & eſſe tria. Ex iis autẽ, quæ nunc, manifeſtum eſt, quæ ſit differentia contrariorum, & quomodo ſe habent principia ad inuicem, & quid ſubiectum. vtrum autem ſubſtantia forma, aut ſubiectum ſit nondum manifeſtum eſt: ſed quòd principia tria ſint, & q̃uo tria, & quis modus eorum, manifeſtũ eſt.

EX-

EXPLANATIONES.

Elementum].i.principiū[*de omni generatione*] .ſ. *quæ fit in ſubſtantia,& omnibus prædicamentis*[*ſic*] .i.deinde [*vnumquodque*] .i.unamquanque generationem [*ex alio*] .i.ex aliquo ſubſtantiali [*ex altero*] .i. ex aliquo accidentali [*quod fit*] .i. id cui attribuitur fieri [*& quòd factum eſt*] .i. id ad quod terminatur fieri [*compoſitum*] .ſ.ex ſubiecto,& non muſico [*determinatis his*] .i.ſuppoſitis præmiſſis [*fiunt*] .ſ.ſecundùm naturam [*quod fit*] .i. cui attribuitur fieri [*hoc*] .i. iſtud generatum actu [*numero*] .i. ſubiecto [*forma*] .i. definitione [*eſſe*] .i.definitio [*illud*] .ſ. vt homo,qui eſt vt ſubiectū [*fieri*] .ſ. hoc [*ex homine*].ſ. qui eſt ſubiectum permanens [*ſimiliter*] .ſ.ex hoc fit hoc [*non ſimpliciter*] .i.non ſecundum ſubſtantiā [*ſed hoc aliquid*] .i. ſecundum quid, vel accidētaliter [*alia omnia de ſubiecto*] .i. alia accidentia bene indigent ſubiecto [*ex ſemine*] .ſ. ut ſubſtantia [*fiunt*] .ſ. ſiue fiant ſecundum artem,ſiue naturam[*ſimpliciter*] dixit ſimpliciter, quia artificialia ſunt in genere ſubſtantiæ per ſuam materiam [*compoſitum*] .ſ. ex materia,& forma [*diſſolues rationes in rationes eorū*] .i.diſſolues rationem hominis muſici in rationem hominis,& muſici [*ex his*] .i. ſubiecto & forma [*forma*] .i.definitione [*numerabilis*] .ſ.in entibus [*ex ipſo*] .ſ.ex ſubiecto, vel materia [*vnum*] .i.tertiū principium eſt.[*vt ordo*] .ſ.in rebus ordinatis, vel muſica hominis muſici [*ſic prædicantium*] .i. quæ hoc modo ponuntur [*eſt autem vt non*] .i.& principia quodam modo non ſunt contraria, ſi accipiantur ſine ſubiecto [*ſoluitur autem per hoc*] .i. niſi hoc ſoluatur per hoc [*duo*].ſ.per ſe [*alterum eſt eſſe ipſis*] .i.unum eorum ſecundum eſſe eſt alterum; ſubſtantia enim ſecundum rationem eſt duo [*duo*] .ſ.forma,& priuatio[*alterum*]

terum] .i.*forma* [*ſubiecta natura*].i.*materia prima, quæ primò ſubijcitur mutationi* [*ad ſubſtantiam*] .i. *ad formam* [*& hoc aliquid*] .i. *indiuiduum demonſtratum* [*hac*] .ſ.*materia* [*hoc aliquid*].i.*indiuiduum demonſtratum habens vnitatem actu* [*ratio*] .i. *forma* [*huic*] .ſ.*forma*.

Summa, & diuiſio in cap.4.

Nunc Ariſt. ſoluit antiquorum errores, ac dubitationes de primis principijs, ac primũ proponit [*Quòd autem vnico modo*] *deinde ſententiam eorum de materia ibi* [*dicuntq;*] *quam ſic probant* [*propter ea quod neceſſarium eſt*] *Soluit poſtea, vbi ait* [*Nos autem dicimus quòd*] *& duplex eſt ſolutio prima* [*quod ex eo quod eſt, aut ex eo*] *ſecunda* [*Alius autem quod contingit*] *tandem propoſitum ſic concludit* [*Quare ſecundum quod verè dicimus*] *Poſtea ſe confert ad errores, quos ex priuationis ignorantia committebant, ſolutionẽ dat ibi* [*Tangentes igitur*] *atque quantũ à veritate huiuſmodi poſitio abſit, ſic oſtendit* [*hoc autem differt plurimum : nos enim materiam*] *præterea narrat, quòd oporteat priuationem à materia diſtingui ibi* [*etenim materias*] *ſecundo per rationem ad impoſſibile ducentem demonſtrat ſic* [*Aliud autem quod*] *demum an materia corrumpatur his uerbis differit corrumpitur autem, & fit De forma autem nihil agit ſed ad metaphyſ. reſeruat , ut ibi ait* [*De principio autem ſecundùm formam.*]

Caput Quartum, in quo Antiquorum dubitationes ſoluuntur per ea, quæ de prima materia eſſentia probantur .

Tc. 71. QVot igitur, & quæ ſint principia, ex his cõſideretur. Quòd autem vnico modo ſic ſoluitur & Antiquorum dubitatio, dicamus

mus poſt hæc. quærentes enim philoſophi primi veritatem,& naturam entium, cõuerſi ſunt veluti in viam quandam aliam, depulſi ob inexperientiam dicuntque, neque fieri eorum, quæ ſunt vllum, neq; corrumpi; propterea ꝙ neceſſarium eſt fieri quod fit, aut ex eo, quod eſt, aut ex eo, quod non eſt: ex his autem vtriſque impoſſibile eſt eſſe: neque enim quod eſt fieri, cõtingit eſt enim iam: & ex eo, quod non eſt, nihil vtique fieri; ſubijci enim quippiam oportet. ¶ Et ſic itaque quod conſequenter accidit Te. 72 augentes, neque eſſe multa dicunt, ſed tantum ipſum quod eſt. Illi ergo talem acceperunt opinionem propter ea, quæ dicta ſunt. ¶ Nos autẽ Te. 73. dicimus, ꝙ ex eo, quod eſt, aut ex eo, quod non eſt, fieri, aut quod non eſt, aut quod eſt, facere aliquid, aut pati, aut quodcunque hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, aut Medicum facere aliquid, aut pati, aut ex medico eſſe, aut fieri. ¶ Quare, cum hoc dupliciter dicatur; manifeſtum eſt, ꝙ ex eo, quod eſt, & ex eo qđ non eſt, Te. 74. quod eſt, aut facere aliquid, aut pati. ædificat igitur Medicus, non ſecundùm ꝙ medicus, ſed ſecundùm ꝙ ædificator: & albus fit, non quatenus medicus, ſed quatenus niger: medicatur autem, & non medicus fit, quatenus eſt medicus. cum autem maximè propriè dicamus medicũ facere aliquid, aut pati, aut fieri ex medico, ſi ſecundum ꝙ medicus hæc patiatur, aut faciat; manifeſtum ex eo quod non eſt fieri: & hoc ſignificat, quatenus non eſt. quod illi quidem nõ percipientes, aberrauerunt, & propter hãc ignorantiam tantum inſuper ignorauerunt, ꝙ nihil aliorum opinati ſunt fieri, aut eſſe, ſed auferebant omnem generationem. ¶ Nos autem & Te. 75

ipſi

ipſi dicimus fieri quidē nihil ſimpliciter ex eo, quod non eſt, ſed tñ fieri ex eo, quod non eſt vt ſecundum accidēs: ex priuatione enim, quæ eſt per ſe non ens, non ex eo, quod ineſt, fit. Mirabile autem eſt hoc, & impoſſibile ſic videtur fieri aliquid ex eo, quod non eſt. ¶ Similiter au-
Te. 76. tem neque ex eo quod eſt, neque id, quod eſt fieri, niſi ſecundum accidens, ſic autem & ex hoc fieri eodem modo, vt ſi ex animali animal vtique fiat, & ſi ex quodam animali quoddam animal, vt ſi canis ex equo fiat: fiet enim non ſolùm ex quodam animali canis, ſed etiam ex animali, at non quatenus eſt animal; eſt enim iam hoc. ſi autem aliquid debet fieri animal, nō
Te. 77. ſecundum accidens; non ex animali erit. ¶ Et ſi aliquid fit, non ex eo, quod eſt, neque ex eo, quod non eſt. quod enim eſt ex eo, quod nō eſt dictum eſt nobis quid ſignificet, quod quatenus non eſt. Amplius autem & eſſe omne, aut
Te. 78. non eſſe non remouemus. ¶ Vnus igitur modus hic eſt. Alius autem, ꝙ contingit eadem dicere ſecundum potentiam, & actum. hoc autē in alijs determinatum eſt cum diligentia magis. Quare, ſecundùm quod verè dicebamus, dubitationes ſoluuntur, pp quas coacti remouent dictorum quædam, pp hoc enim tm auerſi ſunt Priores à via in generationem, & corruptionē, & omnino mutationem: hæc enim viſa natura omnem ſoluit hanc ipſorum ignorantiam.
Te. 79. ¶ Tangentes igitur & alij quidam fuerunt ipſam, ſed non ſufficienter. Primùm enim confitentur ſimpliciter fieri aliquid ex eo, quod nō eſt, ꝙ Parmenidem recte dicere. poſtea videtur ipſis, ſi quidem eſt numero vna, & potentia tm̄ eſſe: hoc autem differt plurimum. Nos enim

ma-

materiam,& priuationem alterũ eſſe dicimus: & horum, materiam quidem non ens eſſe ſecũdum accidẽs,priuationem autem per ſe:& materiam quidem propè,& quodammodo ſubſtãtiam, priuationem autem nequaquam. ¶ Quidam autem quod non eſt magnum, & paruum ſimiliter,aut ſimul vtrunque, aut ſeorſum vtrũque. quare penitus alter eſt modus hic trinitatis,& ille: huc vſque enim proceſſerunt, quòd oportet quandam ſupponi naturam: hãc tamẽ unam faciunt.etenim,ſi aliquis dualitatem facit,dicens magnum,& paruum ipſam;non minus idem facit:alteram enim deſpexit: permanens enim materia cum forma cauſa eſt eorũ, quæ fiunt,ſicut mater: altera verò pars contrarietatis, ſæpe per imaginationem videbitur ad maleficium ipſius intendenti intellectum, neque eſſe penitus. ¶ Exiſtente enim quodam diuino,& bono,& appetibili, aliud quidem contrarium ipſi dicimus eſſe,aliud autem quod natura aptum eſt appetere,& deſiderare ipſum ſecundùm ſuam ipſius naturam. quibuſdam autem accidit contrarium appetere ſuam ipſius corruptionem. attamen neque ipſum ſuam ipſius poſſibile eſt appetere formam:propterea ꝙ non eſt indigens,neque contrarium: corruptiua enim ſunt ſui inuicem contraria:ſed hoc eſt materia,ſicut ſi fœmina maſculum, & turpe pulchrum: verùm non per ſe turpe,ſed ſecundùm accidens:neque fœmina, ſed ſecundum accidens. ¶ Corrumpitur autem,& fit, eſt quidem vt ſic,eſt autem, vt non: quatenus enim eſt id in quo,ſecundùm ſe corrumpitur: quod enim corrumpitur,in hoc eſt priuatio: quatenus autem ſecundùm potentiam, non per ſe, ſed incorruptibi-

Te. 80. Te. 81. Te. 82.

corruptibilem,& ingenitam, neceſſe eſt ipſam eſſe: ſi enim fiat, ſubijci aliquid oporter primū, ex quo inexiſtente fiat. hoc autem eſt ipſius natura: quare erit, antequam fiat. dico enim Materiam, primum ſubiectum vniuſcuiuſque, ex quo fit aliquid, cum inſit, non ſecundum accidens: & ſi corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum. quare corrupta erit, antequàm corrumpatur.

Te. 83. ¶De principio autem ſecundum formam, vtrum vnum, an plura, & quot, aut quæ ſunt, cum diligentia primæ Philoſophiæ opus eſt determinare. quapropter in illud tempus reponatur. de Phyſicis autem, & corruptibilibus formis in poſterius demonſtrandis dicemus. Quod igitur ſint principia, & quæ, & quot numero, determinatum ſic à nobis ſit. Rurſus autem aliud principium capientes dicamus.

EXPLANATIONES.

Primi] .i. *antiqui* [*vtriſque*] .*ſ. ente, vel ex non ente* [*augentes*] .*ſ. ſuam poſitionem* [*accidit*] .*ſ. antiquis* [*hoc*] .*ſ. dicere, quod ex ente, aut non ente fiat aliquid, vel* ꝙ *ens, aut non ens faciat aliquid, aut patiatur* [*medicatur*] .*ſ. inquantum medicus* [*maximè*] .*i. per ſe* [*ex non ente*] .*i. per accidens* [*quatenus non eſt*] .*i. quando attribuitur ei, non inquantum medicus, ſed inquãtum eſt aliqnid aliud* [*illi non percipientes*] .*ſ. antiqui hanc diſtinctionem* [*ſimpliciter*] .*i. per ſe* [*quod ineſt*] .*i. quod ſit pars generati* [*fit*] .*ſ. aliquid* [*mirabile*] .*ſ. apud antiquos* [*ex quodam*] .*ſ. demonſtrato, vel particulari* [*fieri*] .*ſ. per ſe* [*erit*] .*ſ. factum* [*amplius*] .*i. & ſicut cum hoc animal fit ex hoc animali, vel hoc corpus ex hoc corpore non remouetur omne corpus, nec omne non corpus* [*remouemus*] *ſic non remouemus*

ab eo,ex quo fit hoc ens [in a!ijs] .i.nono metaphiſicorum [natura] .i.materia , [ipſam] .ſ. materiam [una] .ſ.materia [eſſe] .ſ.unum [quidam] .ſ.Platonici ponebant [facit] .ſ. materiam [alteram] .i. priuationem [eſt] .ſ. materia [altera] .ſ. priuatio [neque] .ſ.eam [exiſtente] .ſ.forma [aliud] .i. forma [ipſam] .ſ.materiam [ſuam] .i. præſentē [ſed hoc] ideſt ſed priuationem habens [turpe] ſcilicet appetit pulchrum [ſed ſecundū accidens] ideſt quatenus accidit ei , quod , ſubiectum in quo eſt , appetit eſſe pulchrum, vel bonum [corrumpitur] ſcilicet materia [vt non] & non corrumpitur [non per ſe] .ſ. corrumpitur [hoc] .ſ. quod ſubijcitur [cum inſit] ideſt,& ineſt rei cum facta [aliquid] ſcilicet compoſitum [in hoc] ideſt in materia.

CVRTII MARINELLI
QVAESTIONVM
Solutiones in li. I. Phyſ.

Quæ. I. *EST ſententia Ariſt. in primo li. phy. tex. 1. quòd ad perfectam cognitionem de aliqua re habendã oporteat omnes cauſas cognoſcere. attamen multi contra aſſerentes dicant, quòd in defi. non adſunt omnes cauſæ, nec prætereà ſcientia mathematica habet niſi vnã cauſam. ſic vult Auer. in 2. metaph. ſoluit autẽ hãc difficultatem Iand. in quæſt. 3. ſic, quòd ſcientia, uel cognitio perfecta dicitur duplici. primò perfecta ſimpliciter, deinde perfecta in genere. perfecta ſimpliciter eſt illa, per quam cognoſcitur res ſecundum omnem rationem conſiderandi per ſe, vt ſi cognoſcatur animal ſecũdum omnem modum eſſendi per ſe ei conuenientem, & ſecundum rationem eſſentialem ſcilicet inquantum animal, corpus animatum, & ſubſtantia, & quò ad omnes paſsiones per ſe conuenientes. Scientia autem perfecta in genere eſt illa, qua cognoſcitur res ſecundum aliquam determinatam rationem, vt animal quatenus animal. dico igitur quò ad quæſtionem, quòd ad perfectam ſcientiam ſimpliciter alicuius rei oportet cognoſcere omnes cauſas, ad perfectã autem in genere non. & hæc eſt etiam reſponſio Tat. Alex. Achil. Iand. Ait autẽ D. Tho. in com. & Simplici. quod cauſa, princip. & elementum hoc loco non ſumitur copulatiuè. ſed diſiunctiuè ad deſignandum, quòd non omnis ſcientia per omnes cauſas docet: nã mathematica per formalem requiritur. vnde ad perfectam cognitionem de eis ſufficit ſcire tantummo-*

do illam, vel illas cauſas, quas habent. Secundò ſciendum eſt cauſas eſſe in duplici differentia, vt Tat. lib. 1. Phyſ. Alex. & Burleus aiunt: quædam enim ſunt per ſe, & quædam per accidens. omnes per ſe oportet ſcire, ſed non per accidens. Tertiò cognitio eſt duplex, ut volunt Bur. & Tat. quædam complexa, & quædam incomplexa. complexa eſt, quæ de aliquo cōplexo habetur, vt uidelicet de propoſ. affir. uel negatiua. Et hæc vocatur à philo. in lib. 3. de anima compoſitio, ac diuiſio; & à Com. fides. notitia verò incomplexa eſt illa, quæ eſt de incomplexo, videlicet, quæ eſt de re aliqua quantum ad intrinſeca ſibi, & hanc notitiam vocat Ariſt. in lib. 3. de anima ſimplicium intelligentiam, & Com. formationem. Dicamus igitur, quod ad notitiam perfectam incomplexam cauſati non oportet cognoſcere omnes cauſas. ad notitiam autem complexam ſimpliciter perfectam neceſſe eſt omnes tenere: deinde quò ad notitiam complexā perfectā in genere non oportet cognoſcere eas omnes. Tādem ſciendum eſt, vt aſſerit Simp. in com. quod Ariſt. non accepit notitiam communem, quæ dicta eſt ipſa cognitio, ſed ſcientialem, quæ habetur ex principijs.

Non eadem eſſe nota nobis, & naturæ narrat phil. in tex. 2. tamen videtur huic contraria auctoritas Auer. in lib. 1 cœli, & 2. metaph. ſic dicens. aliquid notius quò ad naturam eſt ordinatum ad hoc, vt ſit ſimpliciter notius nobis: pro ſolutione eſt aduertendum, quòd illa dicuntur notiora naturæ, vt ait D. Thom. quæ magis habent de actualitate, quales ſunt intelligentiæ, vel vt Simp. ſincera. & immixta. Sed Iand. & Burl. quatuor recitant modos, quibus dicitur aliquid eſſe notius naturæ, illa primò. ſ. quæ ſunt perfectioris entitatis, vt etiam Iand. & elongata à materia, ut intelligentiæ. ſecūdò quæ ſunt prius, & magis intenta à natura, vt ſpecies ſpecialiſſimæ. tertiò Quæ. 2.

quæ

quæ poſſunt cognoſci ſine alio, & alia non ſine ipſis. quarto quæ ſunt cauſa rerum naturalium. & ſic accipit Com. dicens. cauſæ ſunt notiores apud naturam, quia cõpoſita facit ex cauſis. unde uidetur, q cauſæ ſint notiores apud illam, ſicut eſt diſpoſitio in rebus artificialibus cum artefice. et Burl. exponit, quod cauſa dicuntur notiores naturæ, non quia natura generãs cognoſcat eas, ſed quia, ſi cognoſceret, cauſæ eſſent notiores naturæ, quàm res compoſitæ. aliter autem gloſat Alex. & Simpli. quia quantum ex ſui natura eſt, nota ſunt, & cognita prius. Nota autem nobis dicuntur magis ſenſibilia, & materialia, vt D. Thom. vel compoſita, ut Auer. Verificatur negatiua. ſ. non eadẽ eſſe nota nobis, & naturæ in ſcientia naturali, & in metaphyſica ut Alex. Iand. & Iauel. in mathematica locum non habet, ut Auer. in com. & Alex. dat etiam aliam ſolutionem. ſ. quod ubi cauſæ ſunt ſenſibiliores effectibus, eadem ſunt nota nobis, & natura, ſed non contra. Dubium etiã oritur, quia uidetur eſſe repugnantiam inter primũ tex. & ſecundũ: in p. n. ait phil. q in ſcientia naturali incipiendum eſt à cognitione cauſarum, & in ſecundo à notioribus nobis, quæ ſunt compoſita. ſolnit Iauel. iuxtà expoſitionem D. Thomæ. hanc difficultatem. ſ. q Ariſt. in primo tex. ponit ordinem procedẽdi in ſcientia naturali, ac vult, quod incipiamus à cauſis, & principijs, in tex. 2. autem uult, quod incipiamus ab uniuerſalioribus cauſis. Bur autem aliter ſoluit dicens, quod incipere à cognitione cauſarum poteſt intelligi dupliciter, vel cognoſcendo illas. i. tradendo cognitionem illarum, uel cognoſcendo per illas. i. ſupponendo cognitionem cauſarum procedendo ulterius ex cognitione cauſarum ad cognitionem effectuum. dico igitur, quod in hac ſcientia eſt incipiendum à cognitione cauſarum cognoſcendo illas, & inueſtigando cognitionem illarũ. ſed

non

non eſt incipiendum à notioribus cognoſcendo per illa, ſed ſic eſt incipiendum à notioribus nobis, cognoſcendo per notiora nobis illa, quæ ſunt notiora naturæ; vnde non repugnat, quòd primò eſt incipiendum à notioribus naturæ inquirendo eorum cognitionem: & quòd non eſt incipiendum à notioribus naturæ cognoſcendo per illa.

Vniuerſalia eſſe notiora ſingularibus, uel inferioribus uniuerſalibus ſentit Ariſt. tex. 3. dant autē multi inſtantiam dicentes, quòd in lib. 1. poſt. tex. 5. aſſerit ſingularia eſſe magis nota quò ad nos. ſoluit id D. Tho. in com. dicens, quòd ibi accipit ſingularia ipſa indiuidua ſenſibilia, quę ſunt magis nota quò ad nos; quia ſenſus cognitio, quæ eſt ſingularium, præcedit cognitionem intellectus, quæ eſt uniuerſalium. ſed quia cognitio intellectualis eſt perfectior, uniuerſalia autē ſunt intelligibilia in actu, non autem ſingularia, cum ſint materialia, ſimpliciter, ac ſecundùm naturam vniuerſalia ſunt notiora, ſingularia autem dicit non ipſa indiuidua, ſed ſpecies, quæ ſunt notiores ſecundū naturam, ut potè perfectiores exiſtentes. ſic Egid. in com. auctoritate Auer. Iand. autem circa hoc multa dicit, quæ ſunt. primò, quòd ſingulare ſumitur dupliciter uel ſimpliciter; uel reſpectiuè, ſingulare ſimpliciter eſt indiuiduum, & unum numero, quòd non prædicatur de aliquo, ut Socrates. reſpectiuum eſt illud, quòd eſt minus uniuerſale, ut ſpecies reſpectu generis. ſecundò, cognitio eſt duplex. ſenſitiua. ſ. & intellectiua. tertiò, vniuerſalia conſiderantur dupliciter primò vniuerſale ſumitur pro re, quæ denominatur uniuerſalis, & iſtud vniuerſale eſt res quæcunque, cui per naturam ſuam non repugnat eſſe in multis. ſecundò ſumitur pro intentione, quæ eſt concepta in intellectu. quartò, ſingulare eſſe notius uniuerſali nihil aliud eſt, quàm cognitionem particularium eſſe prius in intelle- Quæ. 3.

ctu cognitione vniuerſalium. Vnde reſpondet, vniuerſale, quod eſt intentio, non eſt prius notum quo ad nos, quàm ſingulare, ſecundo cognitione intellectiua magis uniuerſale eſt prius in intellectu, quàm minus vniuerſale, & hoc ordine generationis, ſed ordine perfectionis minus uniuerſale eſt prius. tertio cognitione ſenſitiua ſingulare ſimpliciter, non reſpectiuum eſt primum notum uia generationis. Burl. autem ait cognitionem eſſe duplicem, unam confuſam, & aliam diſtinctam, uel perfectam, & imperfectam. & dicit, ꝙ prius cognitum ab intellectu noſtro cognitione confuſa uia generationis eſt ſingulare, ꝙ fortius mouet ſenſum. quantũ autem aliquid eſt communius, tanto eſt prius cognitum uia generationis in cognitione diſtincta. intelligo autem per cognitionem diſtinctam cognitionem, per quam res diſtinguitur, & reſoluitur per uirtutem cognoſcentem in omnia, in quæ ipſa eſt reſolubilis. Tat. autem ex auctoritate Scoti primo Sent. di. 3. q. 2. gloſat ponens aliquas diſtinctiones, & prima eſt, duplicia ſunt uniuerſalia, quædam in cauſando, ut Deus, quædam in prædicando, quorum termini de pluribus poſſunt prædicari & de hic mouetur dubium, non de alijs. ſecunda eſt, minus uniuerſale ſumitur dupliciter uno modo propriè, & ſic dico, quòd eſt aliquid minus commune alio, alio modo capitur largè pro omni inferiori reſpectu alicuius ſuperioris, & ſic capitur hoc loco, & hoc modo ſingulare dicitur minus uniuerſale. tertia diſtinctio eſt, aliud eſt apprahendere obiectum confuſum, & apprahendere confuſè, & ſimiliter aliud apprahendere obiectum diſtinctum, & apprahendere diſtinctè; quia confuſè, et diſtinctè dicunt diſtinctionẽ, & confuſionem in notitia, at confuſum, & diſtinctum reſpiciunt obiectum. vnde concipere confuſum eſt concipere aliquod totũ, vel totum uniuerſale, uel eſſentiale, ſic uidelicet, quòd

quan-

quando apprahendo aliquod illorum, apprahendo confuſum. ſed diſtinctum eſt pars alicuius totius, ſic uidelicet, quòd quando apprahendo aliquam partem alicuius talis totius, apprahendo diſtinctum. ſed confusè apprahendere eſt concipere ſicut ſignificatur per terminum, uel apprahendere aliquid in conceptu ſui ſuperioris. ſed diſtinctè eſt concipere ſicut ſignificatur per definitionem, quare ſequitur, quòd confuſum poteſt apprahendi diſtinctè, & diſtinctum confusè. ſequitur etiam, quod duplex eſt notitia, confuſa. ſ. & diſtincta. his præmiſſis dico. primo q inter uniuerſalia, ſpecies ſpecialiſſima eſt nobis nota prius prioritate originis notitia confuſa, quàm magis uniuerſale. ſecũdò uia generationis magis uniuerſalia ſunt primo nota notitia diſtincta. & contra hanc ultimam diſtinctionem tenet D. Thom. in p. par. ſumma. q. 85. ar. 3. vbi ait, q primum cognitum cognitione cõfuſa ſit magis uniuerſale loquendo de actuali cognitione. Zim. autem in lib. de primo cognitu. vbi narrat opinionem Scoti; & D. Thomæ autem nos conciliando hos, dicimus, quòd quandoque uniuerſalia ſunt notiora minus vniuerſalibus, & hoc quando fuerint magis ſenſata, quandoque contingit oppoſitum, quod minus uniuerſalia ſint primo cognita, & hoc quando illa fuerint magis ſenſata magis uniuerſalibus. Atque aſſerit ad hanc quæſtionem non eſſe ſimpliciter reſpondendum, ſed debemus diſtinctionem proferre: quoniam aut cõparatur magis uniuerſale ad minus uniuerſale, ut eſt quoddam totũ, quale eſt genus, & minus uniuerſale eſt, ut pars magis uniuerſalis, qualis eſt ſpecies; aut cõparatio talium eſt econuerſo modo, ita. ſ. q magis uniuerſale conſideretur, ut eſt pars minus uniuerſalis, quod accidit uniuerſaliter, quando minus uniuerſale conſideratur, ut eſt definitum quoddam, & confuſum, ac totius rationem habens, et ut eſt definiens,

& eſt pars definitionis eius. ſi primo modo fiat comparatio, diſtinguendũ eſt adhuc, quoniã aut ſingulare magis uniuerſalis eſt magis ſenſatum, quàm ſingulare minus uniuerſalis, aut contra. ſi primo, magis uniuerſale eſt notius prius intellectui, quàm minus uniuerſale. ſi detur ad oppoſitum, minus uniuerſale eſt notius magis uniuerſali. ſi autem comparatio fuerit inter magis uniuerſale, & minus ab eo, quòd unum ſit definiens, & aliud definitum, in prima cognitione actuali, & confuſa prius occurrit intellectui minus uniuerſale, quod eſt quoddam totum, quàm magis uniuerſale, quod eſt pars eius, ut ſi quis ingrediatur in aliquam domum prius occurrit ei tota compoſitio, quàm partes eius. unde dico, quòd magis uniuerſale eſt minus notum; quia habet rationem partis, & minus uniuerſale eſt magis notum; quia habet rationem totius, & cõfuſi. ſed in cognitione diſtincta dico, quòd eſt contrà, diſtincta. n. cognitio procedit ex notioribus, & prioribus quò ad naturã, & non quò ad nos. & ſic concludit, quòd intellectus cognitione actuali primo cognoſcit uel magis uniuerſale, uel minus uniuerſale, ſecundũ quòd ſunt eius ſingularia magis ſenſata, ſiue illud ſenſatum ſit uiſibile, uel audibile, uel aliquo alio ſenſu perceptibile. Itaque opinio illa Heruei tenentis accidens concretiuè ſumptum eſſe primò cognitum ab intellectu noſtro cognitione confuſa eſt uera, loquendo de accidentibus magis ſenſatis. unde ſi accidentia inſequentia naturas uniuerſaliores fuerint magis ſenſata, talia concretiuè ſumpta ſunt in cognitione confuſa notiora nobis in cognitione actuali. ſi uerò accidentia inſequentia naturas minus communes fuerint magis ſenſata accidentibus inſequentibus naturas magis uniuerſales, talia notiora ſunt. quò uerò ad habitualem, uel uirtualem cognitionem intel. prius aptus natus procedere à magis uniuerſalibus,

bus, & communioribus ad minus communia. aliter autem ſentit Sueſ. in Diluc. lib. 1. D. n. dicens ſumendum eſt intellectũ poſſe quædam intelligere ſine proceſſu, ueluti ea, quæ aut obiter, ſiuè fortuitè intelligit, vel ea quæ uoluntariè cognoſcit. intel. n. poteſt intelligere & ſingularia, & uniuerſalia. amplius magis, & minus uniuerſalia, quare obiter, uel uoluntariè quod uis horum intelligere poteſt. quædam uero poteſt intelligere procedendo à notis ſibi ad ignota. proceſſus autem, quo procedere poteſt intellectus ipſe à notis ad ignota, eſſe pōt aut naturalis, aut artificialis. artificialis uero eſt aut definitiuus, aut demonſtratiuus, aut operatiuus. præterea demonſtratiuus aut eſt per inuentionem, aut per doctrinam. his ſuppoſitis ſit prima concluſio, quòd de his, quæ obiter, uel uoluntariè occurrunt intellectui nulla eſt regula ordinis cognoſcendi; poteſt. n. interdum obiter ſingulare, interdum uniuerſale, aliquando magis, uel minus uniuerſale occurrere nobis. ſecunda concluſio loquendo in proceſſu naturali primùm occurrens intellecti ſunt ſingularia, ſingularesq́, uel indefinitæ propoſitiones; quia puer non incipit intelligere, niſi motus ab accidentibus rerũ ſingularium. tertia, loquendo de proceſſu artificiali definitiuo ſecundum ordinem confusè cognoſcẽdi primum cognitum eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſiue quid nominis definibilis, ſecundùm uero ordinem diſtinctè cognoſcendi primum cognitum eſt ens, & magis uniuerſale. quarta, loquendo in proceſſu operatorio, quo intellectus procedit edendo uniuerſale poſt rem, & in actu à ſingularibus, & magis uniuerſale ex minus uniuerſalibus; nunc primum cognitum intel. in tali opere eſt ſingulare, ex quo colligit uniuerſale minus, quòd eſt ſibi ſecundo loco notum, & demum uniuerſale magis pro ratione ordinis in abſtractione. Quinta, loquendo in proceſſu demonſtratiuo

per inuentionem emergentem primum cognitum ſunt ſingulares propoſi. experimentariæ, & deinde uniuerſaliſſimæ, demum cætera per ordinem. Sexta, loquendo in proceſſu demonſtratiuo per doctrinam emergẽtem primum cognitũ ſunt uniuerſaliſſimæ prop. artis, deinde minus uniuerſales eiuſdem artis ſuo ordine, ut Thom. Alex. Simp. & Auer.

Quæ.4. *Dubitatur quarto an ex uniuerſalibus ad ſingularia ſit procedendum, uerba. tex. 4. ſunt pro parte affir. contrà Auer. 5. metaph. tex. 1. ubi ait non ſemper principium doctrinæ eſſe principium rei; principium n. doctrinæ eſt uniuerſale. ad hanc controuerſiam dirimendam declarandum eſt, quid ſit ordo doctrinæ, & uia doctrinæ. dicunt fere omnes ordine doctrinæ eſſe procedendum ex uniuerſalibus ad ſingularia. Id uerò declarat Zim. in prop. 14. & uocat ordinem doctrinæ diſpoſitionem illam, quæ eſt inter ſcibilia ſcientiæ ſecundùm prius, & poſterius. uia doctrinæ autem eſt duplex genus demonſtrationis; uidelicet demonſtratio ſigni; demonſtratio cauſæ, & demonſtratio cauſæ & eſſe, deinde ordo doctrinæ conſideratur dupli. quandoque. n. attenditur ſecundùm naturam ſcibilium, & quandoque attenditur penes habiliorem tradendi, uel docendi modum. & ideo ordine ſcientiæ ex natura ſcibilium à prioribus, & communioribus eſt proficiſcendum. ſed penes habiliorem docendi modum contrà.*

Quæ.5. *Contra negantes principia non eſſe diſputandum, clarum & notum eſt omnibus. Ariſt. n. tex. 8. probat exemplificando de geometra. attamen paulo infrà reprobat poſitionem Parmenidis, & Meliſſi, qui negabat principia. Soluit Iand. q. 6. dicens, ſcientia naturalis conſiderat principia triplicia. ſ. principia doctrinæ, & non ipſius eſſe ſimpliciter: & principia eſſe, & non doctrinæ: & principia eſſe, & doctrinæ. Principia*

pia doctrinæ, & non eſſe ſunt accidentia per ſe reſpectu naturalium ſenſibilium, ut eſt motus, pluralitas entium, & huiuſmodi. principium eſſe, & non doctrinæ eſt materia prima, & fortè primus motor. principia uerò doctrinæ, & eſſe ſunt propriæ formæ ſubſtãtiales rerum naturalium. Dicamus igitur, quod naturalis Philoſophus non poteſt reprobare illum, qui negat principia doctrinæ pertinentia ad ſcientiam naturalem, dico per ſe, & directè. Secũdò, dicitur quòd naturalis poteſt diſputare contra negantem principia rerum, & non doctrinæ. ac tertiò, etiam contra negantes principia doctrinæ, & eſſe. Iauel. inquit, quòd quamquam Ariſt. diſputat contra Parmen. hoc non efficit quatenus naturalis, ſed Metaphyſicus.

Rationem finiti, & infiniti conuenire tantumodo quantitati; ſubſtantiæ autem, & qualitati nequaquam in tex. 15. declarat Phil. contrà autem legitur multis in locis; primus. n. motor eſt immaterialis, & infinitus. deſtruitur dubium ſic: quod duplex eſt infinitum. ſ. aliud quantitatiuum, quod congruit quantitati dimenſiuè, & aliud uirtuale, uel formale, quod quantitati uirtuali, & rebus abſtractis conuenit. primum infinitum non competit ſubſtantiæ, nec qualitati, ſed ſecundum, hac eſt ſolutio Card. Caietani, ubi de infi. primi motoris diſſerit, & Iauel. Quæ. 6.

Alex. Achil. & Iand. monent hanc dubitationem circa tex. 13. utrum ſubſtantia materialis ſit per ſe diuiſibilis in partes eiuſdem rationis. reſpondent, quod materia non eſt diuiſibilis in partes eiuſdem ſpeciei immediatè, ſed mediante quantitate, & hoc non purè per accidens: habet. n. aptitudinem illa materia ad hanc ſuſcipiendam diuiſsibilitatem. alio modo ſoluit Tat. auctoritate Scoti in 2. D. 2. Q. 9. quòd diuiſibilitas eſt duplex, quædam eſt in partes quantitatis, & alteri non conuenit niſi per accidens, & hac non Quæ. 7.

 com-

competit materiæ, niſi per quantitatem. alia eſt diuiſibilitas in partes ſubſtantiales, & entitatiuas, quarum quælibet eſt eas, & hæc competit materiæ ſeclusa quantitate.

Quæ. 8. *Totum, & partes eſſe idem dubitat Phil. in tex. 17. & ibidem non eſſe idem; partes. n. eſſent eadem inter ſe. ad ſolutionem contradictionis uariæ ſunt reſponſiones. Scotus. 3. ſententiarum D. 1. Q. 2. & 8. metaph. Q. 4. ſentit totum eſſentiale diſtingui realiter à partibus ſimul ſumptis, et ad auctoritates Auer. & Ariſt. ubi dicunt eſſe idem, ait Tat. quod eſſe idem conſideratur dupliciter uel in continendo. ſ. uel in eſſendo. Totum, & partes ſunt idem in continendo: totum. n. non continet niſi eius partes. ſed non in eſſendo eſt idem. & D. Tho. in commento. 17. aſſerit totũ eſſe idem cum ſuis partibus ſecundùm quid, ſed non ſimpliciter. Auer. autem, & Alex achil. affirmant totum, & partes eſſe idem, nam dicunt, quòd partes ſumuntur dupliciter, uel diuiſim ſumptæ, uel ſimul ſumptæ, ſi diuiſione ſunt aliud à toto. ſi ſimul, ſunt idẽ. et Alex. addit, quòd ſi partes euenientes ad conſtitutionem totius aliquo modo rumpantur, totũ non eſt idem præciſè cum partibus, ſed eſt illæ partes ſic ruptæ. Zim. in Dictis. Auer. ſoluit duplici modo. primo eſſe idem conſideratur dupliciter, uel conſtitutiuè, & ſic ſunt idem: uel eſſentialiter, & hoc pacto non ſunt idem. ſecundo, q. ſunt idem loco, & ſubiecto, ſed non ſecundùm rem. alij etiam aliter dicunt, ꝙ totum eſſe idem cum partibus ſumitur dupliciter uno modo per ſe, et primò, hoc eſt cum aliqua res eſt eadem totaliter cum partibus, itaque quicquid includeretur in toto, etiam includeretur in parte, & ſic totum non eſt idem. alio modo per ſe, ſed non primo, ut totum eſt idem cum aliqua parte, & diuerſum ab alijs, & ſic eſt idem. & hac eſt Iand. ſententia.*

Sibi

Sibi contradicit Ariſt. aſſerendo tex. 18. indiuiſibile nullum eſſe quantum, neque quale, nec itidem infinitum: nam legitur in 8. phy. tex. 79. primum motorẽ eſſe indiuiſibilem, & infinitum: ſoluit Iand. dubitationem ſic, ſ. quòd infinitum dicitur quatuor modis. primò infinitum quantum. ſecundò infinitum uirtutis, uel uigoris. tertio infinitum durationis. quartò dicitur infinitum per priuationem ſpecificæ determinationis. primo modo indiuiſibile non eſt infinitũ, ſed ſecundo, ut in primo motore, & quarto ut in materia prima. Quæ. 9.

Dubitatur à multis tex. 24. ſi poſſibile ſit partem moueri toto quieſcente: quædã nam pars mouetur toto exiſtente quieto, & contrà lapis non mouetur, niſi totus moueatur. primò eſt ſciendum totum eſſe in duplici differentia, ſcilicet homogeneum, & æterogeneum. ſecundò quatruplicem eſſe motum. ſ. alterationis, augumentationis, diminuitionis, & ſecundùm locum, qui in rectum, circularem, & medium diuiditur. tertiò tota quædam ſunt difficilis diuiſionis, & quædam ſibiinuicem cedentes, uel facilis diuiſionis. his dictis, aliquid poteſt moueri localiter motu circulari toto quieſcente, ut cœlum. ſecundò ſi eſt facilis diuiſionis, uel ut ait D. Thom. habeat partes, quæ faciliter ſe cõgregent, & diſgregant, uel ut Simpl. partes ſibiinuicem cedentes, poteſt moueri una pars toto quieſcente, ſi autem difficilis diuiſionis, ut lapis, minimè. tertiò ſi totum eſt æterogeneum, una pars poteſt moueri motu alterationis, ſed non locali. hæc omnia Tat. Qu. 10.

Iauel. circa 28. tex. monet hanc dubitationẽ, quæ eſt, an in definitione omnis accidentis inſeparabilis ponatur ſubiectum, quæ potius logica eſt, quàm phyſica. ſoluit dicens, ꝙ accidens inſeparabile eſt in dupl. differentia, nam quoddam fluit à principijs ſpeciei, Qu. 11.

&

& dicitur naturalis proprietas, & illa non poteſt de finiri ſine proprio ſubiecto, ut ſimitas ſine naſo, niſi apud intellectum. & tale accidens dicitur accidens ſpecificum inſeparabile, quoddam autem fluit ſolùm à principiis indiuidui, ut à tali complexione, uel loco generationis, ſicut eſt nigredo in Ethiope, primo modo ingreditur ſubiectum. ſ. natura ſpecifica in definitione, ſecundo non; eo quòd accidentia illa ſunt ſeparabilia reſpectu ſpeciei, ſed non indiuidui.

Qu. 12. *Aſſerit Ariſt. tex. 34. contraria fieri ex alterutris; tamen unum contrarium non fieri ex altero legitur multis in locis. ſoluit dubium Liconienſis dicens, ꝙ hoc eſt intelligendum ſubiectiuè. i. ꝙ ſubiectum album poteſt fieri nigrum, & non formaliter unum contrarium originem ducit ab altero, niſi ut dixi ſubiectiuè.*

Qu. 13. *Negat Philoſophus infinitum quatenus infinitum eſſe cognoſcibile à nobis tex. 35. tamē datur inſtantia de cognitione primi motoris, & temporis, & motus, ad hanc controuerſiam dirimendam ait Zim. authoritate Auer. in lib. 3. de anima tex. & com. 19. ꝙ infinitum conſideratur dupliciter, vel actu, vel potentia, primo modo intellectus non poteſt cognoſcere infinitum, ſed ſecundo, & hoc ſentiunt & Alex. achi. & Tat. & etiam Auguſt. Sueſ. lib. 3. Diſ. 5. qui addit quòd cognitio infiniti ſecundum D. Tho. eſt duplex, quædam nominis, & quadam quid rei. primo modo eſt cognoſcibile infinitum, ſecundo non. Iand. autem aliter ſoluit, & ait, quòd infinitū conſideratur dupliciter, primò quantum ad rationem formalem, qua dicitur infinitum, & ſic eſt notum intellectione ficta, uel negatiua, ſecundò quantum ad numerum determinatarum partium, ita. ſ. quod non cognoſcitur eſſe aliquis numerus determinatus partium infiniti, ſecundùm ꝙ eſt infinitum, & hoc pacto eſt ignotum,*

& addit. quòd infinitum eſt duplex quò ad extenſionem, & ſic eſt ignotum, & quò ad durationem, & ſic notũ, ſed in potentia addit etiã, q̀ cognitio infiniti eſt duplex, vna diſtincta, & alia confuſa, & indiſtincta, cognitione confuſa poteſt cognoſci infinitum, ſed diſtincta minimè nec comprehenſiuè, nec ſucceſsiuè, & aſſerit nec tempus, nec motum eſſe infinitum, ſed tendere ad infinitum.

Sententia eſt philo. tex. 36. omnia entia naturalia eſſe determinata ad maximum, & minimum. contrà eſt ratio, non eſt dabilis minime caro, nec maximus homo, ergo falſa eſt ſententia. hanc controuerſiam ſoluit, & ait Ian. Q. 16. quòd entia eſſe determinata ad maximum, & minimum ſic intelligitur, q̀ cuiuſlibet entis naturalis eſt aliqua quantitas ita parua, ut ſub minori non poſsit ſaluari forma illius, ſic magna, deinde inquit q̀ entia naturalia conſiderantur dupliciter, primò ſecundum q̀ naturalia ſunt, & ſic ſunt determinata ad maximum, & minimum. ſecundò ut continua, & quanta, & ſic non ſunt determinata ad maximum, & minimũ, & hæc ſolutio eſt etiam Simplicij in lib. 1. phy. com. 33. Tat. etiam & Iauel. in com. & D. Thomæ, qui ait corpus mathematicè aſſumptum eſſe diuiſibile in infinitum, naturaliter autem non; forma. n. eius non eſt ſub quantitate uel minima, uel maxima ſaluabilis. poſtea addit concluſionẽ eſſe ueram in rebus naturalibus permanentibus, ſed non ſucceſsiuis. Qu. 14.

Omne corpus finitum eſſe conſumptibile à corpore finito aſſerit Ariſt. tex. 37. etiam ſi contrarium ſit, ut de continuo, quod eſt diuiſibile in infinitum. Reſpondet Tat. & Iand. quòd diuiſio corporis finiti in ſuas partes poteſt fieri duobus modis, in partes. ſ. eiuſdem quantitatis æquales ſibinuicem, et in partes eiuſdem proportionis, non tamen eiuſdem quantitatis. primo modo Qu. 15.

modo uera eſt concluſio. ſecundo falſa. & hanc etiam dat Iauel. ſolutionem.

Qu. 16. Omnes facere principia rerum naturaliũ contraria notũ eſt omnibus: patet. n. hoc in tex. 41. datur tamen inſtãtia de materia, & forma, quę ſunt principia, & non ſunt contraria. ſoluit cõtrouerſiã Simplicius com. 40. in fine, ꝙ contrarietas ſumitur dupliciter uel propriè, uel impropriè. ſ. aliquo modo ſe oppoũntur. primo modo non ſunt contraria forma. ſ. & priuatio, ſed ſecundo. Iand. autem ſolutio eſt, quæ fortaſſe eſt eadẽ, ſ. ꝙ contrarietas ſumitur dupliciter, alia ſtrictè, & iſta eſt repugnantia duarum formarum in eodem genere prædicabili exiſtentiũ. alia eſt impropriè, uel largè ut ẽt, Alex. Achi. & Tat. Auer. & Auic. quæ eſt potius oppoſitio inter priuationem, & habitum, & ſic ſunt contraria. ſecundo principia conſiderantur dupliciter uel intrinſeca ſiue eſſentialia tantùm, uel extrinſeca, & intrinſeca ſimul, intrinſeca non ſunt contraria, ſed extrinſecum eſt contrarium intrinſeco, priuatio. ſ. formæ.

Qu. 17. Principia autem an ſemper maneant, nec ne dubiũ eſt. pro parte. n. affir. eſt Ariſt. tex. 1. contrà eſt ratio; contraria. n. ſemper inter ſe corrumpuntur. Com. ſic gloſat, uidelicet, ꝙ principia non debent eſſe trãſmutabilia, & generabilia ex alijs. Egidius in expoſitione textus inquit, quod principia manere conſiderantur dupliciter uel in communi, uel in particulari, in communi manent: reperiuntur. n. in omni tranſmutatione naturali, ſed non in particulari; non. n. manet hæc forma, vel hæc priuatio. Zim. theoremate. 29. ait, aduerte, ꝙ propoſita propoſitio intelligitur in genere cauſæ materialis, & intrinſecæ, & non de extrinſecis, & remotis. Alex. aut Achi. reſpondet multa, & eſt reſponſio Alberti magni, quæ fortè eſt eadem cũ illa Egidij, quæ eſt, quòd qualibet forma corrũpitur,

ſed

ſed primus habitus forma à materia non ſeparatur, & licet ſeparetur materia ab hac, uel illa forma; non tamen ſeparatur in uniuerſali. priuatio autem ſaluatur; quia ipſa eſt, aut forma eſt, quæ eſt illius complementum. alij aiunt, quòd priuatio manet; quia uni priuationi alia ſuccedit. Iauel. autem aſſerit theorema ſic eſſe intelligendum, quòd prima materia non fit ex priori materia, nec prima forma ex priori forma, nec priuatio ex alia, nec fiunt ex alterutris. & non tantumodo eſt uerum de principijs intrinſecis, ſed etiam de extrinſecis, ut primo motore.

Prima principia non fiunt ex alterutris legitur in text. 50. tamen contraria omnia ex alijs contrarijs. ſoluit Alexan. Achil. quòd contraria ſunt in duplici differentia quadam prima, & quædam ſecunda. prima contraria non fiunt, ſed ſecunda. uel ut Licon. quòd ſubiectum, ut exiſtens ſub uno contrariorum, iam poteſt fieri ſub altero; quia ſubiectum exiſtens calidum poteſt ſuſcipere frigiditatem; & non quod ex forma unius contrarij fiat alterum. Iauel. autem aucto. Themiſtij ſic gloſat. Vnum ſubiectum fit ex altero; quia unum fit poſt alterum in eodem ſubiecto, ut ait Simpli. com. 41. quòd importat tantummodo ordinem. uel Ex. non denotat cauſam efficientem nec materialem, nec formalem, ſed terminum à quo, etiam ſi opponatur largo modo termino ad quem. ut etiam Tataretus exeſtimat. Qu. 18.

Principia autem rerum naturalium eſſe tantummodo tria eſt ſententia Ariſto. tex. 56. datur inſtantia quòd prima contraria ſint tantùm duo, & quòd cauſæ rerum naturalium ſint quatuor. ſoluit Tataretus auctoritate Scoti. in lib. 1. Sen. D. 8. Q. 1. quod duplex eſt principium rerum naturalium, quoddam eſt intrinſecum, quod non ingreditur intrinſecè conſtitutionem compoſiti, ſicut materia, & forma. aliud eſt extrinſecum, Qu. 19.

cum, quod non ingreditur compoſitione compoſiti, ſicut cauſa finalis, et efficiens, & priuatio. primo modo ſunt duo, ſecundo plura. hæc etiam eſt Lyconienſis opinio. Iand. addit, quòd principia rerum naturalium aliquo modo duo ſunt, aliquo tria, alio quatuor, & alio quinque. & patet; ſi. n. numerentur principia rerum naturalium intrinſeca per ſe, & quantùm ad eſſe, ſunt tantùm duo. ſ. materia, & forma: ſi per ſe, & per accidens, ſunt tria. ſ. materia, forma, & priuatio. ſi uerò numerentur cauſæ intrinſecæ, & extrinſeca ſolum per ſe, ſunt quatuor materia, forma, agens, & finis, & ſi addatur priuatio, erunt quinque.

Qu.20. *Priuationem eſſe principium per accidens aſſerit Ariſt. tex. 66. unde Iaul. quærit Q. 30. an ſit ita principium per accidens, quod nullo modo ſit per ſe & ſcribit tres diſtinctiones. prima, res naturalis conſideratur dupliciter, quò ad fieri, & quò ad eſſe, uel eſſe factum, & per fieri intelligo motum ſiue proceſſum præcedentem eſſe rei naturalis, & ordinatum ad acquiſitionem formæ in materia, ita quòd talis motus eſt uia ad eſſe actuale rei naturalis. ſecunda diſtinctio eſt, princ. per accidens conſideratur duobus modis. primo quòd ſit purè per accidens, & nullo modo per ſe, ut muſica in ædificatore eſt purè princip. per accidens domus. ſecundo quod licet ſit per accidens; tamen poteſt in aliquo ſenſu eſſe per ſe. tertio princ. per ſe poteſt eſſe duplex, primo quod ſit per ſe, & principaliter ſicut materia, ſecũdo quòd ſit per ſe ſed non primo, imo ſecundario & diſpoſitiuè. quò ad primam ſi conſideretur res naturalis quò ad eſſe. 1. ſiue factum; priuatio non eſt principium per ſe, ſed quò ad fieri. 2. eſt bene princip. per ſed non primò. 3. eſt bene per accidens, ſed non purè ut muſica eſt purè per accidens in ædificante reſpectu domus. & has omnes narrat Iand. Q. 23.*

Sub-

Subiectam naturam, uel materiam eſſe ſcibilem ſecundùm analogiam uult philoſophus. in tex. 69. tamẽ uidetur, cum ens ſit obiectum intellectus, & materia ſit ens; ꝙ ipſa ſit cognoſcibilis, & non tantumodo ſit ens, ſed etiam ſubſtantia. ſoluit hoc dubium Guil. de uilla Ochã ſic, ꝙ duplex eſt cognitio, ſimplex ſcilicet vel propria, & impropria. primo modo materia non eſt cognoſcibilis, ſed ſecundo; habitis. n. conceptibus ſimplicibus, & communibus, & particularibus rerum intellectus poteſt componere eas adinuicem, & tandem deuenire in cognitionem materiæ. Tat. autẽ auctoritate Scoti, dum hi tenent materiam eſſe actu, et non potentia, ſic ſoluit, ꝙ materia conſideratur dupliciter uno modo, ut habet ordinem ad transmutationem formalem, alio ut eſt aliquid per ſe. primo materia non eſt cognoſcibilis niſi per analogiã ad tranſmutationem, ſed ſecundo cognoſcitur per ſe. quod etiã ait Gregorius Ariminenſis. Auer. autem in com. & D. Thom. com. 69. & Guil. de uilla Ocham reſpondẽt, quod materia, quæ eſt ſubiecta ſubſtantia, non poteſt intelligi per ſe, cum non ſit actu. ſed intelligitur per comparationem ad formam propter latentiam ſuæ ſubſtantiæ. & hoc confirmatur ab Alex. Achil. & à Burleo com. 69. qui addit, ꝙ materia prima cognoſcitur per analogiam ad ſubſtantiam compoſitam, & ad formam, & fortaſſe magis per comparationem ad ſubſtantiam compoſitam, quàm ad formam. Zim. autem. prop. 36. ſentit materiam negatione cognoſci, & ait. Aduerte, ꝙ materia duplex eſt, prima, & ſecundo. prima eſt natura, & quoddam ſimplex. ſecunda uero eſt naturatum, et compoſitum. Hęc propoſitio habet ueritatem de prima materia principaliter. deinde inquit. duplex eſt notio materiæ, una, quam dat prima noſtra cognitio naturalis, quæ eſt à ſenſatis, et nobis notioribus, & operationibus. & ſic materia prima Qu. 21.

ma cognitione, & primo occurſu de ſe cognoſci nõ poteſt niſi ſecundum tranſmutationem, & talem cognitionẽ habet naturalis de materia. alia eſt notio quæ pertinet ad metaphyſicam, qui cõſiderat ipſam in ſe; ut eſt ens, & ut ſubſtantia, quæ nõ eſt forma, nec habens formã, & ſic concepta per negationẽ cuiuſcũq;.

Multi ſunt aſſerentes potentiam mteriæ eſſe idẽ
Qu. 22. *eſſentialiter cum materia; habent enim auctoritatem, phil. in tex. 70. & Auer. præcipuè in libro de ſubſtantia orbis: & niſi eſſet potentia; forma adueniret enti ãctu. contrà uerò eſt ratio: nam ſi eſt potentia; ergo adueniente formà corrumpitur, vel eſt in prædicamento relationis, uel non eſt ſubſtantia. Soluit dubitationem hanc Simom Port. Neap. in prima parte Phi. dicens, quod materia conſideratur dupliciter uno modo reſpectu formæ, quia ſemper in eius gremio diuerſas formas recipiendi facultas reperitur, & ſic eſt potentia. alio ut eſt ens ingenitum, & ſubſtantia, & ſubiectum, tunc eſt actu; neceſſe eſt. n. eam ſi eſt ſubſtantia, & ſubiectum quoddam æternum, ut exiſtat. quod idem eſt, ac ſi dicat actu eſt. Portius ſecutus eſt Scotum. & eius deſcipulos & Burleus. 1. phyc. com. 70. & dicunt, quod aliquid eſſe in actu conſideratur dupliciter vno modo in actu exiſtendi, ſeu entitatiuo, quod realiter exiſtit, & ſic materia eſt actu. alio in actu formali, & ſic materia non eſt actu. Præterea eſſe in potentia dicitur biſariam, uel in potentia ſubiecti. a, uel in potẽtia obiectiua, & ut aliquid ſit in potentia ſubiectiua duæ conditiones requiruntur. prima quòd ſit. ſecunda ꝙ poſſit recipere. ſed in potentia obiectiua, eſt illud, quod non eſt, & poteſt eſſe. primo modo materia eſt in potentia, ſed non ſecundo Thomiſtę autem nullo pacto volunt eam eſſe actu extitatiuo, ſed potẽtia. unde Iauel. in Q. 33. aſſerit duas eſſe potentias materiæ; una quæ dicitur per ſe, &*

hac

hæc competit materiæ, inquantum eſt potentia ſubiecta, ſiue receptiua, eo quod materia ex ſui natura eſt receptiua formæ, & ſic dicitur potentia. ſecunda eſt reſpectiua, quæ multiplicatur, ut formæ multiplicabiles ſunt, & ſic non eſt eadem cum materia & hoc idem Alex. Achil. in lib. 1. Phyſ. qui vocat reſpectiuam accidentalem potentiam, quæ corrumpitur in aduentu cuiuſcunq; formæ, & aliã, potẽtiã ſimpliciter. ſic potentia materiæ ad formam refertur dupliciter, primò reſpectu determinati indiuidui, & ſic accidentaliter uerificatur de materia. ſecundò capitur potentia abſolutè, vel abſtractè, vel vniuerſaliter, vel ſimpliciter, & ſic neceſſariò, & ſemper verificatur de materia. & hoc pacto definitionem materiæ intrat potentia. hoc quoque modo videtur reſpondere Sueſ. in lib. de ſubſtantia orbis com. 17. vbi legitur. materiæ potentia bifariam eſt: vna quidem abſoluta, non quidem quòd nulla ratione relatiua ſit ad operationem; ſed eo quòd reſpicit generatim, & indifferenter omne genus, omnem ſpeciem, & indiuiduum. & hæc eſt propria affectio materiæ, ſiue peculiaritas, uel propria naturalitas materiæ. ſecunda eſt reſpectiua, quæ non vna ratione eſt; nam ſi ad genus formarum, generalis eſt: ſi ad ſpeciem, ſpecifica. Sed loquendo de abſoluta, quæ eſt materiæ affectio, qui exiſtimant affectionem diſtingui à ſubiecto realiter, ij dicere poſſunt illam potentiam realiter diſtingui à materia. Qui ſentiunt eam diſtingui formaliter, dicerent illam à materia diſtingui formaliter: potentia. n. eſt in præd. qualitatis, & materia in præd. ſubſtantiæ. alij ut narrat Zim. in ſolut. contrad. Auer. contrad. 25. dixerũt duplicem eſſe potentiam, remotam ſcilicet, & propinquam, ſicut uult Auer. p. cœli com. 120. & dixerunt remotam eſſe de eſſentia materiæ, & propinquam

eſſe relationem. opinio autem ſua eſt hæc, quam accipit à Themiſtio, ꝙ materia poteſt conſiderari dupliciter. primò in ſe, & quò ad ſua prædicata, quæ in ſuo eſſe quidditatino ſibi attribuuntur. & ſic cum materia ſit quaddam ens abſolutum; non includit eſſentialiter potentiam neque remotam, neque propinquam, neque actiuam, neque paſſiuam, neque obiectiuam. ſecundò ut habet comparationem ad formã, quam recipit, & ſic includit quidditatiuè potentiã in ſua conſideratione, quæ potentia eſt paſſiua, & hæc conſideratio pertinet ad naturalem, prima autem ad metaphyſicum. Iand. autem in Q. 25. ſic ſoluit, quod per potentiam poſſumus intelligere, duo ſubiectum potens, & formale princip. ſ. reſpectum, uel habitudinem ad formam generandam, vel agens. primo modo potentia eſt eadem eſſentialiter cum materia. ſecundo non, & per ſubiectum potens intelligit illud, quod eſt perfectibile, & informabile per formam ſubſtantialem, & eſt ipſa eſſentia materiæ.

Qu.23. *Materiam alteram eſſe à priuatione eſt ſententia Ariſt. tex. 79. attamen eodem loco ponit priuationẽ, & materiam eſſe unum numero, & ſubiecto. Soluit Ariſt. & Alber. cap. 16. dubium, quod unum dicitur dupliciter ſubiecto. ſ. & ratione. materia, & forma ſunt, vnum ſubiecto, ſed differunt ratione. Tat. gloſat, ꝙ aliqua dicuntur diſtingui realiter dupliciter, uno modo, quia ſunt duæ res poſitiuæ, quarum una non eſt alia, & ſic non diſtinguuntur. ſecundo alia dicuntur diſtingui realiter, quorum unum non poteſt dici de alio, & ſic materia, & priuatio diſtinguuntur. Vel vnum numero dupliciter dicatur entitatiuè, vbi entitas unius eſt entitas alterius, & ſic materia, & priuatio non ſunt vnum numero. deinde accidentaliter; quia unum poteſt dici de alio denominatiuè, & ſic materia, & priuatio*

ſunt

ſunt unum nume. Iauel. autem in 10. metaphyſico. Quæſtion. 10. narrat modum, quo materia diſtinguitur à priuatione his uerbis, non diſtinguuntur ſicut ſubſtantia à ſubſtantia, nec ſicut accidens ab accidente, nec ſicut accidens à ſubiecto; quoniam his modis unumque extremum diſtinctionis eſt ens reale, ſed diſtinguuntur ut ens à non ente, & hæc potius negatio, quàm relatio eſt appellanda.

Materiam, & priuationẽ diſtingui ratione, uel ſpecie ait Ariſtot. quod tamen uidetur falſum, cum priuatio non ſit aliquid poſitiuum. reſpondet Tat. quòd eſt intelligenda auctoritas hoc pacto. ſ. quòd diſtinguuntur modo principiandi, nam materia principiat per modum ſubiecti, & priuatio per modum originis, & termini à quo, & non quod uerò ſpecie, & forma differant. Qu. 25.

Vocat Ariſt. materiam non ens ſecundum accidens, quod quidẽ eſt falſum: materia. n. eſt ſubſtantialis pars compoſiti. Burleus. p. phi. com. 79: ait ſic ſentẽtiam eſſe intelligendam, quòd materia dicitur non ens per accidens ratione priuationis, cui eſt adiuncta; attamen per ſe conſiderata eſſens vere, & per ſe. Qu. 26.

Sicut fœmina maſculum, ita materia formam appetit tex. 81. id quod uidetur falſum; materia. n. uel cum ſit coniuncta priuationi deſideraret ſuum contrarium, vel ſaltem haberet aliquam formam, qua eſſet cauſa talis appetitus, ut in graui. Improbat has rationes D. Thomas, in com. & inquit. ſciendum eſt, quòd omne, quod appetit aliquid, uel id cognoſcit, & ordinat ſe in illud, uel tendit in ipſum ex ordinatione, & directione alicuius cognoſcentis. nihil igitur aliud eſt appetitus naturalis, quàm ordinatio aliquorum ſecundum propriam naturam in finem ſuum, & nihil aliud eſt materiam appetere formam, quam eã Qu. 27.

ordinari ad formam, ut potentia ad actum. & quia quacunque fit actu, adhuc remanet in potentia ad aliam formam; ideo eſt ei ſemper appetitus formæ habendæ. Burleus autem duplicem eſſe appetitum, ſentit, & Alex. Achil. & Iand. Q. 28. auctoritate Auer. ducti: animalis. ſ. & naturalis. appetitus animalis eſt ſequens cognitionem, ſed naturalis ſine cognitione. appetit materia appetitu naturali formam; ut, cum ipſa ſit quoddam perfectibile, perficiatur. Albertus magnus, ut narrat Achil. dat talem ſolutionem, quòd appetitus materiæ eſt intellectualis. ſ. Dei agentis; & non eſt materiæ, ut ſubiecti appetitiui, ſed eſt materiæ, ut motæ ab habente appetitum. Sim. Portius ſic ait. duæ in materia reperiuntur appetitiones, una eſt imperfecta, & potentia univerſalis, & indeterminata, & hæc eſt ad perfectionem, & formam. altera eſt appetitio certæ, determinatæque formæ, quam à priuatione mutuatur; ob quam propter quaſdam diſpoſitiones ad hanc potius, quàm ad illam inclinatur. atque hæc appetitio in materia dicitur naturalis, quæ non eſt coniuncta cum cognitione. Scotus antẽ in 1. metaph. Q. 2. & Ianel. Q. 35. ſupponunt triplicem eſſe appetitum, naturalem, ſenſitiuum, & intellectualem. appetitu naturali appetit materia formam. & ait Tat. appetitus naturalis eſt duplex, quidam eſt reſpectu boni futuri, & uocatur appetitus deſiderii, & hoc materia appetit formam, quam nondum habet. quidam eſt delectationis, & hoc appetit formam præſentem. Auic. autem in 1. lib. ſuffi. cap. 2. aſſerit, quòd yle conſideratur dupliciter. primò ſimpliciter; & ſic non appetit. ſecundò ut eſt cum aliqua forma unita, & ſic poteſt eſſe ut appetat merito formæ habitæ.

Qu. 28. *Multi dubitant, an priuatio ſit cauſa, ut materia appetat formam, nec ne. pro parte affirmatiua eſt*

aucto-

*auctoritas Auer. aſſerentis materiam appetere pro-
pter priuationem. pro parte negatiua eſt ratio; pri-
uatio. n. appeteret ſuum contrarium, & ſuam cor-
ruptionem. Reſpondet Iand. quòd duplex eſt cā appe-
tendi in materia. ſ. principalis, & diſpoſitiua. primo
modo priuatio non eſt cā, ſed ſecundo, ſed tamen hac
lege, ut materia exiſtente priuata forma appetat for
mam, ut Alber. cap. 16. priuatio aũt non appetit ſuũ
contrariũ, niſi per accidens rõne materiæ, in qua eſt.*

Materiã aliquo modo corrũpi, & aliquo nõ eſt ſnĩa Qu. 29.
*Ariſt. tex. 82. materia. n. per ſe eſt ingenita, & incor
ruptibilis, & ſi corrũperetur; ex materia fieret mate
ria. datur tamẽ inſtantia: nã materia eſt cauſa gene-
rationis, & corruptionis, & oẽ, quod hẽt materiam,
corrumpitur. Soluit Ariſt. in textu, ꝙ materiam ge-
nerari, uel corrumpi conſideratur dupliciter, uel ſecũ
dum ꝙ id, quod eſt in ea, corrumpitur, & ſic corrum-
pitur, quæ dicitur corruptio per accidens reſpectu ma
teriæ. 2. ut eſt per ſe, & ſic nõ corrumpitur. & Iauel.
duplex eſt corruptio, una propriè dicta, & ſic mate-
ria non corrumpitur, ut Burleus com. 82. alia tran-
ſumptiuè dicta, & tali corruptione corrũpitur, cum
corrumpitur illud, quod eſt in ea. omnes interpræ-
tes, ut aſſerit Sim. com. 79. dicunt eã corrumpi per ac-
cidens, ſed non per ſe, ſecundum quòd amphoram dici
mus corrumpi, cum uinum, ꝙ erat in ea, corrũpitur.*

Priuationem corrumpi narrat Philo. eodem textu Qu. 30.
*82. quod uidetur eſſe falſum: cum priuatio ſit nõ ens.
gloſſat Burleus com. 82. ſic. corrumpi poteſt accipi
dupliciter ſcilicet propriè, uel tranſumptiuè. illud,
quod corrumpitur propriè, primò eſt exiſtens in mun
do, & poſtea eſt non ens, & ſic non corrumpitur pri-
uatio. tranſſumptiuè dicitur aliquid corrumpi, quod
primò denominat aliquod ens, & poſtea ceſſat deno-
minare ipſum, & ſic priuatio corrumpitur.*

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER SECVNDVS.

Summa libri ex Auerroe.

A *tex.* 1. *ad.* 16. *ſcribit Ariſt. de natura, & quot modis ea dicatur.*

A tex. 16. *ad.* 27. *legitur quantùm differat Philoſophus, & Mathematicus.*

*A tex.*27. *ad.* 75. *agitur de cauſis, & modis cauſarum.*

A tex. 75. *vſque ad finem docet omne agens agere propter finem.*

Summa, & diuiſio in cap. 1.

DE principijs rerum naturalium diſſeruit Ariſt, nunc ad principia naturalis ſcientiæ ſe confert exponenda. quare primùm de quibus ſit hac ſcientia, aperit, & quid ſit natura, & quæ ſint ea, quæ ſecundum naturam, & naturam habentia demonſtrat. Quid ſit natura inueſtigat, dum ait [eorum, quæ ſunt] etenim ab his, quæ habent naturam, ad naturam proficiſcitur. Quid autem ea ſit, concludit his verbis [Natura igitur eſt principium] quam definitionem ſic explanat [Dico autem non ſecundum accidens] Quæ autem naturam habeant his explicat

plicat [Naturam autem habent] Quæ uerò ſint ſecundum naturam, aperit ibi [Secundum autem naturam] Deinde excludit ſententiam eorum, qui demonſtrare tentabant, quòd natura non ſit [Quòd autem ſit natura]

Summa primæ caput primum, in quo habet, quid ſit natura.

EOrum, quæ ſunt, alia quidem ſunt natura, alia verò propter alias cās. Natura quidem ſunt & animalia, & partes ipſorum, & plantæ, & ſimplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua: hæc.n. & huiuſmodi natura eſſe dicimus. Omnia aũt, quæ dicta ſunt, videntur differentia ab ijs, quæ non natura exiſtunt: quę.n. natura ſunt, omnia uidentur habere in ſeipſis principium motus, & ſtatus, hæc quidem ſecũdũ locum, illa uerò ſecundũ augmentum, & decrementum, quædam aũt ſecundùm alterationem. Tex. 1. ¶Lectus autem, & indumentum, & ſi quid huiuſmodi aliud genus eſt, ſecundùm ꝙ quidē ſortitũ eſt prędicationem unãquamq;, & quatenus eſt ab arte, ne unũ quidem habet impetum mutationis innatũ, quatenus aũt accidit ipſis lapidea, aut terrea eſſe, aut miſta ex his eatenus habēt. Tex. 2. ¶Eſt igitur Natura principiũ aliquod, & cauſa mouēdi, & quieſcendi, in quo eſt primũ, & nō ſecundũ accidens. Dico autem nō ſecundum accidens; quoniam fiet vtique ſibi ipſi aliquis cā ſanitatis, cum ſit medicus: attamen nō, quatenus ſanatur, medicinam habet, ſed accidit eũdem medicum eſſe, & ſanari. quapropter & ſeparantur aliquando abinuicem. Similiter autem & aliorum, quæ fiunt, vnum quodque Tex. 3.

nullum enim ipſorum habet in ſeipſo factionis principium, ſed alia quidem in alijs, & ab exteriori, vt domus, & aliorum manufactorum vnũ quodque; alia autem in ſeipſis quidem, ſed non ſecundum ſeipſa, quæcunq; ſecundùm accidēs cauſæ fieri poſſunt ipſis. eſt igitur Natura, quod

Tex. 4. dictum eſt. ¶Naturam autem habent, quęcunque huiuſmodi habent principium, & ſunt hęc omnia ſubſtantia: ſubiectum .n. quoddam, & in

Tex. 5. ſubiecto eſt natura ſemper. ¶Secundum autem Naturam ſunt & hæc, & quæcunq; his inſunt ſecundũ ſe, ut igni ferri ſurſum: hoc. n. natura quidem nòn eſt, neq; habet naturam, ſed à na-

Tex. 6. tura, & ſecundum naturam eſt. ¶Quid igitur eſt natura dictum eſt, & quid, quod à natura, & ſecundùm naturam. Quod autem ſit Natura, tentare demonſtrare ridiculum eſt: manifeſtum enim eſt, ꝙ huiuſmodi entia ſunt multa: demõſtrare autem manifeſta per immanifeſta, nõ potentis iudicare eſt quod per ſeipſum, & nõ per ſeipſum notum eſt. Quòd autem contingit hoc pati, non immanifeſtum eſt: ſyllogizare. n. quis poſſit de coloribus, cum à natiuitate ſit cæcus: quare neceſſe eſt talibus de nominibus eſſe ſermonem, nihil autem intelligere.

EXPLANATIONES.

Propter alias cauſas] *.i. uoluntatem, & caſum,* [*hæc*] *.i. aliqua* [*impetum*] *aliàs principium* [*innatum*] *.ſ. in ſeipſis* [*lapidea, aut terrea*] *.i. habere ſubiectum naturale, ex quo ſunt facta, ſiue ſit lapideum, ſiue terreum* [*principium, & cauſa*] *ponitur hoc pacto ad demonſtrandum, quòd non omnium motuum natura eſt eodem modo principium in eo, quòd mouetur, ſed diuerſimodè* [*mouendi, & quieſcendi*]

quia

quia ea, quæ naturaliter mouentur in loco, naturaliter in eo quieſcunt, in quo eſt, ad differentiam artificialium in quibus non eſt motus niſi per accidens [primum] .i. non mediante aliquo [ſeparantur] .ſ. per accidens [aliorum quæ fiunt] .ſ. rerum artificialium [alia in ſeipſis] .ſ. habent principium ſuæ factionis in ſeipſis [ſubiectum quoddam] ut eſt materia [& in ſubiecto] .i. & eſt in ſubiecto, ut forma [quæcunque] & etiam illa accidentia [his] .ſ. naturalibus, & habentibus naturam [hoc] .i. ferri ſurſum [huiuſmodi] .ſ. naturalia.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

Quot autem modis dicatur natura, hoc loco ſcribit Ariſt. & aſſerit materiam, formam, & priuationem appellari naturam. Quòd materia ſit natura proponit ibi [Videtur autem nonnullis] & auctoritate, & ratione confirmat. auctoritate [ſignum autem dixit Antiphon] ratione [ſubſtantiam eſſe] Quòd forma ſit natura, ai ibi [Alio autem modo forma] & tribus comprobat rationibus. prima eſt [Vt. n. ars] ſecunda [Amplius fit ex homine] tertia [Amplius autem natura [Quòd priuatio ſit natura aperit ſic [ſed forma, & natura] & probat ibi [etenim priuatio forma.]

Caput Secundum, in quo determinatur, quot modis dicatur Natura, & quid naturæ nomine potius dignum ſit, materia ne, an forma.

Videtur autem nonnullis Natura, & ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt, eſſe quod primum ineſt unicuique, non formatum per ſeipſum, ut lecti natura lignum, ſtatuæ autem æs. ſignum autem, dixit Antiph. quoniam ſi aliquis defoderit lectum, & accipiat potentiam putredo, ut Tex. 7.

do ut ſit germen;non vtiq; fieri lectum, ſed lignum: tanquàm dicat quod ſecundùm accidēs eſt, eſſe diſpoſitionem ſecundū legem, & artē: ſubſtantiam aūt eſſe illam, quæ & permanet, Tex. 8. hæc patiens continuè.¶Si autem & horū vnum quodque ad aliud aliquid idem hoc paſſum eſt (vt æs quidem,& aurum ad aquam,oſſa autem, & ligna ad terram, ſimiliter autem,& aliorum quodlibet)illa naturam eſſe,& ſubſtantiam ip-Tex. 9. ſorum.¶Quocirca ſanè hi quidem terram, alij verò ignem, alij aerem dicunt, quidam autem aquam,quidam uerò quædam horum, quidam autem omnia hæc naturam eſſe eorū,quę ſunt. quod enim aliquis ipſorum exiſtimauit hmōi, ſiue unum,ſiue plura,hoc, & tot dicit eſſe omnem ſubſtantiam, alia autem omnia paſſiones Te. 10. iſtorum,& habitus,& diſpoſitiones. ¶ Et horū quidem quodlibet eſſe perpetuum; non.n.eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis,alia autem fieri, & corrūpi infinities. Vno igitur modo natura ſic dicitur,prima vnicuiq; ſubiecta materia haben tium in ſeipſis motus principium, & mutationis: Alio autem modo forma,& ſpecies, quæ ſe Te. 11. cundum rōnem. ¶Vt enim ars dicitur quod ſecundum artem,& artificiale;ſic & natura quod ſecundum naturam dicitur, & quod naturale. Neque autem illud adhuc dicimus habere ſecū dùm artem aliquid, ſi potentia tantū eſt lectus, nondum autem habet formam lecti,neque eſſe ſecundùm artem,neque in ijs,quæ natura ſub ſiſtunt:potentia enim caro,aut os,neque habet adhuc ſui ipſius naturam, priuſquam accipiat formam,quæ ſecundùm rationem, quam definientes dicimus quid eſt caro,aut os.neque na Te. 12. tura eſt. ¶Quare alio modo natura utique erit haben-

habentium in ſeipſis motus principium, forma & ſpecies, non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecundùm rationem. Quod autem eſt ex his, natura quidem non eſt, ſed à natura, vt homo. & magis natura hæc eſt, quam materia: vnumquodque enim tunc dicitur, cùm actu ſit magis, quã cum potentia. ¶ Amplius fit ex homine homo, ſed non lectus ex lecto. quapropter etiam dicũt figuram non eſſe naturam, ſed lignum; quoniã fiet utique, ſi germinabit, non lectus, ſed lignũ. ſi ergo hoc eſt ars, & forma eſt natura: fit enim ex homine homo. ¶ Amplius autem natura, dicta ut generatio, via eſt ad naturam: non enim vt medicatio dicitur nõ ad medicinam via, ſed ad ſanitatem (neceſſe enim eſt, à medicina, non ad medicinã eſſe medicationem) ſic natura ſe habet ad naturam. ſed quod naſcitur, ex quodã in quiddam uenit, quatenus naſcitur: ad quod igitur naſcitur? non ad id ex quo, ſed ad quod. ¶ Forma itaque natura eſt. ſed forma, & natura dupliciter dicitur. etenim priuatio forma quodammodo eſt. ſi autẽ eſt priuatio, & cõtrarium aliquod circa ſimplicem generationem, aut nõ eſt, poſterius conſiderandum.

Te. 13. Te. 14. Te. 15.

Summa Secunda, qualis ſit huius ſcientiæ profeſſoris conſideratio declarans.

EXPLANATIONES.

Patiens] *huiuſmodi diſpoſitiones* [*horum unumquodque*] *.ſ. lignum, & æs* [*paſsiones iſtorum*] *.i. accidentia materialium principiorum* [*horum*] *.ſ. principiorum materialium* [*ſecundum rationem*] *.ſ. ex qua definitio rei conſtituitur* [*quod*] *.ſ. competit alicui* [*potentia*] *.i. illud quod eſt in potentia*

[*Sui-*

[ſuiipſius] ſcilicet carnis, aut oſſis [quæ ſecundum rationem,] ſcilicet ex qua definitio rei conſtituitur, [quod] ſcilicet competit alicui [potentia,] ideſt illud, quod eſt in potentia [ſuiipſius,] ſcilicet carnis, aut oſſis [quæ ſecundum rationem,] ideſt definitionem, & naturam [neque natura eſt,] ideſt nec adhuc eſt natura in ipſo, antequàm habeat formam [non ſeparabilis exiſtens,] ideſt quæ non eſt ſeparabilis à materia ſecundum rem [ex his] ſcilicet materia, & forma [hac,] ſcilicet forma [figurā] .i. lecti [ad naturam,] ideſt ad hoc ut forma fiat [ſic natura,] id eſt non ſic natura dicta, ſicut generatio, [ad quod igitur naſcitur] .i. denominatur igitur à termino ad quem, qui eſt forma [ſimplicem] ſubſtantialem.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

CVM Philoſophus naturalis, & Mathematicus circa corpus Phyſicum verſentur, quantum alter ab altero differat, proponit Ariſtot. [poſt hoc ſpeculandum eſt] rationem verò propoſitæ quæſtionis reddit, [etenim plana, & ſolida] circa quam mouet hanc quæſtionem. [Amplius autem ſi Aſtrologia] ſoluit deinde propoſitum dubium, & explanat ſic. [De his igitur negociatur] vbi concluſionem quandam infert, quæ eſt. [Quapropter & abſtrahit,] & Platonis errorem excludit ibi, [latent autem] comprobat ſolutionem duplici uia. altera eſt. [Fiet autem hoc manifeſtum] alia eſt, [Demonſtrant autem, & quæ.]

Caput Primum, & Secundum de differentia inter Phyſici, & Mathematici contemplationem de eadem re, & quòd magis peccant, qui ponunt formas naturales à materia expoliatas, quàm Mathematici, qui tantummodo intellectione ſeparant.

QVoniam autem determinatū eſt, Te. 16.
quot modis natura dicatur, poſt
hoc ſpeculandū eſt, quo differt
Mathematicus à Phyſico: etenim plana, & ſolida habēt phyſica corpora, & longitudines, &
puncta, de quibus conſiderat Mathematicus.
¶Amplius aūt, ſi Aſtrologia alia eſt, an pars Phy Te. 17.
ſicę. ſi.n. Phſiyci eſt quid ſit Sol, aut Luna ſcire;
accidentiū aūt per ſe nullū; incōueniens eſt, &
præſertim, cū uideantur dicere quæ circa naturā verſantur & de figura Solis, & Lunæ: & vtrū
ſphærica ſit terra, & mūdus, an non. ¶De his igi Te. 18.
tur negociatur, & Mathematicus, ſed non quatenus phyſici corporis terminus eſt unūquodque, neque accidentia ſpeculatur, quatenus talibus exiſtentibus accidunt. quapropter & abſtrahit: abſtracta enim ſunt intellectu à motu,
& nihil refert: neque fit mendacium abſtrahē-
tium. ¶Latent aūt qui hoc faciunt, & qui ideas Te. 19.
dicunt: Phyſica enim abſtrahunt; cùm minus ſint abſtracta mathematicis. Fiet autē hoc manifeſtum, ſi aliquis vtrorūque tentauerit dicere terminos, & ipſorum & accidentium, impar.n. erit, & par, & rectum, & curuum, adhuc autem & numerus, & linea, & figura ſine motu. caro autem, & os, & homo non amplius. ſed hæc, ſicut naris ſima, ſed non ſicut curuum, dicuntur.

Te. 20. ¶Demonſtrant autem & quæ ex Mathematicis magis Phyſica ſunt, ut Perſpectiua, & Harmonica, & Aſtrologia: è contrario enim quodammodo ſe habent ad Geometriam. Geometria enim de Phyſica linea conſiderat, ſed non quatenus eſt Phyſica. Perſpectiua autem mathematicam quidem lineam, ſed non quatenus mathematica, ſed quatenus Phyſica eſt.

EXPLANATIONES,

Plana] ideſt ſuperficies [ſolida] ideſt ſoliditates [alia] ſcilicet à ſcientia naturali [uideantur] .ſ. philoſophi naturales [de his] ſcilicet punctis, ſuperficiebus &c. [terminis] .i. ultima exiſtentia corporis naturalis [abſtrahit] .ſ. mathematicus [à motu] .ſ. à materia, & motu [abſtrahunt] .ſ. Platonici formas naturales in eſſe à materia [hoc] .i. ſolutionem datam [utrorumque] .ſ. naturalis, & mathematicę [terminos] .i. definitiones [erit] .ſ. apud mathematicum [phyſica linea] .i. linea, quæ habet eſſe in materia ſenſibili [ſed non quatenus phyſica] .i. ſed non conſiderat eam, quatenus eſt in materia ſenſibili.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

Nunc, quid conſideret ſcientia naturalis, oſtendit Ariſt. & ait id eſſe materiam, & formam ſic [Quare neque ſine materia] ac probat duabus rationibus, quarum prima eſt [cum autem natura] ſecunda [ut ſi de ſimitate] deinde duas mouet dubitationes ibi [de hoc dupliciter dubitabit quia] prima eſt [de utro eſt phyſici] ſecunda [utrum igitur eiuſdem Soluit poſtea eas, ac præcipuè ſecundam, & primam ad mentem Antiquorum ſic [Ad Antiquos. n. aſpicienti] deinde tribus rationibus oſtendit ſcientiam natu-

naturalem conſiderare oportere materiam, & formam. prima eſt [ſi autem ars imitatur naturam] ſecunda [Inſuper eiuſdem eſt] tertia [amplius eorum, quæ ad aliquid] ſed quantum ſe extendat conſideratio ſcientiæ naturalis, narrat ibi [Quouſque ergo Phyſicum.]

Caput Tertium probans Naturalem non conſiderare formam ſine materia.

CVm autem natura duplex ſit, & forma, & materia; vt ſi de ſimitate quid ſit conſideremus, ſic contemplandum eſt. quare neque ſine materia, neque ſecundùm materiam quæ huiuſmodi ſunt: Etenim iam & de hoc dupliciter dubitabit quis, cum duę naturæ ſint, de vtra eſt Phyſici, an de eo, quod eſt ex vtriſque. ſed ſi de eo, quod eſt ex vtriſque, & de vtraque. ¶ Vtrum igitur eiuſdem, aut alterius vtramque cognoſcere? Ad Antiquos enim aſpicienti videbitur vtique eſſe materiæ: ad exiguam enim partem quandam Empedocles, & Democritus formam, & quod quid erat eſſe, tetigerunt. ſi autem ars imitatur naturam: eiuſdem autem eſt ſcientiæ cognoſcere formam, & materiam vſque ad aliquid: vt Medici ſanitatem, & choleram, & phlegma, in quibus eſt ſanitas: ſimiliter autem & Aedificatoris formam domus, & materiam lateres ſcilicet, & ligna: ſimiliter autem, & in alijs: & Phyſicæ vtique erit cognoſcere vtraſque naturas. ¶ Inſuper eiuſdem eſt id cuius gratia, & finem, & quæcunque ſunt horum gratia. natura autem finis eſt, & id, cuius cauſa: quorum enim continuo motu exiſtente eſt aliquis finis ipſius motus,

Te. 21.

Te. 22.

Te. 23.

motus, hic vltimum eſt, & id, cuius cauſa. quocirca & Poeta deriſoriè adductus eſt, ut diceret. Habet finem, cuius quidem cauſa factus eſt: vult enim non omne vltimum eſſe finem,
Te. 24. ſed optimum. ¶ Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem ſimpliciter, aliæ verò operi accommodant. & utimur, tanquam propter nos, omnibus, quæ ſunt: ſumus enim quodammodo & nos finis: dupliciter enim eſt id, cuius cauſa. dictum eſt autem in ijs, quæ de Phi
Te. 25. loſophia. ¶ Duæ igitur ſunt artes, quæ dominantur ipſi materiæ, & quæ ſunt cognoſcentes, ea, quæ utitur, & Factiua, quæ Architectonica eſt. quapropter & quæ vtitur, Architectonica quodammodo eſt. differt autem, quatenus hæc quidem, quæ formam cognoſcit, Architectonica eſt, alia autem vt effectrix materiæ: gubernatot enim, qualis ſit forma aliqua temonis, cognoſcit, & præcipit: alius autem ex quo ligno, & quibus ex motibus eſt. In ijs igitur, quæ ſunt ſecundum artem, nos facimus materiam propter opus, ſed in Phyſicis eſt.
Te. 26. ¶ Amplius, eorum, quæ ad aliquid materia eſt: ad aliam enim formam alia materia. Quouſque ergo Phyſicum oportet cognoſcere forma, & ipſum, quid eſt? An quemadmodum Medicum neruum, aut Fabrum ęs, uſque ad aliquid? alicuius enim gratia unumquodque, & circa ea quæ ſunt ſeparabilia quidem forma, in materia autem: homo enim hominem generat, & Sol. quomodo autem ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit, Philoſophiæ primæ eſt officium determinare.

Summa Tertia, in qua agitur de Cauſis, & earum in plura membra diuiſione.

EXPLANATIONES.

Materia] .ſ. *ſenſibili* [*neque ſecundum materiã*] .ſ. *tantum* [*de eo*] .ſ. *compoſito* [*ex utriſque*] .ſ. *materia, & forma* [*eiuſdem*] .ſ. *ſcientiæ eſt conſiderare* [*horum*] .ſ. *finis* [*natura autem eſt finis*] .i. *forma eſt finis materiæ* [*operi accomodant*] .i. *materiam præxiſtentem in natura diſponunt ad receptionem talis formæ* [*ſunt*] .ſ. *ab arte facta* [*dominantur ipſi materiæ*] .ſ. *quæ præcipiunt artibus facientibus materiam* [*ea*] .i. *una* [*factiua*] .ſ. *inducens formam* [*alius*] .ſ. *faber nauis* [*eſt*] .ſ. *à natura*. [*ad aliquid*.] .i. *ad aliquem terminum* [*vnumquodque*] .ſ. *neruum medicus*, & *faber æs conſiderat* [& *circa ea*] .ſ. *naturalis habet conſiderare* [*in materia autem*] .i. *habent eſſe in materia*.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

Quæ cõſideret philoſophus naturalis, docuit, nũc quibus ex cauſis demonſtret, narrat Ariſt. & prius proponit [*conſiderandum eſt*] & *probat ſic propoſitum* [*Cum.n. ſciendi gratia*] *deinde propoſitum ibi ſcribit* [*Vno igitur modo cauſa*] & *quæ*, & *quot ſint cauſæ exponit. præterea tres cauſarum proprietates, ſiue conſequentia recitat. primum eſt* [*Accidit autem cum multipliciter*] *ſecundum* [*ſunt autem quædam*] *tertium* [*Amplius autem eadem cauſa*] *concludit præterea quatuor eſſe cauſarum ſpecies ibi* [*omnes autem nunc dictæ cauſæ*] *ac itidem cauſarum modos, qui plures ſunt, ad quatuor reducit ibi* [*Modi autem cauſarum*] *primus eſt* [& *ipſarum, quæ ſimil una ſpecierum ſunt, prior, ac poſterior*] *ſecundus*

cundus [Amplius autem ut accidens] tertius [Præter omnes autem] quartus [Amplius autem connexæ] Quo autem modo inter ſe differunt, palam ſic facit [Differunt autem] natura tria hanc diſtinctionem conſequentia numerat . primum eſt [acta exiſtentes quidem] ſecundum [oportet autem, ſemper] tertium [Amplius aliæ quidem genera.]

Caput Primum, in quo, quot, quæue ſint cauſæ determinatur.

Te. 27. Determinatis autem his, conſiderandum eſt de cauſis, & quę, & quot numero ſunt. Cùm enim ſciendi gratia hoc negocium ſit: ſcire autem non prius opinamur vnumquodq;, quàm vtique cœperimus propter quid circa vnumquodque; hoc autē eſt accipere primā cauſam: manifeſtū, quod & nobis hoc faciēdum eſt & de generatione, & corruptione, & de omni phyſica mutatione : ut ſcientes ipſorū principia, reducere ad ipſa tentemus quæſitorū

Te. 28. vnumquodque. ¶ Vno igitur modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid, cùm inſit: vt æs ſtatuæ, & argentum phialæ, & horum genera. Alio autem modo forma, & exemplum. hæc autem eſt ratio ipſius, quod quid erat eſſe, & huius genera : ut ipſius diapaſon duo ad vnum, & omnino nume

Te. 29. rus, & partes, quæ in ratione . ¶ Amplius vnde principium mutationis, aut quietis : vt conſultor cauſæ, & pater filij, & omnino faciens facti, & mutans mutati. Præterea, vt finis. hic autem eſt id, cuius gratia, vt ambulādi ſanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt ſanus ſit: &, ita locuti, opinamur aſſignaſſe cauſam, & quæcunque,

que,iam mouente alio, intermedia, ſunt finis: vt ſanitatis macies,aut purgatio,aut medicamẽta, aut organa: omnia nanque hæc finis gratia ſunt:differunt tamen abinuicem,quia alia quidem ſunt opera, alia vero organa. ¶Cauſæ igitur ferè tot modis dicuntur.Accidit autem, cũ multipliciter dicantur cauſæ; & multas eiuſdẽ cauſas eſſe,non ſecundùm accidens: vt ſtatuæ, & ars ſtatuaria, & æs, non ſecundum alterum quid, ſed quatenus eſt ſtatua: ſed non eodem modo: ſed hoc quidem ut materia, illud autem vt vnde eſt motus. Sunt autem quædam & adinuicem cauſæ: vt laborare cauſa eſt bonæ habitudinis,& hæc laborandi:ſed non eodem modo:ſed hoc quidem vt finis,illud autem vt principium motus. Amplius autem eadem cauſa cõtrariorum eſt: quod enim præſens cauſa huius eſt, hoc & abſens facimus aliquando cauſã contrarij: vt abſentiam gubernatoris nauis ſubuerſionis, cuius erat præſentia cauſa ſalutis. Te. 30.

¶Omnes autem nunc dictæ cauſæ in quatuor cadunt modos manifeſtiſſimos.Elementa enim ſyllabarum; & materia factibilium, & ignis, & huiuſmodi corporum,& partes totius,& ſuppoſitiones concluſionis, vt id, ex quo cauſæ ſunt. Harum autem aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes:aliæ autem, vt quod quid erat eſſe,& totum;& compoſitio,& ſpecies.Semen autem, & medicus,& conſultor, & omnino ipſum faciens omnia ſunt,unde principium mutationis, aut ſtatus,aut motus.Aliæ autem vt finis,& bonum aliorum: id enim cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult eſſe. differat autem nihil idem dicere bonum,vel apparens bonum. Te. 31.

¶Cauſæ igitur tales,& tot ſunt ſpecie. Modi autem Te. 32.

tem

tem cauſarum numero quidem ſunt multi, in capita uero contracti, & hi pauciores: dicuntur enim cauſæ multipliciter. & ipſarum, quæ ſimilium ſpecierũ ſunt, prior, ac poſterior alia alia, vt ſanitatis medicus, & artifex, & ipſo diapaſon duplum, & numerus, & ſemper quæ continent ad ſingulares.

Te. 33. ¶ Amplius autem, ut accidens, & horum genera: vt ſtatuæ aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius: quoniam accidit ſtatuario Polycletum eſſe, & continentes etiam accidens: vt ſi homo cauſa ſit ſtatuæ, aut omnino animal. ſunt accidẽtium alia alijs remotiora, & propinquiora: ut ſi albus, & muſicus cauſa dicatur ſtatuæ.

Te. 34. ¶ Præter omnes autem, & propriè dictas, & ſecundum accidens, aliæ quidem vt potentes dicuntur, aliæ verò ut operantes: veluti edificandæ domus ædificator, aut ædificans ædificator.

Te. 35. ¶ Perinde aũt dicetur & in ijs, quorũ cauſæ ſunt ipſæ cauſæ, atq; in ijs, q̃ dicta ſunt: ut huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut et om̃o imaginis: & æris huius, aut æris, aut omnino materiæ: & in accidentib. ſimiliter.

Te. 36. ¶ Amplius aũt connexę & hæ, & illę dicuntur: ut non Polycletus, neq; ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. Attamen omnes hæ ſunt multitudine quidem Sex: dictæ autem dupliciter: aut enim ut ſingulare, aut ut genus, aut ut quod ſecundum accidens, aut ut accidentis genus, aut ut connexæ hæ, aut ut ſimpliciter dictæ: omnes autem, aut actu exiſtentes, aut ſecundùm potentiam.

Te. 37. ¶ Differunt autẽ tantum, quòd actu quidem exiſtentes, & ſingulares, & ea, quorum ſunt cauſæ, ſimul ſunt, & non ſunt: ut hic medens cum hoc, qui ſanatur: & hic ędificator cum hoc, quod ædificatur. quę autem ſecundum potentiam, non ſemper: cor-

rumpitur

rumpitur enim, non ſimul domus, & ædificator. ¶ Oportet autem ſemper cauſam uniuſcuiuſque ſummam quærere, vt & in alijs, ut homo ędificat; quoniam ædificator eſt: ędificator autem eſt ſecundùm ædificandi artem. hæc igitur prior cauſa eſt: & ſic in omnibus. Amplius, aliæ quidem genera ſunt generum, aliæ autem ſingularia ſingularium: ut ſtatuarius quidē ſtatuæ, hic autem huiuſce. Et potentia quidem poſſibilium, actu autem exiſtentes ad actum exiſtentia. Te. 38.

EXPLANATIONES.

Hoc] .ſ. propter quid [ad ipſa] .i. ad proximas cauſas [cum inſit] inquit cum inſit ad differentiā priuationis [ratio ipſius. quod quid erat eſſe] .i. definitio ſignificans quidditatem [huius genera] .i. & genera formæ dicuntur cauſæ [& partes] .ſ. ſpeciei [amplius] .ſ. dicitur cauſa.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

Cauſæ aliæ per ſe exiſtunt, aliæ per accidens. quæ per accidens ſunt, aliæ caſu & fortuna, aliæ nòn. de cauſis per accidens, quæ ſunt caſus, & fortuna hoc loco dicere proponit his uerbis Ariſt. [Quo igitur modo] ratio autem eſt [Dicitur autem, & fortuna] deinde propoſitum explicat ex aliorum ſententia, & ex propria. Alii ſic de caſu, & fortuna, ſed uariè ſenſerunt. [Quidam enim] & eſt prima opinio, ſecunda autem eſt [ſunt autem quidam] tertia. [Sunt autem quidam, quibus fortuna uidetur.] Nunc propriam proponit ſe prolaturum ſententiam ibi. [Quare conſiderandum eſt, & quid ſit] deinde quid ſit fortuna inueſtigat, & quo modo ipſa, & caſus differant, aperit, ac primum fortunam inueſtigat ſic pri-

mum igitur cum videamus] deinde definitionem tradit ibi.[Manifeſtum itaque, quòd fortuna] eandem rationem dat eorum,quæ de fortuna dicuntur ac primum de antiquorum opinione ibi . [Et eſt ut nihil] deinde vulgi ſic. [Et dicere eſſe aliquid] Monet præterea dubitationem de fortuna,et cauſa per accidens ibi. [Attamen etiam in quibuſdam] poſtea diuidit fortunam ſic [fortuna autem bona.] Quibus autem conueniant caſus, & fortuna his palam facit: [Sunt igitur ambo] quibus in genere differant, his [Differunt autem] ab his uerbis quatuor educit concluſiones. Prima [Quocirca,& neceſſe eſt] ſecunda [Ob idque neque inanimatum] tertia [Neque proſpera fortuna] quarta . [Pati autem à fortuna] Quibus autem in ſpecie differant, ſic recitat. [Maximè autem eſt ſeparatum.] Ad quod autem cauſarum genus reducatur caſus,et fortuna docet ibi.[At de modis cauſarum .] Non plures verò quàm dictas cauſas eſſe ſic oſtendit . [Quòd autem ſint cauſæ] deinde de omnibus demonſtrare phyſicum ſcribit ibi[cum autem cauſæ quatuor ſint.]

Caput Secundum,in quo de Caſu, & Fortuna tractatur .

Te. 39. QVot igitur cauſæ, & quomodo cauſæ ſunt, ſint nobis determinata ſufficienter. Dicitur autem,& Fortuna,& Caſus de numero cauſarũ eſſe:& multa & eſſe, & fieri propter fortunam, & caſum . Quo igitur modo in his cauſis eſt fortuna,& caſus,aut diuerſum,& omnino quid fortuna, & caſus , conſiderãdum

Te. 40. eſt.¶Quidam enim & ſi ſint,an non , dubitant: nihil enim fieri à fortuna dicunt; ſed omnium eſſe aliquam cauſam determinatam , quæcunque dicimus à caſu fieri,aut à fortuna.vt veniẽ

di à fortuna in forum, & reperiendi quem vo-
lebat quidem, nō autem putabat, cauſa eſt uel-
le, cum venerit, emere. ſimiliter autem & in a-
lijs, quæ à fortuna dicũtur, ſemper aliquam eſ-
ſe accipere cauſam, ſed non fortunam. ¶ Quo- Te. 41.
niam, ſi aliquid eſſet fortuna; inconueniens uti
que perquam verè videbitur, & dubitabit uti-
que aliquis propter quid nullus Antiquorum
ſapientum cauſas de generatione, & corruptio
ne dicens, de fortuna quicquam determinauit.
ſed (vt videtur) nihil opinabantur illi eſſe à for-
tuna. ¶ Sed & hoc mirabile. multa enim & fiũt, Te. 42.
& ſunt à fortuna, & caſu, quæ non ignorantes,
quòd licet referre ad aliquam cauſam vnum-
quodque eorum, quæ fiunt, vt Antiquus ſermo
dixit, deſtruens fortunam; horũ tamen alia qui
dem eſſe dicunt omnes à fortuna, alia verò non
à fortuna. ¶ Quocirca & quodammodo erat fa- Te. 43.
cienda ipſis mentio. At verò neque illorum qui
dem aliquid opinabantur eſſe fortunã, vt ami-
citiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum,
aut aliquid aliud talium. Inconueniens eſt igi-
tur, ſiue non putauerunt eſſe, ſiue putantes reli
querunt, præſertim aliquando vtentes: ut Em-
pedocles non ſemper aerē ſegregari ſuperius
dicit, ſed vt accidit. dicit enim in mundi fabri-
ca, *Sæpe alias aliter, ſed tunc ſic forte cucurrit.* &
partes animalium à fortuna fieri plurimas ait.
¶ Sunt autem quidam, qui & cœli huius, & mũ- Te. 44.
danorum omnium cauſam eſſe ponũt Caſum:
à caſu enim fieri dicunt reuolutionem, & mo-
tum, qui diſcreuit, & conſtituit in hunc ordinē
vniuerſum. ¶ Et valde hoc ipſum admiratione
dignum eſt, ꝙ dicant ipſa quidem animalia, ac Te. 45.
plantas à fortuna nec eſſe, nec fieri, ſed aut na-

tutam, aut intellectum, aut quippiã tale aliud eſſe cauſam: nõ enim quoduis ex ſemine unoquoque fit, ſed ex tali quidem olea, ex tali autem homo: cœlum autem, & diuiniora ſenſibilium à caſu fieri: talem autem cauſam nullam
Te. 46. eſſe, qualem animalium, & plantarum. ¶ Atqui, ſi ſic ſe habeat hoc ipſum, dignum eſt conſideratione, & bene ſeſe habet dici aliquid de hoc ipſo. Nam, præterquam quòd & alioqui abſurdum eſt, quod dicitur, adhuc abſurdius eſt dicere hæc, cum videant in cęlo nihil à caſu factum; in ijs autem eſt, quibus exterminant fortuna, multa contingere à fortuna. attamen par
Te. 47. erat contrarium fieri. ¶ Sunt autem quidam, quibus Fortuna videtur quidem eſſe cauſa, immanifeſta autem humano intellectui, tanquam diuinum quiddam exiſtens, & fœlicius. Quare conſiderandum eſt, & quid ſit vtrunque, & ſi idem, an aliud & caſus, & fortuna, & quomodo
Te. 48. in determinatas cauſas incidunt. ¶ Primùm igitur, cum videamus alia quidem ſemper ſimiliter fieri, alia autem frequenter; manifeſtũ eſt, ꝙ neutri horum cauſa fortuna dicitur; id enim quod à fortuna, neque eius eſt, quod ex neceſſitate, & ſemper, neque eius, quod eſt frequenter. ſed, quoniam quædam fiunt, & præter hęc, & omnes hęc dicunt eſſe à fortuna; manifeſtũ, quòd aliquid eſt Fortuna, & Caſus: talia enim à
Te. 49. fortuna, & quæ à fortuna talia eſſe ſcimus. ¶ Eorum autem, quæ fiunt, alia quidem propter aliquid fiunt, alia verò non. horum autem, alia quidem ſecundum electionem, alia verò non ſecũdum electionem; ambo autem ſunt in iis, quæ propter aliquid. Quare manifeſtum eſt, ꝙ in ijs, quæ ſunt præter neceſſarium, & quod frequenter,

quenter,ſunt quædam, circa quæ contingit eſſe id,quod eſt propter aliquid. Sunt autem propter aliquid , & quæcunque ab intellectu vtiq; aguntur,& quæcunque à natura.¶Talia igitur, Te. 50.
cum ſecundùm accidens fiunt, à fortuna dicimus eſſe:vt enim & ens,aliud quidem per ſeipſum eſt,aliud autem ſecundùm accidens;ſic & cauſam contingit eſſe: vt ipſius domus per ſe quidem cauſa eſt ędificatiuum,ſecundùm accidens autem album,aut muſicum. itaque per ſe cauſa,definita eſt,quæ verò ſecundū accidens, indefinita:infinita enim vni accident.ſicut igitur dictum eſt,cùm in ijs, quę propter aliquid fiunt,hoc fiat:tunc dicitur à caſu, & à fortuna.
¶ Ipſa autem adinuicem horum differentia poſterius determinanda eſt.nunc verò hoc ſit manifeſtum,ꝙ vtraque ſunt in ijs,quæ propter aliquid ſunt:vt cauſa recipiendi argentum veniſſet,reportaturus pecuniam,ſi ſciuiſſet:venit autem non huius gratia,ſed accidit veniſſe,& feciſſe hoc reportandi gratia: hoc autem neque vt frequenter venientem ad locum , neque ex neceſſitate.Eſt autem finis reportatio, non cauſarum,quæ in ipſo,ſed eligibilium, & ab intellectu , & dicitur tunc à fortuna quidem veniſſe,ſi autem electione pręmiſſa , & huius gratia, aut ſemper veniens, aut frequenter reportans, non à fortuna.¶Manifeſtum itaque , quòd fortuna cauſa eſt ſecundùm accidens in ijs,quę ſecundum electionem eorum , quæ propter aliquid ſunt , quapropter circa idē & intellectus , & fortuna eſt:electio enim non ſine intellectu eſt.¶Indefinitas igitur cauſas neceſſe eſt eſſe, à quibus fiat,quod eſt à fortuna.vnde videtur fortuna indefiniti eſſe,& immanifeſta homini. Et

Te. 51. Te. 52. Te. 53.

eſt,

eſt, vt nihil à fortuna videatur vtique fieri: omnia enim hæc rectè dicuntur, quoniam rationabiliter: eſt enim vt fiat à fortuna; ſecundùm ac-
Te. 54. cidens enim fit. ¶ Et eſt cauſa, vt accidens, fortuna: vt autem ſimpliciter, nullius: vt domus ędificator quidem cauſa eſt, ſecundum accidens autem tibicen. & vt veniens referat argentum, nō huius cauſa veniens, infinitæ ſunt multitudine: etenim uidere aliquē volens, & perſequēs,
Te. 55. & viſurus, & fugiens. ¶ Et dicere eſſe aliquid prçter rationem fortunam rectè eſt: ratio enim eſt aut eorum, quæ ſemper ſunt, aut eorũ, quæ frequenter. fortuna autem eſt in ijs, quæ fiunt præter hæc. quare, cum indefinitæ ſint quæ ſic ſunt cauſæ; & fortuna indefinita eſt. Attamen etiam in quibuſdam dubitabit vtique aliquis, nunquid quæuis ſint fortunæ cauſæ, vt ſanitatis, aut ſpiritus, aut æſtus, ſed non detonderi: ſunt enim aliæ alijs proximiores earum, quæ ſe
Te. 56. cundùm accidens, cauſarum. ¶ Fortuna autem Bona quidem dicitur; cum bonum aliquid euenit: Mala autem; cum malum aliquid. Proſperitas uerò fortunæ, & Infortunium; cùm magnitudinem habent hæc. Quocirca, & cum parum abeſt, vt quis malum, aut bonũ capiat magnũ; eſt uel infortunatum eſſe, vel bene fortunatũ: quoniam, tanquam exiſteret, de eo dicit intellectus: quod enim param deeſt, tanquam nihil diſtare videtur. Amplius autem incerta eſt proſperà fortuna rationabiliter: fortuna enim incerta eſt: neque enim ſemper, neque frequenter poſſibile eſt eſſe eorum, quæ ſunt à fortu-
Te. 57. na, quicquam. ¶ Sunt igitur ambo cauſæ, quemadmodum dictum eſt, ſecundum accidens, & fortuna, & caſus, in iis, quæ poſſunt fieri non ſimpli-

ſimpliciter,neque frequenter:& horum, quæcunque utique fient in iis, quæ propter aliqd. Differunt autem:quoniam caſus in plus eſt: qđ enim eſt à fortuna,eſt & à caſu:hoc autem non omne à fortuna eſt . Fortuna enim , & quod à fortuna eſt,iis ineſt , quibus & fortunatos eſſe inerit,& omnino actio. ¶ Quocirca & neceſſe eſt circa agenda eſſe fortunam. Signum autem eſt,quoniam uidetur vel idem eſſe cum fœlicitate proſpera fortuna,aut prope. fœlicitas autē actio quædam eſt:eſt enim bona actio . Quare quibuſcunque non contingit agere,iis neque à fortuna aliquid facere continget. ¶ Ob idque, neque inanimatum quippiam,neque beſtia,neque puerulus,quicquam facit à fortuna ; quoniam non habent electionem : neque proſpera fortuna,neque infortunium his ineſt, niſi ſecūdum ſimilitudinem ; vt dixit Protarchus fortunatos eſſe lapides,ex quibus ſunt aræ , quę honorentur:copulati autem cum his conculcentur . Pati aūt à fortuna ineſt quodammodo & his ; cùm agens aliquid circa hæc agat à fortuna:aliter aūt non eſt.¶Sed caſus & alijs animalib.& inanimatorū multis:vt equus caſu , dicimus,venit:quoniā ſaluatus quidē eſt veniens, non ſalutis aūt gratia venit.& tripes caſu cecidit:ſteterit.n.Sedendi cā,ſed non ſedendi cauſa cecidit.¶Quare manifeſtū eſt,quòd in iis, quæ ſimpliciter propter aliquid fiunt, cùm non eius quod euenit,gratia fiunt, cuius extra eſt cauſa, tunc à caſu dicimus. à fortuna autem horum, quæcunque à caſu fiunt,eligibilium, in habentibus electionem . ¶ Signum autem eſt ipſum Fruſtra : quoniam dicitur , cum non fiat quod propter aliud eſt, illud gratia ; vt ambulare , ſi purgatio-

Te. 58. Te. 59. Te. 60. Te. 61. Te. 62.

purgationis gratia eſt. ſi verò non facta fuit am bulanti; fruſtra dicimus ambulaſſe, & ꝙ ambulatio fruſtra fuit. tāquam hoc ſit Fruſtra, quod natum eſt alterius gratia; cum non perficiat illud, cuius gratia erat, natumq; erat: quoniam, ſi aliquis ſe lotum dicat fruſtra, quia non defecit Sol; ridiculus vtique erit: non enim erat hoc

Te. 63. illius gratia. ¶ Sic igitur caſus iuxta nomē eſt, cùm ipſum fruſtra fit: decidit enim non percutiendi gratia lapis. à caſu igitur decidit lapis, quoniam cecidiſſe potuit vtique à quodam, &

Te. 64. percutiendi gratia. ¶ Maximè autem eſt ſeparatum, quod à fortuna eſt in ijs, quæ natura fiunt; nam, cum ſit aliquid præter naturam: tum non à fortuna, ſed magis à caſu factū eſſe dicimus. eſt autem & hoc alterum: huius enim extra eſt

Te. 65. cauſa, illius verò intra. ¶ Quid igitur ſit caſus, & quid fortuna, dictum eſt, & quo pacto à ſe inuicem differant. At de modis cauſarum, in quibus eſt vnde principium motus, vtrunque ipſorum eſt: aut enim eorum, quæ ſunt natura, aut ab intellectu, cauſa ſemper eſt, ſed horum mul

Te. 66. titudo indeterminata eſt. ¶ Quoniam autem caſus, atque fortuna cauſæ ſunt eorum, quorum aut intellectus cauſa ſit, aut natura, cùm ſecundum accidens cauſa aliqua ſit horum ipſorum, nihil autem ſecundum accidens eſt prius ijs, quæ per ſe ſunt; manifeſtum eſt, quòd neq; cau

Te. 67. ſa per accidens prior eſt ea, quæ eſt per ſe. ¶ Poſterior itaque caſus eſt, atque fortuna & intellectu, & natura. quare ſi quàm maximè cœli cauſa eſt caſus; neceſſe eſt prius intellectum, & naturam eſſe, & aliorum multorum, & huius vniuerſi cauſam.

Te. 68. ¶ Quòd autem ſint cauſæ, & q̄d tot numero, quot dicimus, manifeſtum eſt: tot enim

enim numero ipſum propter quid comprehendit. Aut enim ad ipſum, quid eſt, reducitur ipſum propter quid vltimum in immobilibus, vt in Mathematicis: ad definitionem enim recti, aut commenſurabilis, aut alius cuiuſpiam reducitur vltimum. ¶ Aut ad mouens primum. vt propter quid certauerũt? quoniam furati ſunt. Aut cuius gratia? vt dominentur. Aut in ijs, quæ fiunt, materia. Quòd igitur cauſæ hæ, & tot ſint, manifeſtum eſt. ¶ Cum autem cauſæ quatuor ſint, de omnibus eſt Phyſici cognoſcere, & ad omnes reducens ipſum propter quid, aſſignabit phyſicè materiam, formam, ipſum mouens, & id, cuius gratia. Veniunt autẽ tres in vnam plerunque; ipſum enim quid eſt, & id cuius gratia, vna eſt: ipſum verò vnde motus primum ſpecie eadem eſt his: homo enim hominem generat. ¶ Atque omnino quæcunque mota mouent, quæcunque autem non, nõ amplius Phyſicæ ſunt: non enim in ſeipſis habentia motum, aut principium motus, mouent, ſed immobilia ſunt. Quamobrem tria ſunt negotia, hoc quidem circa mobile; illud verò circa mobile quidem, ſed incorruptibile; aliud autem circa corruptibilia. ¶ Quare ipſum propter quid, & ad materiam reducenti redditur, & ad ipſum quod quid eſt, & primum mouens: de generatione enim maxime hoc modo cauſas conſiderant, quid poſt quid fiat, & quid primum fecit, aut quid paſſum eſt, & ſic ſemper quod deinceps eſt. ¶ Duplicia autem ſunt principia mouentia phyſicè, quorum alterum non Phyſicum eſt: non enim habet motus principium in ſeipſo. tale autem eſt, ſi aliquid mouet, quod non mouetur, vt id quod penitus eſt immobile, &

Te. 69. Te. 70. Te. 71. Te. 72. Te. 73.

quod

Te. 74. quod omnium primum eſt.¶Et ipſum quid eſt, & forma: finis enim eſt, & cuius gratia. Quare, cùm natura propter aliquid ſit; & hanc cognoſcere oportet, & penitus reddendum eſt ipſum propter quid: vt quòd ex hoc neceſſe eſt hoc fieri: hoc autem ex hoc, aut ſimpliciter, aut frequenter; & ſi debet hoc fieri, vt ex propoſitionibus concluſio: & quia hoc erat quod quid erat eſſe, & quia melius eſt ſic, non ſimpliciter, ſed ad vniuſcuiuſque ſubſtantiam.

EXPLANATIONES.

AD omnes reducens ipſum propter quid] ideſt reducendo quæſtionem propter, quid in quālibet quatuor cauſarum, [cuius gratia,] ideſt cauſam finalem: [tres autem in vnam plerunque accedunt,] id eſt multoties contingit, ut tres cauſæ concurrant in unam; [ipſum quid eſt] .i. cauſa formalis [vnum,] ſcilicet numero [ſpecie concurrit,] ideſt eſt eadem ſpecie cum finali, & formali, [& omnino,] ideſt & conſiderationis naturalis ſunt [non] ideſt non mouentur mota [tria ſunt negotia,] ideſt triplex dubium, vel intentio Philoſophi [in ipſum quod quid eſt,] id eſt in formam [fecit,] ideſt mouit ad generationem [quid ſuſtinuit] ſcilicet, quæ materia ſubiecta fuit, [&] ſcilicet, & conſiderat naturalis [fini,] ideſt eſt forma finis [propter aliquid eſt], ideſt agit propter finem [penitus,] ideſt ſecundum omne genus cauſę [ſimpliciter] .i. ut ſemper [quod quid erat eſſe] ideſt forma [ſed] ideſt ſecundum, quòd competit.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

NVNC, quòd natura propter finem agat, & an neceſsitas ſit ex materia ſemper, vel quandoque ex materia, & mouente, uel quandoque ex forma, & fine,

ne, proponit Ariſto. ſic.[Dicendum igitur primum] rationem ſecundæ propoſitionis, quæ eſt [poſtea de neceſſario] reddit ab antiquis acceptam, quæ eſt [ad hanc enim cauſam.] Propoſitum poſtea ſic explicat. [Habet autem dubitationem,] & eſt opinio eorum, qui negabant naturam propter finem agere: quam im probat ibi. [Sed impoſſibile eſt iſta hoc ſe habere mo do] duplici rationum differentia, quæ & propriæ exiſtunt, & ſumptę ab his, ex quibus aduerſarÿ contrarium oſtendere conabantur. Propriæ autem rationes ſunt quinque. Prima eſt. [Hæc enim, & omnia] ſecunda. [Amplius in quibuſcunque finis] tertia. [Et omnino ars alia] quarta [Maximè autem manifeſtum eſt] quinta. [Et quoniam natura duplex eſt.] Tranſit præterea ad confutandas tres antiquorum rationes, quæ finem naturæ auferebant, atq; contra primam quatuor utitur rationibus. Prima eſt. [Peccatum autem fit, &] ſecunda [Amplius neceſſe eſt ſemen] tertia. [Amplius, & in plantis] quarta. [Amplius oportebat, & in ſeminibus] ſecundam improbat his verbis. [Omnino autem deſtruit] tertiam his. [Inconueniens autem eſt.]

Caput Tertium, in quo ſoluuntur dubia de Cauſa Finali.

DIcendum igitur primùm quidem, quòd natura earũ cauſarum eſt, quę ſunt propter aliquid: poſtea de neceſſario quomodo ſe habet in Phyſicis: ad hanc enim cauſam reducũt omnes, quia cùm calidum tale natura ſit, & frigidum, & vnumquodque talium: hæc igitur ex neceſſitate ſunt, & fiunt, & apta natura ſunt: etenim etiam, ſi aliam cauſam dicant, ſolum tã gentes valere ſinunt, hic quidem litem, & amicitiam, ille verò intellectum. ¶ Habet autem dubita- Te. 75. Te. 76.

bitationem, quid prohibeat naturam non propter aliquid facere, neque quod melius eſt, ſed ſicut pluit Iuppiter, non vt frumentum augeat, ſed ex neceſſitate: quod enim ſurſum latū eſt, frigefieri oportet: & quod frigefactum eſt, aquā factum, deorſum venire: augeri autem, cū hoc fiat, accidit frumentum, ſimiliter autem &, ſi cuipiam perit frumentum in aerea, non huius gratia pluit; vt pereat: ſed hoc accidit. Quare quid prohibet ſic & partes ſe habere in natura, vt dentes ex neceſſitate oriri, anteriores quidē acutos aptos ad diuidendum, maxillares autem latos, & vtiles ad terēdum cibum: cùm propter hoc facti ſint, ſed acciderit. ſimiliter autem eſt & de alijs partibus, in quibus videtur ineſſe ipſum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde atq; ſi propter aliqd facta forēt, ea quidem ſeruata ſunt, à caſu conſiſtentia apte? quæcunque vero non ſic, periere, pereuntque, quemadmodum Empedocles dicit, ea, quæ *Prima hominem referunt, & taurum parte ſecunda*.

Te. 77. ¶Ratio igitur, quam dubitauerit aliquis, hæc eſt, & ſi qua talis alia eſt. Sed impoſſibile eſt iſta hoc ſe habere modo. Hęc enim & omnia, quæ natura ſunt, aut ſemper ſic fiunt, aut frequentur: ſed eorum, quæ fiunt à fortuna, & caſu, nihil: neq; enim à fortuna, neque à caſu videtur pluere ſæpe hyeme, ſed ſi ſub cane: neque caumata ſub cane; ſed ſi hyeme. Si igitur aut à caſu videntur, aut propter aliquid eſſe, ſi non poſſibile eſt eſſe hæc aut à fortuna, aut à caſu, propter aliquid vtiq; erunt. at vero natura ſunt huiuſmodi omnia, quemadmodum & ipſi dixerint, qui hæc dicunt. eſt itaque ipſum propter aliquid in ijs, quæ natura fiunt, & ſunt.

Te. 78. ¶Amplius in quibuſcunque finis aliquis eſt huius

huius gratia agitur quod prius, quodque conſe quens eſt.ergo,vt agitur, ſic aptum natura eſt: &, vt aptum natura eſt, ſic agitur vnumquodque, niſi quid impediat. agitur autem propter aliquid, & aptum itaque natura eſt huius gratia.vt,ſi domus eorum,quę natura fiunt, eſſet, ſic vtique facta eſſet,vt nunc ab arte. ſi autem quæ natura, non ſolùm natura, ſed & arte fierent; ſimiliter vtique fierent; vt apta natura ſunt.propter ergo alterum, alterum. ¶ Et omnino ars alia quidem perficit, quæ natura non poteſt efficere: alia verò imitatur. ſi ergo quæ ſecundum artem, ſunt propter aliquid fiant; manifeſtum quòd & quæ ſecundum naturam: ſimiliter enim ſe habent inter ſeſe in ijs,quę ſecundum artem,atque in ijs, quæ ſecundum naturam poſteriora ad priora. Te. 79.

¶Maximè autem manifeſtum eſt in cæteris animalibus, quæ neque arte,neque inquirendo, neque deliberando faciunt.Quapropter dubitant quidam, vtrũ intellectu, aut quodam alio operentur & Aranei,& Formicæ,& huiuſmodi. paulatim autem ſic procedenti,& in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem,vt folia propter fructus cooperimẽtum.Quare,& ſi natura, & propter aliquid Hirundo nidum facit, & Araneus telam,& plantæ folia gratia fructuum, & radices non ſurſum, ſed deorſum gratia nutrimenti; manifeſtum quòd eſt cauſa talis in ijs, quæ natura fiunt, & ſunt. Te. 80.

¶Et quoniam natura duplex eſt, alia quidem vt materia, alia verò vt forma,finis autem eſt hæc, propter finem autẽ cætera;hæc vtique erit cauſa,cuius gratia. Te. 81.

¶ Peccatum autem fit & in ijs, quæ fiunt ſecundum artem: ſcripſit enim non recte Gramma- Te. 82.

 ticus,

ticus,& propinauit non rectè Medicus medicamentum.quare manifeſtum eſt quòd contingit & in ijs,quę ſecundum naturam fiunt.Si igitur ſunt quædam ſecũdum artem,in quibus quod rectè fit,propter aliquid fit; in ijs autem, quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, ſed fruſtratur; ſimiliter vtiq; ſe habet & in Phyſicis,& monſtra peccata ſunt illius, quod propter aliquid agit,& in primis igitur compoſitionibus bouigena,ſi non ad quendam terminum ac finem poterant venire;corrupto vtique principio aliquo fiebant,vt nunc ſemine.¶ Amplius

Te. 83. neceſſe eſt ſemen fieri primum,ſed non ſtatim animalia, & ipſa maſſa quidem mollis prius ſemen erat.Amplius & in plantis ineſt ipſum propter aliquid,minus autem diſtinctum eſt. Verũ igitur,& in plãtis fiebant,vt bouigena, vitiprora,ſic vitigena oleoprora? An non: inconueniẽs enim,ſed tamen oportebat:ſi quidem & in animalibus. ¶ Amplius oportebat & in ſeminibus

Te. 84. fieri, vt accidit. Omnino autem deſtruit ſic dicens, ea quæ natura ſunt,& naturam. Natura enim ſunt quæcunque ab aliquo in ſeipſis principio continuè mota perueniunt ad aliquem finem.ab vnoquoque autem non idem quibuſq; neque quiuis, ſemper tamen ad eundem, niſi

Te. 85. aliquid impedierit ¶ Id autem, cuius gratia, & quod huius gratia,ſient vtique à fortuna:ſicuti dicimus,quod à fortuna venit hoſpes, lotuſque abiuit, tum tanquam gratia huius veniens egerit,non autem gratia huius venerit; & hoc ſm accidens:fortuna enim eſt earum, quæ ſunt ſecundum accidens cauſarum, quemadmodum & prius diximus.ſed cum hoc ſemper, aut frequenter fiat; non ſecundum accidens,neque à

fortuna

fortuna eſt. in phyſicis autem ſemper ſic, niſi quid impedierit.¶Inconueniens autem eſt non opinari propter aliquid fieri, niſi videant ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiam ars non deliberat: nanque ſi eſſet in ligno nauis faciendæ ars; haud ſecus, atque natura, faceret: quare ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid; & in natura ineſt. maximè autem manifeſtum eſt, cum quis medetur ipſe ſibiipſi: huic enim ſimilis eſt natura. Quod igitur cauſa ſit Natura, atque ita vt propter aliquid, manifeſtum eſt. Tc. 16.

EXPLANATIONES.

QVAE ſunt propter aliquid,] *ideſt quæ propter aliquid, uel finem agunt* [*ad hanc,*] *ſcilicet materialem cauſam* [*omnes*] *ſcilicet antiqui* [*hæc*] *ſcilicet quæ fiunt ex eis* [*hic*] *ſcilicet Empedocles* [*ille,*] *ideſt Anaxagoras* [*partes*] *ſcilicet animalium* [*ſed acciderit*] *ideſt ſed propter neceſſitatem materiæ ſic decurrentis accidit* [*conſiſtentia aptè*] *ideſt habentia diſpoſitionem aptam ad conſeruationem* [*ſed*] *ſcilicet dicendum eſt pluere à fortuna, ſi in diebus canicularibus* [*cauma*] *ideſt calor excellens* [*at verò natura*] *ideſt atquè fiunt ſecundum naturam* [*huius gratia*] *ideſt propter talem finem* [*ſic vtique*] *ideſt eodem ordine* [*propter ergo alterum alterum*] *.i. unde manifeſtum eſt, quòd in natura priora ſunt propter poſteriora, ut in arte* [*maximè*] *ſcilicet notum hoc eſt* [*alio*] *ſcilicet principio* [*talis*] *ſcilicet finalis*] *hac*] *ſcilicet forma* [*contingit*] *ſcilicet peccatum fieri* [*phyſicis*] *ſcilicet rebus* [*à principio*] *ſcilicet mundi* [*bouigenas*] *ideſt ex media parte boues, et ex alia homines* [*potuerunt uenire*] *ſcilicet ut in eſſe conſeruarentur* [*ut contingit*] *ſcilicet in animalibus* [*ſic*] *ſcilicet naturam*

non agere propter finem [uno quoque] ſcilicet principio [ad eundem] .i. ad determinatū finem [fiant] ideſt contingit, ut fiant. [hoc] ſcilicet balneari [opinari] ſcilicet naturam.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

DEMONSTRAVIT Ariſt. naturam propter finem agere, nunc, quo modo neceſſitas inueniatur in rebus naturalibus, diſſerit: eſt enim ſecundum problema antea ab eo propoſitum. Primùm proponit ſic [Quòd autem ex neceſſitate eſt] problematis poſtea alteram partem, quæ eſt, quod ex abſoluta materiæ neceſſitate generatio fiat, probat ex aliorum opinione ibi [Nunc enim quidam opinantur] cōtra quā arguens primò oſtendit ēt quo modo ſit in rebus naturalibus neceſſitas ibi [Attamen non ſine his] ſecundo aſſimilat neceſſitatem, quæ eſt in rerum generatione, neceſſitati, quæ eſt in ſcientiis demōſtratiuis, & primùm quo ad ordinē neceſſitatis ſic [Eſt aūt neceſſarium, & in diſciplinis] ſecundò quò ad neceſſitatis principium, ut [Et finis iſ, cuius gratia.]

Caput Quartum, ad quam cauſam neceſſitas in rebus naturalibus referatur determinans.

Te. 87. QVod autem ex neceſſitate eſt, vtrū ex ſuppoſitione ſit, an & ſimpliciter. Nūc enim quidam opinantur, quòd ex neceſſitate eſt eſſe in generatione, quemadmodum, ſi aliquis murum ex neceſſitate exiſtimaret eſſe factum; quoniam grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem supernè: qua propter lapides quidem deorſum, ac fundamenta, terra autem ſurſum propter leuitatem, ſuprà autem maximè ligna; leuiſſima enim ſunt.

Te. 88. ¶Attamen non ſine his quidem factus eſt, non

tamen

tamen propter hæc, niſi vt propter materiam, ſed cauſa abſcondendi quædam,& ſaluandi. Similiter verò & in alijs omnibus, in quibuſcunque ipſum propter aliquid eſt, non ſunt quidē ſine ijs, quæ neceſſariam habent naturam; non tamen ſunt propter hæc, niſi vt, ob materiam ſunt, ſed propter aliquid. vt propter quid ſerra eſt talis? vt hoc; & huius gratia, ſit. hoc tamen cuius gratia, non poteſt fieri, ſi non ferrea ſit. neceſſe eſt igitur ferream eſſe; ſi ſerra erit, & opus ipſius: ex ſuppoſitione igitur neceſſarium eſt. ſed non vt finis: nam in materia neceſſariū eſt id autem cuius gratia ſit, in ratione. ¶Eſt autem neceſſarium & in Diſciplinis, & in ijs, quæ ſecundum Naturam fiunt, quodammodo ſimiliter. cum. n. rectum hoc ſit; neceſſe eſt triangulum duobus rectis æquales habere; ſed non, ſi hoc eſt; illud eſt. ſed ſi hoc non eſt; neque illud rectum eſt. In ijs autem, quæ propter aliquid fiunt, econtrario, ſi finis erit, aut eſt; & id quod eſt ante, erit, aut eſt. ſi vero non, ſicut ibi, ſi non ſit cōcluſio, principiū non erit, ſic & hic finis, & id gratia cuius. principium enim, & hoc eſt non actionis, ſed cogitationis, ibi autem cogitationis; actiones enim non ſunt. ¶Quare, ſi erit domus; hæc neceſſe eſt fieri, aut exiſtere. aut etiā fore, aut omnino materiam, quæ propter aliquid eſt, vt lateres, & lapides: ſi domus. non tamen propter hæc eſt finis, niſi vt ob materiam, neque erit propter hæc. omnino tamen, ſi non ſint: neque domus, neque ſerra erit: illa quidē ſi non ſint lapides: hæc vero; ſi non ſit ferrum neq; enim ibi principia; ſi non triangulū duobus rectis. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ neceſſariū eſt in Phyſicis, quod vt materia dicitur, & mo-

Te. 89.

Te. 90.

tiones eius.¶Et vtræque quidem Phyſico dicen
Tc. 90. dæ ſunt cauſæ, magis autem ea, cuius gratia
cauſa enim hæc materię eſt, ſed non hæc ipſius
finis. Et finis, is cuius gratia, & qui principium
eſt à definitione, & ratione petitur, ſicut in ijs
quæ ſecundum artem: quoniam, ſi domus eſt
tale; hęc oportet fieri, & eſſe ex neceſſitate. &
quoniam ſanitas hoc eſt; hæc oportet fieri ex
neceſſitate & eſſe. ſic & ſi homo eſt hoc; hęc. ſi
Tc. 91. vero hęc; hæc.¶Fortaſſis autem & in ratione eſt
neceſſarium: determinanti enim opus ſecandi,
quòd diuiſio huiuſmodi eſt, hęc autem non
erit, niſi habeat dentes tales, hi verò, non niſi
ferrea ſit; ſunt enim & in ratione quædam par
tes, vt materia rationis.

EXPLANATIONES.

SIMPLICITER].i.abſolutè [ex neceſſita te].ſ materia [propter hæc].ſ.grauitatem, & leui tatem [naturam].i.materiam [in ratione].ſ.poni tur ratio neceſſitatis [diſciplinis].i.ſcientijs demon ſtratiuis [ante].ſ.finem [ſi uerò non].i.ſi id quod eſt ante finem non erit; neque ipſe finis erit [ibi,] ſci licet in ſcientijs demonſtratiuis [hæc].ſ. materiam [propter hæc].ſ.propter materiam [ſint].ſ.princi pia materialia [hæc].ſ.forma [ipſius finis].ſ. for mæ [tale].i.talis definitio [hæc oportet fieri, & eſ ſe ex neceſſitate].i.oportet hoc fieri, & eſſe ad hoc, quòd domus fiat [in ratione].i. in definitione [hi] .i.dentes [ut materia;] ſcilicet communis.

CVRTII MARINELLI QVAESTIONVM

Solutio in Lib. II. Phyſ.

OMNIA, quæ à natura ſunt, videntur habere in ſeipſis principium motus, & quietis. ſic ait Ariſt. in hoc libro tex. 1. tamen in alteratione, motus eſt ab extrinſeco; vt cum aqua calefit. Reſpondet D. Thom. in com. q in rebus naturalibus eo modo eſt principium motus, quo eis motus conuenit. quibus ergo conuenit mouere, eſt in eis princip. actiuum motus: quibus competit moueri, eſt paſsiuum, vt Burleus in com. q eſt materia. quod quidem principium inquantum habet potentiam naturalem ad talem formam, & motum, facit eſſe motum naturalem, & idcirco cœlum mouetur paſsiue. Iauel. autem inquit. aduerte primò, quòd philoſop. non ſentit omnia naturalia habere in ſe princ. omnium motuum; ſed tantumodo illius motus, quo eſt aptum moueri. ſecundò non idẽ eſt principium intrinſecum motus in omni enti naturali; quoniam illud quod eſt in compoſitis eſt ſecũdum formam, & in ſimplicibus ſecundum materiam, vt placet Co. 7. com. 1. Tertiò entium naturalium q̃dam ſunt ſimplicia, & incorruptibilia, vt cœlum, quædam ſimplicia corruptibilia ut elemẽta, & quædã mixta corruptibilia animata, & quædam inanimata. his ſuppoſitis reſpondet, quòd cœlum habet princip. intrinſecum ſui motus localis actiuum, & paſsiuum: actiuum, Quæ. 1.

actiuum, ſi conſideretur cum intelligentia: paſſiuũ, ſi ſine. Deinde corpora ſimplicia corruptibilia quoniam mouentur & localiter, & ſecundum alterationem, & ſecundum generationem; diuerſimode eſt reſpondendum, & quò ad motum localẽ tenet D. Tho. quod habeant principium paſſiuum etiam ſi ſit formale, Auer. autem vocat actiuum. quantùm ad alios motus hi habent principium intrinſecum paſſiuum, vt Tata. Tertiò corpora mixta corruptibilia inanimata mouentur motu locali ſecundùm elementum prædominans, alijs autem motibus paſſiuè, animata autem quò ad localem actiuè, quò ad alios paſſiuè. & hæc omnia ſunt Auer. quæ comprobat Burleus com. 1. niſi ꝙ exiſtimat, ꝙ tam corpora ſimplicia, quã mixta habeant princ. actiuum motus localis naturalis in ſeipſis. eſt etiam notandum, ut Tat. ꝙ ens naturale hoc tempore ſumitur pro ente compoſito ex materia, & forma ſubſtantiali, & non pro aliquò ente ſimplici, ut materia, uel forma.

Quæ. 2. Artificialia non habere principium mutationis, vel motus ait phil. tex. 2. quod uidetur eſſe falſum; figura. n. acuta eſt princip. mouendi, & lata quieſcendi. horologium quoque eſt ab arte, et talem motum habet ab arte, & non à materia. Reſpondet Iauel. in Q. 2. ꝙ aliud eſt habere in ſe princ. motus, & aliud habere in ſe principium qualitatis, aut modi motus. artificialia dant qualitatem aliquam motus, & vt citius, & tardius res moueatur; quia quæcunque figura imprimatur in terra, uel in lapide, niſi adſit grauitas; nunquã mouebitur motu deorſum. uel artificiale habet princi. per accidens motus, ſed non per ſe. Ariſto. in textu ſic ſoluit, ꝙ artificialia nullum habent impetum mutationis innatum, inquantũ ſunt ab arte, ſed ſecundùm ꝙ contingit ipſis lapideis, aut terrais eſſe, aut mixtis ex his habet tantùm. & hanc

etiam

etiam Burleus.com.2.& D.Tho.Verùm Simp. com. 3.ait, habere princ.motus conſideratur dupliciter, vno modo extrinſecè, & ſic artificialia habent, alio extrinſecè,& ſic non habent.hoc idem Tat.

Naturam eſſe principium, & cauſam mouendi, & quieſcendi in quo eſt primùm per ſe, & non ſecundum accidens eſt ſententia Ariſto. tex. 3. attamen multa ſunt,quæ non ſemper mouentur, & alia, quæ ſemper quieſcunt, ut terra, & alia quæ ſemper mouentur ut cœlum.tum quia materia non eſt princ. mouendi,tũ quia accidens,ut grauitas, & leuitas ſunt principia motus. ut autem ſoluamus has controuerſias,primò narrabimus opinionem Portũ,deinde aliorum.uerba ſunt.primùm dicimus, nomen naturæ per ſimilitudinem adaptatur corporibus cæleſtibus; quoniam hæc inferiora iudicio ſenſus ſubÿciuntur, illa uerò nequaquam, & quanquam illa ſunt re priora,atque ita natura de ipſis primùm dici debeat; illa,& hæc tantũ nomine,& ſimilitudine conueniunt. Porrò natura,quæ hic deſcribitur,eſt materia, & forma rerum generabililium,uel habitudo materiæ, & formæ noſtræ,ea.ſ.materia, & forma,quæ ſunt partes rerũ caducarum, & nõ rerum incorruptibilium, ut cęli.nec te moueat illorum. com. qui per coniunctionem,& per diſiunctionem exponunt interpratantes uel motus,uel quietis:hoc.n.ridiculũ:oĩa.n.naturalia debent habere & motũ,& quietẽ:terra. n.& ſi uideatur immobilis;tamen ut ẽt Ianel. & Albertus partes diuerſis mutationib. mouentur,& tandẽ ait, natura propriè,ac præcipuè dicitur ea,quę eſt principiũ motus,& eſſendi,eſſendi,quidẽ ut eſt actus,motus uerò,ut notat propenſionẽ ad tranſmutationẽ, & motum.& addit hanc deſ.Ariſt. eſſe intelligendam in genere ſublunarium, & non cęleſtium,& incorruptibilium,qualis eſt intellectus, & cęlum.quanquam Quæ.1.

intelle-

intellectus dicitur natura, cum ſit prin. actiuũ, & facultas hominiſ intrinſeca. Burleus aũt in com. multa narrat, ſed denique ait intelligi debere def. naturæ ſic. natura eſt non ſecundum accidens primum princ. motus, & quietis eius, in quo eſt per ſe. illa particula non ſecundum accidens ponitur ad differẽtiam artium, quæ agunt in ſubiecto, ſed hoc eſt per accidens. unde cum medicus ſanat ſeipſum; ars medico eſt princ. motus eius, in quo eſt per ſe. ſi igitur illa particula, non ſecundum accidens, non poneretur; oporteret, ꝙ ars medici eſſet natura. ut igitur ars illa excludatur; ſcribitur particula, non ſecundum accidens, quoniam ars medicinæ, eſt ſecundum accidens. Primum princ. eius in quo eſt per ſe, illa particula Primum exponitur dupliciter: nam ſecundum aliquoſ ut Alber. cap. 3. primum accipitur pro propinquo ad differ. animæ quæ non eſt princ. propinquum. hoc modo exponit Auic. & Lyconien. ſecundò dicitur primum pro principali ad differ. accidentium, quæ ſunt principia inſtrumentalia. & hæc uidetur expoſitio melior. ponitur per ſe, ad dif. rerum artificialium, quæ mouentur à princ. intrinſeco, quod princ. non eſt in eis per ſe, ſed per accidens. & hæc definitio ſi debet competere omni naturæ; oportet ꝙ coniunctio Et exponatur diſiunctiuè, & non copulatiuè ut Lyconië. ferè hæc omnia & D. Thom. com. 3. Q. 3. Ianel. & Iand. Q. 1. ita ꝙ ſit ſenſus, ꝙ in aliquibus ſit princip. motus tantum ut in cęlo, in aliquibus quietis tãtum ut in terra, & in aliquibus, & motus, & quietis. deinde eſt ſciendum quòd in defi. legitur principium, & cauſe; quia natura in aliquibus eſt principium mouendi actiuum, & in aliquibus paſſiuum. unde ponitur princ. pro actiuo, & cauſa pro paſſiuo. Lycon. narrat duas eſſe definitiones naturæ, unam formalem, & indemonſtrabilem, quæ eſt ubi philoſ. ait. natura eſt id,

quo

quo primo, & per ſe differunt naturalia inquantum huius. à non naturalibus inquantum huius. addit autem ſupradictis Burlei aliqua D. Thom. ſ. quod ponitur in defi. naturæ princ. ut Alber. quaſi genus, & non aliquid abſolutum: quia nomen natura importat habitudinē prin. vnde deridēdi ſunt qui uolūt def. Ariſt. corrigere uolentes definire eam per aliquod abſolutum dicentes natura eſſe uim inſitam rebus. quam opinionem impugnat. Auice. in 1. ſuffic. ca. 5. & Iauel. putat naturam eſſe princ. motus, & quietis in quocunque inueniatur, dummodo tale ſit capax utriuſque. Tat. autem ait, ꝙ ponitur princip. & cauſa ad maiorem expreſsionem, dicit notanter, & non ſecundū accidens ad remouenda aliqua prin. quibus res naturalis mouetur, quæ tamen nō inſunt illi rei naturali naturaliter, ut leuitas eſt fortè principale motiuum uaporis ſurſum; attamen non eſt uapori naturale, ſed accidentale.

Naturam autem tentare demonſtrare eſſe ridiculum eſt. tex. 6. Verùm eam definiuit in tex. 3. Ariſt. pro ſolutione ait Iand. Q. 2. ꝙ multum differt dicere aliquid non poſſe demonſtrari, & debere demonſtrari; demonſtrari. n. poteſt omne illud, quod poteſt concludi ex neceſſariis, & notioribus. item demonſtrari poteſt demonſtratione ad impoſſibile omne illud, cuius oppoſito falſo eſt aliquid notius in falſitate. Illud autem ſolum debet demonſtrari, quod eſt ignotum, & dubium. unde aſſerit duo, primum quòd naturam eſſe poteſt demonſtrari & demonſtratione oſtenſiua, et ad impoſſibile: deinde ꝙ naturam eſſe non debet demonſtrari ex intentione, & per ſe tanquàm ſit difficile, & laborioſum. ſecundò ſciendum eſt homines quoſdam eſſe diſpoſitos, & idoneos ad philoſophiam, & quoſdam minimè. primis demonſtrare naturam, eſt ridiculum, ſecundis non, Burleus autem com. 6. ſentit, Quę. 4.

ſit, quòd phil. non ait abſolutè, quod ridiculum ſit demonſtrare naturam, ſed quòd tentare demonſtrare naturam eſſe eſt ridiculum; notitia. n. eſt facilis. & hoc modo etiam Iauel. Q. 4. Auic. autem in lib. 1. ſuffi. cap. 5. tenet contra Ariſt. & D. Thom. in com. inquit naturam quidem eſſe eſt per ſe notum, inquantum naturalia ſunt manifeſta ſenſui, ſed naturã particularium, & uniuſcuiuſque non eſt per ſe notum, unde natura conſideratur. dup.

Quæ. 5. Aſſerit phi. in tex. 12. formam eſſe magis naturã, quàm materiam. datur inſtantia de materia; nam ea in omnibus eſt princip. motus & ſi paſſiuum, quod non eſt forma. Soluit Iauel. Q. 6. ſic, quòd magis poteſt dupliciter intelligi, communius, et perfectius. primo modo non inconuenit materiam eſſe magis naturam, dummodo comparemus naturam ad hoc, quod eſt eſſe princ. n. ctur. Tat. etiam eodem modo: forma tamen perfectiori modo principiat, quàm materia.

Quæ. 6. Priuationem ſpeciem, & formam quodammodo eſſe eſt ſententia Ariſt. tex. 15. ſed cum priuatio non ſit aliquid poſitiuum, non uidetur tex. uerus. reſpondet Burleus com. 15. quòd priuatio formæ ſubſtantialis poteſt dici forma, & natura; uel quia ſemper coniungitur cum forma; nam cum priuatione unius formæ ſemper coniungitur alia forma: uel quia in ſuo intellectu includit formam: ut in non facere intelligit facere, ſicut patet. 2. elenchorum, uel quoniam eſt quodammodo forma materia; cum priuatio denominet materiam ad modum formæ: ſicut. n. materia dicitur formata, ita dicitur priuata. Auc. autem. in com. interpretatur alio modo, & ait quòd Ariſt. fortè intelligit, quòd forma dicitur duobus modis de habitu, & priuatione exiſtente in prima materia. iſta. n. eſt priuatio quodammodo, non priuatio ſimplex, imo eſt ſicut forma materia, uel per priuationem intelligit

telligit formam diminutam, & imperfectam.

Phyſici itaque erit cognoſcere vtraſque naturas.ſ. formam, & materiam, ut patet tex.22.contrà eſt ſua auctoritas in 7.metaph.& 8.Soluit Auer. com. 21. ꝙ materia conſideratur dupliciter, primò, ut eſt vnũ entium, et hoc pacto conſideratur à metaph.ſecundò, ut eſt materia formæ, vnde pertinet ad naturalem, & eadem eſt reſponſio de forma:conſiderat. n.formã naturalis, inquantum eſt in materia, & non ſecundũ quòd eſt ſolùm. & eodem loco com.22. narrat errorem Auic.in 1.ſuæ ſuffi.qui dicit, quòd naturalis nõ loquitur de materia niſi de propinqua unicuique enti, & errauit:debet.n.naturalis conſiderare materiã primam, quatenus cõiter eſt receptiua omniũ formarũ, qđ etiã Iauel. Q.9.ſed Iand. Q.7.ſic ait. de materia poſſumus loqui dupliciter, uno modo de materia prima, & remota, quæ.ſ.de ſe non eſt ens niſi pura potẽtia paſſiua, alio, ut eſt diſpoſita, & appropriata ad formã.& hæc eſt materia determinatis accidẽtibus, & aliis diſpoſitionibus informata.ſecundò, formæ quædam ſunt in materia, & aliæ ſeparatæ. tertiò duplex eſt demonſtratio formarum abſtractarum, una quæ demonſtrat eas eſſe per motum, & talis eſt naturalis.ſecunda ſupponit pro conſtantia naturali talia entia eſſe, & conſiderat de eis ſecundùm quòd ſunt formæ ſubſtantiæ ſenſibilis, & finis, & talis eſt metaphy.uel ſecundùm quòd ſunt actus puri, & intelligentes, & intellectæ.primo modo materia conſideratur à metaph. ſecundo à naturali, qui conſiderat materiam in communi. Quæ.7.

Circa textum prædictum oritur quædam difficultas.ſ. utrum materia ſit pars quidditatis:materia.n. nec quid, nec quale, nec quantum, & quia forma dat nomen rei, & eſſe, & diſtinctionem ſpecificam. contrà uerò eſt tex.prædictus.naturalis.n.habet deffinire for- Quæ.8.

re formam exiſtentem in materia, & etiam materia eſt natura, & pars eſſentialis compoſiti. Soluit has contrarietates Zim. Theor. 38. & inquit, quòd materia conſideratur dupliciter, uno modo reſpectu compoſiti, unde eſt pars eſſentialis ſubſtantiæ. alio ſi conſideretur ſecundum ſubſtantiam declarantem eſſentiam rei, & quidditatem, non dicitur eſſe pars ſubſtantiæ, ſed eſſe apparens deferens formam in ſuã definitionem; ĩ rebus .n. compoſitis ex materia, &, forma forma eſt tota quidditas, & hæc opinio eſt Auer. unde Iand. Q. 6. quærens, an naturalia definiãtur p materiam ſenſibilem, reſpondet, quod per materiam ſenſibilem poſſumus intelligere duo, materiam primã informatam qualitatibus ſenſibilibus, uel ut alij dicunt, materiam primam in habitudine ad formam naturalem, quam conſequuntur qualitates ſenſibiles; & hoc modo exiſtimant aliqui, quòd entia naturalia ſint per materiam ſenſibilem. Deinde poteſt accipi materia ſenſibilis pro ſubiecto, quod eſt principiũ motus, & quietis per ſe, & ſubſtat accidentibus ſenſibilibus. itaque entia naturalia debent definiri per materiam ſenſibilem non intelligibilem. i. per ſubiectum, quod eſt, principium motus, ut eſt princ. motus. Preterea eſt ſciendum, quòd ſecundum com. in def. materia conſideratur dupliciter ſecundum expreſſionem, ſcilicet ita quòd exprimatur tanquam una pars definitionis: ut ſi dicatur homo eſt ſubſtantia compoſita ex talibus carnibus, & anima rationali. deinde ſecundum quandam conſecutionem, adeo quòd ex partibus poſitis in def. ſequatur, quòd materia eius debeat eſſe talis, & talis. & hoc pacto uidetur intelligere co. & explanat hoc Alb. ibidem: & paulò poſt ait, quòd licet materia non ſit princ. intrinſecum quidditatis naturalis eo modo, quo pars eſt intrinſeca toti, tamen ipſa eſt princ. intrinſecum ſubſtantiæ compoſita.

ſitæ. & talis ponitur in eius def. Et præterea licet non ſit pars quidditatis.ſ.formæ; tamen poteſt eſſe princ.intrinſecum ipſius quidditatis, ut propriũ ſubiectum ipſius quidd.deferens eam. & Sueſ.lib.7.metap.diſp.13.primò declarans titulum quæſtionis ait. quòd eſſentia, & quidditas in propoſito idem ſunt: etenim eſſentia dicitur,quatenus eſt princ.illius, cuius eſt eſſendi:quidditas uerò,quatenus eſt princip. definiendi: & quidditas eſt id,quod per def. explicatur. deinde facit multa ſuppoſita, & primum,quòd quidditas,ſiue eſſentia non eſt entium per accidens, deinde neque entium per ſe, quæ ſunt accidentia. poſtea eſt ſolius ſubſtantiæ compoſitæ. tandem triplex eſt definibile,aliud quidem per ſe & primum, & hoc eſt forma,aliud per ſe,ſed non primò,ut ſingulare ſignificatum per nomen commune:tertium eſt per accidens,& eſt ſingulare, ut ſignificatur per nomen ſingulare, ut Socrates.ex his ſequitur, quòd quæcunque def.eſt hominis per ſe,eſt per accidens ſingularium, ut Socratis,et Platonis,et eſt per ſe non primùm compoſiti ex forma hominis,& materia;ut animalis humani.quæcunque def.eſt animalis humani eſt ſingularium eiuſdem per accidens. & tunc reſpondet, quòd ſumendo definitum per ſe, & primò, materia non eſt pars quidditatis,at ſecundo,uel tertio modo materia non eſt pars eſſentiæ alicuius illorum,ſed eſt pars definiti.Præter hæc tum materia ponitur in def. definiti per ſe primi,uel in def.cæterorum; non ſignificatur,ut pars eſſentiæ,ſed ut deferens eſſentiam, uelut pars definiti. & Simp. Portius cap.11.inquit,quòd quidditas uno modo accipitur,prout ſignificat quid, & hac ratione per omne genus cauſæ poſſumus reddere quid.alio modo quidditas propriè, & preſſius ſumitur pro forma,ac definitione,quæ formam explicat,uicem,ac rationem formæ ſubit, & finis. & hæc

eſt

eſt forma. & ſubdit. Verùm cum forma cõſideratur, quemadmodum naturalis eam contemplatur: neceſſaria eſt materia in ſuis definitionibus. quare ad dubitationem eſt reſpondendum, quòd ſi per quidditatem definitio intelligitur; oportet materiam partem eſſe quidditatis. ſi uerò propriè intelligatur; forma eſt pars quidditatis, & materia deferens formam: nam quidd. ſecundùm unam rationem idem eſt quod compoſitum, at ſi capitur quidditas, ut pars; non eſt compoſitum. D. autem Thomas, & Doctor ſubtilis, & Egidius auctoritate Auice. ſentiunt materiam eſſe partem quidditatis. & Egidius ait, quòd materia, & forma non ponuntur in def. actu; eo quia partes definitionis ſunt partes rationis, ſed ponuntur per quandam corriſpondentiam, & quaſi indirectè, quatenus ab his ſumuntur partes rationis; quia niſi partibus rationis reſponderent partes rei; definitionis partes eſſent figmenta. Iauel. autem 7. metaph. Q. 9. narrat opinionem D. Tho. & Scoti his uerbis, quòd in ſubſtantia compoſita ſunt duæ formæ realiter diſtinctæ, ſcilicet forma partis unibilis materiæ, & quæ eſt perfectio materiæ, puta in homine eſt anima, quæ eſt actus corporis, & eſt forma totius, quæ reſultat ex unione formæ partis cum materia. unde in eius ratione includit formam, & materiam, et differt à forma partis, vt compoſitum à ſimplici. & hanc formam totius dicunt quidditatem, ſiue eſſentiam. unde Iauel. ponit hanc concluſionem, quòd materia, quæ eſt pars potentialis in ſubſtantia compoſita accepta abſolutè, & non contracta ad materiam indiuiduam pertinet ad quidditatem ſpecificã, nam ſi materia nõ eſt pars quidd. ſequeretur, quòd homo eſſet homo ſine materia. & ad auctoritates reſpondet, quòd ubi philo. ait formam eſſe quodquiderat eſſe, non aliud intelligit, niſi quòd cũ à forma ſumatur propria differẽtia, quæ eſt prin-

eſt principalior pars def. poteſt dici appropriatè, ſed non ſimpliciter. nam quod eſt principalius in aliquo, dicitur eſſe illud. & addit Sueſ. auctoritate tenentium opinionem D. Tho. ſi illa materia eſt contracta, ad ſingularitatem; eſt pertinens ad quidditatem indiuidui ſingularis diſtincti contra uniuerſale, ut huius hominis. ſi contracta ad exiſtentiam; eſt pertinẽs ad quidditatem indiuidui exiſtentis. ſi contracta ad accidens præter neceſſarium; nullius rei eſt pars quidditatis. Alex. autem Achil. in lib. 1. de Ele. dubio 19. aliter ſoluit, & primũ ponit differentiam inter quidditatem, & definitionem: quidditas .n. ut ait, niſi impropriè dicitur definitio. unde materiam ponit re uera in def. rerum naturalium, ſed non in quidditate: de natura enim quidditatis eſt eſſe quid, & id quo aliquid eſt quid, & hoc ſoli formæ conuenit. ideo materiam, quamuis ſit pars ſubſtantiæ compoſitæ; nõ tamen eſt pars quidditatis. ſed quia, eſt ſubiectum formæ; ideo eſt deferens quidditatem appellanda.

Materiam eſſe eorum, quæ ad aliquid ſunt, eſt ſententia tex. 26. ubi legitur. ad aliam formam alia materia. Tamen contrà, materia eſt ſubſtantia: unde non eſt ad aliquid. Verùm D. Thom. in com. exponit, quòd ideo non dicitur, quia ipſa materia ſit in genere relationis: ſed quia cuiuslibet formæ determinatur propria materia. et Simpl. cõ. 19. inquit, quòd materia accepta ſecũdum proprietatem, quã habet ad formã eſt ad aliquid. Et ſubdit, quòd materia proxima ſic eſt. Vt igitur unaquæq; harũ ſe habet per ſe ad formã; ſic et communis omnium ad ſimpliciter formam. Eurleus in com. 26. aſſerit, quòd eſſe ad aliquid contingit quadrupliciter. primo modo ſicut ipſe reſpectus eſt ad aliquid. & ſic illa; quæ ſunt per ſe in genere relationis, per ſe ſunt ad aliquid. ſecundò dicitur illud eſſe ad aliquid, quod neceſſariò ſequitur ad reſpectũ, Quæ. 9.

itaque illa quæ ſunt in prima ſpecie qualitatis dicuntur eſſe ad aliquid; ut ſanitas, & pulchritudo; ſanitas enim neceſſario ſequitur debitam commenſurationem qualitatum primarum; quae commenſuratio eſt quidam reſpectus. tertio illud dicitur eſſe ad aliquid, quod eſt aggregatum ex relatione, & aliquo abſoluto, ut pater, & dominus. quarto dicitur eſſe ad aliquid, quod ipſum eſt ſubiectum illius, quod eſt ad aliquid, uel reſpectus relatiui. & contingit dupliciter; quoniam uel eſt ſubiectum per accidens; quare homo eſt ſubiectum domini. deinde eſt aliquid ſubiectum reſpectus per ſe in ſecundo modo dicendi per ſe, & hoc modo materia eſt ad aliquid; quia materia refertur ad formam in ſecundo modo dicendi per ſe. dico igitur, quod materia dicitur ad aliquid, non tanquam aliquod per ſe in genere relationis, ſed tanquã aliquid, cui ineſt relatio: ut Alber. cap. 2. & Iaueli. Q. 10. uel dicamus, quod materia poteſt accipi dupliciter uel pro eo, quod ſignificatur per hoc nomen materia, uel pro illo abſoluto, quod eſt altera pars compoſiti. primo modo materia eſt ad aliquid; quia eſt aggregatum ex abſoluto, & reſpectu. Secundo non, niſi per accidens, ſicut homo cui accidit, quod ſit ſubiectum talis relationis, uel talis.

Qu. 10. *Textu prædicto quæritur, utrum materia ſit una, uel plures. inquit Philo. ad aliam formam alia materia. contra legitur omnium generabilium, & corruptibilium unam eſſe materiam. Reſpondet Auer. in com. quod materia diuerſificatur propter diuerſitatem formarum, adeo quod materia aialium eſt alia à materia aliarum ſpecierũ. & Port. cap. 7. inquit. Una eſt omnium generabiliũ in potentia, in actu uero plures, perinde ut ipſa pluribus formis ſubſternitur, ut Albertus magnus capit. 12. deinde, & dubium eſt, materia una, & eadem ſit generationis, alterationis,*

&

& augmenti:multi.n.dicunt, & precipuè Alex.in lib.1.gñnum naturalium materiam eſſe generationis, tranſmutationis verò, & augmenti ſunt quodammodo materia, non tamen propriæ, attamen una omniũ eſt materia, uerum diuerſa rõne: nam propriè ut potentia generationi, ut actu alterationi, & ut quanta augmento ſubijcitur. alio autem modo interpretatur Burl. ĩ com.26. dicens, quòd materia quantum ad propoſitum eſt duplex. ſ. alterationis, & cõpoſitionis. materia alterationis eſt ſubiectum alterationis præcedentis generationem rei, ut panis eſt materia ſanguinis, materia uerò compoſitionis pars rei, ex qua iam forma cõponitur res. & talis eſt duplex. ſ. ppinqua, et remota. dico igitur, quòd in alia, & alia ſpecie eſt diuerſa materia alterationis, & alia, & alia compoſitionis. ſ. ppinqua, tamen ĩ diuerſis ſpecieb. eſt eandem materia cõpoſitionis ſecundum ſpeciem, uel remota.

Dubitant multi, an philoſo. naturalis conſiderare debeat cauſas. affirmat tex.27. negat autem auctoritas quinti metaphy. ubi de cauſis agit Ariſto. Soluit uerò D.Tho.in com.27. & dicit, conſiderare de cauſis inquantum huius, proprium eſt philoſophi primi: nam cauſa, in eo quòd cauſa, non dependet à materia ſecundum eſſe: deinde in ſeparatis inuenitur ratio cauſæ. ſed Philo. naturali eſt conſideratio de cauſis propter aliquam neceſſitatem, nec eas conſiderat alio modo niſi ſecundum, quòd ſunt cauſæ naturalium mutationum. Qu.11.

Sentit Ariſt.tex.28. materiam eſſe cauſam, ex qua fit aliquid, cum inſit. datur inſtantia; materia.n. nihil generat, tum quia eſt indifferens ad multa. reſpondet Iauel. 5. metaph. Q.2. quòd materia eſt cauſa; quia ſuſtinet, & recipit formam proportionabilem capacitati ſuæ, & non ſecundum totum eſſe debitũ naturæ talis formæ, & non eſt cã, quia aliquid cauſet. et Qu.12.

Lyconienſ.ait,quòd materia conſideratur dupliciter ut eſt indifferens ad omnes formas.& hoc pacto nullius effectus particularis eſt cauſa, ſed ſecundum ꝙ determinatur ad unam formam eſt cauſa. Guil. autē Ocham uocat materiam cauſam reſpectu compoſiti & Alber.tra.2.cap.2.

Qu.13. *Formam quoque eſſe cauſam clarum eſt tex. eodē: alio.n.modo forma, & exemplum.uidetur autem contra hoc ratio.efficiens.n.dat eſſe rei, & eſt cā ut res ſit. Exponit Iauel.5.metaph. Q. 3.ac inquit, quòd cauſalitas formæ cōſiſtit, ut det eſſe rei,et faciat rem exiſtere actu,quæ prius erat in potentia, & conſtituat eam in propria ſpecie. Sed dare eſſe conſideratur dupliciter uno modo formaliter, ideſt,ſeipſam, et non per actionem,& ſic dat forma. efficiens autem dat eſſe effectiuè per actionem, quæ ab eo prouenit. uel dicamus.forma dat eſſe,ut quo, efficiens autem ut quod.uel forma dat eſſe ut principium intrinſecum,efficiens ut extrinſecum.*

Qu.14. *Multi exiſtimant cauſam efficientem non eſſe cauſam:plures etenim effectus ſine cā efficiente ſunt actu.contra eſt auctoritas Ariſ.tex.29.dicens.unde principium mutationis,& quietis. reſpondet Lycon. ꝙ cā efficiens duplex eſt:quædam tantum efficiens, & quædā efficiens,et conſeruans effectum.primo modo loquendo de cā eſt prima falſa;ſed ſecundo prima uera,& ſecunda falſa.& Ocham in cap. 3. aduertit cām efficientē tripliciter dici,ſtrictè.ſ.largè, & largiſſimè.ſtrictè dicitur cā efficiens, quando producit rem nouiter exiſtentem, ita ꝙ nihil illius rei pceſſit, ſicut ignis generat ignem.largè quę facit eſſe aliquid, quale prius non fuit,ut artifex domū. largiſſimè ſumitur efficiens pro omni mouente, ſiue illud mouens faciat unum ex multis trāſmutando partes,ſiue auferendo,uel aliam figuram inducat,uel localiter moueat.*

neat. de ultimis modis non eſt loquendum nunc temporis, ſed de primo. quare cauſa efficiens eſt illa, ad cuius exiſtentiam realem habet aliquid aliud eſſe de nouo totaliter diſtinctum ab illa cã. & hæc ſumitur dupliciter: uno modo pro cã ſufficienti, quæ uocatur à quibuſdam cã totalis, quæ circunſcripto omni alio, quod non eſt ſubiectum formæ, facit effectum, ſicut ignis cum ligno. alia eſt cã inſufficiens, quæ ſine alia non facit effectum, ſicut medicamentum, & cã inferior. deinde cauſarum efficientium quædam ſunt uniuerſales, & quædam particulalares. uniuerſales concurrunt cum diuerſis cauſis ad effectus illarum cauſarum, particulares autem non. Iauel. aſſerit cãlitatem agentis conſiſtere in hoc. ſ. efficere, uel producere rem ſiue ſecundum totam ſubſtantiam, ſiue ſecundum partem, ſiue ſecundum accidens, & dicitur producere, uel efficere rem; quoniã in hoc diſtinguitur à materia, cuius cãlitas conſiſtit in recipere formã. diſtinguitur etiam à forma, cuius cãlitas conſiſtit in hoc, q. eſt dare eſſe formaliter ei, cuius eſt forma. & diſtinguitur à fine, cuius cauſalitas conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe id gratia cuius. & agentium quidã producunt totam ſubſtantiam rei, ut agens primum, quidam partem puta formam, ut agens naturale: ſupponit enim materiam: quidam accidens, ut ignis in calefactione aquæ.

Finem eſſe cauſam, & principium eſt ſententia Ariſto. 29. textu. tamen fine poſito nihil ſequitur. ergo non eſt cauſa; quia finis eſt ultimum. Soluit Aug. Niphus in lib. 5. diſt. 2. cap. 4. ſic, quòd finis generationis alius eſt mouens, alius efficiens, & alius finis effectus. finis quidem effectus eſt forma in materia, ſiue compoſitum ipſum, quod per generationem efficitur. finis uerò efficiens eſt præconceptio finis effectus naturalis, uel cognitiua. dico naturalis; quia Qu. 15.

agens naturale non præconcipit finem cognitiuè; ſed naturali inclinatione, quæ eſt naturalis cognitio; dico uel cognitiuè propter agens per cognitionem, ut medicus. Finis mouens eſt eſſentia rei agendæ; ſiue natura, ſiue eſſe eſſentiæ finis effectus. ex his ſequitur dilucidatio, nam cum quæritur, utrum finis ſit cauſa ſecundum eſſe intentionale, finis effectus eſt cauſa ſecundum eſſe exiſtentiæ, & finis mouens ſecundum eſſe eſſentiæ. Præterea eſt ſciendũ, quòd finis eſt quoddam commune ad illas tres quaſi ſpecies; non ſunt. n. fines eiuſdem rationis. uel poteſt dici, quòd hi tres fines ſubeunt rationem unam; quia unitas naturæ mouentis præbet præconceptioni, & fini effectui unitatem: unde dicuntur quaſi unus ab illius finis mouentis unitate. & ait Lycon. finis conſideratur dupliciter uel quantum ad intentionem agentis; & eſt in re princ. uel cauſa, uel quantum ad executionem intenti, & ſic habet rationem ultimi. etiã licet finis ſit effectus aliarum cauſarum quantum ad eſſe; tamen nulla eſt cauſa niſi per finem; quia quantum ad rationem cauſalitatis, finis eſt cauſa aliarum cauſarũ. Tat. uerò ait finem eſſe cauſam conſideratur dupliciter, uel quia aliquid realiter cauſet, & ſic non uel quia mouet efficiens ad aliquid efficiendum, & hoc modo metaphoricè cauſat. unde agens propter amatum, & deſideratum agit. ut Albe. tr. 4. & D. Tho. de prin. naturæ cap. 2. & Ocham. cap. 4. & Iand. Q. 10. poſtq̃ multa dixit, ultimò pro ſolutione rationum hæc narrat: quòd licet finis non ſit princ. & cauſa uia generationis; eſt tamen principium uia perfectionis: finis enim perfectior omnibus ordinatis in finem, uel licet nihil conſequantur finem uia generationis; tamen ſequitur uia perfectionis. & hoc ſufficit ad hoc, quòd ſit cauſa. Iauel. 5. metaph. Q. 5. & 6. declarans in quo conſiſtat cauſalitas cauſæ finalis. aſ-

ſerit,

ſerit, quòd finis poteſt ad duo comparari, primò ad agens intendens, & operans propter finem: unde cauſalitas eius eſt eſſe illud, cuius amore, uel deſiderio aliquid agitur ab alio. Secundò ad media ordinata ad conſecutionem finis. & eius cauſalitas conſiſtit in hoc, quòd eſt dare rei ordinatæ in finem quandam bonitaem præter eam, quam habet ex natura ſua, & vocat finem cauſam metaphoricam, ſed non propriè; quoniam finis trahit agens, ac ſi eſſet cauſa efficiens. vel eſt dicendum, quòd finis ideo dicitur cauſa, quia eſt cauſa; ut aliæ cauſæ cauſent. Sed quidam dicunt, quòd duæ ſunt conditiones finis, ſcilicet monere agentem ad operandum, & quietare deſiderium. quantum ad primam dicunt, quòd finis mouet, non ut productus ab extra; ſed ut habet eſſe in anima. quantum ad ſecundam neceſſe eſt ipſum eſſe actu, & acquiſitum ab agente.

Multas eiuſdem effectus eſſe cauſas, & non per accidens narrat Ariſto. text. 30. contrà multis in locis ait ab vno agente vnum effectum produci: gloſſat hanc propoſitionem D. Thom. in 5. metaphyſi. tex. 2. dicens. hoc eſt impoſſibile, quòd eiuſdem ſecundùm idem genus ſint multæ cauſæ per ſe eodem ordine; licet poſſint eſſe plures hoc modo, quòd vna ſit proxima, & alia remota: vel ita, quòd neutrum ſit cauſa ſufficiens, ſed utrumque coniunctim. Ariſto. etiam dat ſolutionem in textu circa ſtatuam, ſcilicet quòd plures ſunt cauſæ, ſed vna quidem ut materia, alia uerò ut efficiens. Tata. autem multas recitat diſtinctiones cauſarum: ueluti quòd duplices ſunt cauſæ per ſe, quædam ſunt eiuſdem generis, et alię diuerſorũ generũ. deinde duplices ſunt cauſæ per ſe eiuſdẽ generis, quædã ſunt ſubordinatæ, quarum una agit in uirtutę alterius, ut Sol, & homo, Qu.16

aliæ non ſunt ſubordinatæ, vt duo homines trahentes nauim. Præterea cauſæ nō ſubordinatæ ſunt duplices, quædā ſunt totales, quibus poſitis omni alio ſeclnſo ſequitur effectus: & aliæ partiales, quæ cum alijs cauſis producunt effectus. vnde primò dicitur, quod eiuſdē effectus ſunt plures cauſæ per ſe totales in diſtinctis generibus cauſarum, ſicut materia, & forma. Secundò, quòd eiuſdem effectus ſunt plures cauſæ per ſe totales in eodē genere cauſæ dū tamen illæ ſint ſubordinatę. Tertiò eiuſdem effectus ſunt plures cauſæ partiales non ſubordinatæ in eodem genere cauſæ, vt plures homines trahentes nauim. Quartò eiuſdem effectus nō ſunt plures cauſæ totales, & non ſubordinatæ, & in eodem genere cauſæ; vna. n. ſola produceret effectum. Eadem fere ratione reſpondet Iauel. 5. metaph. Qu. 7. quòd licet eiuſdem effectus numero poſſint eſſe multæ cauſæ non totales, non eiuſdem generis, non eiuſdē ordinis; non tamen multæ totales eiuſdem generis, & ordinis: Sues. lib. 5. diſt. P. hęc omnia confirmat. ſed hæc addit. Ego dicerem, quòd eiuſdem effectus non poſſunt eſſe plures cauſæ eiuſdem generis, eiuſdem ordinis totales per ſe, atque ſimul. dico per ſe; quia nō eſt impoſsibile eandem numero formam cadaueris eſſe à diuerſis cauſis totalibus per accidens. addidi ſimul; quia ſi quis uelit aſſerere, quòd a pluribus cauſis per ſe totalibus poſſit eße idem effectus; tamen nunquā erit ab illis ſimul.

Qu. 17. *Sunt quoque cauſæ, quæ ſunt adinuicem cauſæ, vt laborare eſt cauſa bonæ habitudinis, & hæc laborandi. hæc in. tex. 30. datur inſtantia; quia effectus eſſet ante cauſam, & contrà eodem tempore. ſoluit Phi. ſic, quòd non inconuenit cauſas eße adinuicem cauſas, dū modo vna ſit, vt finis, & alia ſicut princ. motus. & D. Thom. in com. ait, quòd nihil prohibet aliquid eße prius, & poſterius altero ſecundum diuerſas rationes;*

nes; finis .n. eſt prius ſecundum rationem, ſed poſterius in eſſe: agens autem contra. & in 5. metaph. tex. 2. ait, quòd impoſſibile eſt in eodem genere cauſæ idem eſſe cauſam, & cauſatum. & poſt. ſciendum eſt, quòd cum ſint quatuor cauſæ ſuperius poſitæ, duæ ſibi inuicem reſpondent, & duæ ſimiliter; nam efficiens, et finis ſibi reſpõdent inuicem, ut Auer. in cõ. quia efficiens eſt princ. motus, finis autem terminus, & similiter materia, & forma; nam forma dat eſſe materiæ, materia autem recipit. eſt igitur efficiens cauſa finis quantum ad eſſe quidem: agit enim ut efficiens finem. finis autem eſt cauſa efficientis non quãtum ad eſſe, ſed quantum ad rationem cauſalitatis: ex fine enim habet ſuam cauſalitatem efficiẽs. forma autem, & materia ſunt ſibinuicem cauſæ quantũ ad eſſe: forma quidem materiæ, inquantum dat ei eſſe actu: materia aut formæ, inquantum ſuſtentat ipſam. & hæc de materia, & forma etiam Auer. in com. Qu. 18.

VNAM, & eandem eſſe cauſam contrariorum ſcribit Ariſto. eodem textu quod uidetur eſſe falſum: cauſa enim eadem ſemper idem effectum producit. ſoluit philo. dicens, quòd cauſa conſideratur dupliciter, uel ut præſens, & ſic contrariorũ non eſt cauſa: uel abſens, & ſic contrarios effectus producit. & dat exemplũ de nauta. Burleus in com. inquit quòd cauſam efficientem eſſe cauſam contrariorum conſideratur dupliciter, uel poſitiuè, ut illud, quod agit applicando uirtutem ſuam ad opus: vel priuatiuè, vt illud quod eſt natum facere: unum enim contrariorum dicitur eſſe cãm alterius; propterea quòd nõ facit contrariũ, quod ipſum natũ eſt facere: vel unã eandẽ cauſam eſſe cõtrariorũ per accidens, ſed non per ſe, ut multi dicunt.

Partes reſpectu totius eſſe ueluti materiam aſſerit tex. 31. attamen antea reduxit Ariſt. partes definitionis ad cãm formalẽ. ſoluit D. Th. in com. hãc cõtrouer- Qu. 19.

ſiam

ſiam dicēs, ꝙ pōt dici, quòd ſuprà locutus eſt de par tibus ſpeciei, quæ cadunt in def. totius, hic autem loquitur de partibus materiæ, in quarum def. cadit totum, ſicut circulus cadit in def. ſemicirculi. ſed & dicendum eſt, quòd licet partes ſpeciei, quæ ponuntur in defi. cōparentur ad ſuppoſitū naturæ per modum cauſę formalis, tamē ad ipſam naturā, cuius ſunt partes, cōparātur ut materia, & ut īperfecti ad perfectum.

Qu.20. Finem eſſe cauſam cauſarū ſentit Phi. eodē textu, quod uidetur eſſe falſum; finis .n. quatenꝰ finis nullius effectus eſt cauſa, & quia eſſet cauſa materiæ. reſpondet Comen. quod finis eſt cauſa aliarum cauſarum; agens .n. & materia non ſunt niſi propter finem, & ſimiliter formæ propter ultimum finem et omnia alia q̄rūtur propter illū. ſic etiam D. Th. & Zi. The. 107.

Qu.21. Cauſam in actu, et effectū in actu ſimul eſſe inquit Ph. tex. 37. & 5. meta. tex. 3. īpugnatur aūt cū exemplo domificantis, & quia mouens eſt prius moto. Soluit Burleus in eō. ꝙ per cām in actu poſſumus duo intelligere. ſ. uel cām actu exiſtētē, uel cām actu cauſantē, & per effectū in actu poſſumus intelligere duo. ſ. actu exiſtentē, uel effectū actu in fieri, ſeu cāri, vnde dico, ꝙ hæc ſnīa, cā particularis. in actu ſimul eſt, & nō eſt cū effectu particulari in actu, debet intelligi de cā particulari actu cānte, & de effectu in fieri, ſeu cāri. Præterea p cām particularē in actu debemus intelligere cām ī actu particularī, et cōtractā in particularē cauſationē, & eodē modo de effectu particulari in actu; nō. n. oportet ſemper, dū hic ædificans eſt in actu ædificās, ꝙ hoc ædificiū ſit in ædificari: ſed ſemꝑ dū hoc ædificans eſt in actu ædificās hac actiua ædificatione, hoc ædificiū ſit in ædificari hac ædificatione paſſiua. & D. Th. 5. meta. narrat, quòd in qbuſdā cōtingit, ꝙ remota actiōe efficiētis aufertur ſubſtātia effectus, ſicut ī his quorū eſſe eſt in fieri uel quorū cā nō ſolū eſt effectui cā fiēdi, ſed eſſendi. vnde

remota illuminatiõe ſolis ab aere tolitur lumẽ.hoc idẽ in 2. Phy. Tat. aũt huic ſnĩæ dat talem ſenſum,ut ſi quid dicatur cã in actu,tũc eius effectus eſt, uel fit: vt ſi domificãs eſt;domus eſt, vel fit,et ſi domus fit; domificãs eſt,ſed non oportet,quòd ſi domificator ſit; domus ſit,uel fiat,ex hoc ſequitur,qđ nõ ſemper neceſſe eſt,ſi cã in actu ſit;effectus ſit, ſed ſufficit, vt ſit, uel fiat. Iaue.in li.5.met. Q.9 inquit ſenſum Phi.eſſe talem,cã in actu eo mõ,quo eſt cauſans,et effectus in actu eo mõ,quo cauſatur à cã,ſimul ſunt,et nõ ſunt,et ſufficit hoc,quod ſi cã eſt in actu; effectus uel quo ad fieri,vel quò ad factũ eſſe ſit actu: nã q̃dã eſt cã effectus in fieri,& in eſſe,et inconſeruari,& reſpũ talis cauſæ clara eſt cõcluſio:nã ſequitur, ſol actu illuminat aerẽ;ergo aer actu illuminatur,et ecõuerſo, q̃dã aũt eſt cã ſolũ in fieri, ſicut ædificator reſpũ domus, et hoc pacto uera eſt pp.ſolũ in fieri,uel in cauſari et Sue.li.5.d.4.ſic gloſſa',q cã affectrix particularis ĩ actu,et effectus particularis in actu ſimul ſunt,et non ſunt,quo ad actualem denoĩationem agẽtis,& efficiẽtis;quia ut dictum eſt,dũ effectus particularis denominatur actu fiens: cauſa particularis denominatur actu faciens;et contrà,igitur ſimul ſũt,et nõ ſunt,quò ad reciprocã denoĩationẽ actualẽ agentis, et fientis.

Cãm uniuſcuiuſq; ſummam eſſe q̃rẽdam eſt ſnĩa te.38.Exponit Burl.auctoritate Co. q cã ultima cõſideratur dup.uel in q̃õne,uel ĩeſſe, oportet q̃rere cãm ultimam ĩ quõne,et nõ ultimam ĩ eſſe,et illa cauſa eſt ꝓpniqua : ultima.n.ĩ eſſe eſt cã remota.Et ĩtelligo p cãm ꝓpinquam ſiue cauſam ultimam ĩ q̃õne cauſam, q̃ p ſe remota quocũq; alio põt cauſare,et alia nõ cauſat niſi mediante illa.D.aũt Th. ĩtelligit cauſam ſupmam,atq; primam.et Simp.ait ideo ſummam uocat, quoniam uſque ad hæc aſendentes.ſtamus. Qu.22.

Quæ raro ſiunt eſſe à fortuna ſtatuit Phi.tex.48. Qu.23.

attamen

attamen inſtatur de ſolis eclypſi, & de cometis, quæ rarò fiunt. ſoluit Iauel. in 2. phyſi. Q. 21. auctoritate Auic. in p. ſuæ ſuffi. cap. 13. rem rarò euenire conſideratur dupliciter ſecundum ſe, & per comparationem ad cauſam ſuam. ſi intelligatur ſecundum ſe; non eſt neceſſe omne rarum eſſe caſuale. ſi autem intelligatur rarò reſpectu ad cauſam; ſemper eſt à caſu ſeruatis tribus conditionibus, prima, quòd talia non habeant ex ſe cauſam, quæ talem effectum producat. ſecunda, quòd poſita cauſa, & non impedita non de neceſſitate ſequatur effectus. tertia, quòd ſequatur ex cauſa præter intentionem cauſæ. & hoc modo patet quid rerum ſit caſuale.

Qu. 24. Fortuna eſt cauſa per accidens in his, quæ per electionem alicuius gratia fiunt. ſic legitur tex. 51. & 57. ſunt quidem igitur ambo cauſæ per accidens, & fortuna, & caſus in contingentibus fieri neque ſimpliciter, neque ſicut frequenter, & eorum quæcunque utique fient propter aliquid, ſed fortuna in habentibus electionem, caſus autem non. attamẽ hoc eſt falſum: ſequeretur. n. quòd oẽ accidens eſſet à fortuna. tum quia omnis effectus eſt uerè cauſatus, ergo habet cauſam certam, & determinatam, & quia omnis cauſa per accidens reducitur ad per ſe. reſpondet Iand. Q. 12. & notandum eſt, quòd per fortunam, & caſum non debent intelligi duæ cauſæ diſtinctæ ſecundum ſubiectum ab agente naturali, & intellectu practico, ſicut multi exiſtimarunt fortunã eſſe deam. ſed intelligo, quòd fortuna eſt idem ſecundum ſubſtantiam, & ſubiectum cum intellectu practico, & caſus cum agente naturali, tamen diuerſimodè: quia illud idem, quod dicitur intellectus practicus per comparationem ad effectum præcognitum, & appetitum, & per ſe, dicitur fortuna in reſpectu ad effectum, qui non fuit prius intentus: & ſimiliter de

caſu circa ſuum effectum. conſiderandum eſſet, quòd licet effectus fortuitus nõ eſſet intẽtus ab agẽte fortuito, antequã pduceretur: tamen in hora, uel in tempore, in quo producitur actu ab ipſo agente, poteſt intendi. ulterius notandum eſt cãs per accidens eſſe in duplici differẽtia. ſ. alias per accidens ex parte cauſæ ſolum, & alias ex parte effectus. cauſa per accidens ex parte cauſæ eſt illa, quæ eſt per accidens coniuncta cauſæ per ſe. & talis cauſa non eſt neque fortuna neq; caſus. ut Iauel. Q. 23. & D. Tho. in cõ. alia eſt per accidens reſpectu effectus, & eſt illa cã, cuius effectum per ſe. ſ. intentum concomitatur accidentaliter aliquis effectus per accidens. ſ. qui non intendebatur; eò quòd non ſolet nec ſemper nec frequenter coaccidere illi effectui, ſed rarò. & ſic caſus, & fortuna ſunt cauſæ ſecũdum accidens. et Lycon. uult; quòd effectus habere cauſam determinatam cõſideratur dupliciter: primò, quia ita habet ordinem ad effectum, ut effectus ille ab alia cauſa non poteſt produci, & talis effectus de neceſſitate producitur. ſecundò, quia eſt cauſa aſſignata ad producendum; tamen non habet ordinem ad effectum determinatum producendum. et talis effectus caſualiter producitur. Albertus in lib. 2. phy. cap. 10. narrat, quòd quidam dicunt omnia, quæ fiunt habere comparationem ad duplices cauſas agentes, ad cãs agentes uniuerſales, & ad particulares: uniuerſalis eſt motus cœli, ſiue primus motor, à particularibus multa fiunt præter intentionem: ab uniuerſalib. nihil neq; à caſu, neq; à fortuna. ſed in cap. 12. ubi recitat opinionem Alex. Themiſtij, & Auer. & Porphyr, aſſerit triplicem eſſe contingens. ſ. contingens ut in pluribus, & ad utrumlibet, & ut in paucioribus. et collocat caſum, et fortunam in contingente ut in paucioribus. quod contingens nihil aliud eſt, quàm id, quod cãm determinatã nõ hẽt, niſi per accidens

dens multa alia ibi legite. At cum fortuna ſit ex his, q̄ p̄p aliquid fiunt, hoc loco ait, q̄ finis conſideratur dupliciter eſt finis ꝓponentis, & intelligentis, & eſt finis, ad quem terminatur operatio ꝓpoſiti, & intellectꝰ. finis ꝓponentis nō eſt fortuitꝰ, ſed finis, ad quem terminatur operatio ꝓpoſiti ſine ſcitu, & p̄ordinatione ꝓponentis, & eſt ille, qui eſt fortuitus. Sed ſciendum eſt, ut refert Burleus, auctoritate com. q̄ cauſæ p accidens ſunt in duplici differentia: q̄dā ꝓpinquæ, & q̄dā remotæ. caſus, & fortuna ſunt cauſæ p accidens remotæ, non ꝓpinquæ. contrà aūt ait Themiſt. ꝓpinquas. n. ſcribit eſſe caſuales, & remotas non. Notandū quoq; eſt, ut Ochā, et Burl. ſentiunt, q̄ nō eſt inconueniens, q̄ idē effectus ab uno ſit fortuitus, et ab alio nō, uel ab oī cā fortuitꝰ; ueluti ſi quis uadat ad forū nō cā īueniendi debitorem, ubi rarò īuenitur, et ipſe debitor uadat ad forū, ut reperiatur à creditore; tūc erit fortuitus ex parte creditoris, ſed non debitoris.

Qu.25. Caſum, & fortunam eſſe cās īdeterminatas ſentit phil. in tex. 65. quod uidetur eſſe falſum: intellectus n. & natura ſunt caſus, uel fortuna. ſoluit Burleus, dicens, quòd natura, et ītel. conſiderantur dupliciter primò abſolutè. itaq; non dicuntur de caſu, & fortuna: ſecūdò ut ſunt determinabiles p̄p fines, quos ītendunt. & hoc pacto caſus, & fortuna ſunt cauſæ indeterminatæ: quoniam caſus, & fortuna ſunt intellectus, & natura ſecundum quòd ſunt determinabiles p fines, inquantum ab ītellectu, & natura ſic determinatis p finem ꝓueniunt effectus p accidens. qui nati ſunt ꝓuenire à cauſis ſic determinatis in maiori parte: & quia intellectus, et natura poſſunt per infinitos fines determinari. & hoc mō dicuntur de caſu, et fortuna.

Qu.26. Veniunt aūt tres cauſæ in unam multoties: q̄d quidem. n. quid eſt et q̄d cuius cā, una eſt. ſic in tex. 70. at tamen materia, & efficiens nunq̄ coincidunt, quem-

admodum

*admodũ cã uniuerſalis efficiens ut Sol nõ eſt idẽ cum forma, & fine. ſoluit Zim. prop. 93. cuius uerba ſunt, licet phi. ĩ phy. hoc aſſerat, tamẽ ẽt ĩ abſtractis à materia uerificari põt hu*ꝰ *modi propoſitio ſecundũ ſimilitudinẽ quandã. ſed uideamus primò quo uera ſit in phyſicis, ubi intelligitur in actione uniuoca, & de agẽte principali, & de fine generationis. fallit aũt in generatione æquiuoca & agente inſtrumentali, & de finẽ rei generatæ. unde generatio eſt duplex, una ab uniuoco, & eſt quando generans, & genitum aſſimilantur in forma, & ſunt eiuſdem ſpeciei. alia eſt æquiuoca, & eſt quando generans, & genitum, ſunt diuerſarum ſpecierum, & non aſſimilantur in forma proximi generis, aut ſpeciei, ſicut generatio. ranæ à ſole. Ex hoc igitur patet, ꝙ agens æquiuocum cum forma, q̃ eſt finis generationis talium nõ ſunt eiuſdem ſpeciei. fallit de agentib. inſtrumentalib. quia in generatione uniuoca effect*ꝰ *non aſſimilatur agenti inſtrumentali. fallit in agente uniuerſali, & remoto, & ꝑ accidens cauſante, ſed locũ hẽt in agente principali propinquo, ut ait com. auctoritate Alex. 12. meta. intelligitur ẽt de fine generationis, qui eſt ipſa forma, non de fine rei generatæ, qui eſt ipſa operatio. & Alb. c. 22. aſſerit tres cãs multotiès coincidere in rõ unã ſecundũ rõnem, licet nõ coincidans in unũ modũ cãlitatis; quia modus cãlitatis eorum oppoſitus eſt, licet res cãrum non ſint oppoſita ſemper: in phyſicis. n. quidditas qua aliquid eſt qđ eſt, q̃ eſt forma & cã finalis, cuius cã fit hoc, ꝙ fit, una res eſt numero ſemp licet differat ſecundũ rõnem cãlitatis; quoniã idẽ, qđ eſt forma faciens actu eſſe materiam, & qđ eſt quidditas rei cauſans ſibi rõnem & ſpeciem, eſt finis ſecundum ꝙ eſt terminans motũ efficientis, qui ĩtendit ipsũ ſecundũ eſſe, qđ hẽt in materia. Efficiens autem in naturis non eſt idem numero cum forma, et fine; ſed ſemper eſt idem ſpecie*

ſi ſit.

ſi ſit efficiens uniuocum. nos autem diximus, quòd co incidunt multoties tres cauſæ in unam exceptis ſecundum ſententiam .Ariſt.& generante æquiuocè, & generatis ex putrefactione, & etiam quando finis naturalis alicuius eſt generantis, & alicuius rei generatæ: generationis.n. finis eſt per generationem venire in perfectionem ſuam ultimam, quæ eſt, quando poteſt facere tale alterum, quale ipſum eſt. ſed finis generationis eſt uenire in perfectionem ſuã primã, quę eſt eſſe actu ſecundum formam naturalem. Burleus præter ea, quæ narrat Zim. auctoritate Auer. addit tertium notandum, quòd hæc propoſitio, materia, & efficiens non coincidunt, habet ueritatem de materia prima, quæ nullo modo habet rationem efficientis, item habet ueritatem de materia alterationis, quæ eſt per adiectionem contrarij, & de efficiente eiuſdem alterationis. ueruntamen loquendo de materia, & efficiente motus localis, eſt poſsibile, quòd materia et efficiens coincidant in idem numero. In ſpiritualibus etiã pōt idem eſſe materia, & efficiens, vt patet de voluntate, quæ recipit, & etiam efficit actum ſuum, vt uult Com. 2. cæli Com. 17. Tandem ait Tat. cauſas coincidere adinuicem cõſideratur dup. uno modo quòd ſit una, & eadem ratio cauſandi omnium cauſarum; & ſic cauſæ nunquam coincidunt adinuicem; cum ſit alia rō cauſandi efficientis, et alia formalis. alio modo quòd aliquid idem poſſit denominari cauſa efficiens, & formalis, & hoc pacto coincidunt, vt patet de anima. & hæc etiã Simp. com. 45. & D. Tho. in com. omnia fere narrat, quæ Zimara.

Qu. 27. Quæ fiunt à natura fieri à caſu ſcribit Phi. tex. 77. gloſſat Burleus ſic, quòd aliquid euenire à caſu contingit dup. ſ. largè, et ſtrictè. largè, ut omne, qđ fit præter intentionem agentis, fit à caſu, ſiue eueniat frequenter, ſiue raro: vt ſi aliquis uadat ad forum non præter

inten-

intentionem inueniendi debitorem, poſito quòd frequenter, uel ſemper inueniat eum in foro; illa inuentio dicitur eſſe à caſu; quia eſt præter intentionem agentis. ſed ſtrictè loquendo ſolùm illud dicitur eſſe à caſu, quod euenit præter intentionem agentis, & rarò. ſed hoc modo non accipitur in præſentia, ſed largè. unde omne, quod fit præter intentionem agentis, fit à caſu.

Naturam agere propter finem eſt ſententia tex. 77. quod uidetur falſum: tum quia natura non cognoſcit, tum quia pluuia non fit propter aliquem finem. reſpondet Iauel. Q. 30. narrando primò opinionem aliquorum, & præcipuè Com. com. 77. qui dicunt, quòd non eſt intentio philo. concludere contra antiquos, quod omnia quæ ſunt à natura. i. quæ ſunt frequenter, ſint propter finem; ſed quòd aliqua, quæ ſunt à natura, ſunt propter finem: etenim aliqua ſunt frequenter, quæ non ſunt propter finem, ſed ex neceſſitate materiæ ut corruptio, ſicut gloſſat Burl. mentem Com. Iauel. autem ſequens D. Tho. in com. ait propoſitionem intelligendam eſſe uniuerſaliter, & non quod aliqua non fiunt propter finem unde ait, quod omnia, quæ fiunt in naturalibus, uel fiunt rarò, & præter ordinem cauſæ, & hæc fiunt caſualiter: uel fiunt ſemper, aut frequenter & ſic fiunt propter finem, & hoc dupliciter nam cum ea, quæ fiũt propter finem, ſint intenta; poſſunt eſſe intenta duplici modo quædam propter ſe, & quædã propter alterum. & quoniã omnia quæ ſunt à natura ſemper, uel frequenter uel ſunt fines, uel ordinantur ad fines; ideo fit, ut omnia talia ſint propter finem, uel finis. Quare patet quòd licet aliqua fiant in natura frequenter, quæ non ſunt fines, nec fiunt à caſu; non tamen non eſt dicendum, quòd fiant ſolùm ex neceſſitate materiæ, & ſi non ſint intenta per ſe; ſunt ſaltem intenta propter alterum, ut corruptio Qu. 28.

quæ etſi per ſe non eſt intenta; tamen eſt propter a-lterum.ſ.propter formam introducendam. Albertus in tex.& com.86.exponit textum, et dat exemplum de medico his uerbis.medicus, qui curat ſeipſum ſecundum artem medicinæ, quæ eſt in ſeipſo, licet inquantum medicus non curetur, ſed inquantum æger; tamen curatur per artem, quæ eſt in ipſo, & ars dirigit ipſum, inquantum eſt æger in finem ſanitatis. ad hoc autem intelligendum ſciendum eſt, quòd omne mouens in natura reducitur ad motum mouentis primi, & per formam illius mouet omne mouens ſecundum. primum autem mouens eſt mouens per intentionē, et intellectum, & ideo p̄ordinat oīa ad finem determinatum.ordo ille influitur naturæ non per modum cognitionis, & intellectus, ſed potius per modum, quo eſt principium motus, & operationis: cauſę.n.naturales in ſuperioribus corporibus, ut in inferioribus ſunt ſicut miniſtri recipientes ordinem, & formam conſilii: licet igitur finis aliquis ſit in quem: natura ordinat opus ſuum, ac ſi illum finem prẹconceperit, ut ille eſt finis, ad quem mouetur continuo motu, & uno. tamen ſunt multi fines, qui ſequuntur neceſſitatem materiæ, qui ſunt non naturales, ut mors. Iand.ſequens Alber. Q.13.ait, quod quamuis natura non cognoſcat finem; tamē dirigitur, & gubernatur ab aliquo cognoſcente finem.ut uult Auer.12.meta.

Qu.29. Monſtra non eſſe intenta à natura aſſerit phil. in tex.82.datur tamen inſtantia; quia natura agit propter finem, tum quia non perficeret rem monſtruoſam, tum quia eſt directa à quodam infallibili. quid ſit monſtrum nobis declarat Iand. Q.14. & Iauel. & Alber. his uerbis, monſtrum eſt ens generatū cum diſpoſitione diſconuenienti, rarò, & in minori parte contingente.et accipitur diſpoſitio hoc loco diſconueniens communiter, ut ſe extendit ad priuationem,

nem, & habitum irregularem, cuius cauſę, ut narrat Alb. tex. & com. 82. ſunt quatuor univerſales; licet habeant ſub ſe multas particulares. i. eſt materię diminutio; deinde eius augumentatio, uel ſuperfluitas: tertiò improportionabilitas qualitatum ad materiam: quartò continentis malitia. primo modo accidit tripliciter uel ſecundum quantitatem magnitudinis membrorum tantùm, & non ſecundum numerum, uel ſecundum quantitatem, & numerum ſimul, & aliquando ſecundum numerum, & non ſecundum magnitudinem. ea, quę fiunt ſecundum quantitatem magnitudinis dupliciter fiunt: etenim fiunt ex diminutione materiæ; aut debilitate uirtutis formatiuæ, quę non poteſt formare niſi parum de materia, & reiicit aliam. Ea, quę fiunt ſecundum diminutionem, et numerum, abſque dubio fiunt propter utraſque cauſas. ſ. quia diminuta eſt materia, & uirtus eſt debilis, quę autem ex diminutione numeri; ex utraq; cauſa ſigillatim fieri poſſunt. ſ. ex defectu materię, vel quia uirtus non poteſt materiam pręparatam tranſmutare. & quę deficiunt in membris, uel in toto deficiunt, uel deficiunt ab ultra; eo quod ſint curua, et mollia, quę actum ſuſtinere non poſſunt. ex ſuperfluitate ſimiliter tripliciter aut in ſola excedunt magnitudine, aut in numero ſolo, aut in numero, & magnitudine, & hoc contingit dupliciter aut propter fortitudinem uirtutis, & abundantiam materię ſimul, aut materię tantùm. unde inueniuntur quidam nati cum multis foraminibus, ſicut ſunt ora, & multis linguis in uno capite; ſicut aliquando præſentatus fuit temporib. noſtris qui habuit undecim linguas, & totidem ora, & labia. 22. Ea, autem quæ fiunt propter qualitatum improportionabilitatem, ſunt ſiue nimia macies, & nimia pinguedo: macies quidem ex nimio calore, & pinguedo ex frigore. Propter autem malitiam con

tinentis contingit dup. eſt.n. continens ſicut pellis, quæ dicitur ſecundina. deinde eſt calor terminãs continẽs habens in ſe uirtutem cœleſtis circuli, qui eſt primum circundans. ex ruptura ſecundinæ fœtus uitiatur mul tis in modis, quoniam aut materia defluit, & ſic defi cit mẽbrũ, vel curuatur, uel grãdeſcit, vel diſcõtinua tur, vel diſlocatur à membro ſibi propinquo. & ali- quando confluunt duo ſperma: a diuerſorum ſ(?)etuã, ut cum conglutinantur, fiunt duo corpora in loco illo. ex malitia aũt continentis ſe in cœleſtem effectum, et ter minantis, ſunt impreſſiones diuerſarum formarum, quæ competũt diuerſis ſpeciẽb. animalium, ſicut Sues parientes porcellos, quorum capita ſunt humana pro- pter cõſtellationem. vnde Pto. in quadripartito d c t, quòd in quadam parte arietis luminaribus, & qui- buſdã planetis alijs concurrentibus non poteſt fieri ge neratio humana. & hac de cauſis. Quatenus ad ſolutio nem quæſtionis ait Iand. quod agens intendens effe- ctum eſt duplex: quoddam per cognitionem, quoddam non cognoſcens, quod non intendit, niſi quia habet uir tutem productiuam ipſius effectus, & hoc eſt ſuum in tendere. uerũ eſt tamen, ꝙ huiuſmodi agens dirigitur ab agentibus cognoſcentib. & unumquodque aliquid intendere euenit duobus modis, uno ſimplicit. & per fectè: alio ſecundùm quid, & diminutè. Agens non co gnoſcens, de quo eſt ſermo nunc temporis, dicitur ali- quid ſimpliciter intendere; cum habet uirtutem acti nam, & producit frequenter, & ut in pluribus, ueluti ſperma humanum receptum in utero habet uirtutem formatiuam ordinatam ad generationem humanam, et hoc efficit frequenter. & dicitur aliquid intendere ſecundùm quid, cum habet uirtutem actiuam illius, et agit ipſum ſolùm rarò, & ut in paucioribus. his uiſis dicitur, quòd ipſa monſtra nullo modo ſunt intenta à natura, ut natura eſt: & deinde quòd non ſunt ſimpli

citer,

citer, & perfectè intenta ab agente, quod eſt natura; ac præterea, quod ſecundum quid ſunt intenta ab aliquo agente, quod eſt natura non quidem natura, ut natura eſt, ſed ut caſus. Iauel. autē aliter ſoluit. Q. 32. ſic, & hæc omnia Burleus, comm. 82. ſ. quòd aliquid poteſt eſſe intentum ab agente tripliciter. Primò poteſt eſſe intentū prima intentione. & eſt illud, quod terminat actionem agentis ſecundum quòd agens ſimpliciter appetebat ſiue appetitu naturæ, ſiue animali, ſiue rationali, ut ſcientiam ab addiſcente. Secūdò poterit eſſe intentum ſecunda intentione, & eſt illud, quod ſecundariò, terminat actionem agentis, ſicut lucrum apud medicū. Tertiò intentum tertia intentione erit illud, quod tertiò terminat actionem agentis praeter intentionem primam, & ſecundam, ut agens intendebat A. primò & non potuit A producere: ſecundò intendebat B ex quo non potuit producere A, ut tamen quia non poteſt producere B, tertiò intēdit C, quod tamen prius non intendebat: attamen ne uana eſſet eius actio, ultimò producit C. unde dico, quòd monſtra non ſunt primò intenta, nec ſecundariò, ſed tertia intentione; eo quod cum agens nolit fruſtari actionem ſuam; deniq; producit monſtrum. Tat. poſt multa inquit, quòd natura non erat ex ſe determinata ad producendum tale peccatum, immo hoc prouenit ex aliquo impediente ipſam naturam, vel ex aliquo agente concurrente intendente oppoſitum, attamen per accidens.

OMNIUM effectuum naturalium, et oīum proprietatum an neceſſitas ſumatur ex fine, uel ex materia dubitant te. 87. multi uidetur quod materia ſit cauſa neceſſitatis; nam omne ens naturale non poteſt eſſe ſine materia, & demonſtratur per materi. huic dubitationi reſpondet Auer. in com. quòd illa, quæ inueniuntur in rebus naturalibus de neceſſitate non propter aliquid, ut mors animalis, ſunt propter materiā: Qu. 30.

& quæ inueniuntur in eis propter aliquid, ſunt propter formam, & definit. & ideo non ſunt neceſſaria ſimpliciter: & Iand. Q. vltima dicit ad quæſtionem genera. Primò quòd neceſsitas rerum naturalium non eſt præcisè, & ſolum ex materia. Secundò quòd ipſa neceſsitas effectuum dependet ex materia propria: quia affectus naturalis habet aliquo modo eſſe à materia. Tertiò quòd verius ex fine eſt, quàm ex materia. Præterea eſt ſciendum, quòd neceſsitas materiæ ſolet dici neceſsitas ſimpliciter, & neceſsitas ex fine neceſsitas ex ſuppoſitione, & illa, quibus finis imponit neceſſitatem in rebus naturalibus, dicuntur neceſſaria ſimpliciter. hoc etiam ait D. Thom. in comm. & omnia, quæ narrat Iand. aſſerit Iauel. Quæſt. 36. & ait, quòd ſecurior modus reſpondendi eſt, quòd omnium naturalium, vt generationis, & corruptionis non ſolum neceſsitas eſt ex materia; ſed etiam ex fine; eo quòd generatio ordinatur, ut uia ad formam, & vt ad finem: eſt enim forma finis generationis: corruptio, aut mors ſunt propter generationem alterius: niſi enim materia expoliaretur forma, quam habet, non reciperet alteram: & licet talis neceſsitas ſumatur ex fine; tamen uidetur magis ſequi conditionem materiæ in hoc; quòd ſicut naturalia non poſſunt eſſe ſine tali materia; ſic non poſſunt eſſe ſine corruptione. Hæc etiam Burleus in comm.

Qu. 31 *SVNT in definitione quædam partes, vt materia. tex. 91. declarat hanc ſententiam D. Tho. in comm. ſic, nihil prohibet in definit. poni quaſdam partes materiæ, non quidem partes indiuiduales, vt has carnes, & hæc oſſa, ſed partes communes, ut oſſa, & carnes, & hoc neceſſarium in definit. omnium rerum naturalium. Burleus affirmat, quòd in*

in quibuſdam definitionibus apparet conſecutiuè materia, & in quibuſdam materia intrat quaſi ut pars. & illa eſt materia pertinens ad ſpeciem, & non indiuidualis. Hæc reſponſio ſumpta eſt ab Auer. comm. ultimo, & Simp. com. 73. quare planè dici tur, quòd cum materia erit in definitione; pars illius vt materia definitionis eſt, ſed non ut propria cauſa: naturalium enim definitiones perfectæ ſunt ſecundum formam, continent tamen & materiam. & Alber. comm. 92. eſt generaliter obſeruandum, quòd in Phyſicis alterum duorum oportet eſſe ſcilicet: vt aut definitio detur per formam declarantem materiam ſecundum conſecutionem ad ipſam, aut quòd in definitione ponatur.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER TERTIVS.

Summa, & diuiſio in lib. 3. & capit. 1.

CVM natura ſit principium motus, ac de ea, ſiue de principijs, & cauſis abundè diſſeruiſſet Ariſt. hoc tempore de motu, qui eſt primus principiorum, et cauſarum effectus, ſe ſcripturum proponit ibi [Non late re nos oportet] rationem verò huius, & propoſitionis producit hanc [Quoniam autem natura] Hæc de motu tantum, ſed etiam de his, quæ motum ſequuntur, veluti de loco, tempore, & continuo, dicturum ſit proponit [tentandum erit eodem aggredi modo] Quare in hoc tertio libro ex Auerroe,

A tex. 1. uſque ad 24. agit de motu, & de eius ſpeciebus.

A tex. 24. vſque in finem de illo continui affectu, qui infinitum appellatur diſputat.

De loco autem, & tempore in quarto libro legemus.

In prima probatur ad profeſſorem huius Scientiæ neceſſario attinere tractare de accidentibus communibus rerum naturalium.

QVONIAM autẽ natura quidẽ Tex. 1.
eſt principium motus, & muta-
tionis: methodus autẽ nobis de
natura eſt, non latere nos opor-
tet quid ſit motus: neceſſarium
enim eſt, ignorato ipſo, ignorari
& naturã. Cũ autẽ determinauerimus de motu;
tentãdum erit eodẽ aggredi modo de ijs, quę cõ
ſequenter ſunt. Videtur autem motus continuo
rum eſſe: infinitum autem apparet primum in
continuo: quapropter & definitionibus conti-
nuum accidit vti ſępenumero ratione infiniti:
cum in infinitum diuiſibile continuum ſit.
¶ Ad hæc autem ſine loco, & vacuo, & tempo- Tex. 2.
re, impoſſibile eſt motum eſſe. Manifeſtum igi-
tur eſt, quòd & propter hęc, & propterea quòd
cunctis ſunt communia, & vniuerſalia hæc om
nibus, conſiderãdum erit; cum propoſuerimus
de vnoquoque iſtorum: poſterior enim eſt de
proprijs ſpeculatio ea, quæ de communib. eſt.

EXPLANATIONES.

METHODVS].i.ſcientia[conſequenter ſunt] i.quæ comitantur motus [ratione] idest definitione infiniti [propter hæc] .ſ. locum, vacuum, & tempus [de proprijs].i.de particularibus.

Summa Secunda, in qua notificatur quid ſit Motus, & traditur eius definitio.

Sum-

Summa, & diuiſio in cap. 1.

Propoſitũ igitur exponere incipit in hoc capite, atq; primum inueſtigat motus definitionem per tres diuiſiones. Prima eſt [eſt igitur eorum quæ ſunt [ſecunda [& eorũ quæ ſunt actu] tertia [ſed eius quod ad aliq̃d] deinde motũ applicat ad duas diuiſiones ſic [Nõ eſt aũt motus] & eũ utrerũ genera diuidi aperit his uerbis [Vnũquodq; aũt dupliciter ineſt] Hinc motus definitionẽ haurit, q̃ eſt [cuius quod potentia exiſtis]

Caput Primum de ſuppoſitis ante Motus definitionem præintelligendis.

Tex. 3. PRimũ aũt, ſicuti diximus, de Motu. Eſt igitur eorũ, quæ ſunt, aliud quidẽ actu ſolũ, aliud verò potẽtia. Et eorũ, quæ ſunt actu, hoc quidẽ hoc aliqd, illud vero tãtu, aliud autẽ tale, & in alijs entis prædicamẽtis ſimiliter. Eorũ autẽ, quæ ſunt ad aliquid, aliud quidẽ ſm ſuperabundantiã, & defectum dicitur, aliud autẽ ſm actiuũ, & paſſiuũ, atq; oĩno motiuũ, & mobile: motiuum em motiuum mobilis eſt: & mobile à motiuo ẽ mobile. ¶ Nõ ẽ autẽ motus præter res ipſas: Mu-

Tex. 4. tatur. n. ſemper id, quod mutatur, aut ſm ſubſtãtiã, aut ſm quãtum, aut ſm quale, aut ſm locũ. cõmune vero in his nihil eſt accipere, ſicuti diximus, q̃ neq; hoc, neq; quãtum, neq; quale, neque aliorum prædicamẽtorum ullum ſit. quare neq; motus, neq; mutatio ullius erit p̃ter ea, q̃ dicta ſunt: cũ nihil ſit præter ea, quę dicta ſunt.

Tex. 5. ¶ Vnũquodq; aũt dupliciter ineſt oĩbus: ut Hoc aliud enim ẽ forma ipſius, aliud verò priuatio: & ſecundum Quale, hoc enim eſt album, illud autem nigrum: & ſecundum Quantum, aliud enim perfectum eſt, aliud verò imperfectum. ſimiliter autẽ & ſecundum Lationem: hoc enim ſur-

ſurſum, illud verò deorſum: aut aliud quidem leue, aliud verò graue: quare motus, & mutatio nis ſpecies tot ſunt, quot entis. ¶ Diuiſo autē ſe cundum vnumquodque genus, hoc quidem eſſe actu, aliud autem potentia, eius quod potentia exiſtit actus, quatenus huiuſmodi, Motus eſt: vt alterabilis quidem, quatenus alterabile Alteratio: augmentabilis autem, & oppoſiti decreſcibilis (nullum enim eſt commune nomen in vtriſque) Augmentum, & Decremē tum: generabilis autem, & corruptibilis generatio, & Corruptio: eius verò, quod fertur, Latio. Tex. 6.

EXPLANATIONES.

HOC aliquid]. i. *ſubſtantia*[*tantum*]. i. *quātū*[*ad aliquid*]. i. *in prædicamento relationis*[*præter res*]. i. *extra decem prædicamenta*[*commune*] *ſ. uniuocum, ſed analogum*[*in his*]. *ſ. generibus*[*omnibus*]. *ſ. generibus*[*ut hoc*]. i. *ſubſtantia*[*eius quod potentia exiſtit actus*]. i. *perfectio rei motę, uel mobilis*[*ut alterabilis*]. *ſ. actus, vel pfectio*[*in utriſq;*]. i. *in decremento, & incremē. o*[*hoc*]. i. *actus*[*tale*]. i. *ædificabile*[*actu fuerit*]. i. *reducitur in actum, nondum tamen eſt*.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

DEFINITIONEM explanat in ſingulis motus ſpeciebus ibi[*ut alterabilis quidem*] *& ſingulas definitionis particulas patefacit, ac primum ꝙ ſit actus hoc loco* [*Quòd autem hoc ſit motus*[*deinde ꝙ ſit actus mobilis, ſiue exiſtētis in potentia ſic* [*Quoniam autem*] *tertiò explicat particulam Quatenus huiuſmodi ibi*[*Dico autem quatenus ſic*] *& alio modo ibi*[*Manifeſtum eſt autem*] *Explicatis porrò definitionis motus partibus, quòd definitio ſit bona dupli ci modo demōſtrat, directè. ſ. ibi*[*Quòd igitur eſt hic*] *indirectè in ſequenti capite.*

Caput

Caput Secundum, in quo motus definitionem declarat.

Tex. 7. QVòd aũt hoc ſit motus, hinc manifeſtum: Cum.n. ædificabile quatenus tale ipſum dicimus eſſe, actu fuerit, ędificaţ, & hoc eſt ædificatio: ſimiliter autem & medicatio, & volutatio, & ſaltatio, & adoleſcentia, & ſe-
Tex. 8. neſcentia. ¶Quoniam autem quædam eadem & potentia, & actu ſunt, at non ſimul, aut nõ ſecundũ idem, ſed vt calidum quidẽ potentia, frigidu autem actu; multa iam agent, & patientur à ſeinuicẽ: omne.n. erit ſimul actiuũ, & paſſiuũ quare & mouẽs phyſicè mobile eſt: omne enim huiuſmodi mouet, & ipſum mouetur. Videtur igitur quibuſdam omne, quod mouet, moueri. ſed his quidem ex alijs erit manifeſtum quomodo ſe habent: eſt enim quoddam mouens
Tex. 9. & immobile. ¶Eius autem, quod potentia exiſtit actus, cum actu exiſtens agit, aut idem, aut aliud, quatenus mobile, motus eſt. dico aũt quatenus ſic: eſt enim æs potẽtia ſtatua, attamẽ ęris actus, quatenus æs, motus non eſt: nõ enim idẽ eſt eſſe æri & potẽtia quadam mobili: quoniã ſi idem eſſet ſimpliciter, & ſecundum rationem; eſſet vtiq; æris, quatenus æs, actus motus. Non eſt autem idem, quemadmodum dictum eſt.
Te. 10. ¶Manifeſtum eſt autem & in cõtrarijs: poſſe.n. valere, ac poſſe ægrotare alterũ eſt: namq; ægrotare quidẽ, & valere idẽ eſſet. ſubiectum autẽ, & id, quod ualet, atq; ægrotat, ſiue humiditas, ſiue ſanguis vnũ, & idẽ eſt. quoniã aũt non eſt idem, (queẽadmodũ neq; color idẽ, & viſibile,) poſſibilis, quatenus poſſibile, actus, manifeſtum quod
Te. 11. motus eſt. ¶Quòd igitur eſt hic, & quòd accidit

tunc

tunc moueri,cum actus iſte eſt, & neque prius neq; poſterius, clarum eſt,contingit enim vnū quodq; quandoq; quidē operari, quandoq; aūt non.vt ędificabile,& ædificabilis actus, quatenus eſt ædificabile,ædificatio eſt: aut enim huius ædificatio, aut domus actus eſt ædificabilis. ſed,cum domus ſit,non amplius ędificabile eſt. ædificatur autem ædificabile: neceſſe eſt ergo ædificationem actum eſſe: ędificatio autem motus quidam eſt. At vero eadem conueniet ratio, & in alijs motibus.

EXPLANATIONES.

[SECVNDVM idem] .i. eodem modo [ex actus].i.in octauo libro.[ſic].i.mobile[potentia].ſ.ad adſtatuam[eſſet].ſ.æris eſſe,& potentia ad ſtatuam [poſſe].i.eſſe in potentia [alterum] i.differt ſecundum definitionem [non eſt idem] .i. non eſt eadem ratio ſubiecti.

Summa, & diuiſio in cap.3.

QVOD uera ſit definitio motus tradita, nunc indirectè oſtendit Ariſtotel. ac primùm proponit ſic [Quòd autem bene dictum ſit] deinde aliorum recenſet definitiones de motu,& confutat ibi [Manifeſtum autem eſt] ac rationes ex eorum ſententia his uerbis [Cauſa autem cur] ſed cur motus .neque collocari poſſit ſub potentia,nec ſub actu, hoc loco recitat [Cur autem uidentur] Præterea aliquas ſoluit dubitationes: prima in ſubiecto reperitur motus , non mouente, ſed immobili.idq; eſt [Mouetur autem,et mouens] & ratio una eſt [Cum ſit potenti] alia [& cuius immobilitas] deinde definitionem motus repetit ſic [idcircò motus eſt actus] tertiam rationem in ſequenti capite producet,& dubitationes ſoluet.

Caput

Caput Tertium, in quo deſtruitur Antiquorum opinio de Motus definitione, & traditur eius definitionis diſſicultas.

Te. 12. QVòd autem bene dictum ſit manifeſtum & ex ijs, quæ alij de ipſo dicunt, & ex eo, quod nō facile eſt definire aliter ipſum: neque enim motum, atque mutationem ponere in alio genere poterit vtiq; aliquis, neq; qui aliter dixerunt de ipſo, rectè faciunt. Manifeſtum autem eſt conſiderantibus, quòd ponunt nōnulli ipſum alteritatem, inæqualitatemque, & id quod non eſt dicentes eſſe motum: quorũ nullum neceſſarium ē moueri, ſiue altera ſint,
Te. 13. ſiue inæqualia, ſiue non ens. ¶ Sed neque mutatio, aut ad hæc, aut ex his magis eſt, quàm ex oppoſitis. Cauſa autem, cur in his ponant illi, eſt; quoniam indeterminatum quiddam videtur eſſe motus. alterius autem coordinationis principia, ex eo quia ſunt priuatiua; indeterminata ſunt: neque enim hoc, neque tale, vllum ipſum eſt; quoniam neque aliorum quic-
Te. 14. quam prædicamentorum. ¶ Cur autem videatur indeterminatus eſſe motus, cauſa eſt, quòd neque in potentiam eorum, quæ ſunt, neque in actum, licet ponere ipſum ſimpliciter: neque enim id, quod poteſt eſſe quantum, mouetur ex neceſſitate, neque id, quod actu quantum eſt.
Te. 15. ¶ Et motus actus quidem aliquis eſſe videtur, imperfectus tamen: cauſa autem eſt, quoniam imperfectũ eſt ipſum poſſibile, cuius eſt actus, motus. Et ob hoc igitur difficile eſt accipere, quid ipſum ſit; aut. n. in priuationem neceſſe eſt ponere, aut in potentiam, aut in actũ ſimplicem: horũ aũt nullum vr̃ eſſe poſſe: relinquitur igitur

igitur dictus modus, actū quidem quendā eſſe, talem aūt actū, qualem diximus, difficilē quidē cognitu, ſed qui eſſe poſſit. ¶ Mouetur aūt & mo- Te. 16.
uens, ſicut dictū eſt, oē, cū ſit potentia mobile, & cuius immobilitas quies eſt: cui.n. motus ineſt, huic immobilitas quies eſt: nā ad hoc agere, quatenus huiuſmodi, idipſum mouere eſt: hoc aūt facit tactu: quare ſimul & patiť. idcirco Motus eſt actus mobilis, quatenus mobile exiſtit. ¶ Accidit aūt hoc tactu motiui. quare ſimul & Te. 17.
patiť. Formā aūt ſemper afferet aliquā id, ꝙ mouet, aut hāc, aut talē, aut tantā, q̄ principiū, atque cauſa motus erit, cū moueat: vt actu homo facit ex eo, quod potētia exiſtit homo, hominē.

EXPLANATIONES.

IPSVM] ideſt motum [alteritatem] ideſt diuerſitatem [quod non eſt] ideſt non ens [ad hac] ſcilicet æqualitatem, uel inæqualitatem [in his] ſcilicet generibus [indeterminatum] .i. incompletum [ad hoc] .ſ. ut aliquid moueatur [hoc] .ſ. mouet mouens tactu [accidit] .ſ. ut moueatur mouens [hanc] ſcilicet ſubſtantialem [aut talem, aut quantam]. aut in prædicamento quantitatis, aut qualitatis.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

TERTIAM addit rationem Ariſtot. explicans in mobili motum ineſſe, & non in mouente, dum ait; [Et quod dubitatur] ſecundam dubitationem proponit, utrum ſcilicet idem ſit actus mouentis, & mobilis, ibi [Habet autem dubitationem] ſoluit hanc aſſerens actionem, & paſſionem unum eſſe motum ibi [An neque alterius actum,] & duplici probat ratione. prima eſt [Eſt enim dictio] ſecunda [neque neceſſe eſt docentem] Epilogum tandem facit dicens [Quòd igitur motus ſit,]

Caput

Caput quartum, in quo ſit magis ipſe Motus, in mouente, an in mobili.

Te. 18. ET quod dubitatur, etiã manifeſtũ eſt, quòd motus eſt in ipſo mobili: actus enim eſt huius, & ab ipſo motiuo: motiui autem actus non alius eſt: oportet enim eſſe actũ vtriuſq;. Motiuum enim eſt: eo quòd poteſt. Mouens autẽ; eo, quod agit: ſed eſt actiuũ ipſius mobilis, quare ſimiliter vnus eſt amborũ actus: ſicuti enim idem ſpatium eſt vnum ad duo, & duo ad vnũ, & accliue, & decliue: hæc enim vnum quidem ſunt, ratio tamen non vna eſt: ſimiliter quoque

Te. 19. & in mouente, & in moto. ¶ Habet autem dubitationem rationalem. Neceſſe enim eſt fortaſſis eſſe quendam actũ alium actiui, atque paſſiui: illud enim actio eſt, hoc verò paſſio, opus autem, & finis illius quidem factum, huius autem affectus. Cum igitur vtraq; ſint motus, ſi diuerſi quidem; in quo ſunt? Aut enim vtraque in patiente, ac moto ſunt, aut actio quidem in agente, paſſio verò in patiente. ſi autem oportet & hanc actionem vocare; æquiuoca vtique erit. At verò, ſi hoc eſt; motus in mouente erit: eadem enim eſt ratio in mouente, & in moto. quare aut omne mouens mouebit, aut habens motum non mouebitur. Si autem vtraque in moto ſunt, & patiente; actio inquam, & paſſio, & doctio, & diſciplina, quæ duo ſunt, in ipſo ſunt diſcente. Primum quidem actus vniuſcuiuſque non in vno quoque erit: Deinde inconueniẽs eſt duobus motibus ſimul moueri: quædam nanque erunt alterationes duæ vnius, & ad vnam formam. At impoſſibile eſt. Sed vnus erit actus? At irrationabile eſt duorum ſpecie diuerſo-

diuerſorum vnum, ac eundem eſſe actum. Atque erit; ſi quidem diſciplina, & doctio idem ſunt, paſſioque, & actio, & docere idem quod diſcere, & agere quod pati. quare omnem docentē diſcere neceſſe erit, & agentem pati. ¶ An neque alterius actum in altero eſſe inconueniens eſt: eſt enim doctio actus docētis, in quodam tamē, & nō deciſus, ſed huius in hoc. Neq; enim vnū duobus quicquā prohibet eundē eſſe, non vt eſt idē, vt veſtis, & indumentum, ſed vt eſt id, quod potentia eſt, ad id, quod eſt actu. Te. 20.

¶ Neque neceſſe eſt docentem diſcere, neq;, ſi pati, & agere idē eſt, non tamen vt ratio ſit vna, quod quid erat eſſe dicens, ſicut tunicæ, & indumento; ſed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum eſt & prius: nō enim eadem omnia ijs inſunt, quę quolibet modo eadē ſunt, ſed ſolū quibus eſſe idem eſt. At verò neq;, ſi doctio, & diſciplina ſint idē; & diſcere, & docere idem erunt, ſicuti neque, ſi ſpatium vnum diſtantium ſit; & diſtare hinc illuc, & illinc huc vnū, & idem eſt. Te. 21.

¶ Omnino verò dicere eſt, quòd neque doctio cum diſciplina, neq; actio cum paſſione idem propriè eſt, ſed cui inſunt hæc, motus: nam huius in hoc, & huius ab hoc actum eſſe ratione diuerſum eſt. Te. 22.

¶ Quòd igitur Motus ſit, & vniuerſaliter, & ſecundū partem dictū eſt: non.n.immanifeſtū eſt, quomodo definietur ſpecierū vnaquæq; ipſius: Alteratio.n.alterabilis, quatenus eſt alterabile, actus eſt. Amplius aūt notius eſt eius, qđ potentia actiui, ac paſſiui, quatenus huiuſmodi, & ſimpliciter, & rurſum ſecūdū vnūquodq;, vt ædificatio, aut medicatio. eodem aūt dicetur modo & de aliorū motuū vnoquoque. Te. 23.

EXPLANATIONES.

[*HVIVS*] *.ſ. mobilis* [*motiuo*] *.i. mouente* [*nō a'ius*] *.i. non diuerſus ab actu mobilis* [*poteſt*] *.i. mouere poteſt* [*quod agit*] *.i. quòd actu mouet* [*ſed eſt actiuū ipſius mobilis*] *.i. actum mobilis cauſat* [*amborum*] *.ſ. mouentis, & mobilis* [*unūm*] *.i. vnū ſecundum rem* [*rationalem*] *.i. logicam* [*illud*] *.i. actus actiui* [*illius*] *.ſ. agentis* [*ſi autem oportet, & hanc actionem vocare*] *.i. ſi autem aliquis dicat econtra, quod id, q̄ eſt in agente, ſit paſſio* [*æquiuoca*] *ideſt paſſio erit æquiuoca, quia erit actio* [*primùm*] *.i. primò ſequitur hoc inconueniens* [*unius*] *.ſ. unius ſubiecti* [*in quodam*] *.i. in addiſcente* [*huius in hoc*] *.ſ. docentis in addiſcente* [*idem*] *.i. idem ſubiecto* [*eſſe idem eſt*] *.i. quæ ſunt idem ſubiecto, vel re, & ratione* [*ſed cui inſunt hæc motus*] *.i. ſed quòd motus, cui ineſt utrunq; eorum, ſit idem* [*ſecundum partē*] *.i. particulariter* [*quod*] *.i. quòd motus eſt actus* [*ſimpliciter*] *& uniuerſaliter.* [*ſecundum unumquodque*] *.i. in ſingularibus.*

Summa, & diuiſio in cap. i.

AGIT nunc Ariſt. de infinito, quemadmodum in principio huius libri propoſuit. Primùm autem cur de infinito dicturus ſit, ſic loquitur [*Quoniam autem de natura*] *deinde proponit cōcludens his uerbis* [*conueniens utique erit*] *aliam concluſioni addit rationē, quę eſt* [*ſignum autem eſt*] *Recitat præterea opiniones de infinito ab aliis proditas ibi* [*atque omnes tā quam*] *atque ij ſunt, qui non naturaliter locuti fuerunt. Qui uerò naturaliter ſcripſerunt, eorum ſententias hoc loco refert* [*Qui autem de natura*] *poſtea ſcribit quatuor, quibus antiqui conueniebant de infinito ſic* [*Rationabiliter autem.*]

Summa

Summa Tertia tractans de Infinito.

Caput Primum de Antiquorum opinionibus circa ipſum Infinitum.

QVONIAM aũt de natura ſciẽtiã eſt circa magnitudines, & motum, & tempus, quorũ vnum quodq; neceſſe eſt, aut infinitũ, aut finitum eſſe: & ſi non omne eſt aut infinitũ, aut finitũ, vt paſſio, aut pũctus (talium enim fortaſſe nullum neceſſe eſt in altero horum eſſe) conueniens vtiq; erit de natura pertractantem ſpeculari de Infinito, ſi eſt, aut nõ: & ſi eſt, quid eſt. ¶ Signũ aũt eſt, ꝙ huius ſcientię propria ſit conſideratio de ipſo: nam omnes, qui videntur pro dignitate tetigiſſe talem philoſophiã, fecerunt ſermonem de infinito, atq; omnes tanquã principiũ quoddam ponunt eorũ, quę ſunt. Alij quidẽ, quẽadmodum Pythagorei, atq; Plato, ꝑ ſe, non ſicuti accidens alicui alteri, ſed vt ſubſtantiam ipſum eſſe infinitum. verùm Pythagorei quidem in ſenſibilibus: neque enim abſtractum faciunt numerum: eſſeque quod extra cœlum eſt infinitum. Plato autem extra quidem nullum eſſe corpus, neque ideas; eo quòd nuſquam ſunt ipſe: tamen infinitum, & in ſenſibilibus, & in illis eſſe. ¶ Et hi quidem infinitum eſſe par: hic enim comprehenſum, & ab impari terminatum tribuit ijs, quæ ſunt, infinitatem. Signum autem huius id eſſe, quod contingit in numeris: circumpoſitis enim gnomonibus circa vnum, & ſeorſum, aliquando quidem aliam ſemper fieri ſpeciem, aliquando autem vnam,

Te. 24.

Te. 25.

Te. 26.

Plato autem duo infinita, magnum, & paruum.
Te. 27. ¶ Qui autem de natura, omnes ſemper ſubijciunt alteram quandam naturam dictorum elementorum infinito, vt aquam, aut aerem; aut medium horum. Eorum vero, qui finita faciunt elementa, nullus infinita facit. Quicunque autem infinita faciunt elementa, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus, ille quidem ex ijs, quæ ſunt ſimilium partium, hic autem ex omni ſeminario figurarum tactu continuum infinitum eſſe dicunt.
Te. 28. ¶ Atque ille quidem quamlibet partem eſſe ſimiliter toti, ex eo, quia videt quodlibet ex quolibet fieri: hinc enim dicere videtur, & ſimul aliquando omnes res fuiſſe, vt hæc caro, & hoc os, & ſic quodlibet. & omnia itaque, & ſimul igitur: principium enim diſgregationis non ſolum in vnoquoque, ſed & omnium eſt. cum enim omne, quod fit, ex tali fiat corpore: omnium autem ſit generatio, verum nō ſimul, etiam quoddam principium eſſe oportet generationis. hoc autem eſt vnum, quem ille vocat intellectum. intellectus autem à principio quodam operatur, cum intellexit. quare neceſſe eſt ſimul omnia aliquando fuiſſe, & cœpiſſe aliquando moueri.
Te. 29. ¶ Democritus autem nullum aliud ex alio fieri primorum dicit; ſed tamē ipſum commune corpus omnium eſſe principium magnitudine ſecundum partes, figuraque differens.
Te. 30. ¶ Quòd igitur conueniens ſit Phyſicis hæc ſpeculatio, manifeſtum eſt ex his. Rationabiliter autem, & principium ipſum ponūt omnes. Neq; enim fruſtra poſſibile ipſum eſſe neq; aliā ipſi ineſſe potētiā, niſi vt principium: omnia enim aut principium ſunt, aut ex principio. infiniti autem non eſt principium: eſſet

enim

enim ipſius vtiq; finis. Amplius autē, & ingenitum, & incorruptibile; principium quoddam cum ſit. quod enim fit, neceſſe eſt accipere finem. & finis omnis eſt corruptionis. Quare, ſicuti dicimus, non huius principium, ſed hoc aliorum videtur eſſe, & continere omnia, & omnia gubernare, vt affirmant quicunq; non faciunt præter infinitum alias cauſas, vt intellectum, aut amicitiā, & hoc eſſe diuinū: immortale enim eſt, perireque non poteſt, vt affirmant Anaximander, & plurimi Phyſiologorum.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

CVM Ariſto. recitaßet antiquorum opiniones de infinito; nunc de eo veritatem perſcrutans primum obycit ad vtranque partem, deinde ſoluit. Itaque quòd infinitum eſſe videatur, quinque oſtendit rationibus: prima [ex tempore] ſecunda [ex ea quæ eſt] tertia [amplius ex eo quia] quarta [amplius ex eo quia finitum] quinta [Maximè autem] ſed vtrum ſit infinitum dubitat ibi [Habet autem dubitationem] Præterea, vt demonſtret infinitum non eſſe; quot modis dicatur, exponit ſic [Primùm igitur determinandū eſt.]

Caput Secundum de rationibus, quæ infinitum eſſe apparenter concludunt.

ESſe autem aliquid infinitū, fides ex quinque maximè continget conſiderantibus. Ex tēpore: hoc enim infinitum. Et ex ea, quæ eſt in magnitudinibus, diuiſiones: vtuntur enim & Mathematici infinito. Amplius ex eo, quia ſic ſolùm non deficit generatio, & corruptio, ſi infinitū ſit, vnde auferatur id quod fit. Amplius Te. 31.

ex eo, quia finitum ſemper ad aliquid finitur. quare neceſſe eſt nullum eſſe terminum, ſi ſemper terminari ſit neceſſe alterum ad alterum.

Te. 32. ¶ Maximè autem, & proprijſſimum, quod communem facit dubitationẽ omnibus: ob id enim quod illud, quod in cogitatione eſt, non deficit, & numerus videtur infinitus eſſe, & mathematicæ magnitudines, & quod eſt extra cœlum. Infinitum autem cum ſit quod extra eſt, & corpus infinitum eſſe videtur, & mundi: cur enim magis vacui hic, quàm ibi (quare ſi vno in loco, & vbique) neceſſe eſt eſſe molem: ſimul autem, ſi & vacuum eſt; & locus infinitus, & corpus infinitũ neceſſe eſt eſſe: poſſe enim ab ipſo eſſe nihil differt in perpetuis.

Te. 33. ¶ Habet autem dubitationem ipſa de infinito cõſideratio: Etenim nõ eſſe ponentibus multa impoſſibilia accidunt, & eſſe. Amplius autem, vtro ſit modo, vtrum vt ſubſtantia, an vt accidens per ſe alicui naturæ, an neutro modo, ſed nihilominus ſit infinitum, aut infinita multitudine.

Te. 34. ¶ Maximè autem Phyſici eſt conſiderare, ſi eſt manitudo ſenſibilis infinita. Primùm igitur determinãdum eſt, quot modis dicitur Infinitum. Vno igitur modo, quod impoſſibile eſt tranſire, ex eo, quia non eſt aptum natura tranſiri, vt vox inuiſibilis. Aliter autẽ, tranſitum habens inconſumabilẽ. Aut quod vix. Aut quod natura aptum eſt habere, nõ tamẽ habet tranſitum, aut finem. Amplius, infinitum omne aut eſt ſecundnm appoſitionem, aut ſecundum diuiſionem, aut vtroque modo.

Sum-

Summa & diuiſio in cap. 3.

IN hoc capite infinitum deſtruit Ariſt. & ſeparatum à ſenſibilibus, & coniunctum: nam q. non ſit per ſe exiſtens, ut Platonici exiſtimabant, tribus probat rationibus. ac primùm proponit ibi [Separabile igitur] ratio prima eſt [ſi enim neq;] ſecunda [Amplius quomodo] tertia [Manifeſtum autẽ & quod.

Caput tertium, probans non dari Infinitum.

Pars Prima, in qua argumentatur contra ponentes Infinitum eſſe quid per ſe exiſtens.

SEparabile igitur eſſe à ſenſibilibus infinitũ, ipſum quid exiſtens infinitum, non eſt poſſibile. Si enim neque magnitudo eſt, neq; multitudo, ſed ſubſtantia ipſum eſt infinitum, & nõ accidens; indiuiſibile erit: diuiſibile enim aut magnitudo erit, aut multitudo. ſi autem indiuiſibile; non infinitum, niſi ſicut vox inuiſibile eſt. At neq; ſic dicunt eſſe affirmantes eſſe infinitum, neq; nos quęrimus, ſed vt intranſibile. Te. 35.
¶ Si verò ſecundùm accidens eſt infinitum; non erit vtique elementum eorum, quæ ſunt, vt infinitum; ſicut neque inuiſibile locutionis, quanuis vox ſit inuiſibilis. Amplius, quomodo contingit aliquid eſſe ipſum infinitum, ſi non eſt & ſecundum numerum, & magnitudinem, quorum eſt per ſe paſſio quædam infinitum? adhuc enim minus eſſe neceſſe eſt, quàm numerum, aut magnitudinem. ¶ Manifeſtum autem & quòd non contingit eſſe infinitum, vt actu ens, & vt ſubſtantiam, ac principium: erit enim quicquid ipſius accipiantur, infinitum, ſi Te. 36. Te. 37.

partibile eſt: infinito enim eſſe, & infinitum idem eſt, ſi ſubſtantia infinitum ſit, & non de ſubiecto. quare aut indiuiſibile eſt, aut in infinita diuiſibile. multa autem infinita eſſe idem impoſſibile eſt. At verò, vt aeris aer pars eſt; ſic & infinitum infiniti: ſi quidem ſubſtantia eſt, & principium. Impartibile ergo, & indiuiſibile eſt. At eſſe tale nequit, quod actu eſt infinitum: quantum enim quid eſſe neceſſe eſt. ¶ Secun-
Te. 38. dùm ergo accidens eſt infinitum. Sed ſi ſic, dictum eſt, quòd non contingit ipſum principiũ dicere, ſed illud, cui accidit, vt aerem, aut par. Quare abſurdè enunciant dicentes, ſicuti Pythagorei dicunt: ſimul enim ſubſtantiam faciunt
Te. 39. infinitum, & partiuntur. ¶ Sed fortaſſis hæc quidem eſt vniuerſalis quæſtio magis, ſi contingit infinitum & in Mathematicis eſſe, & in intelligibilibus, & in ijs, quę nullam habent magnitudinem. Nos autem conſideramus de ſenſibilibus, ac de ijs, quorum facimus ſcientiam, vtrum in illis eſt, an non eſt corpus infinitum in augmentum.

Summa, & diuiſio in partem. 2.

Quòd autem coniunctum nõ ſit infinitum cum ſenſibilibus contra antiquos Phyſicos arguit, ac primò ratione logica, quæ eſt [logicè igitur] ſecundo Phyſica ibi [Phyſicè autem magis] ubi ſupponit elementa eſſe finita. Sed amota omni ſuppoſitione proponit nullo pacto corpus infinitum reperiri his uerbis [Quòd autem omnino impoſſibile ſit] atque propoſitum quatuor demonſtrat rationibus. Prima eſt [Aptum eſt enim] ſecunda omnino autem manifeſtum eſt] Tertia [Amplius omne corpus] quarta [Simpliciter autem.

Pars

Pars Secunda, in qua probatur non dari Magnitudinem infinitam actu, rationibus communibus, & proprijs.

LOgicè igitur ſpeculantibus ex hiſce videbitur vtique non eſſe. Si enim eſt corporis ratio planitie eſſe terminatum; non vtique erit corpus ullum, aut intelligibile, aut ſenſibile infinitum. ¶ At verò neque numerus ſic eſt, vt ſeparatus, & infinitus: numerabile enim eſt numerus, aut habens numerum. ſi ergo numerabile poteſt numerari; & pertranſire vtique poſſibile erit infinitum. ¶ Phyſicè autem magis ſpeculantibus ex hiſce manifeſtum erit: neque enim compoſitũ poteſt eſſe infinitum, neq; ſimplex. Compoſitum igitur non erit infinitum corpus; ſi finita multitudine elementa ſint: neceſſe eſt enim plura eſſe, & æquari ſemper contraria, & non eſſe vnũ eorum infinitũ, etſi enim quomodocunq; ſuperatur, quæ in vno corpore, eſt potentia, ab altero(vt ſi ignis finitus ſit, aer autem infinitus, ſit autẽ æqualis ignis ad aerem æqualem, potentia quantumlibet multiplicatus, ſolum autem numerum aliquem habens) tamen manifeſtum, eſt, quòd infinitum excedet, & corrumpet finitum. ¶ Vnumquodque autem infinitum eſſe eſt impoſſibile: Corpus enim eſt, quod omniquaque dimenſionem habet. Infinitum autem, quod infinitè extenſum eſt. Quare infinitum corpus vndequaque extenſum erit in infinitum. ¶ At verò neque vnum, ac ſimplex eſſe contingit infinitum corpus: neque, ſicut dicunt quidam, id, quod præter elementa eſt, ex quo hæc generant, neq; ſimpliciter. Sunt enim quidem, qui hoc faciunt infinitum, ſed non

Te. 40. Te. 41. Te. 42. Te. 43. Te. 44.

non aerem, aut aquam, ne cætera corrumpantur ab infinito, habent enim ad ſe inuicem contrarietatem, vt aer quidem frigidus eſt, aqua verò humida, ignis autem calidus: quorum, ſi vnum eſſet infinitum; corrupta iam fuiſſent alia. nunc autem dicunt aliud eſſe id, ex quo
Te. 45. hæc ſunt. ¶ Impoſſibile autem eſt eſſe tale, non quia infinitum, (de hoc enim commune aliquid dicendum eſt & de omni ſimiliter & aere, & aqua, & quolibet) ſed quia non eſt tale ſenſibile corpus præter vocata elementa: omne, nanque, ex quo eſt, etiam reſoluitur in hoc. quare eſſet vtique hic præter aerem, & ignem, & terram, & aquam aliud quippiam. videtur autẽ
Te. 46. nullum. ¶ Neque igitur ignis, neque aliud elemẽtorum quicquã infinitum quid eſſe poteſt. Omnino enim & pręter id, quod infinitum ſit aliquid ipſorũ, impoſſibile eſt ipſum vniuerſum, & ſi finitum ſit, aut eſſe, aut fieri vnum quid ipſorum: ſicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquãdo ignem.
Te. 47. ¶ Eadem autem eſt ratio, & in ipſo vno, quod faciunt præter elementa Phyſici: omnia nanque mutantur ex contrario in contrarium, vt ex calido in frigidum. oportet autẽ de omni & ex hiſce conſiderare, ſi poteſt, aut non
Te. 48. poteſt eſſe corpus infinitum ſenſibile. ¶ Quòd autem omnino impoſſibile ſit eſſe corpus infinitum ſenſibile, ex hiſce manifeſtum eſt. Aptũ eſt enim natura omne ſenſibile alicubi eſſe: atque locus eſt aliquis vniuſcuiuſque, & idem eſt partis, & totius; vt totius terræ, & vnius glebæ, & ignis, atque ſcintillæ. Quare, ſi ſit eiuſdem ſpeciei, aut immobile erit, aut ſemper mouebitur. Atqui impoſſibile eſt. cur enim magis deorſum, quã ſurſum, aut quouis? dico autem, vt, ſi

gleba

gleba ſit; quoniam hæc mouebitur, aut vbi manebit? locus enim infinitus erit congenei ipſi corporis. Vtrum igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipſius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. an vbique mouebitur? non ergo ſtabit. ¶ Si vero diſſimile ſit ipſum totum; diſſimilia & loca erunt: & primum quidem non unum corpus vniuerſi eſt, niſi tangendo. deinde aut finita hęc erunt, aut infinita ſpecie. Atque finita quidem non eſſe poſſunt: erunt enim alia quidem finita, alia verò nõ, ſi totum infinitũ eſt, vt ignis, aut aqua. corruptio autem tale cõtrarijs eſſet, ſicut dictum eſt prius. Et propter hoc nullus eorum, qui de natura dixerunt, unum, & infinitum ignẽ fecit, aut terram; ſed aut aquã, aut aerem, aut eorum medium: quoniam locus vtriuſque manifeſtus erat, determinatuſque. hæc autem vtroque participant, eo, qui ſurſum, & eo, qui deorſum. Si autem infinita, & ſimplicia ſunt; & loca infinita, & infinita elementa erunt. Si verò hoc impoſſibile; & loca finita ſunt, & totum finitum eſſe neceſſe eſt: impoſſibile enim eſt non æquari locum, & corpus: neque enim locus omnis maior eſt, quàm quantũ contingit corpus ſimul eſſe. ſimul autem neque infinitũ erit corpus, neq; corpus maius, quam locus: aut enim vacuum erit aliquid, aut corpus, quod nuſquam aptum natura eſt eſſe. Te. 49.

¶ Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti manſione: firmare enim ipſum ſeipſum dicit infinitum. hoc autem, quia in ſeipſo eſt (aliud enim nihil continet) tanquam vbi vtiq; aliquid ſit, ibi aptum natura ſit eſſe. Hoc autem non verum: erit enim vtique quicquam alicubi, Te. 50.

Te. 51. bi, & non vbi aptum natura eſt eſſe. ¶ Si igitur quàm maximè non mouetur totum (quod enim in ſeipſo firmatur, & in ſeipſo eſt, immobile eſſe neceſſe eſt) cur tamen non aptū natura ſit moueri, dicendū erat: non enim ſatis eſt ſic dicendum euadere: erit enim vtique & quodlibet aliud nō motum. ſed aptum natura eſſe nihil prohibet: quoniam & terra non fertur, neq; ſi infinita eſſet, coercita tamen à medio. ſed non quia non eſt aliud, quò feratur, manebit in medio, ſed quia non eſt apta natura ſic. ſed tamen licebit vtiq; dicere, quòd firmat ſeipſam. Si igitur neque in terra hæc cauſa eſt, exiſtēte infinita; ſed quia grauitatem habet (graue autē manet in medio, terra autem in medio eſt) ſimiliter & infinitum manet vtiquè in ſeipſo propter aliam quandam cauſam: ¶ Et nō, quia

Te. 52. infinitum eſt, & firmat ipſum ſeipſum. ſimul autem manifeſtū eſt, quod & quamlibet oportebit partem manere: vt enim infinitum in ſeipſo manet ſe firmans; ſic & quæcunq; accipiatur pars, in ſeipſa manebit: totius enim, & partis eiuſdē ſunt ſpeciei loca; vt totius terræ, & glebæ deorſum, & totius ignis, & ſcintillæ ſurſum. quare, ſi infiniti locus in ſeipſo eſt; & partis idē

Te. 53. erit, manebit igitur in ſeipſa. ¶ Omnino autem manifeſtum eſt, quòd impoſſibile eſt ſimul infinitum dicere corpus, & locum quendam corporibus eſſe, ſi omnè corpus ſenſibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem. & ſi graue quidem eſt; ad medium habet lationem natura; ſi verò leue; ſurſum: neceſſe eſt.n.& infinitū corpus. impoſſibile aūt eſt, aut totū vtrumlibet, aut dimidiatū vtrūque pati quomodo.n. diuides, aut quomodo infiniti erit hoc quidē ſurſum, illud

verò

verò deorſum, aut vltimum, aut mediū? ¶ Amplius, oē corpus ſenſibile in loco eſt. loci verò ſpecies, & differētię ſunt ſurſū, & deorſum, ante & retro, dextrū, & ſiniſtrū. atq; hęc nō ſolùm ad nos, & poſitione, ſed & in ipſo toto determinata ſunt. impoſſibile autem eſt in infinito hæc eſſe. ¶ Simpliciter autem, ſi impoſſibile eſt locum eſſe infinitum in loco autem eſt omne corpus, impoſſibile eſt infinitū eſſe corpus aliquod. at verò quod alicubi eſt, in loco eſt: & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum poſſibile eſt ipſum infinitum eſſe (quantum enim aliquod erit, vt bicubitum, aut ticubitū: hæc enim ſignificat ipſum quantum) ſic & in loco, quod alicubi. hoc autem eſt aut ſurſum, aut deorſum aut alia aliqua diſtantia earum, quæ ſex ſunt. horum autem vnūquoq; terminus aliquis eſt. Te. 54. Te. 55.

Summa, & diuiſio in cap. 5.

CONCLVDIT Ariſtot. non dari corpus actu infinitum. ſed quòd ſit in præſentia declarat [Quòd verò ſi non ſit] & naturam eius aperit ſic [Dicitur] & quo modo ſit talis naturæ ibi [Non oportet autē.]

Caput Quintum, in quo probatur dari Infinitum in potentia.

QVod igitur actu non ſit corpus infinitum, manifeſtum eſt ex his. Quòd verò, ſi non ſit infinitum ſimpliciter, multa impoſſibilia accidunt, manifeſtum eſt. Temporis enim erit quoddam principium, atque finis, & Magnitudines non erunt diuiſibiles in magnitudines, & Numerus non erit infinitus. cum autem determinatis ſic neutra ex parte videatur fieri poſſe; arbitrario iudice eſt opus. Atq; manifeſtum Te. 56.

nifeſtum eſt, quòd quodammodo quidem eſt, quodammodo verò non eſt. Dicitur igitur ipſum eſſe aliud quidem potētia, aliud verò actu. Et infinitum eſt quidem appoſitione, eſt etiam & ablatione. magnitudo autē quod ſecundùm actum quidem non fit infinita, dictum eſt, diuiſione autem eſt: non enim difficile eſt tollere

Te. 57. indiuiduas lineas. ¶ Relinquitur igitur potentia eſſe ipſum infinitum. Non oportet autem, quod potentia eſt, accipere, quemadmodùm, ſi poteſt hoc ſtatua eſſe, quod & erit hoc ſtatua; ſic & infinitum aliquod, quod erit actu. ſed, quoniā multipliciter dicitur eſſe, quemadmodum dies eſt, & certamen; ex eo quia ſemper aliud, & aliud fit; ſic & infinitum. etenim in his eſt & potentia, & actu eſſe. Olympia enim ſunt ex eo, quia poteſt certamen fieri, & ex eo, quia fit. Aliter autem & in tempore manifeſtum eſt ipſum infinitum, & in hominibus; & in diuiſione magnitudinum: omnino enim ſic eſt infinitum, vt ſemper aliud, atque aliud accipiatur, & acceptum quidem ſemper finitum ſit, ſed ſem-

Te. 58. per alterum, atque alterum. ¶ Amplius ipſum eſſe multipliciter dicitur. Quare infinitum non oportet accipere ſicuti hoc aliquid, vt hominem, aut domum; ſed vt dies dicitur, & certamen: quibus eſſe, non vt ſubſtantia quædam factum eſt, ſed in generatione ſemper, aut corruptione finitum, ſed ſemper alterum, atque alterum. at in magnitudinibus quidem, permanēte accepto, hoc accidit: in hominibus autem, &

Te. 59. tempore, corruptis ſic, vt non deficiant. ¶ Quod autem eſt ſecundum appoſitionem idem quodammodo eſt, & quod eſt ſecundum diuiſionem: nam eo, quod finitum eſt; ſecundùm

appo-

appoſitionem fit ediuerſo: quatenus enim diuiſum videtur in infinitum, eatenus appoſitum videbitur ad determinatum: in magnitudine enim finita, ſi, accipiens quis determinatam, aſſumat eadem ratione, non eandem aliquam totius magnitudinem ratione accipiens, non pertranſibit finitum. ſin verò ſic augeat rationem, ut ſemper aliquam eandem accipiat magnitudinem; pertrãſibit: propterea quod omne finitum abſumitur quouis finito. Aliter igitur non eſt, ſed ſic eſt infinitum, potentia enim, & diuiſione. Et actu etiam eſt, ſicuti diem eſſe dicimus, & certamen. Et potentia ſic eſt, vt materia: & non per ſe, ſicut finitum. ¶ Et ſecundum appoſitionem igitur ſic infinitum potentia eſt, quod idem dicimus quodammodo eſſe cum eo, quod eſt ſecundum diuiſionem, ſemper enim aliquid ipſius extra eſt accipere; non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem: vt in diuiſione excedit omnem determinatam, & euadet minor. Vt autem oẽm excedat ſecundùm appoſitionem; neque potentia poſsibile eſt eſſe: ſi quidem non ſit ſecundũ accidens actu infinitum, vt dicunt, qui de natura diſſerunt, id corpus, quod extra mundum eſt, cuius ſubſtantia aer eſt, aut aliud quid tale. Sed, ſi non poſſibile eſt eſſe infinitum actu corpus ſenſibile ſic; manifeſtum, eſt quòd nec potẽtia vtique erit ſecundùm appoſitionẽ, niſi (vt dictum eſt) contrario diuiſioni modo. Te. 60.

¶ Quoniam, & Plato ob hoc duo infinita fecit, quod & in auctione uidetur excedere, atque in infinitum abire etiam in diuiſione, cum tamen fecerit duo; non vtitur: neque enim in numeris ſecundum diuiſionẽ infinitũ exiſtit (unitas Te. 61.

tas enim minimum eſt) neque in auctione: vſque enim ad denarium facit numerum.

Summa, & diuiſio in cap. 6.

QVID ſit infinitum oſtendit Phil. ſic [Accidit autem] confirmat autem ibi [Signum autem eſt] Definitionem poſtea antiquorum refellit, dum ſcribit [cuius autem nihil] hinc concluſio quadam reſultat, qua eſt [Quapropter melius] & exploſio falſa opinionis ab inepta definitione orta, qua ea eſt [Quoniam hinc quidem] & Platonis, qua eſt [quoniam ſi continet.]

Caput Sextum, vbi datur definitio Infiniti, & refellitur ea, qua Antiquorum.

Te. 62. Accidit antem contrà eſſe infinitum, quàm vt dicunt: Non enim cuius eſt nihil extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt, hoc infinitũ eſt. Signum autem eſt: nam annulos infinitos dicunt, non habentes palam: quoniam ſemper aliquid extra eſt accipere, ſecundũ ſimilitudinem quidem quandam dicentes, non tamẽ propriè: oportet enim & hoc eſſe, & nunquam idem accipi. in circulo autem non fit ſic, ſed ſemper ꝙ

Te. 63. eſt conſequenter, ſolùm eſt alterum. ¶ Infinitum igitur id eſt, cuius ſecundum quantitatẽ accipiẽtibus, ſemper aliquid accipere extra eſt. Cuius autem nihil eſt extra, id eſt perfectum, & totum: ſic enim definimus Totum, cuius nihil abeſt: ut hominem totũ, aut arculam. vt autem definimus ſingulare; ſic & quod propriè eſt; vt totum, cuius nihil eſt extra. cuius autem abſentia eſt extra, non omne eſt, quicquid abeſt.

eſt. ¶ Totum autem, & perfectum aut idem penitus, aut proxima natura ſunt. Perfectum aũt nihil, non habens finem. finis autem terminus eſt. Quapropter melius exiſtimandum eſt Parmenidem Meliſſo dixiſſe; hic enim infinitum totũ dicit, ille autem totum terminatum eſſe, æquè à medio diſtans: non enim vt linum lino eſt continuare vniuerſo, ac toti infinitũ. ¶ Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatẽ accipiunt, omnia ſ. continere, & totum ipſum in ſeipſo habere; propterea quòd habet quãdã ſimilitudinem cum toto: eſt enim Infinitum perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu verò non. Diuiſibile autem eſt, & ad diminutionẽ, & ad oppoſitã appoſitionẽ. Totũ autẽ, & finitum, non ſecundum ſe ſm aliud: & nõ continet, ſed cõtinet, quatenus infinitum eſt. quocirca & ignotum eſt, quatenus eſt infinitum: formã .n. nõ habet materia. ¶ Quare manifeſtum eſt, ꝙ magis in partis rõne infinitum ſit, ꝗ in totius: pars .n. materia totius eſt; ſicut æs æneæ ſtatuæ: quoniam ſi continet in ſenſibilibus, & in intelligibilibus ipſum magnum, & paruum; oportebat continere intelligibilia. inconueniens autẽ, & impoſſibile eſt ignotum, & indeterminatum continere, & determinare. Te. 64. Te. 65. Te. 66.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

NVNC explicat Ariſt. rationem eorum, quę dicuntur de infinito, & primùm de appoſitione, & diuiſione in magnitudinibus ibi [Secundũ rationem autem] deinde in numeris ſic [Rationabiliter autem] & cur in his additio excedat determinatam multitudinem, dũ ait [verſus aũt plus] ſed non in magni. ibi [In magnitudinibus aũt] poſtea oſtendit quomodo

infinitum uariè in diuerſis reperiatur, vbi legitur [infinitum autem non eſt idem,] & quomodo Mathematici infinito utuntur ſic[nõ remouet autem ratio] & quo nam pacto infinitum ſit principium ibi, [quoniam autem cauſa.]

Caput Septimum, in quo redditur cauſa, propter quam non poteſt reperiri Infinitum in actu, ſed in potentia.

Te. 67. SEcundum rationem autẽ accidit,ut & quod eſt ſecundum appoſitionem,non eſſe videatur infinitum ſic, vt omnem excedat magnitudinem, in diuiſione aũt, eſſe:continetur enim ſicut materia intus & infinitum, continet au-
Te. 68. tem forma. ¶ Rationabiliter autem & hoc in Numero quidem eſſe uerſus minimum termi num,verſus autem plura ſemper omnem excedere multitudinem. in magnitudinibus verò ecõtrario.verſus enim minus,omnem excedere magnitudinem, ſed verſus maius, non eſſe magnitudinem infinitam.cauſa autem eſt,quo niam vnum eſt indiuiſibile, quodcũq; vnũ ſit; vt homo,vnus homo, & nõ multi.numerus autem eſt vna, plura, & quãta quædam.quare neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile: duo nanq;,& tria denominatiua ſunt nomina:ſimiliter autem & aliorum numerorum vnuſquiſque. verſus autem plus ſemper eſt intelligere : infinitæ enim ſunt bipartitiones magnitudinis.quare potẽtia quidem eſt,actu autem non eſt:ſed ſemper excedit acceptum omnẽ determinatam multitudinem.at nõ ſeparabilis eſt numerus hic bipartitionis, neque manet infinitus;ſed fit,ſicut &
Te. 69. tempus, & numerus temporis. ¶ In magnitudinibus autem contrarium eſt: etenim diuiditur

tur in infinita continuum. verſus autem maius nō eſt infinitum: quantum enim contingit potentia eſſe, & actu contingit tantū eſſe. Quare, cùm infinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis, nō contingit exceſſum eſſe omnis determinatæ magnitudinis: eſſet enim aliquid cœlo maius.

¶ Infinitum autem non eſt idem in motu, & magnitudine, & tempore, tanquam & vna quædam natura. ſed poſterius dicitur ſecūdū prius: vt motus quidem, quia prius eſt magnitudo, in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tempus autem propter motū. Nunc igitur vtimur his, poſterius autem tentabimus dicere, & quid eſt vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo ſit in magnitudines diuiſibilis. Te. 70.

¶ Non remouet autem ratio Mathematicos à cōtemplatione, auferens ſic eſſe infinitum, vt actu ſit uerſus augmentum intranſibile: neque .n. nunc ipſo indigent infinito, neq; vtūtur, ſed ſolùm eſſe, quantancunq; velint, finitam. maximæ aūt magnitudini ſecundùm eandē ineſt ſecari rationem, quantancunq; magnitudinem alteram. quare ad demonſtrandum quidem illo modo nihil differet, eſſe autem in exiſtentibus erit magnitudinibus. Te. 71.

¶ Quoniam autem cauſæ diuiſæ ſunt quadrifariam; manifeſtum eſt, ꝙ vt materia, infinitum cauſa eſt: & quòd eſſe quidem ipſius priuatio eſt, per ſe autē ſubiectum, continuum ipſum, & ſenſibile eſt. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vti infinito. quocirca & inconueniens eſt, continens facere ipſum, & non contentum. Te. 72.

Summa, & diuiſio in cap. 8.

DILVIT tandē Ariſt. argumēta antea prola-

ta, quę probare uidebātur infinitū actu dari, ac ſic ꝑ ponit [Reliquū eſt autem] rationē reddit ibi [Alia enim ipſorum] propoſitum explicā s ſoluit quinq; argumenta producta, & primum eſt [neq; enim, vt generatio] ſecundū [Amplius tangere] tertium [Intellectioni credere] quartum [Tempus autem] quintum [Magnitudo autem.]

Caput Octauum, in quo deſtruuntur rationes, quæ probare videntur dari infinitum in actu.

Te. 73. Reliquum eſt autem aggredi ſecundū quas rationes infinitum eſſe videtur nō ſolum potentia, ſed vt determinatum. Alia.n.ipſorum non neceſſaria ſunt, alia aūt habent alias quaſ dā veras obiectiones. Neq;.n.vt generatio non deficiat; neceſſariū eſt actu infinitū eſſe corpus ſenſibile: contingit.n. alterius corruptionē ge-

Te. 74. nerationē alterius eſſe; cū omne finitū ſit. ¶ Amplius, tangere, & finitum eſſe differunt: illud.n. ad aliqd eſt, & alicuius (tāgit.n. omne aliquid) & finitorum alicui accidit. finitum autem non ad aliqd eſt: neq; tāgere cuiāſuis quoduis eſt.

Te. 75. ¶ Intellectione autem credere incōueniens eſt: non enim in re ſuperabundātia, & defectus eſt, ſed in intellectione: vnumquemq; .n. noſtrum intelliget vtiq; aliquis multo maiorem ſeipſo, augmentans in infinitum. ſed non propter id extra vrbem quiſpiam eſt, extràve tantillā magnitudinem, quam habemus, quoniam intelligit aliquis, ſed quoniam eſt; hoc autem accidit. Tempus autem, & Motus infinita ſunt, & Intellectio, non permanēte accepto, Magnitudo autem, neq; diuiſione, neq; intelligibili augmētatione eſt infinita. Sed de Infinito quidē quomodo eſt, & quomodo nō eſt, & quid eſt dictū eſt.

CVRTII

CVRTII MARINELLI
QVAESTIONVM
Solutio. in Lib. III. Phyſ.

NECESSARIVM *eſt, & motu ignorato* Quę. 1.
ignorari naturam. Sic in text. 1. datur inſtantia: quo-
niam ignorato effectu, non ſequitur, quòd ignoretur
cauſa, & niſi cognoſceretur natura per motum; co-
gnoſcèretur per quietem. ſoluit Burleus in comm. 1. ꝙ
naturam ignorari contingit dup. ſ. uel ſi eſt, vel quid
eſt. dico igitur, quòd ignorato motu quid eſt; non eſt
neceſſe ignorare naturam ſi eſt. Sed ignorato motu
quid eſt, neceſſe eſt ignorare naturam quid eſt. vnde
loquendo de ignorantia oppoſita cognitioni definiti-
uę, ignorato motu ignoratur natura. Egidius ſoluens
argumentum illud, ꝙ ignorato effectu non ignoretur
cauſa, ſic ait. poſſumus aliter ſoluere, & fortè me-
lius: quia licet ſcita cauſa ſecundum id, quòd eſt, non
oportet ſcire effectum: ſcita tamen cauſa ratione ea,
qua cauſa, impoſſibile eſt ignorari effectum: natura
enim non nominat naturam, & quidditatem rei ab-
ſolutè; ſed nominat ipſam, ut eſt ratio, & principium
motus. ſcire ergo naturam, vt natura eſt, eſt ſcire eſ-
ſentiam non abſolutè; ſed vt cauſa, & principium mo
tus. &, quia non poteſt ſciri cauſa, vt cauſa ſine cogni
tione effectus; non poteſt cognoſci natura, ut natura
eſt, niſi cognoſcatur, & motus: motus enim eſt de il-
lis effectibus, qui habent ordinem patentem ad ſuam
cauſam; quibus ignoratis ignoratur & ipſa cauſa.
Iand. verò Q. 1. inquit, quòd ignorato motu neceſſe

eſt ignorari naturam ignorantia oppoſita cognitioni definitiua, & perfectæ ipſius naturæ.

Quę.2. *INFINITVM apparere in continuo eſt ſententia philo. in tex. 1. tamen ipſe negat infinitum. ſoluit Auer. in com. quòd continuum dupliciter poteſt definiri, primò uia compoſitiua, & hoc pacto definitur in prædicamentis continuum, ubi Auerr. in fine com. ait continuum eſt, cuius partes ad aliquem terminum communem copulantur. itaque infinitum non cadit in eius ratione. Secundò uia reſolutiua, vnde dicitur continuum diuiſibile in infinitum, & cadit infinitum in eius ratione. & hanc etiã ſolutionem dat Simpli. in com. 1. & D. Thom. Ac Alber. ait cap. 1. continuum dupliciter definitur: ſi enim conſideretur natura continui ſecundum, quòd ipſum habet formã, quę per diuiſionem non ſeparatur ab ipſo; abſque dubio infinito indigemus in defi. eius, eo quòd diuidentia ſemper manent in forma, ac ratione totius diuiſi: ſi autem attendatur natura cõtinui ſecundũ, quòd ad terminum aliquem partes continui terminantur; non indigemus infinito in ratione eius.*

Quę.3. *MOTVM non eſſe in aliquo prędicamento ſentit phi. tex. 4. ſed in prædicamentis ponit eum in prędicamento paſſionis. gloſſat propoſitionem Alber. in ca. 3. tex. 3. & primum narrat dicta Auic. in ſuffici. qui demonſtrat multas opiniones eſſe circa præſens quæſitum: ſunt enim quidam, qui comparauerunt motum ad mouens quatenus eſt actus mouentis, & poſuerunt eum in prædicamento actionis. alij comparauerũt motum ad mobile, quia eſt actus mobilis, quem ſuſcipit à mouẽte, quo aliquid abijcitur ab ipſo. et ſic in prædicamento paſſionis: attamẽ Aui. ait eſſe in diuerſis præd. Sed nõ attribuit ei eſſe in aliquo genere propriè, ſed potius eſt uia ad genus, & prædicamẽtum. unde ſumitur uia generis pro genere. dein*

de

de profert eius opinionem his uerbis. Alind eſt loqui de motu ſecundum eſſe, quod habet in mobili: & aliud loqui de ipſo ſecundum quod eſt cauſans, & efficiens aliquid in mobili, quod mouetur. ſi nos loquimur de motu ſecundùm eſſe, quod habet in mobili; loquimur uerè de eſſentia motus: nam cum hoc modo ſit imperfecta perfectio eius, quod mouetur; oportet neceſſariò, quòd inquantum eſt perfectio, formaliter conueniat cum eo, quod eſt perfectio pura, & perfecta. Quare dixerunt quidam illuſtres uiri, quòd motus non differt eſſentialiter à forma, ad quam ipſe eſt. inquantum autem eſt imperfecta perfectio, differt à forma, ad quàm eſt motus per eſſe imperfectionis, et permixtionis cum priuatione illius formæ, ad quam tendit motus. & hoc modo motus eſt in tot prædicamentis, in quot eſt forma, quæ per motum acquiri poteſt. ſi autem motus comparetur ad mouens, à quo prouenit; motus eſt actionis agentis effectus, & fundatur in actione. ſi autem conſideratur, ſecundum quod eſt affectio mobilis, quæ cauſatur à motu, hoc eſt à forma fluente de eſſe in eſſe, eo quòd mouetur; ſic eſt in prædic. paſſionis ſecundum rei ueritatem.

MOTVM *eſſe in mobili eſt ſententia tex. 17.* Quę.4. *hoc aũt uidetur falſum: ſequeretur .n. ut aliquid daret alteri id, quod non haberet, & in quo eſſet actio, non eſſet motus; actio enim eſt motus. ſoluit Ianel. Q.4. ſic. quòd motus eſt actus mouentis, vt principij actiui, à quo eſt motus, & eſt actus mobilis, ut ſubiecti receptiui, ſicut calefactio eſt actus ignis ut à quo, & actus aquæ ut in quo. motus etiam poteſt eſſe in mouẽte per accidens; quia eſt aliquod mouens, quòd mouetur. & hæc reſponſio eſt Ariſt. in tex. ut dicunt* Egidius, & D. Tho. & *omnes in coment. &* D. Tho. *in fine comen. ait, quòd motus, ſecundum quòd procedit à mouente in mobili, eſt actus mouentis, & ſecundùm,*

eundùm; quòd eſt in mobili à mouente eſt actus mobilis. unde Ariſtote. concludit, quòd motus in mobili, & mouente eſt idem ſubiecto, ſed differt definitione; quoniam, ut ait in comen. Egidius, in mouente dicitur actio, & in mobili dicitur paſsio. and. in Q. 4. ait, quòd motus non eſt in mouente per ſe, ſcilicet inquantum mouens, ſed poteſt eſſe in eo per accidens, & hoc inquantum mobile; quia aliquod mouens eſt in potentia ad aliquem actum recipiendum, & ad ipſum tranſmutatur ab aliquo alio, & hoc non inquantum mouens. & in ſolutione rationum, quòd aliquid præhabere actum, quem dat, debet intelligi dupliciter: Primò formaliter, ſcilicet quòd ſit informatum ſimul actu, ſicut cum calidum calefacit: & ſic eſt in generationibus vniuocis. Secundò virtualiter ſcilicet, quòd habet uirtutem per ſe determinatam ad huius actum producendum, & ſic mouens dat motum, vel mouens habet ipſum motum. deinde inquit, quòd motus eſt actus mouentis, ut efficientis, & non ſubiecti.

Quę. 5. OMNE mouens in mouendo moueri ſentit phil. tex. 16. & in. 5. phyſ. text. 1. tamen datur inſtantia de primo motore, & aliis ſeparatis: anima enim mouet animal, & ſol trahit uapores, & ab ipſis nō mouetur. gloſſat hanc propoſitionem Zima. Theo 94. & narrat ſolutionem Themiſtij, à qua accipitur hæc limitatio, quòd in mouentibus corporeis mouens eſt neceſſe moueri uel eodem motu, vel diuerſo ſaltem in ſpecie: non enim eſt neceſſarium, ut eadem ſpecie motus mouens, & motum moueatur. & addit ex Aue. ſententia, ꝙ propoſitio vniuerſaliter eſt uera de motu locali ſecundū uiā Peripateticorū, hoc eſt ꝙ omne mouens corporeum localiter non mouet, niſi localiter moueatur, & ꝙ aut eodem modo motus ſecundū numerum, aut ſecundum ſpeciem moueat, & moueatur non eſt neceſſarium; nam ſufficit, vt ſit identitas in

genere

genere tantùm. vnde fallit allegata propoſitio in motu alterationis: non.n. omne corpus alterans alteratur, nec eadem ſpecie, nec ſecundùm genus. Sed datur inſtantia de magnete mouente ferrum localiter. Ipſe reſpondet, ꝙ omne mouens corporeum localiter immediatè aliquid in mouendo localiter mouetur: quia et ſi magnes nō mouet ferrum immediatè localiter, mouet tamē eum qualitate alterante medium. alia multa dicit; ueluti quòd illa quæ ſine tactu, & motu attrahūt, illa dicitur attractio æquiuocè: attractio n. in rei ueritate eſt, in qua mouēs mouetur cum attracto: & hoc quando attractum ad ipſum non fuerit quieſcens. Sed attractio, in qua attrahens eſt quieſcens, & attractum motum, non eſt attractio re uera, ſed attractum mouetur ex ſe ad attrahens, ut perficiat ſe, ſic mouetur ferrum ad magnetem, & alia. vnde habemus, quòd hac ſententia, Omne mouens corporeum localiter mouens aliud corpus in mouendo localiter mouetur, habet ueritatem in illis motibus, quæ fiunt ab extrinſeco, quorum meminit Ariſt. 7. Phy. tex. 10. in motibus autem factis ab intrinſeco generaliter propoſitio verificari non poteſt, ſicut uaporis ad ſolem. Et, quia elementa ſe mouent per accidens mouendo medium, ſicut Auer. 3. cœli. com. 28 addit, ꝙ in motu locali licet omne mouens corporeum localiter immediatè mouens aliud per ſe motum in mouendo localiter moueatur; nō oportet tamen, quòd tale ſemper ſit per ſe motum; ſed ſufficit, quòd ſit per ſe, uel per accidens motum. ſed D. Thom. in com. inquit, quod moueri accidit mouenti, & non per ſe ei competit. ſ. inquantum eſt mobile, & non mouens. & Tat. reſpondet, quòd ibi propriè capitur mouens pro mouente motu alterationis, qui m producit in paſſo. talis igitur propoſitio conuenit cum illa, quæ eſt in libro de generatione, vbi dicitur, ꝙ omne agens in agendo mouetur.

tur. Dico ſecundò, quòd ad hoc quòd agens agat, oportet, quòd uirtus actiua agentis ſit fortior reſiſtiua patientis: tertiò; quòd ut hæc propoſitio ſit uera, tres conditiones requiruntur, prima, quòd agens, & patiens communicent in materia ut Auer. 1. de gen. comen. 47. & D. Tho. in com. Ideo, licet primus motor moueat hæc inferiora; non tamen mouetur ab ipſis. ſecunda, quòd uirtus actiua paßi ſit fortior uirtute reſiſtiua agentis. tertia, quòd vtrunque ſit infra ſphærã actiuitatis. i. quòd utrunq; habeat uirtutem attingendi alterum in tanta diſtantia. quare licet cęlum agat in hæc inferiora; tamen ea nõ agunt in cœlum. & Egidi in com. ſic inquit qđ licet ipſa mouentia contingãt moueri, non tamen mouentur. in eo, quòd mouentia, ſed in eo, quòd mobilia; accidit, n. mouenti, quatenus mouens eſt, vt moueatur. & hæc eſt reſponſio Ariſt. ſic Auer. in com. ſed quia non agit niſi per contactum cum ſit corpus; idcirco contingit ei neceſſario moueri, ab eo qđ mouet: ſed hoc non eſt ſecundũ ꝙ eſt mouens actu, ſed ſecundũ ꝙ potentia mouens; quia, ut ait D. Tho. omne, qđ prius eſt in potentia, & poſtea in actu quodãmodo mouetur. mouẽs aũt inuenitur prius eſſe mouens in potentia, deinde mouens actu. ergo mouetur. & Bur. com. 17. aſſerit, qđ omne mouens naturale in mouẽdo mouetur. ſuppoſitis duabus conditionib. ſ. quòd ſit in potentia mouens, ita ꝙ quãdoq; moueat, & quandoque non: & quòd ceſſatio eius à motu ſit vera quies, vt exponit com. unde omne mouens in potentia, cuius immobilitas eſt uera quies non mouet, niſi moueatur, dummodo tale communicet in materia cum motor. dico igitur quòd non oportet omne mouens moueri in mouendo, quia primũ mouens eſt penitus immobile: & quòd omne mouens corporeum mouendo mouetur; ſed non omne mouens corporeum mouetur à moto ab eo, nec eodem motu ſecundum ge-

nus;

nus: nam cœlum mouet inferiora motu alterationis, & non mouetur ab illis tali motu: tandem quòd omne mouens corporeum communicans in materia cum moto mouetur à moto proximo. & hoc ſi communicet cum moto in ſubiecto receptiuo formæ contrariæ illæ formæ, quæ agit. quando autem non communicant in ſubiecto receptiuo formæ contrariæ illius formæ, per quam agit; non oportet: quoniã ſenſibile non communicat cum ſenſu in ſubiecto receptiuo formæ contrariæ. ideo ſenſibile mouens ſenſum non patitur ab eo, nec oportet, quòd moueatur à quocunque moto ab eo quantuncunque remoto.

IN textu. 18. dubitat Iauel. an unus motus numero ſit actio, & paſſio, ita quòd ſint unum realiter; ait enim phil. quia ſimiliter unius vtriuſque actus: ſoluit dicens, quòd actio ſumitur dupliciter: aliquando pro quacunque efficientia, ſiue productione Phyſica, uel metaphyſica: aliquando pro productione, quæ verè eſt cum motu phyſico, & cum tranſmutatione ſubiecti. & de hac nunc eſt ſermo. Deinde actio, & paſſio phyſica conſideratur bifariam, quantùm ad id quod dicunt in recto: & quantùm ad id, quod dicunt in obliquo. in recto quidem dicunt motum; nam hæc eſt eſſentialis, actio eſt motus, & ſimiliter paſſio. in obliquo aũt dicunt reſpectum cauſæ, & effectus, ſed diuerſimodè: nam actio dicit relationem cauſæ ad effectum, & ſignificatur per hoc, quod eſt ab aliquo egredi, uel originem duci. paſſio autem dicit reſpectum effectus ad cauſam ſcilicet ipſius motus, ut eſt in paſſo cauſatus ab agente. vnde actio, & paſſio ſumptæ in recto ſunt vnum realiter. in obliquo autem non; ſed differunt deſ. At Burleus ait omnes ſolutiones fundantur in hoc, quòd actio, et paſſio ſunt unus motus ſecundùm ſubiectum, ſiue materialiter; ſed differunt ratione definitiua. Sic & Iand. Quę. 6.

& Tata. pro ſolutione autem ſupponitur, quòd actio formaliter, ut eſt prędicamentum, non eſt niſi reſpectus extrinſecus agentis ad paſſum, & paßio reſpectu patientis ad agens. & ſic non eſt intelligendum, quòd ſint unus motus, immo ſunt duo reſpectus extrinſeci realiter diſtincti adinuicem. Secundò capitur materialiter, puta pro illa forma, quæ producitur ab agente in paſſum, cuiuſmodi eſt calidítas producta ab igne in aqua. ſic actio, & paßio ſunt unus motus accipiendo motum materialiter pro forma fluente, ut uult Scot. in 5. metaphyſi. Quæſt. 6. & aduerte, quòd actio eſt duplex ſcilicet immanens, & tranſiens. immanens eſt operatio permanens alicuius potentiæ, ut uidere, & audire. tranſiēs eſt reſpectus extrinſecus agentis ad paſſum. quare talis diuiſio eſt ęquiuocè in æquiuocata; quia actio immanēs eſt in prædicamento qualitatis: ſed actio trāſiens eſt in prædicamēto actionis: quia non eſt niſi reſpectus agentis ad paſſum. At Ian. Q. 5. inquit. licet actio, & paßio fundentur in eodem motu ſecundum numerum; tamē hoc eſt ſecundum diuerſas rationes formales.

Quę. 7. *ACTIONEM, & paßionem eſſe in patiente uult Phil. in tex. 19. Sic & Ianel. Q. 5. ſoluit Tat. q. actio, ut eſt prædicamentum, ſeu formaliter capta, quæ non eſt niſi reſpectus agentis ad paßum, eſt in agente tanquā in ſubiecto, & forma, quæ dicitur potētia actiua, ut in fundamento proximo. ſic paßio eſt in patiente tanquā in ſubiecto, & in potentia paßiua tanquam in fundamento proximo. itaq; patet, quòd actio eſt ſubiectiuè in agente, paßio uerò ſubiectiuè in patiente. Et ſi quis dicat, quòd Ariſ. ait in textu, quòd actio, & pasſiō ſunt in patiente. reſpondeo quòd ibi actio, & pasſio capiuntur materialiter pro connotato, puta pro forma producta ab agente in paſsū.*

IN

IN perpetuis non differre eſſe à poſſe ſcribit Philo. tex. 32. multi autem dant inſtantiam de prima materia, quæ eſt æterna, et habet potentiam: & Mars, qui eſt in ſigno Cancri, poteſt eſſe in Ariete. ſoluit Zim. Q. 116. his uerbis. Intelligitur de æternis, quæ ſunt actus, & formæ: nam prima materia ſubſtantiatur per poſſe. Similiter orbis cæleſtis, qui eſt materia in actu, eſt in potentia ad ubi; licet non ſit in potentia paſsiua contradictionis in ſubſtantia, per quam res poteſt eſſe, & non eſſe. aduerte tamē, quòd in formis æternis citra primum, quãquam non eſt potentia realis; tamen poteſt eſſe aliquid potentiæ Logicæ, quæ nihil reale dicit; ſed ſolum eſt non repugnantia; quia non repugnat intelligentiæ Saturni inquantum ens, ut ſit perfectior, quàm ſit. Egid. in Com. gloſſat ſic, quòd illa propoſitio non eſt Ariſt. ſed antiquorum; & ſi ſupponatur, quòd ſit; eſt intelligenda, quòd in perpetuis non differt eſſe ſubſtantiale à poſſe, hoc eſt à potentia, quæ eſt ad eſſe ſubſtantiale: quoniam ſecundum intentionē Philo. quæcunque ſubſtantia poteſt eſſe æterna, illa eſt æterna. & tādē ait, ꝙ in ſubſtantiis æternis non differt eſſe à poſſe; tamen differt facere à poſſe facere, quare non ſequitur ſubſtantia æterna poteſt facere; ergo facit; tamen ſequitur, ſubſtantia æterna poteſt eſſe; ergo eſt. ſed alio modo intelligit propoſitionem Burleus, dum inquit. potentia dicitur reſpectu actus. et ſicut duplex eſt actus, vnus primus, ut eſſe, alius ſecundus, vt agere, uel operari, ſic duplex eſt potentia, una reſpectu eſſe, et eſt potentia paſsiua: quæ enim ſunt in potentia, ut ſint, ſunt in potentia paſsiua materiæ. alia potentia eſt reſpectu agere, & hæc eſt actiua. cum igitur dicitur, quòd in perpetuis non differt eſſe, & poſſe; non loquimur de uirtute, ſiue de potentia actiua ſumpta reſpectu agere; ſed de poten- Quę. 9.

tia

tia reſpectu eſſe: eſt enim ſenſus, quòd in eis non differt eſſe, & poſſe. quare non prius ſunt in potentia paſsiua naturæ, quàm ſint; ſed ſtatim cũ poſſunt eſſe, ſunt. & Iand. Q. 9. inquit, quòd in perpetuis omnino intranſmutabilibus non differt aliquo modo realiter eſſe, et poſſe, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ à materia, & magnitudine. ſecundò ait, quòd in perpetuis tranſmutabilibus, ut corpora cœleſtia, & materia prima, quæ quidem ſunt tranſmutabilia aliquo modo, ut cælum reſpectu ubi, & materia ratione priuationis; non differt realiter eſſe eſſentiale, & poſſe, quod eſt reſpectu eſſe eſſentialis. Et uocat eſſe eſſentiale, quod eſt idẽ eſſentialiter cum eſſentia talis entis, ſicut ipſi materiæ eſſe materia eſt idem eſſentialiter cum ipſa materia. Tertiò ait, quòd in his differt eſſe ſuperadditum, et poſſe; ueluti eſſe ſuperadditũ eſſentiæ eſt ut in corpore cæleſti eſſe in tali ubi, uel tali. Iauel. eandem dat ſolutionem, & uocat eſſe ſuperadditum eſſe accidentale. Auer. autem ſic explanat. poſsibile in rebus æternis, quas non continet tempus, eſt neceſſarium: quod enim eſt, eſt poſsibile, ut ſit, & ut non ſit, ſi eſt in indiuiduis ſpecierum, quæ continet tempus.

Qu. 10. DVBITAT Burleus tex. 41. ubi ait Ariſto. numerabile numerus eſt; et habens numerum, an omnis numerus poſsit eſſe actu numeratus: partium enim continui numerus eſt in infinitum, & actu non numeratur. deinde ſoluit, quòd numerus accipitur dupliciter ſcilicet largè, & ſtrictè: largè, omnis multitudo quoquomodo diſtincta dicitur numerus, & ſic aliquis numerus eſt infinitus. quare numerus partium continui, et puncti in linea eſt infinitus. ſtrictè accipitur numerus pro multitudine entiũ per ſe, & ſeorſum exiſtẽtiũ, uel poſsibiliũ per ſe & ſeparatim exiſtere, & ſic oĩs numerus actu numeratus.

NVME-

NVMERVM non eſſe infinitum actu ſentit Qu.11.
Phi.tex.41.datur inſtantia, nam cum continuum ſit
diuiſibile in infinitum;oportet, quòd partes illius nu-
merentur:non datur enim numerus, qui non ſit nu-
merabilis,quia numerus potentiæ materiæ eſt infini-
tus.ſoluit Iand. Q. 2. ubi dubitat, an detur infinita
multitudo actu, & ait, ꝙ multiplex eſt multitudo:
quædam eſt rerum differentium ſecundum formam,
& hæc eſt multitudo generum, & ſpecierum.quædã
eſt rerum differentium ſecundum quantitatem. &
hæc eſt multitudo indiuiduorum corporalium,et ma-
terialium, quæ ſunt diſtincta,& diuerſa ab intrinſe-
co principio diuerſitatis,uel differentiæ.Eſt & ter-
tia multitudo,quæ eſt aliquorum, quæ nec per ſe ſe-
cundum ſuas formas differunt, nec ſecundum quan-
titatem continuam, ſicut duo accidentia eiuſdem ſpe
ciei exiſtentia ſimul in uno ſubiecto ſecundum idem
ſui; ut dua paternitates in eodem ſubiecto. uel eſt
multitudo rerum differentium per extrinſeca, ideſt
per terminos reſpectuum quantum ad relationes,
uel per agentia conſeruantia, quantum ad ſpecies in-
tentionales,obiectorum eiuſdem ſpeciei.his uiſis, di
co, quòd multitudo rerum differentium ſecundum
formas, ſiue ſit multitudo generum, ſiue ſpecierũ nõ
eſt ſimpliciter actu infinita: deinde quòd multitudo
indiuiduorum diſtinctorum ſecundum magnitudi-
nes,ut Socrates, & Plato,non eſt actu infinita:Tan-
dem quòd multitudo tertio modo ſumpta eſt infinita.
RELINQVITVR igitur infinitum eſſe po Qu.12.
tentia,ſic in tex.57.obijciunt aliqui, quòd omnis po-
tentia eſt reducibilis ad actum,aliàs eſſet fruſtra,&
uanum dictum Ariſt. ergo infinitum denique erit
actu.ſoluit controuerſiam ipſe Phil.in textu,dicens,
quòd eſſe in potentia eſt duplex.uno modo, quòd ſo-
lum poteſt reduci in actum, ſicut poſſibile eſt hoc
eſſe

eſſe ſtatuam, quòd aliquando ſtatua erit, non dicitur eſſe infinitum in potentia. alio modo aliquid dicitur in potentia eſſe, quòd poſteà fit actu ens, non quidem totum ſimul, ſed ſucceſsiuè. & hoc modo dicitur infinitum eſſe ſimul & in potentia, & in actu; nam quò ad unam partem eſt in potentia, & quò ad aliā eſt actu, ut narrat D. Thom. Egidius, Burleus, Auer. & Simp. & Alb. in ca. 10. aſſerit infinitum in potentia conſiderari dupl: uel ut potentia finitur ad actū purum, ita quòd in actu illo nihil remanet de potētia ad actum. & hoc modo infinitum non dicitur potentia. uel aliquid dicitur eſſe ad actum in potentia, quæ exit ad actum non purum, qui ſemper continet in ſe potentiā ad actum eundem. & hac ſunt, quorū actus eſt in fieri: quia in ratione eius, quòd actu sūt, & ratione eius, quòd fiunt, potentialitatem habēt admixtam ad illius actus ſuccedentem particulam: in his enim eo, quòd in ſucceſsione ſunt, ſemper ſunt aliud, & aliud, non ita quòd diuiſim fiat, ſed quoniam continuò unum ſuccedit alteri. & in tali genere potentiæ actu permixtæ eſt infinitum. & licet infinitum ſit, quod ſemper fit, aut corrumpitur ſecundùm id, quod acceptum eſt de eo; tamen eſt infinitū reſpectu eius, quòd recipitur ſemper alterum poſt alterum. & quia accipiendum ſecundum potentiā, & non ſecundum actum; ideo infinitum dicitur eſſe in potentia. Burleus uerò ait hanc potentiam infiniti dici reſpectu actus, ſed ad actum imperfectū admixtum cum potentia. Egidius autem inquit in com. actus duplex eſt, forma ſcilicet, & motus: ipſe enim motus quidam actus eſt; ſed non eſt actus ſimpliciter, neque eſt actus perfectus, ſed eſt actus admixtus cum potentia. cum ergo dicitur; quòd infinitum eſt in potentia, & quod poteſt poni in actu, et in eſſe; nō eſt intelligendum, quòd ſit in potentia reſpiciente

actum

actum perfectum. quare ſi ponatur in actu, ut eſt poſſibile; non ponetur in actu completo, nec in facto eſſe, ſed in fieri.

MAGNITUDINEM *continuam eſſe diuiſibilem in infinitum ſentit Ariſt. tex. 75. datur tamen inſtantia, quòd nullum finitum habet potentiam infinitam reſpondet Egid. auctoritate Ariſtot. quòd continuum eſt diuiſibile in infinitũ, ſi accipiamus partes ſecundum eandem proportionem, ut diuidendo totum in duas partes, & alteram pariter in duas, & ſecundum hanc proportionem itur in infinitum. ſed, ſi fiat acceptio ſecundum eandem quantitatem, ut quòd ſemper accipiatur ab aliqua magnitudine finita quantitas unius cubiti; non itur in infinitum. Hæc etiam Tata. & Burleus, qui addunt, quòd partes ſunt duplices: quædam ſunt copulatæ, & quædam disiunctę. copulatę dicuntur illæ partes, quæ habent partem aliquã eis cõem, adeo quòd aliqua pars unius ſit pars alterius. partes diſiunctæ ſunt illæ, quæ nõ habent aliquam partem eis communem, imo qualibet pars unius eſt totaliter extra quãdam partem alterius. quare dicunt, quòd qualibet magnitudo finita eſt diuiſibilis in infinitum in partes eiuſdem quantitatis unitas, ſeu copulatas, intelligendo, quòd qualibet magnitudo finita habeat infinitas partes eiuſdẽ quantitatis, quæ ſic ſe habeant, quòd pars unius ſit pars alterius, Iand. in Q. 62. ait, quòd magnitudinem eſſe diuiſibilem in infinitum realiter, non eſt aliud, quàm magnitudinem habere potentiam ad diuiſionem infinitam, ita quòd diuiſio infinita eſt quidam actus ad cuius receptionem ipſa magnitudo habet potentiã receptiuam. duplex autem eſt actus hoc loco, quidam eſt actus permanens, & quidam ſucceſſiuus. & ſucceſſiuus eſt, qui non habet partes ſimul exiſtentes, ſed ſibi ynnicem ſuccedẽtes, ut dies. permanens autem eſt* Qu. 13.

qui non habet ſuccedentes, ſed omnes ſimul exiſtentes; Nunc ſi dicimus, quòd magnitudo habet potentiã ad diuiſionem infinitam; non eſt intelligendum, quòd huiuſmodi diuiſio ſit actus permanens; ſed ſucceſſiuus.

Qu.14. *VNVM eſſe indiuiſibile eſt ſententia Ariſt. in tex.68. qualis eſt homo. ſed cum homo ſit quoddam cõtinuum: hoc videtur eſſe falſum. ſoluit* Burl. *ſic, quòd unum dicit indiuiſionem in natura, cui additur oppoſita multitudo, in eadem natura, ut unus homo eſt ita unus homo, quòd non multi homines, & unum animal ita unum animal, quòd non plura. attamen unum non ſemper dicit indiuiſionem ſimpliciter; ſed indiuiſibilitatem in illa natura. unde homo non eſt ſimpliciter indiuiſibilis: quia poteſt diuidi in carnes, & oſſa; tamen unus homo eſt indiuiſibilis in alios homines. & hoc etiam ait Auer. ita, quòd cauſa in hoc, quòd unum eſt indiuiſibile, eſt quia omnis res eſt una per formam ſuam, & forma eſt indiuiſibilis per ſe.*

Qu.15. *QVARE neceſſe erit ſtare ad indiuiſibile in numeris, in eodem textu: attamen numerus eſt augmentabilis in infinitum per diuiſionem cõtinui. gloſſat* Burleus*, quòd accipiendo numerum propriè. ſ. ſecundum quòd eſt multitudo rerum actu ſeorſum exiſtentium, non contingit procedere in infinitum. ſi tamen loquimur de quacunque multitudine ſiue exiſtentium actu ſeparato, ſiue inexiſtentium; talis multitudo eſt infinita. ſed non omnis numerus diuiſibilis eſt in infinitum; uerum numerus ſolum infinitus. & hæc narrat etiam Lyconienſ. & D.Thom. in com. auctoritate Ariſt. quòd hic numerus, qui multiplicatur in infinitum, non ſeparatur à diuiſione continui, neq; eſt infinitus, ſicut aliquid permanens; ſed ſemper ſicut in fieri exiſtens, inquantum ſucceſſiuè additur ſupra quemlibet numerum datum.*

ARISTO-

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

Agit Ariſtot. in hoc quarto lib. de loco, uacuo, & tempore.
A tex. 1. ad 50. ſcribit de loco.
A tex. 50. ad 87. agit de uacuo.
A tex. 87. uſque ad finem legitur de tempore.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

LOCVTVS eſt Ari. in li. 3. de his, quæ compe tunt motui intrinſecè; nunc, quæ adueniunt motui ex trinſecè, explanat, ut de loco, uacuo, & tempore. ſed ad phi. naturalem hoc capite oſtendit pertinere de loco agere, deinde adducit multas rõnes famoſas affir mãtes locũ eſſe, & non eſſe. ꝙ philoſophus naturalis probet motum eſſe, demõſtrat duplici ratione, prima ex parte ipſius loci, ubi ait [etenim, quæ ſunt] ſecũda eſt ibi [atq; motum cõmunis maximè] rationes autẽ probantes locum eſſe ſunt numero quatuor, prima eſt, ubi ait [quod igitur locus ſit.] ſecunda eſt ibi [am-

 plius

plius autem lationes phyſicorum] tertia ſumitur ab opinione antiquorum, ubi inquit [amplius uacuum affirmantes] quartam narrat dicens [& uidetur autem & Heſiodus rectè dicere,] illæ uerò rationes, quę affirmant locum non eſſe, ſunt ſex. prima eſt ibi [quærendum enim eſt genus ipſius primum] ſecundā exponit, ubi ait [amplius ſi eſt corporis locus] tertia eſt hęc [quid enim tandem & nos ponemus] quarta eſt ibi [amplius autem, & cuiuſnam] quintam, quæ eſt Zenonis narrat dicens [amplius autem, & ipſe] ſextam, & ultimam aſſerit ſic [amplius ſi, ut omne].

Summæ primæ Caput primum, in quo famoſæ afferuntur rationes, tum affirmantes, tum negantes locum eſſe.

Tex. 1. SImiliter autem neceſſe eſt Naturalem & de Loco, vt & de Infinito cognoſcere, ſi eſt, an non: & quomodo eſt, & quid eſt. Etenim quæ ſunt, omnes exiſtimãt alicubi eſſe: quod verò non eſt, nũſquam eſſe. ubi enim eſt Hircoceruus, aut Sphinx? Atque motuũ cõmunis maximè, maximèq; proprius ſecundum locum eſt, quem uocamus Lationem.

Tex. 2. ¶Habet autẽ multas dubitationes, quidnam ſit Locus: non enim idem videtur ſpeculantibus ex omnibus, quæ inſunt. Amplius autem neque habemus quicquam ab aliis, aut antè dubitatum, aut prius traditum de ipſo.

Tex. 3. ¶Quòd igitur locus ſit, uidetur manifeſtum eſſe ex tranſlatione: vbi nanque nunc eſt aqua, hinc egreſſa tanquam ex uaſe, iterum aer ineſt: aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet. hòc autem ab

iis,

iis,quæ inſunt,& transferuntur;omnibus alte rum eſſe uidetur : in quo enim aer nunc eſt, aqua in hoc prius erat . quare manifeſtum eſt, ꝙ locus,& regio aliquid erat diuerſum ab vtriſ que , ad quam , & ex qua transferebantur.

¶Amplius autem lationes Phyſicorum cor- porum, & ſimplicium, vt ignis, & terra, & ta- lium , non ſolum oſtendunt , quòd eſt aliquid locus;ſed quòd & habet quandam potentiam: fertur enim vnumquodque in ſuum locum, non prohibitum,illud quidem ſurſum,hoc ve- rò deorſum. hęc autem ſunt loci partes,& ſpe- cies,ſurſum, & deorſum, & reliqua diſtantia- rum ſex. ¶Sunt autem talia non ſolùm ad nos dextrum & ſiniſtrum,atq; ſurſum & deorſum (nobis enim non ſemper idem, ſed ſecundùm poſitionem, vt conuertimur,fiunt: idcirco idē crebro dextrum & ſiniſtrum eſt , & ſurſum & deorſum,& antè & retro.)in natura:ſed etiam determinatum eſt ſeorſum vnumquodq;: non enim quodcunq; cōtingit, ſurſum eſt;ſed quò fertur ignis, & leue: ſimiliter verò & deorſum, non quodcunq; cōtigit ; ſed quò habentia gra uitatem,& terrea,tanquam non poſitione dif- ferentia ſolùm,ſed & potentia.Oſtendunt autē & Mathematica: cùm enim non ſint in loco ; tamen ſecundùm poſitionem ad nos habent dextra; & ſiniſtra (vt ſolùm intelligatur ipſo- rum poſitio)non habētia natura horum vnum- quodque : ¶ Amplius,vacuum affirmantes eſ- ſe, locū eſſe dicunt: Vacuū enim locus erit ſanè priuatus corpore. Quòd igitur aliquid ſit locus præter corpora,& omne corpus ſenſibile in lo co, per hæc aliquis exiſtimabit . Videbitur au- tem vtique & Heſiodus rectè dicere, cum fecit

Tex. 4.

Tex. 5.

Tex. 6.

,, primùm ipſum Chaos: dicit enim, *Omnium qui-*
,, *dem primum Chaos factum eſt; ſed poſtea terra lata.* quaſi oporteret primùm fuiſſe receptaculum ijs, quæ ſunt; propterea quòd putabat, quemadmodum multi, eſſe omnia alicubi, atq; in lo-
Tex. 7. co. ¶ Si autem tale eſt; mirabilis quædam erit loci potentia, & prior omnibus: ſine quo nanque nullum aliorum eſt, illud autem ſine alijs, neceſſe eſt primum eſſe: non enim perit
Tex. 8. locus ijs, quæ in eo ſunt, corruptis. ¶ At vero dubitationem habet, ſi eſt, quid eſt, vtrum moles aliqua corporis, aut quædam altera natura. Quærendum enim eſt genus ipſius primùm. Diſtantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem, atque profunditatem, quibus determinatur corpus omne. impoſſibile autem eſt corpus locum eſſe: in eodem enim eſſent
Tex. 9. vtiq; duo corpora. ¶ Amplius, ſi eſt corporis locus, ac receptaculum; manifeſtũ eſt, quòd & ſuperficiei, & reliquorum terminorum: eadem enim conueniet ratio: vbi nanque erant prius aquæ plana, erunt rurſum, quæ ſunt aeris. At verò differentiam nullam habemus pũcti, & loci puncti. quare, ſi neque ab hoc eſt locus diuerſus; neque ab aliorum vllo, neque eſt quicquam, præter unumquodque horum, lo-
Te. 10. cus. ¶ Quid enim tandem nos ponemus eſſe locum? neque enim elementum, neque ex elementis aut corporeis, aut incorporeis eſſe poteſt talem habens naturam: magnitudinem enim habet, corpus autem eſt nullum. ſunt autem ſenſibilium corporum elementa corporea, ex intelligibilibus autem elementis nulla
Te. 11. fit magnitudo. ¶ Amplius autem & cuiuſnam ponet aliquis ijs, quæ ſunt, cauſam eſſe locum?

cum? nulla enim quatuor cauſarum ipſi ineſt. Neque enim eſt vt Materia eorum, quæ ſunt. nam nihil ex ipſo conſtitutum eſt.neq; vt Forma, & ratio rerum: neque vt Finis: neque mouet ea, quæ ſunt. ¶ Amplius autem & Te. 12. ipſe, ſi quid eſt eorum, quæ ſunt, alicubi erit: Zenonis enim dubitatio quãdam rationẽ quæ rit. Si enim omne, quod eſt, in loco eſt; manifeſtum eſt, quòd & loci locus erit? atque hoc in infinitũ procedet. ¶Amplius, ſi, vt om Te. 13. ne corpus eſt in loco; ſic & omni in loco corpus eſt: quomodo ergo dicemus de ijs, quæ augmentãtur? neceſſe enim eſt ex his, augmẽtari locum ſimul cum ipſis; ſi neque minor, neque maior cuiuſque locus eſt. Propter hæc ergo non ſolum quid eſt; ſed etiam ſi eſt dubitare neceſſe eſt.

EXPLANATIONES.

SVNT] .ſ. *in loco*[*ab alijs*] .ſ.*antiquis* [*hoc*] .i.*locus*[*ab utriſq;*].i.*ab aere, & aqua* [*& talium*] .i.*& aliorum huiuſmodi grauium, & leuium* [*potentiam*].i. *uirtutem conſeruatiuam locati* [*illud*] .i. *leue*[*hoc*].ſ.*graue* [*talia*] .i *ſpecies, & partes loci* [*idem*].ſ.*ſurſum,uel deorſum*[*tanquam non*].i.*& hæc non ſolum*[*habentia*].ſ.*poſitionem*[*natura*] .i.*ſecundum naturam*[*per hæc*] .i. *per rationes præmiſſas*[*cum fecit*].i.*qui poſuit factum* [*altera*].i.*alterius generis*[*quibus*].ſ.*dimenſionibus*[*erit*].ſ.*locus* [*reliquorum terminorum*] .i. *puncti, & lineæ*[*plana*].i. *ſuperficies* [*ab hoc*] .ſ. *à puncto* [*ab aliorum nullo*].i.*neque à ſuperficie,neque à corpore erit diuerſus*[*naturam*].ſ.*localem*[*habet*].ſ.*locus*[*elementa*] .i.*principia* [*neque*].i.*neque eſt mouens,uel efficiens* [*ipſis*].ſ.*rebus,quæ augmentantur.*

Summa, & diuiſio in cap. 2.

QVID ſit locus, nunc agit, & adducit duas rationes probantes vel materiam, vel formam eſſe locum. deinde confutat quinque rationibus, locum eſſe formam, probat tali ratione [quoniam autem aliud quidem ſecundum ſe] & concludit ibi [ſic ergo conſiderantibus] eſſe materiã locum, ponit rationem Platonis, vbi inquit [quatenus autem videtur locus eſſe diſtantia] & ex his epilogat difficile eſſe cognoſcere locum, vbi ait [meritò autem ex his conſiderantibus] reprobat opiniones affirmantes locum eſſe materiam, uel formam quinque rationibus, quarum prima eſt [at verò, quòd impoſſibile] ſecunda [videtur autem ſemper id] tertia [Platoni tamen dicendum erat] quarta [amplius quomodo ferretur in ſuum locum] quinta [amplius cum ex aere fit aqua.]

Caput Secundum, in quo afferuntur ea, quæ faciunt dubitare de eſſentia, ac quidditate loci.

Te. 14. QVoniam autem aliud quidem ſecundum ſe, aliud verò ſecundum aliud dicitur: & locus, alius quidem eſt communis, in quo omnia corpora ſunt, alius verò proprius, in quo primo (dico autem communis, vt tu nunc in cœlo es, quia in aere, qui quidem eſt in cœlo: & in aere, quia es in terra: ſimiliter autem & in hac, quia in hoc loco, qui nihil plus, quã te continet.) ſi igitur locus eſt, quod primum continet vnumquodq; corpus; terminus vtiq; erit: quare videbitur ſpecies, ac forma cuiuſq; locus eſſe, quo terminatur magnitudo, & materia magnitudinis: hæc enim eſt vniuſcuiuſq;

Te. 15. terminus. ¶Sic ergo cõſiderãtibus, locus vniuſcuiuſq; forma eſt. quatenus autem videtur locus

tus eſſe diſtantia, magnitudinis materia: hæc nanq; diuerſa eſt à magnitudine. hæc autē eſt id, quod continetur ſub forma, ac definitur, ut ſub plano, ac termino. eſt autem tale materia, & indefinitum: cum enim remoueantur terminus, & paſſiones à ſphæra; relinquitur nihil præter materiam. Quamobrem & Plato materiam, & receptaculum idem eſſe ait in Timęo: ſuſceptiuum enim, & receptaculum unum; & idem. alio uerò modo & ibi dicens ſuſceptiuū, & in ijs, quæ uocantur non ſcripta dogmata; locum tamen, & receptaculum idem eſſe declarauit. ¶ Dicunt enim omnes aliquid eſſe locum: quid autem eſt, hic ſolus aggreſſus eſt dicere. Meritò autem ex his conſiderantibus, videbitur utique eſſe difficile cognoſcere quid eſt locus; ſi quidem horum utrumuis eſt, ſiue materia, ſiue forma. hæc enim & altiſſimam habent ſpeculationem, & ſeorſum à ſe inuicē non facile eſt ipſa cognoſcere. ¶ At uerò, quòd impoſſibile ſit utrumuis horum eſſe locum, nō eſt difficile uidere: forma enim, atque materia non ſeparatur à re, locum autem contingit: in quo namque aer erat, in hoc rurſus aqua, ut dicimus, fit, uiciſſim trāſlatis, & aere, & aqua, & aliis corporibus ſimiliter. quare neque pars, neque habitus; ſed ſeparabilis locus eſt ab unoquoque: etenim uidetur tale quid eſſe locus, quale vas: eſt enim vas locus transferri ualens, uas autem nihil eſt ipſius rei. ¶ Quatenus igitur ſeparabilis eſt à re, eatenus forma non eſt: quatenus uerò continet, eatenus diuerſus eſt à materia. Videtur autem ſemper id, quod alicubi eſt, & ipſum eſſe aliquid, & aliud aliquid extra ipſum. Platoni tamen dicendum erat, ſi

Te. 16. Te. 17. Te. 18.

liceat

liceat digredientes dicere, quare non ſunt in loco & formę, & numeri: ſi quidem id, quod particeps eſt, locus ſit, ſiue magnum, atque par uum ſit id, quod particeps eſt, ſiue materia, quē admodum in Timęo ſcripſit. ¶Amplius quomo do ferretur in ſuum locum; ſi locus eſſet mate ria, aut forma? impoſſibile enim eſt, cuius neq; eſt motus, neque ſurſum, aut deorſum, locum eſſe. quare quærendus in huiuſcemodi eſt lo-

Te. 19.

Te. 20. cus. ¶Si uero in ipſo locus eſt (oportet enim, ſi quidem aut forma, aut materia eſt) erit locus in loco: mutatur enim ſimul cum re, & mouetur & forma, & indefinitum non ſemper in eo dem; ſed ubi utique eſt & ipſa res. quare loci

Te. 21. erit locus. ¶Amplius, quando ex aere aqua facta eſt; periit locus: non enim in eodem loco eſt, quod factum eſt corpus. quæ igitur corru-

Te. 22. ptio? ¶Ex quibus igitur neceſſarium eſt eſſe ali quid locum, & rurſus ex quibus dubitabit utique aliquis de ſubſtantia ipſius dictum eſt. Poſt hæc autem accipiendum eſt, quot modis aliud in alio eſt.

EXPLANATIONES.

QVODDAM] .ſ. *ens* [*primum*] .i. *primo, et per ſe* [*terminus*] .ſ. *ad quem res terminatur* [*quo*] .i. *qua forma, vel termino, qui eſt forma* [*hac*] .ſ. *forma* [*magnitudinis*] .i. *magnitudinis ſpatiu, quæ diſtantia eſt ſeparata à quolibet corpore ſenſibili* [*hac*] .ſ. *diſtantia* [*ut ſub plano*] .i. *ut corpus determinatur ſuperficie* [*terminus*] .ſ. *quo figuratur dimenſio magnitudinis* [*paſſiones*] .ſ. *ſenſibiles* [*pars*] .ſ. *rei locata* [*extra ipſum*] .i. *ab eo in quo eſt* [*in ipſo*] *ſcili cet quod mouetur* [*indefinitum*] *id eſt materia* [*quę*] .i. *qualis loci erit.*

Sum-

Summa, & diuiſio in cap. 3.

AD loci ueritatem inueſtigandam prius conſiderandum eſt, quot modis dicatur aliquid eſſe in alio, & an aliquid poſſit eſſe in ſeipſo. hac facit Ariſtot. deinde ſoluit aliquas rationes Zenonis deſtruentes locum eſſe. dicitur autem aliquid eſſe in alio octo modis, & hoc declarat ibi [uno igitur modo] An poſſit aliquid eſſe in ſeipſo, proponit dicens [dubitabit autem aliquis] quomodo aliquid ſit in ſeipſo explicat his uerbis [dupliciter autem hoc eſt] & q nihil eſt primo in ſeipſo [neq; igitur inductiuè] aliā rationem adducit ſic [& ratione manifeſtum eſt.] quòd neque per accidens, demonſtrat his uerbis [at uerò neque ſecundum accidens] ſoluit quadam dubitata, & rationem Zenonis ibi [q autem Zen. dubitabat.]

Caput Tertium; quot modis dicatur aliquid eſſe in aliquo, nec dicatur aliquid eſſe in ſeipſo, & ſolutio Zenonis.

VNo igitur modo, ut digitus in manu, & omnino pars in toto. Alio vero, vt totum in partibus: non enim eſt præter partes totum. Alio autem modo, ut homo in animali, & omnino ut ſpecies in genere. Alio autem, ut genus in ſpecie, & omnino pars ſpeciei in ſpeciei ratione. Amplius, ut ſanitas in calidis, & frigidis, & omnino forma in materia. Amplius, ut in Rege Græcorum res, & omnino in primo mouente. Amplius, ut in ipſo bono, & omnino in ipſo fine. hoc autem eſt id, cuius cauſa. Omnium autem maximè proprium eſt, quod ut in uaſe, & omnino quod in loco. ¶ Dubitabit autem aliquis, vtrum quippiam in ſeipſo contingat eſſe, an nihil; ſed omnia aut nuſquam, aut in alio. Te. 23. Te. 24.

Dupli-

Dupliciter autem hoc eſt, aut ſecūdum ſe, aut ſecundum alterum. Cùm enim ſint partes totius,& id,in quo,& id, quod in hoc;dicetur totum in ſeipſo: dicitur enim & ſecundùm partes,ut albus;quia ſuperficies alba ſit: & ſciens; quia ratiocinatiuum. Amphora igitur non erit in ſeipſa,neq; uinum; uini uerò amphora erit: quod nanque ineſt,& id in quo eſt,utraq; eiuſdem partes ſunt. ¶ Sic igitur contingit quippiā
Te. 25. in ſeipſo eſſe,ſed primò non contingit;ut albū in corpore: ſuperficies enim in corpore,ſcientia autem in anima.ſecundum hæc autem,quæ ſunt, ut partes in homine, appellationes exiſtūnt.amphora autem,& uinum,cum ſeorſum quidem ſunt; partes non ſunt, ſed cum ſimul. quapropter cum ſint partes;erit ipſum in ſeipſo,ut album in homine, quoniam in corpore: & in hoc:quoniam in ſuperficie: in hac autem non amplius ſecundùm aliud eſt. & diuerſa quidem ſpecie hæc ſunt, & aliam naturam habet utrūque,& potentiam, & ſuperficies,& al-
Te. 26 bum.¶Neque igitur inductiuè cōſiderantibus, aliquid in ſeipſo uidemus ſecundùm aliquem determinatorum:& ratione manifeſtum,quòd impoſſibile eſt: oportebit enim ambo utrūque eſſe(ut amphoram & uas,& uinum eſſe, atque uinum uiuum, & amphoram) ſi quidem contingit quippiam in ſeipſo eſſe. quare, ſi quàm maximè in ſeſe ſint;amphora quidem accipiet uinum,non quatenus ipſa uinum eſt;ſed quatenus illa.uinum autem inerit in amphora, non quatenus amphora ipſum eſt. ſed quatenus illa amphora eſt.Secundum igitur ipſum eſſe, ꝙ alterum ſit manifeſtum eſt: alia nanque ratio
Te.27. eſt eius,in quo,& illius,quod in hoc eſt.¶At ve

rò neque ſecundùm accidens contingit: ſimul enim duo corpora in eodem inerunt: nam & ipſa amphora in ſeipſa erit; ſi id, cuius natura ſuſceptiua eſt, contingat in ſeipſo eſſe, & inſuper illud, cuius eſt ſuſceptiuum; ut ſi uini uinum. Quòd igitur impoſſibile ſit in ſeipſo aliquid eſſe primo, manifeſtum eſt. ¶ Quod autem Zeno Te. 28.
dubitabat, quod, ſi locus eſt aliquid, in aliquo erit; ſoluere non eſt difficile. Nihil enim prohibet, in alio quidem eſſe primum locum; non tamen in illo, ut in loco; ſed ut ſanitas quidem in calidis, ſicut habitus: calor autem in corpore, ut paſſio. quare non neceſſe eſt in infinitum abire. ¶ Illud autem manifeſtum, quòd, cũ uas Te. 29.
nihil ſit eius, quod in ipſo eſt (aliud enim eſt primò, & quod ineſt, & id, in quo ineſt) nõ erit utique aut materia, aut forma locus; ſed aliud: illius enim aliquid hæc ſunt, quod ineſt, & materia, & forma.

EXPLANATIONES.

OMNINO] *.i. uniuerſaliter [pars ſpeciei] ut animal, quod eſt pars ſpeciei [ſecundum alterum] .i. ſecundum partem [partes] .ſ. ita diſpoſitæ [& id in quo, & id quod in hoc] .i. quòd una ſit in quo eſt aliquid, & alia ſit, quòd eſt in illa [ſed hoc totum] .ſ. amphora, & uinum erunt in ſeipſo, ut partes totius [primò] .i. aliquid eſſe in ſeipſo primò [hæc] .ſ. animam, & ſuperficiem [in hac] .i. in ſuperficie [&] .ſ. ſciendum eſt, quòd nec eſt idem id, in quo eſt aliquid primò, & quòd eſt in eo. [determinatorum] .i. ſuperius, uel aliquo modo octo modorum [eſſe] .ſ. primò, & per ſe [contingit] .ſ. aliquid eſſe in ſeipſo.*

Summa, & diuiſio in cap. 4.

MVLTA præterea ſupponit ante definitionem loci

loci.deinde declarat, qualis debeat eſſe eius definitio, & præmittit aliqua ad inueſtigandam illam. ſupponit ergo quatuor, ubi dicit [primum cenſemus igitur locum eſſe] ſecundum [amplius primum locum] tertium ſuppoſitum [præterea neque] quartum [ad hac autem omnem locum] circa Definitionem eius, quot ſint conſideranda, declarat his uerbis [oportet autem tentare] præmittit quatuor conſideranda ante definitionem, & primum, quòd nunquam eſſet inquiſitio loci, ſi non eßet motus, ubi ait [primum igitur conſideraſſe oportet] ſecundum ibi [eſt autẽ quòd mouetur] tertium [quoniam autem dicimus eße in cœlo] quartum [cum igitur non diuiſum ſit.]

Caput Quartum in quo narrantur propoſitiones proportionatæ, ex quibus deuenimus in cognitionem ipſius Loci.

Te. 30. HAec igitur ſint dubitata: Quid autem tandem ſit Locus, hìc vtique fiet manifeſtũ. Accipiamus autẽ de ipſo quæcunque videntur verè ſecundùm ſe ineſſe ipſi. Cenſemus igitur locum eſſe primùm quidem, quòd continet illud, cuius locus eſt, & nihil ipſius rei eſſe. Amplius primùm locum neque minorem eſſe, neque maiorem. Præterea, neque deficere unicuiq;, neque ſeparabilem eſſe. Ad hæc autem, omnem locum habere ſurſum, & deorſum, & ferri natura, & manere in proprijs locis vnumquodque corporum: hoc autem facere, aut

Te. 31. ſurſũ, aut deorsũ. ¶ Suppoſitis aũt his reliqua ſpeculari decet. Oportet aùtem tẽtare cõſiderationẽ ſic facere, vt ipsũ qd eſt reddatur, ut & q̃ dubitãtur, ſoluãtur, & quæ uidẽtur ineſſe loco inſint. & amplius, ipſa difficultatis, & earũ, quæ circa ipſum, dubitationum cauſa erit manifeſta:

ſta: ſic enim pulcherrimè demoſtrabitur vnū quodque. ¶ Primum igitur conſiderare oportet, quòd non quæreretur utique locus, ſi non motus aliquis ſecundùm locum eſſet: propterea enim & cœlum maximè in loco putamus eſſe; quia ſemper eſt in motu. Huius autem aliud quidem eſt latio, aliud verò augmentum, & decrementum: etenim in augmento, & decremento mutatur: & quod prius erat hic, iterum trāſlatum eſt in maius, aut minus. Eſt autem quod mouetur, aliud quidem per ſe actu, aliud uerò per accidens. Eius autem, quod ſecundùm accidens, aliud quidem poteſt moueri per ſe, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia uerò non poſſunt, ſed ſemper ſecundum accidens; vt albedo, & ſcientia: hæc enim ſic mutantur ſecundum locum, quia id, in quo ſunt, mutatur. ¶ Atq; dicimus eſſe in cęlo, ut in loco, quia in aere, hic autem in cœlo eſt, & in aere autem non omni, ſed propter ultimum ipſius, & cōtinens, in aere eſſe dicimus: ſi enim totus aer ſit locus: non æqualis erit vniuſcuiuſque locus, & unumquodque locatum, uidetur autem æqualis eſſe. talis autem eſt, primus, in quo eſt. ¶ Cum igitur non diuiſum eſt, quod continet, ſed continuum; non ut in loco dicitur eſſe in illo, ſed ut pars in toto. cùm uerò diuiſum eſt, & tangens; in primo quodam eſt vltimo continentis, quod neque pars eſt eius, quod in ipſo eſt, neque maius ſpatio, ſed æquale: in eodem enim ſunt ultima ſe tangentium. Et, cum continuum ſit; non in illo mouetur, ſed cum illo: diuiſum autem in illo. Et, ſiue moueatur continens, ſiue non; nihil minus. Amplius autem, cum non diuiſum eſt; vt pars

Te. 32. Te. 33. Te. 34.

pars

pars in toto dicitur, ut in oculo acies, & in corpore manus: cum autem diuiſum eſt; ut in cado aqua, aut in fictili vinum: manus enim cũ corpore mouetur, aqua autem in cado.

EXPLANATIONES.

R E I] .ſ. locatorũ [primus] .i. in quo aliquid primo ineſt [maiorem] .ſ. locato [quæ] .ſ. proprietates [huius] .ſ. motus [mutantur] i. accipiunt uel maiorem, uel minorem locum [poſſunt] .ſ. moueri per ſe [ultimum] .i. ultimam extremitatem aeris, quæ cõtinet aliquem [ſit locus] .i. ſit locus alicuius, ut Socratis [primus] idest primò [non diuiſum] ſcilicet à corpore contento [in eodem] .i. ſimul [continuum] ideſt continens continuum continenti [in illo] ſcilicet continente [diuiſum] .i. ſi continens non ſit continuum continenti; tunc poteſt moueri in continente [dicitur] ideſt tunc dicitur eſſe in eo.

Summa, & diuiſio in cap. 5.

L O C V M non eſſe neque materiam, neque formam, neque ſpatium demonſtrat hoc quinto capite Ariſt. ſed terminum immobilem corporis continẽtis. proponit ibi [horum autem quòd tria] deinde adducit duas rationes, unam probantem, quòd uideatur locus eſſe forma. quæ eſt [ſed propterea quòd continet] aliam deſtruentem ſic [ſunt igitur] poſtea narrat ſimilitudinem ſpatij cum loco ſic [ex eo autẽ quòd] et improbat id eſſe locum duabus rationib. prima eſt [hoc autem non eſt] ſecunda [ſimul autem & locus] Materiam eſſe locum deſtruit, ſed prius oſtendit, cur materia uocetur locus, ubi inquit [& materia etiam uidebitur] deinde improbat ſic [ſed materia quidem] Remotis his tribus definit locum eſſe terminum corporis continentis. & hoc declarat

ubi

ubi ait [ſi igitur] deinde propriam differentiam loci aſſerit eſſe immobilitatem , ubi inquit [ut autem vas locus eſt] & iterum concludit ex præmiſſis definitionem loci comple'am ſic [quia continentis terminus] & ultimò oſtendit definitionem eſſe rectè aſſignatam ſic [atque propter hoc medium cœli.]

Caput quintum, in quo traditur definitio Loci, & ex dictis propoſitionibus notificatur quid ſit.

IAm igitur manifeſtum ex his, quid eſt locus : Quatuor enim ferè ſunt, quorum neceſſe eſt locum vnum aliquid eſſe: aut enim forma eſt, aut materia, aut ſpatium aliquod medium extremorum, aut extrema : ſi non eſt vllum ſpatium præter inexiſtentis corporis magnitudinem. Horum autem , quòd tria non poſſit eſſe manifeſtum eſt Sed, propterea quòd continet; videtur Forma eſſe: in eodem enim ſunt extrema continentis, & contenti. Sunt igitur vtraq; termini, ſed non eiuſdem : ſed forma quidem rei, locus autem continentis corporis. ¶ Ex eo autem, quòd mutatur ſæpe, manente continente, contentum, & diuiſum, vt ex vaſe aqua; ipſum medium eſſe aliquod videtur Spatium, tanquam aliquid exiſtens præter ipſum corpus tranſlatum. Hoc autem non eſt, ſed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur, ac tangere apta natura ſunt. ¶ Si autem eſſet aliquod ſpatium aptum natura, ac manens in eodem loco; infinita vtique eſſent loca: tranſlato enim aere, & aqua, idem facient partes omnes in toto, quod nunc tota aqua in vaſe. ſimul autem, & locus erit mutatus: quare erit loci & alius locus, & multa loca ſimul erunt : non eſt autem alius locus partis, in quo mouetur, cum totum

Te. 35. Te. 36. Te. 37.

N vas

vas transfertur, ſed idem: in quo enim ſunt, viciſſim tranſferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ; ſed non, in quo ſunt, loco, qui pars eſt eius loci, qui eſt locus totius cœli. ¶ Et Materia

Te. 38. etiam videbitur vtique eſſe locus, ſi in quieſcẽte aliquis conſideret, & non ſeparato, ſed continuo. Vt enim ſi alteratur, eſt quippiam, quod nunc quidem album eſt, olim autem nigrum; & nunc quidem durum, olim autem molle: (quapropter dicimus eſſe aliquid materiam) ſic & locus per talem quãdam eſſe videtur imaginationem. Verùm illud quidem, quoniam quod erat aer, hoc nunc aqua eſt. locus verò; quoniam vbi nunc erat aer, hic nunc eſt aqua. Sed materia quidem, ſicut dictum eſt in prioribus, neque ſeparabilis à re, neque contiTe. 39. nens eſt locus: autem ambo. ¶ Si igitur nihil horum trium locus eſt, neque forma, neq; materia, neque ſpatium ſemper aliquid exiſtens alterũ præter ſpacium rei tranſlatæ; neceſſe eſt locũ eſſe reliquum ex quatuor, continentis. ſ. Terminum corporis. dico autem contentum corpus, quod mobile eſt ſecundum lationem.

Te. 40. ¶ Videtur autem aliquid magnum eſſe, & difficile captu locus; tum quoniam eſſe materia videatur, atque forma: tum quoniam in ipſo continente quieſcente fit tranſlatio, eius, quod fertur: poſſe enim videtur eſſe ſpatium medium aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autem aliquid & aer, apparẽs incorporeus eſſe: videntur enim non ſolùm termini ipſius vaſis eſſe locus; ſed & quod intermedium eſt,

Te. 41. vt vacuum. ¶ Vt autem vas locus eſt, qui tranſferri poteſt; ſic locus vas immobile. Quapropter, cum in eo, quod mouetur, quippiam mo

ueatur,

ueatur, muteturq; id, quod intus eſt, vt in flumine nauis; vt vaſe magis, quã loco, vtitur continente. Vult autem immobilis eſſe locus: quocirca totus magis fluuius locus eſt; quia immobilis totus eſt. Quare continentis terminus immobilis, primus Locus eſt. ¶ Atq; propter hoc, Tc. 42. medium cœli, & vltimum ad nos circularis lationis videtur eſſe, hoc quidem ſurſum: illud verò deorſum maximè omnibus propriè: quoniam illud quidem ſemper manet, circuli autem vltimum, ſimiliter ſe habens manet. Quare, cùm leue quidem ſit, quòd ſurſum fertur natura, graue verò, quod deorſum; qui verſus medium continet, terminus deorſum eſt, & ipſum medium: qui verò verſus vltimum ſurſum, & ipſum vltimum. & propter hoc videtur planum quoddam eſſe, & veluti vas locus, & continens. Amplius, ſimul cum ipſa re quodammodo etiam locus exiſtit: ſimul enim cum finito fines ſunt.

EXPLANATIONES.

EXTREMORVM] *.i. inter extrema continentis* [*aut extrema*] *.i. autem quòd locus ſit extrema corporis continentis* [*unaque*] *.i. forma, & locus* [*rei*] *.ſ. cuius eſt forma* [*medium*] *.ſ. inter extremitates corporis continentis.* [*hoc*] *.i. quòd aliquid ſit ibi infra extremitates corporis continentis* [*ſpacium*] *.i. continens medium præter dimenſiones corporis continentis* [*partis*] *.i. rei contentæ* [*in*] *.ſ. aliquo uno ſubiecto* [*quieſcente*] *.ſ. ſecundum locum* [*uerum*] *.ſ. ad deſignandam materiam, uel ſubiectum dicimus* [*eſſe*] *.i. locum* [*confert*] *.ſ. ad credulitatem huius opinionis* [*vult*] *.i. de natura loci eſt* [*primus.*] *hoc dicit, ut excludat locum commu*

 nem,

nem , & deſignet proprium [hoc] .i.propterea quòd locus eſt continens immobile [medium cœli] .i. centrum [circularis lationis] .i. corporum circulariter motorum [uerſus nos] .ſ.ſuperficies orbis lunæ [hoc] .i.ultimum prædictum [illud] .i. medium [illud] .i.centrum.uel medium [mouet] .ſ. in eadem elongatione ad nos .

Summa, & diuiſio in cap. 6.

QVONIAM corporum quædam ſunt in loco per ſe, & quædam ſecundùm quid. Scribit Ariſ. quæ ſint corpora, quæ per ſe ſint in loco & quæ non, et hoc ubi ait [cui igitur corpori eſt aliquod] deinde quō ulti ma ſphæra ſit in loco, & hoc multis modis. primò, qđ eſt in loco per partes, ubi ait [quapropter etiam ſi aqua fuerit tale] ſecundò quomodo illæ partes in loco, ubi inquit [ut autem dictum eſt] tertiò oſtendit quomodo, ex hoc ſequatur totā ſphæram eſſe in loco, dicens [atque aliæ quidem per ſe ſunt] tandem concludit omnia eſſe in cœlo, ſicut in ultimo continente his uerbis [& propter hoc omnia in cœlo ſunt .]

Caput Sextum , quòd definitio aſsignata conueniat cunctis corporibus ſimplicibus mobilibus .

Te. 43. CVi igitur corpori eſt aliquod corpus extra, continens ipſum, hoc in loco eſt : cui verò non, minimè , quocirca etiam, ſi aqua fuerit huiuſmodi ; partes quidem mouebũtur ipſius: continentur etiam à ſeinuicem . totum autem partim mouebitur , partim non : vt enim totum ſimul locum non mutat , circulariter autem mouebitur (partium enim hic locus eſt) & ſurſum quidem, & deorſum non, circulariter autem nonnulla, alia verò ſurſum, & deorſum, quæcunque habent denſitatem, & raritatem.

tem. ¶Vt autem dictum eſt, alia quidem ſunt in loco ſecundùm potẽtiam, alia verò ſecundum actum. Quapropter, cum continuum quidem ſit id quod eſt ſimilium partium, ſecundùm potentiam in loco partes ſunt: cùm verò ſeparatæ quidem ſunt, tangunt autem ſe, vt aceruus, ſecundum actum. ¶ Atque alia quidem per ſe, ut omne corpus aut ſecũdùm lationem, aut ſecundùm augmẽtum mobile, per ſe alicubi exiſtit. Cœlum autem, ſicut dictum eſt, non eſt alicubi totum, neque vllo in loco eſt; ſi quidem nullum corpus ipſum continet: in quo autem mouetur, hoc etiam locus eſt partibus: altera enim partium alteri adhærens eſt. Alia verò ſecundũ accidens, vt anima, & cęlũ: partes enim in loco quodammodo omnes ſunt; in circulum enim continet alia aliam. idcirco mouetur quidem circulariter ſolùm, quod ſurſum eſt. Totũ autem nõ alicubi eſt: quod enim alicubi eſt, & ipſum aliquid eſt, & adhuc aliud aliquid eſſe oportet præter hoc, in quo ſit, quod continet. præter autẽ vniuerſum, ac totũ nihil extra eſt. ¶ Et propter hoc omnia in cœlo ſunt: cœlum enim ipſum totum fortaſſe eſt. Eſt autem locus non cœlum, ſed cœli quiddam. vltimus ſcilicet & tangens mobile corpus terminus quieſcens. & ob hoc terra quidem in aqua eſt, hęc verò in aere, hic autem in æthere, & æther in cœlo, cęlum autem non amplius in alio eſt.

Te. 44.
Te. 45.
Te. 46.

EXPLANATIONES.

NON] *ſ eſt aliquid exterius* [*huiuſmodi*] *ſcilicet quod non contineatur ab alio corpore, ut eſt ultima ſphæra* [*alia*] *ſcilicet mutãtia locum ſecundùm totum* [*ſeparata*] *ideſt partes ſeparatæ* [*cœlum*] *id-*

eſt ultima ſphæræ [partes] .i.partes ſphæræ ultimæ [in circulum] id eſt ſecundum circulationem [ultimus] .i.ultima ſuperficies [æthere] id eſt in igne.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

EX data loci definitione quatuor rationes adductæ ab antiquis confutãtur, deinde adducitur ratio probãs corpus naturaliter ferri ad proprium locum, & alia aſsignans, cur corpora in proprio locis quieſcant. proponit primum dicens [manifeſtum autem ex his] narrat rationes antiquorũ, & ſoluit ibi[neq; enim ſimul augmentari] corpus autem naturaliter ferri ad proprium locum demonſtrat ibi [quòd enim conſequenter eſt] cur autem quieſcat his uerbis [etenim pars hæc in toto,]

Caput Septimum, in quo ſoluuntur dubia circa eſſe Loci, & notificatur quòd per eius definitionem, ipſorum ſecundùm naturam mobilium cauſa haberi poteſt eorum motus, & quietis.

Te. 47. MAnifeſtum autem ex his, quòd & dubitationes omnes ſoluentur, ſi hoc modo dicebatur locus. Neque enim ſimul augmentari neceſſe eſt locum, neque puncti eſſe locum, neque duo corpora in eodem loco, neque ſpatium aliquod eſſe corporeum: corpus enim eſt medium loci quoduis, ſed non ſpatium corporis. Et eſt locus alicubi, non autem vt in loco; ſed vt terminus in terminato: non enim omne, quod eſt, in loco eſt; ſed mobili corpus.

Te. 48. ¶ Et fertur igitur ad ſuum ipſius locum vnumquodq; rationabiliter: quod enim conſequenter eſt, & tangit non vi, congeneum eſt. atque ſimul copulata adnata impoſſibilia ſunt: quæ verò ſe tangunt, paſſiua, & actiua ſunt adinuicem.

cem. manet igitur natura in proprio loco vnũquodq; non irrationabiliter: etenim pars hæc in toto loco, vt diuiſibilis pars ad totum eſt: vt, cum aquæ moueat aliquis partem, aut aeris. ¶ Sic autem & aer ſe habet ad aquam: vt materia enim hoc, illud autem forma. aqua quidem materia aeris eſt, aer verò ueluti actus quidam illius: nam aqua potentia aer eſt, aer autem potentia aqua alio modo. Determinandum autem eſt de his poſterius. ſed propter temporis opportunitatem neceſſe fuit dixiſſe. immanifeſte autem nunc dictum tunc erit manifeſtius. Si igitur idem eſt materia, & actus (eſt enim aqua ambo, ſed hoc quidem potentia, illud verò actu) ſe habebit, utique vt pars quodammodo ad totum. qua propter & his tactus eſt. copulatio autem, cùm ambo actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidem, & quòd eſt, & quid eſt, dictum eſt. Te. 49.

EXPLANATIONES.

SIMVL] ſcilicet cum re locata [alicubi] ſcilicet vt in continente [in terminato] ideſt in re finita [non.n.omne] ideſt non enim neceſſarium eſt, quòd omne quod eſt ſit in aliquo [&] ſcilicet ſi ponatur locus eſſe terminus continentis [congeneum] ideſt proximũ ſecundum naturam [adnata] ideſt cum continnãtur adinuicem [qua] ſcilicet diſtincta exiſtentia [pars hac] ideſt corpus contentum [illud .i. aer [de his] ſcilicet generatione aqua ex aere, & contrà [poſterius] ſcilicet in libro de generatione [illud] ideſt aer [his] ideſt aeri, & aquę, cum ſint duo corpora diſtincta.

Summa Secunda, in qua agit Ariſt. de Vacuo.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

AD Philoſophum naturalem ſpectat conſiderare de uacuo, & modum explicat quomodo, determinandum ſit de illo, & denique recitat multas rationes tam naturales, quàm non naturales affirmantes, & negantes uacuum eſſe. proponit ibi [eodem autem modo] probat tali ratione [nanq; ſimile habet]. Modum aut quo ſcribit his uerbis [incipere autem oportet] deinde in medium adducit rationem antiquorũ, qui negabãt uacuũ; tamen nõ arguebãt contra rõnem ponentiũ vacuũ eſſe. proponit ſic [alij igitur monſtrare] explanat hoc his uerbis [demõſtrat. n.] ponẽtes autem vacuum alij naturaliter ſunt locuti, alij non naturaliter, proponit ſic [ſed affirmantes eſſe magis] & qui naturaliter, aliqui ponebant vacuum eſſe ſpatium à corporibus ſeparatum, quorum ratio eſt ibi [quia motus ſecundum locum non erit] & aliqui eſſe in corporibus, & hoc confirmabant tribus rationibus, quarum prima eſt [quia uidentur aliqua cogi] ſecunda [amplius autem] tertia [teſtimonium autem & illud] antiquorum uerò Pythagoricorum opinionem de uacuo explicat [eſſe autem affirmauerunt.]

Capu Primum, quòd ad Naturalem ſpectet conſiderare de Vacuo, & quo ordine, negantiumq; atque aſſerentium Vacuum rationes.

Te. 50. EOdem autem modo exiſtimandum eſt eſſe Phyſici cõſiderare & de Vacuo, ſi eſt, aut non, & quomodo eſt, aut quid eſt, ſicut & de loco. nanque ſimilem habet, & incredulitatem, & fidem per ea, quæ putantur. Vt lo

cum

cum enim quendam, & uas ipſum uacuum ponentes eſſe dicunt. uidetur autem plenum quidem eſſe; cum habet illam molem, cuius ſuſceptiuum eſt; cum uerò priuatum eſt, vacuum: tanquam idem quidem ſit vacuum, & plenum, & locus: eſſe autem ipſis non idem eſt. ¶ Incipere autem oportet conſiderationem capientes, & ea, quæ dicunt, affirmãtes eſſe: & rurſus quę dicunt non affirmantes eſſe, & tertiò cõmunes opiniones de ipſis. Alij igitur monſtrare tentantes quod non eſt, non quòd homines volũt dicere vacuum, hoc redarguunt: ſed peccantes dicunt vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt; demõſtrant enim, quòd aliquis eſt aer, ſtrictè ligantes utres, demonſtranteſque, quòd fortis eſt aer, ac accipientes in Clepſydris. Alij autem homines volunt vacuum eſſe ſpatium, in quo nullum eſt corpus ſenſibile. ¶ Aeſtimantes autem omne, quod eſt, corpus eſſe, dicunt, in quo omnino nihil eſt, illud eſſe vacuũ: propterea plenum aere, vacuum eſſe. Non igitur hoc oportet demonſtrare, quòd eſt aliquid aer, ſed quòd non eſt ſpatium aliud à corporibus, aut ſeparabile, aut actu exiſtens, quod diuidit omne corpus, vt ſit non continuum, quemadmodum dicunt Democritus, & Leucippus, & alij multi Phyſiologorum: aut etiam ſi quid eſt extra uniuerſum corpus, exiſtens continuum. ¶ Hi igitur non ſecundùm propoſitum ad problema occurrunt: ſed affirmantes eſſe, magis dicunt autem hoc quidem, quod motus ſecũdùm locum non utique erit. hic autem eſt latio, & augmentatio: non enim uidebitur utique motus eſſe, ſi non ſit uacuum: plenũ enim nõ poſſe ſuſcipere. ſi uerò ſuſcipiat, ſintq; duo

Te. 51.

Te. 52.

Te. 53.

in eodem; continget utique, & quolibet ſimul eſſe corpora: differentiam enim, propter quam non utique erit quod dictum eſt, non eſt dicere. Si autem contingat hoc; & minimum ſuſcipiet maximum: multa nanque parua ipſum magnum eſt. quare, ſi multa æqualia contingit

Te. 54. in eodem eſſe; & multa inæqualia. ¶ Meliſſus igitur etiam oſtendit, quòd uniuerſum immobile ſit ex his: ſi enim mouebitur; neceſſe eſt, inquit, eſſe uacuum. uacuum autem non eſt eo-

Te. 55. rum, quæ ſunt. ¶ Vno igitur modo demonſtrāt, ꝙ aliquid eſt vacuum. Alio uerò, quia uidentur aliqua corpora cogi, ac conſtringi. ut & uinum dicunt cum utribus recipere dolia, tanquàm in ea, quæ inſunt uacua, ſubeunte, quod denſatur, corpore. Amplius autem, & augmentatio uidetur fieri omnibus per vacuum; alimentum enim corpus eſſe; duo autem corpora impoſſi-

Te. 56. bile ſimul eſſe. ¶ Teſtimonium autem; & illud de cinere faciunt, qui tantum aquæ recipit, quātum uas vacuum. Eſſe autem affirmauerunt, & Pythagorei vacuum, ipſumque cœlum ex infinito ſpiritu, ueluti reſpirans ingredi. Et hoc eſſe uacuum, quod diſtinguat naturas: tāquàm vacuum ſeparatio quædam ſit eorum, quę ſunt conſequēter, & diſtinctio: & hoc eſſe primùm in numeris: vacuum enim diſtinguere naturam ipſorum.

EXPLANATIONES.

IDEM] *ſ. ſubiecto*, [*eſſe*] *.i. ratio* [*eſſe*] *.ſ. uacuū* [*alij*] *ſcilicet tenentes uacuum eſſe* [*hoc*] *ſcilicet duo corpora eſſe in eodem loco* [*ex his*] *.i. ſuppoſito hoc, ſcilicet quod motus non ſit in pleno* [*aliquid*] *ſcilicet ſeparatum* [*naturas*] *ideſt res*.

Sum-

Summa, & diuiſio in cap. 2.

MVLTA narrat Ariſto. ſignificata vacui ad cognoſcendam veritatem an vacuum ſit. deinde confutantur rationes productæ, quæ probabant uacuum eſſe. & cum ſignificata uacui quædam ſint communia, & quædam ſecundum Platonicos; communiora ſunt, ubi ait [uidetur igitur uacuum] ſecundum Platonicos ſic [alio autem modo,] & narrat propter quid antiqui poſuerunt vacuum dicens, [& per eadẽ uenit enim motus] inſtantiam dat rationibus diuerſimodè ſecundum earum diuerſitatem. prima eſt [nulla autem neceſſitas] ſecunda [contingit autem & denſari] tertia, [ut augmentari nõ ſolùm] ultima [omnino autem, & de aqua in cinerem.]

Caput Secundum, Nonnullarum opinionum Vacuum eſſe aſſerentium confutatio.

EX quibus igitur alij quidem dicunt eſſe, alij verò non dicunt, tot ferè, ac talia ſunt. Vt autem ſciamus, vtro ſe modo habeat, oportet accipere quid ipſum nomen ſignificat. Videtur igitur Vacuum locus eſſe, in quo nihil eſt. huius autem cauſa eſt: quia omne quod eſt, corpus eſſe putant: omne autem corpus in loco eſſe: uacuum autem eſſe locum, in quo nullum eſt corpus: quare ſicubi non eſt corpus, ibi uacuum eſſe. Corpus autem rurſus omne putant eſſe tangibile: huiuſmodi autem eſt, quod habet grauitatem, aut leuitatem: accidit ergo ex ſyllogiſmo hoc eſſe uacuum, in quo nõ eſt graue quicquam, aut leue. Hæc igitur, ſicut diximus etiam prius, ex ſyllogiſmo accidũt. Inconueniens autem eſt, ſi punctum vacuum ſit: oportet enim Tc. 57.

lo-

locum eſſe, in quo corporis ſit ſpatium tangibi
Te. 58. lis. ¶ Attamen uidetur dici Vacuum uno quidē modo non plenum ſenſibili corpore ſecundū tactum. ſenſibile autem eſt ſecundùm tactum, quod grauitatem habet, uel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quidnam dicent, ſi habeat ſpatium colorem, aut ſonum, vtrum vacuum, an nō: An manifeſtum eſt, ſi corpus quidem ſuſcipiat tangibile; uacuum eſſe: ſi uerò non; minimè. ¶ Alio autem modo, in quo non
Te. 59. eſt hoc aliquid, neque ſubſtantia aliqua corporea. Idcirco quidam dicunt vacuum eſſe corporum materiam: qui quidem & locum hoc idē dicentes, non rectè: materia enim ſeparabilis non eſt à corporibus: uacuum autem quærunt,
Te. 60. ut ſeparabile. ¶ Quoniam autem de loco determinatū eſt, & uacuū locū neceſſe eſt eſſe, ſi ſit, priuatum corpore; locus autem & quomodo eſt, & quomodo non eſt, dictum eſt manifeſtū eſt, quod ſic quidem uacuum non eſt; aut ſeparatum, aut inſeparabile: uacuum enim non corpus, ſed corporis ſpatium eſſe uolunt ¶ Quapro
Te. 61. pter & uacuum uidetur aliquid eſſe; quia & locus, & per eadem: uenit enim motus, qui ſecundùm locum eſt, & ijs, qui locum dicunt eſſe aliquid præter incidentia corpora, & ijs, qui vacuum: cauſam autem motus putant eſſe uacuū ſic, vt in quo mouentur. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam eſſe. ¶ Nulla au-
Te. 62. tem neceſſitas eſt, ſi motus eſt; eſſe vacuum. omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quocirca & Meliſſum latuit: alterari nanque poteſt plenum. Sed neque ſecundùm locum motum: ſimul enim cedere ſibi inuicem contingit, nullo exiſtēte ſpatio ſeparato præter corpora mota.

ta.atque hoc manifeſtum eſt & in continuorũ reuolutionibus, ut & in ijs, quæ ſunt humidorum. ¶ Contingit autem & denſari non in vacuum,ſed propterea,quòd ea,quæ inſunt,exceduntur, vt aqua colliſa aerem,qui ineſt.Et augmentari,non ſolùm ingrediente aliquo, ſed & alteratione;vt ſi ex aqua fiat aer. Omnino autẽ de augmentatione ratio,& de aqua in cinerem infuſa,ipſa ſeipſam impedit: aut enim non augetur quodlibet, aut non corpore,aut contingit duo corpora in eodem eſſe. Dubitationem igitur communem volunt ſoluere, ſed non vacuum demonſtrant, quod eſt: aut totum corpus vacuum eſſe neceſſarium eſt;ſi penitus augetur,& augetur per vacuum.eadem autem ratio & in cinere eſt. Te. 63.

EXPLANATIONES.

[Alio modo].i.ſecundum uſum Platonicorum [à corporibus] .i à rebus[cedere] .ſ.corpora [reuolutionibus].i.generationibus[continuorum] .ſ. corporum [communem].ſ.ponentibus uacuum,& non.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

CVM antiqui naturaliter de vacuo loquẽtes ſint in duplici differentia, quidam ponentes uacuum eſſe ſeparatum, & quidam corporibus inditum, probat octo rationibus uacuum non eſſe ſeparatum: prima eſt [ſi.n.uniuſcuiuſq; ſimplicium] ſecunda[amplius ſi eſt aliquid]tertia[accidit autem dicentibus]quarta[primum igitur] quinta[amplius autem mouetur] ſexta[amplius nullus utiq;] ſeptima autem, & octaua ſumuntur à motus velocitate, uel tarditate,quę cur ſint in motu,ait [uidemus.n.idem põdus] deinde

addit

addit ſeptimam rationem ex differentia medij ibi. [hoc igitur] cuius concluſionem ibi ponit [quia neque motum] quam probat argumento ad impoſsibile ibi [ſin uacuum]. octauam ex parte mobilis, quę eſt [ſecundum autem eorum] ultimò epilogat. ubi ait [quod igitur ſe uacuum eſt.]

Caput Tertium, in quo deſtruitur ſermo probantium Vacuum per motum, ex ipſo motu.

Te. 64. QVòd igitur ea, ex quibus demonſtrant vacuum eſſe, ſoluere facilè ſit, manifeſtũ eſt. Quòd autem non eſt vacuum ſic ſeparatũ, vt quidam dicunt, dicamus rurſum. Si enim eſt vniuſcuiuſque ſimplicium corporum latio aliqua natura, vt ignis quidem ſurſum, terræ autem deorſum, & ad medium; manifeſtum eſt, quòd vacuum non erit cauſa lationis. Cuius igitur cauſa erit vacuum? videtur enim eſſe cauſa motus ſecundùm locum huius autem non eſt.

Te. 65. ¶ Amplius, ſi vacuum eſt aliquid, vt locus priuatus corpore; cùm eſt vacuum, quò mouebitur impoſitum in ipſo corpus? non enim in omnem partem. Eadem autem ratio & ad eos, qui locum eſſe quid ſeparatum putant, in quem id fertur, quòd fertur. quomodo nãque fertur poſitum, aut manebit? Et de ipſo ſurſum, & deorſum; & de vacuo conueniet eadem ratio merito: uacuum enim locum faciunt, qui eſſe dicũt. Et quonam modo inerit aut in loco, aut in vacuo? non enim contingit; cum totum quippiã corpus poſitum fuerit, ut in ſeparato loco; ac permanente: pars enim, niſi ſeorſum ponatur, non erit in loco, ſed in toto. Amplius, ſi neque

Te. 66. locus eſt; neque vacuum erit. ¶ Accidit autem dicentibus vacuum eſſe vt neceſſarium, ſi erit motus,

motus, contrarium magis; ſi quis conſideret non poſſe moueri quicquam, ſi ſit vacuum: vt enim quidam propter ſimile dicunt terram, quieſcere; ſic & in uacuo neceſſe quieſcere: non enim eſt, quò magis, aut minus mouebitur: quatenus enim uacuum eſt, non habet differentiam. ¶ Primum igitur, quoniam omnis motus, aut uiolentia', aut ſecundùm naturam fit: neceſſe eſt, ſi quidem ſit uiolentus, eſſe & eum qui ſecundùm naturam: uiolentus enim præter naturam eſt: qui uerũ præter naturam eſt, poſterior eſt eo, qui eſt ſecũdùm naturam. quare, ſi non eſt ſecundum naturam vnicuiq; naturalium corporum motus, neque aliorum erit motuum ullus. At uerò natura quidẽ quomodo erit; cum nulla ſit differentia ſecundum uacuum, & infinitum? quatenus enim infinitũ eſt, nihil erit ſurſum, aut deorſum, aut mediũ: quatenus uerò uacuum, nihil differẽs erit deorſum à ſurſum: vt enim nihil nulla eſt differentia, ſic & non entis. uacuũ autem non ens quippiam, & priuatio uidetur eſſe. natura autem latio differens eſt. quare erunt quæ ſunt natura differentia. Aut igitur non eſt natura uſquam ulli latio: aut, ſi hoc eſt; non eſt vacuum. ¶ Amplius, nunc quidem mouentur proiecta, eo, qui impulit, non tangente, aut propter cõtrarij circum obſiſtentiam, ſicut quidam dicunt, aut ex eo, quòd pellit pulſus aer motu ulociori, quã ſit pulſi latio, qua fertur in proprium locum. in vacuo autem nihil horum poteſt eſſe: neque.n. ferri erit, niſi ut quod uehitur. ¶ Amplius, nullus vtiq; poterit dicere propter quid, quod mouetur ſtabit alicubi. cur enim magis hic, quàm ibi? quare aut quieſcit, aut in infinitum neceſſe

Te. 67. Te. 68. Te. 69.

ſe

ſe eſt ferri; niſi aliquid potentius impedierit.
Tc. 70. ¶Amplius autem, nunc quidem in uacuo, quoniam cedit, ferri uidetur: in uacuo autem prorſus ſimiliter tale eſt: quare in omnem feretur
Tc. 71. partem. ¶Amplius autem & ex his manifeſtum eſt, quod dicitur. videmus enim idem pondus, atque corpus uelocius ferri propter duas cauſas, aut quia id differt, per quod, vt per aquam, aut terrã, aut aerem: aut, quia id differt, quod fertur, ſi alia ſint eadem, propter exceſſum grauitatis, aut leuitatis. hoc igitur, per quod fertur cauſa eſt, quoniam impedit, maximè quidem ſi contrà fertur, minus autem & manẽs: magis autem id, quod non facilè diuiditur: tale autem eſt, quod craſſius eſt. Id autem, in quo eſt, A. mouebitur, per B. eo, in quo C tempore: per ipſum autem D cum ſit ſubtilius eo, in quo E. ſi æqualis eſt longitudo ipſius B. cum ipſo D. ſecundùm proportionem impedientis corporis. Sit enim B. quidem aqua. D. uerò aer quantò ergo ſubtilior eſt aer aqua, & minus corporeus, tanto citius A. per D. mouebitur, quàm per B. habeat ergo eandem rationem, ſecundùm quã diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. quare, ſi in duplo ſubtilius eſt, in duplo tempore lineam, quæ eſt ipſum B tranſibit, quàm quæ eſt ipſum D & erit tempus, in quo eſt C. duplũ eius, in quo eſt E. atque ſemper quantò fuerit minus corporeum, minuſq; impeditiuum, ac melius diuiſibile id, per quod fertur; citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationẽ, qua exceditur à corpore; ſicut neque ipſum nihil ad numerum: Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus, quàm duo; ipſum ſanè nihil, non amplius

plius habent rationem, qua excedant: neceſſe enim eſt diuidi id, quod excedit, & in exceſſum & in id, quod exceditur. quare erunt ipſa quatuor, quot excedunt, & nihil. Quapropter neq; Linea punctū excedit; niſi componatur ex punctis. Similiter autem & uacuum ad plenum nullam poſſibile eſt habere rationem: quare neq; motum. ¶Sed, ſi per ſubtiliſſimum in tanto tēpore tanto motu fertur per vacuum; omnem exuperat rationem. Sit enim F. vacuum, æquale autem magnitudine ipſis B, & D. Ipſum ergo A. ſi tranſibit, & mouebitur quidem in quodā tempore, eo ſcilicet, in quo eſt G. in minori autem quàm in quo eſt E. & hanc habebit rationem vacuum ad plenum. ſed in tanto tempore, quantum eſt, in quo eſt, G. ipſius D. A. tranſibit lineam K. tranſibit autem, ſi etiā ſit quippiā ſubtilitate differens ab aere id, in quo eſt F. ſecundùm hanc proportionem, quam habet tempus, in quo eſt. E. ad tēpus, in quo eſt C. Si. n. ſit tanto ſubtilius corpus, in quo eſt F. ipſo D. quāto exuperat E. ipſū G. ecōuerſo trāſibit uelocitate, in tanto, quantum G. ipſum F. ipſum, in quo eſt A. ſi feratur. ſi ergo nullum ſit corpus in ipſo E. adhuc velocius. ſed erat in ipſo G. quare in æquali tempore trāſibit & quod plenum eſt, & uacuum: ſed impoſſibile eſt. ¶Manifeſtū eſt igitur, quòd, ſi erit aliquod tempus, in quo per vacuum quoduis feretur; accidet hoc impoſſibile: in æquali enim accipietur aliquid & quod plenum eſt tranſire, & uacuum: erit enim aliquod proportionale corpus alterum ad alterū, ut tempus ad tempus. Vt autem in ſumma dicam, manifeſta eſt eius, quod euenit, cauſa: quia motus quidem omnis ad motum eſt pro-

Te. 72.

Te. 73.

O por-

portio: (in tempore enim eſt) temporis autem omnis eſt ad tempus, finitis vtriſque: vacui au-
Te. 74. tem ad plenum non eſt. ¶ Quatenus igitur differunt ea, per quæ feruntur, hæc contingunt: ſecundùm autem eorum, quæ feruntur, exceſſum, hęc. Videmus enim ea, quæ maiorem impetum habent aut grauitatis, aut leuitatis, ſi quò ad alia ſimiliter ſe habeant figuris, citius ferri per æquale ſpatium, & ſecundùm rationem, quam habent magnitudines adinuicem. quare & per vacuum. Sed impoſſibile eſt. Propter quam enim cauſam ferentur velocius? in plenis enim ex neceſſitate: velocius enim diuidit fortitudine maius: aut enim figura diuidit, aut impetu, quem habet id, quod fertur, aut quod proiectum eſt. æquè velocia ergo omnia
Te. 75. erunt. ſed impoſſibile eſt. ¶ Quod igitur, ſi uacuum eſt, accidit contrarium illius, propter quod probant dicentes eſſe vacuum, ex dictis manifeſtum eſt. Hi igitur putant vacuum eſſe, ſi erit ſecundùm locum motus, ſeparatum ſecundùm ſe. hoc autem idem eſt, ac ſi dicamus locum eſſe quid ſeparatum: hoc autem quòd impoſſibile ſit, dictum eſt prius.

EXPLANATIONES.

SEPARATVM] *.ſ. ſpatium* [*ſeorſum*] *ſcilicet ab ipſo corpore* [*locus eſt*] *.ſ. eo modo, quo faciunt, ut ſit ſpatiũ* [*propter ſimile*] *.i. propter ſimilitudinem partium circunferentiæ vndiq;* [*mouebitur*] *ſcilicet ad vnam partem, uel aliam* [*differentiam*] *ſcilicet in ſuis partibus* [*differens eſt*] *ideſt requirit differentiam loci* [*corpus*] *ſcilicet graue* [*ſi alia ſint eadem*] *ideſt cæteris paribus* [*deinde & manens*] *ſcilicet impedit ſi etiam quieſcat* [*id autẽ*] *ideſt*

ideſt ſit corpus, quod mouetur A [B] ſcilicet ſit ſpatium [C] ſcilicet ſit tempus [impedientis] .ſ. medij [diſtat] ſcilicet ſecundùm ſubtilitatem [velocitas] ſcilicet motus [lineam] ideſt ſpatium. [B] ideſt ſpatium aqua plenum [D] ideſt ſpatium plenum aere [vno] ideſt in uno [pluribus autem duo, & adhuc vnum pluribus quàm duo] .i. & adhuc in pluri excedunt duo & adhuc in pluri unum [quia] .ſ. non erit proportio inter motum, qui per uacuũ, & qui fit per plenum [per uacuum] ſcilicet ſi mouebitur [rationem] ideſt proportionem [proportio] ſcilicet ſecundùm velocitatem [eſt] ideſt habet proportionem ad tempus [magnitudines] ſcilicet mota [ſeparatum] ideſt ſpatium habens dimenſiones ſeparatas.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

NUNC oſtendit Ariſt. uacuum non eſſe tribus rationibus ſumptis ex parte ipſius vacui. proponit ibi [vt verò] prima ratio eſt [ut enim in aqua] ſecunda [amplius autem manifeſtum eſt] ultima [amplius oportet.]

Caput Quartum, oſtendens uacuum non eſſe ſeparatum quid à corporibus.

AT verò per ſe conſiderantibus videbitur vtique dictum vacuum, per quàm verè vacuum. Vt enim in aqua ſi ponat aliquis cubũ; cedet tanta aqua, quantus cubus: ſic & in aere, ſed ſenſu immanifeſtum eſt. atque ſemper itaq; in omni corpore habenti translationem, in quo eſt aptum natura trãsferri, neceſſe eſt, niſi condenſetur, cedere aut deorſum ſemper; ſi deorſum latio eſt; vt terræ; aut ſurſum; ſi ignis; aut ad vtraque, vt aer, ſiue quodcunque aliud ſit impoſitum. In vacuo autem hoc quidem Te. 76.

Summa,& diuiſio in cap.5.

PROPONIT vacuum eſſe in corporibus ſecundum opinionem antiquorum ibi [quod igitur non ſit ſeparatum] quam concluſionem probabant tali ratione, [ſi enim non eſt rarum] deſtruit talem ſententiam quatuor rationibus. prima eſt [ſi verò non ſeparabile] ſecunda [deinde cauſam motus] tertia [amplius autem] quarta [at inſuper manifeſtum eſt] ſoluit præmiſſam rationem oſtendendo triplici ratione quòd condenſatio, & rarefactio fit ſine vacuo, proponit ibi [nos autem dicimus] ratio prima [eſt autem & corporis materia] ſecunda [vt enim ex frigido fit calidum] tertia [eſt autem ipſum] finem facit ibi [ex dictis igitur.]

Caput Quintum, quòd non ſit vacuum corporibus inditum.

QVòd igitur non ſit ſeparatum vacuum, ex his manifeſtum eſt. Sunt autem quidam, qui per rarum, & denſum putant manifeſtum eſſe, quòd eſt vacuum. Si enim non eſt rarum,& denſum; neque coire,& denſari poſſibile eſt, ſi verò hoc nõ ſit; aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, vt dixit Xuthus, aut in æquale ſemper mutari aerem, & aquam oportebit. dico autem, vt, ſi ex aquæ cyatho factus eſt aer; ſimul ex æquali aere tantam aquã fieri, aut vacuum eſſe ex neceſſitate: coarctari enim, ac dilatari non aliter contingit. Te. 79.

¶ Si igitur rarum dicunt, multa vacua ſeparatahabens; manifeſtum eſt, quòd, ſi neq; vacuũ eſſe poteſt ſeparabile; ſicut neque locus habẽs ſpatium ſuiipſius, neque rarum ſic. Te. 80.

Te. 81. ¶ Si verò non ſeparabile, ſed tamen ineſſe quid vacuum: minus quidem impoſſibile eſt. Accidit autem primùm quidem, non omnis motus cauſam eſſe vacuum; ſed eius, qui ſurſum eſt: rarum enim leue; quapropter ignem rarum eſſe dicunt. Deinde cauſam motus non ſic eſſe vacuum, vt in quò, ſed vt vtres; ex eo, quia feruntur ſurſum, ferunt quod ipſis continuum eſt; ſic vacuum ſurſum fert. Atqui qualiter poſſibile eſt eſſe lationem vacui, aut locum vacui? vacui enim eſt vacuum, ad quod fertur.

Te. 82. ¶ Amplius autem, quomodo in graui aſſignabunt ferri deorſum? Et inſuper manifeſtũ eſt, quod, ſi quantò rarius, & magis vacuum fuerit, ſurſum feretur; ſi omnino ſit vacuum, velociſſime vtique feretur. Fortaſſe autem & hoc impoſſibile eſt moueri ratio autem eadem: quoniam: vt & in vacuo immobilia ſunt omnia; ſic & vacuum quod immobile: incomparabiles n. ſunt velocitates.

Te. 83. ¶ Quoniam autem vacuum quidem non dicimus eſſe, alia verò dubitata ſunt verè; aut motus non erit. ſi non erit denſitas, & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut ſemper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua: manifeſtum enim eſt, quòd plus aeris ex aqua fit. Neceſſe eſt igitur, ſi non eſt conſtrictio, aut expulſum attiguum; vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius æqualis ſit, aut nihil moueri: ſemper enim re mutata hoc accidet, niſi circulariter moueatur. nõ autem ſemper fit in circulum loci mutatio, ſed & in rectum. hi igitur propter hæc vacuum aliquid eſſe dicerent.

Te. 84. ¶ Nos autem dicimus ex ſuppoſitis, quòd eſt materia vna contrariorum, calidi, & frigidi, & alia-

aliarum naturalium contrarietatum, & ex eo, quòd potentia eſt, id, quod eſt actu, fit. & nõ ſeparabilis quidem eſt materia, ipſo aũt eſſe diuerſa eſt, & vna eſt numero, ſi fortè fuerit coloris, & caliditatis, & frigiditatis. Eſt aũt & corporis materia. & magni, & parui eadem. manifeſtum aũt eſt: cùm.n. ex aqua factus eſt aer, eadem materia nõ inſuper accipiẽs aliquid aliud facta eſt; ſed quod erat potentia, actu facta eſt: atq; rurſus aqua ex aere ſimiliter, aliquãdo quidem in magnitudinem ex paruitate, aliquãdo verò in paruitatem ex magnitudine. ſimiliter igitur ſi & aer, multus exiſtens, in minori fiat mole, & ex minori maior, potentia exiſtens fit materia vtraq;. Vt.n. ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum, eadem, quia erat potentia, ſic & ex calido magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, quando minus erat calidum. Sicut neque maioris circuli circunferentia, & curuitas, ſi fiat minoris circuli, eadem cũ ſit, aut alia, in nullo facta eſt curuitas: quod erat non curuum, ſed rectũ: non.n. ex eo, quia intermittitur, ipſum minus, aut magis eſt. neq; eſt accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo, & caliditas non inſit. ſic igitur & prior calor poſteriori, quare & magnitudo, & paruitas ſenſibilis molis, nõ inſuper accipiente aliquid materia, extẽditur, ſed quia potentia eſt materia vtriuſq;. quare eſt idẽ denſum, & rarũ, & una materia ipſorũ eſt. eſt autem ipſum quidem denſum graue, rarum autem leue. ¶ Amplius. ſicut circuli circunferentia, conducta in minus, non accepit aliud concauũ, ſed ꝙ erat cõductum eſt: ſic & ignis, quemcunq; aliquis accipiat, oĩs cauſalis eſt, ſic Te. 85.

& omne congregatione, & diſtinctione eiuſdē materiei: duo enim ſunt in vtroque, & denſo, & raro: graue enim, & durum denſa videntur eſſe, & contraria, leue inquam, & molle, rara. diſſonant autem graue, & durum in plumbo, & ferro. ¶ Ex dictis igitur manifeſtum eſt, quòd neque diſgregatum eſt vacuum, neq; ſimpliciter, neque in raro, neque potētia, niſi quis velit omnino vocare vacuum cauſam lationis. ſic autem ipſius grauis, ac leuis materia, quatenus huiuſmodi, erit vacuum: denſum enim, & rarum ſecundùm hanc contrarietatem lationis factiua ſunt, ſecundùm autem ipſum durũ, & molle paſſionis, & impaſſibilitatis, & non lationis, ſed alterationis magis. Et de vacuo quidem quomodo eſt, & quomodo non eſt, determinatum ſit hoc modo.

Tc. 86.

EXPLANATIONES.

Eſt .ſ. in corporibus [coire] .i. ſubintrare adinuicem [non aliter] .ſ. ſi non eſſet vacuum [minus] .ſ. quam ponere vacuum ſeparatum [in quo] .ſ. aliquid moueatur [vtres] .ſ. inflati [ferunt] .ſ. ſurſum [vacuum] .ſ. inditium corporibus [fert] .ſ. ſecum corpus in quo eſt [ratio] .ſ. probans in vacuo non eſſe poſsibilem motum [velocitates] .ſ. vacui ad plenum [alia] .ſ. ab antiquis [aut] .i. ſequitur enim aut, quòd [ultimum] .i. corpus cæleſte [ſuppoſitis] .ſ. in ſcientia naturali [ipſo] .i. contrarijs [eadem] .ſ. numero [vtraque] ſcilicet paruum, & magnum [eadem fit] .i. eadem materia tranſmutatur [intermittitur] .i. ſubtrahitur aut additur [diſgregatum] ideſt, ſpatium ſeparatum [potētia] ſcilicet in corpore raro [contrarietatem] leuitatem .ſ. & grauitatem.

Sum-

Summa Tertia de Tempore.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

DISSERIT nunc Ariſ. de tempore. proponit dicens [primum autem bene ſe habet dubitaſſe de illo] deinde duas adducit rationes probantes tempus non eſſe, prima eſt [aliud n. ipſius factum eſt] ſecunda [ad hæc autem] poſtea inquirit, vtrum ſit vnum nunc in toto tempore, necne, vbi ait [amplius autem ipſum nũc] vnam ponit rationem probantem non eſſe aliud, & aliud nunc fic [ſi enim ſemper alterum, & alterum,] & duas demonſtrantes non poſſe eſſe vnum, & idem: prima eſt [at uerò neque ſemper] ſecunda [amplius ſi ſimul.]

Caput Primum, in quo dubitat, an Tempus ſit, uel ne.

CONſequens autem eſt ad ea, quæ dicta ſunt, aggredi de Tempore. Primùm autem bene ſe habet dubitaſſe de ipſo, & per exteras rationes, vtrum ſit eorum, quæ ſunt, an eorum, quæ non ſunt, deinde quæ ſit natura ipſius. ¶ Quòd igitur omnino nō ſit, aut vix, & obſcurè, ex hiice aliquis ſuſpicabitur. Aliud enim ipſius factum eſt, & non eſt, aliud uerò futurum eſt, & nondum eſt. ex his autem & infinitum, & quod ſemper accipitur, tempus componitur. quod autem ex iis, quæ non ſunt, componitur, fieri non poſſe videtur, vt poſſideat aliquando ſubſtantiam. ¶ Ad hæc autem omnis rei partibilis, ſi quidem ſit, neceſſe eſt, quaudo eſt, aut quaſdam, aut omnes partes eſſe: temporis aũt aliæ fuerunt, aliæ verò futuræ ſunt: nulla aũt eſt, cũ ſit diuiſibile. ipſum Te. 87. Te. 88. Te. 89.

ſum

ſum autem nunc non eſt pars: nam & menſurat pars. & componi oportet totũ ex partibus: tempus autem non uidetur componi ex ipſis Nunc. ¶ Amplius autem & ipſum Nunc, quod
Te. 90. videtur diſtinguere prçteritum, & futurum, utrum unum, & idem ſemper permaneat, an aliud ſit, & aliud, non facile eſt uidere. Si enim ſemper alterum, & alterum eſt: nulla autem eſt earum, quæ ſunt in tempore, alia, & alia pars ſimul, quæ non continet, alia verò continetur, vt minus tempus ſub maiore: ipſum autem Nunc, quod non eſt, prius autem fuit, neceſſe eſt corruptũ eſſe aliquando: & ipſa Nunc ſimul quidem inter ſe non erunt. corruptum autem eſſe neceſſe eſt ſemper prius. In ſeipſo igitur corruptum eſſe impoſſibile eſt, ex eo, quia tunc eſt. in alio autem Nunc corrumpi ipſum prius Nunc nõ contingit. ſic enim impoſſibile eſt cõtigua eſſe adinuicem ipſa Nunc, ut punctum cum puncto Si igitur in eo, quod eſt conſequenter, non corruptum eſt, ſed in alio; in medijs Nunc, quæ ſunt infinita ſimul erit.
Te. 91. hoc autem impoſſibile eſt. ¶ At verò neque ſemper idem permanere poſſibile eſt: nullius enim diuiſibilis finiti vnus terminus eſt: neque ſi ad vnum ſit continuum, neque ſi ad plura. ipſum autem Nunc terminus eſt, & tempus eſt accipere finitum. ¶ Amplius, ſi ſimul eſſe ſecundùm
Te. 92. tempus, & neque prius, neque poſterius, in eodem eſſe; & in ipſo Nunc ſit, & ſi quę prius, aut poſterius in hoccine Nunc ſunt; ſimul vtique erunt, quæ ante decies mille nos facta fuerunt annos cum ijs, quæ fiunt hodie, & neque prius, neque poſterius vllum aliud alio.

EXPLANATIONES.

[ALIVD] ideſt una pars temporis [eſt]. ſ. actu [manſurat] ſcilicet totum [maneat] ſcilicet in toto tempore [prius] ideſt prius nunc [non corruptum eſt] ideſt prius nunc non eſt corruptum [hoc] ideſt eſſe aliud, & aliud nunc [ad unum] ideſt ſecundùm vnam dimenſionem [terminus] ſcilicet temporis.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

MOTVS definitionem ab antiquis traditam malam eſſe aſſerit; quidam enim tempus eſſe dixerunt motum cœli, & quidam ipſam ſphæram cœleſtem. & quamuis tempus non ſit motus, illud tamen non eſſe ſine motu ratiocinatur. ſecatur ergo in duas partes hoc caput, in prima improbãtur opiniones antiquorum. in ſecunda inquirit, quomodo ſe habeat tempus ad motum. opiniones antiquorum proponit ibi [nam quidam uniuerſi] deſtruit primam ſcilicet tempus eſſe motum cœli dupliciter. primò [atque circulationis etiam pars] ſecundò [amplius ſi plures [ſecundam ibi impugnat [uniuerſi autem ſphæra] Tempus non eſſe motum duabus rationibus probat, proponit ibi [quoniam autem uidetur] prima ratio eſt [uniuſcuiusq; mutatio] ſecunda [amplius mutatio] & non eſſe ſine motu tempus probat ſic [ut uerò neque ſine mutatione.]

Caput Secundum, in quo quæritur, quid ſit Tempus: probaturq; ipſum non eſſe motum.

DE ijs igitur, quæ inſunt ipſi, tot ſint dubitata. Quid autem eſt tempus, & quæ ipſius natura, ſimiliter & ex traditis immanifeſtũ eſt, & ex ijs quæ fuimus percurrentes prius. Nam Te. 93.

qui-

quidam vniuerſi eſſe motum dicunt: Alij ſphæram ipſam. Atqui circunlationis etiam pars tēpus quoddam eſt, circunlatio verò non: pars enim circunlationis eſt quod acceptum eſt, ſed non circunlatio. Amplius autem, ſi plures eſſent cęli; ſimiliter vtiq; eſſet tempus cuiuſlibet ipſorum motus. quare multa tempora ſimul.

Te. 94. ¶ Vniuerſi autem ſphæra viſa eſt quidem dicentibus eſſe tempus: quia & in tempore omnia ſunt, & in ipſa vniuerſi ſphæra. Eſt autem ſtultius quod dictum eſt, quàm vt de eo impoſ-

Te. 95. ſibilia conſideremus. ¶ Quoniam autem videtur maximè motus eſſe, ac mutatio quædam tempus, hoc conſiderandum erit. Vniuſcuiuſque igitur mutatio, & motus in ipſo, quod mutatur, eſt ſolū, aut vbi eſt ipſum, quod mouetur, & mutatur: tempus autem ſimiliter,

Te. 96. & vbique, & apud omnia eſt. ¶ Amplius autem mutatio quidem omnis velocior, aut tardior eſt, tempus autem non eſt: tardum enim, & velox tempore definiuntur: Velox enim eſt, quod in pauco multum mouetur: Tardum autem, quod in multo parum. tempus autem non definitur tempore, neque quo quantum quid eſt,

Te. 97. neque quo quale. ¶ Quòd igitur non eſt motus manifeſtum eſt. nihil autem referat nobis dicere in præſentia motum, aut mutationem. At vero neque ſine mutatione: cum enim ipſi nihil mutamur ſecundùm intelligentiam, aut latet nos mutari; non videtur nobis fuiſſe tempus: ſicuti nequ ijs, qui in Sardo fabuloſè dicuntur dormire apud Heroas, cum fuerint experrecti: copulant enim primum Nunc poſteriori Nunc, & faciunt vnum, remouentes propter inſenſibilitatem medium. Vt igitur, ſi non

eſſet

eſſet alterum Nunc,ſed vnum & idem;non eſſet tempus:ſic, & quando latet alterum eſſe;nõ videtur quod medium eſt eſſe tempus. Si igitur opinari non eſſe tempus,tunc accidit nobis,cũ non definimus vllam mutationem, ſed in vno, & indiuiſibili videtur anima manere: cùm aũt ſenſerimus,ac definiuerimus; tunc dicimus factum fuiſſe tempus: manifeſtum eſt,quod non eſt ſine motu,ac mutatione tempus.

EXPLANATIONES.

Traditis].ſ.*ab antiquis* [*vniuerſi*]*ideſt cęli*.[*non*] *ſcilicet eſt pars circulationis* [*ubi*] *ſcilicet in loco* [*quantum*]*ideſt ſecundum ſuam quantitatem* [*neque*] *ſcilicet eſt tempus* [*alterum*] *ſcilicet nunc* [*definiuerimus*] *ideſt numeramus motum, vel mutationem*.

Summa, & diuiſio in cap.3.

DIVIDITVR hoc caput in duas partes, in prima definitur tempus, in ſecunda probat definitionem eſſe perfectam. quòd tempus ſit aliquid motus ſic probat [*ſimul enim motum ſentimus*] *quòd tempus ſequatur motum ſecundum prius, & poſterius,* [*vt verò tempus cognoſcimus,*] *ſed prius oſtendit quomodo in motu inueniatur prius, & poſterius, & ſe habeant ad motum, vbi inquit* [*quoniam autem quod mouetur*] *nunc definitur, quid ſit tempus, ubi ait* [*determinamus autem*] *deinde deducit duas rationes manifeſtantes definitionem. prima ibi* [*ſignum autem*] *ſecunda* [*quoniam vt numerus eſt duplex.*]

Caput

Caput Tertium, oſtendens Tempus, quàmuis non ſit motus, non tamen eſſe ſine motu, & declarans quid ſit ipſius motus: vbi datur etiam ipſius temporis definitio.

Te. 98. QVòd igitur neque motus, neque ſine motu tempus eſt, manifeſtum eſt. Accipiendum eſt autem, quoniam quærimus quid eſt tempus, hinc incipientibus quidnam ipſius motus ſit: ſimul enim motum ſentimus, & tempus. Etenim, ſi ſint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autem quidam in anima inſit; confeſtim ſimul videtur quoddã factũ fuiſſe & tẽpus. at verò, & cũ tempus videtur fuiſſe aliquod; ſimul & motus quidam fuiſſe videtur. quare aut motus, aut motus aliquid eſt tẽpus. cum igitur non ſit motus; neceſſe eſt motus ali-

Te. 99. quid eſſe ipſum. ¶ Quoniã autẽ quod mouetur, mouetur ex quodã in quoddam, & omnis magnitudo cõtinua ẽ; ſequitur magnitudinẽ motus: quia enim magnitudo continua eſt: & motus eſt continuus: quia verò motus, & tempus: quantus enim motus eſt, tãtum & tempus ſemper videtur fuiſſe. Prius autem, & Poſterius in loco primum ſunt; hic quidem poſitione. Quoniam autem in magnitudine eſt Prius, & Poſterius; neceſſe eſt & in motu eſſe Prius, & Poſterius proportionaliter ijs, quæ ſunt ibi. At verò & in tempore eſt Prius: & Poſterius; propterea quòd alterum ſequitur ſemper alterum ipſorum. Eſt autem Prius, & Poſterius ipſorum in motu. id quidem, quod eſt, motus eſt, eſſe tamẽ

T. 100. ipſi alterum; & non motus. ¶ At verò & tempus quidem cognoſcimus; cum definiuerimus motum, Prius, ac Poſterius definientes. atque tunc dici-

dicimus fuiſſe tempus; quando prioris, & Poſterioris in motu ſenſum ceperimus. determinamus autem aliud, & aliud exiſtimando ipſa, & medium quippiam inter ipſa alterum: cũ enim extrema altera à medio intellexerimus, duoq; dixerit anima, ipſa Nunc, hoc quidem Prius, illud verò Poſterius: tunc & hoc dicimus eſſe tẽpus: quod enim determinatur ab ipſis Nunc tẽpus eſſe videtur, & ſupponatur. ¶ Quando igitur tanquam vnum ipſum Nunc ſentimus, & nõ aut vt Prius, & Poſterius in motu aut vt idẽ quidem, nõ autem Prioris, & Poſterioris cuiuſdam; nõ videtur tempus factum fuiſſe vllum: quoniã neq; motus. cũ autẽ Prius, & Poſterius eſt. tũc dicimus tempus. hoc enim eſt Tempus, numerus motus ſecũdũ Prius, & Poſterius. Nõ ergo motus tempus eſt: ſed quatenus numerũ habet motus. ¶ Signum autem eſt: plus enim, & minus diſcernimus numero: motum autem plurem, & minorem tempore. Numerus itaq; quidam tempus eſt. Quoniam autem numerus eſt duplex (etenim quod numeratur, ac numerabile numerũ dicimus: & quo numeramus:) tempus autem eſt quòd numeratur, & non quo numeramus. eſt autem alterum, quo numeramus, & quod numeratur. T.101. T.102.

EXPLANATIONES.

NIHIL] *ideſt aliquam alterationem* [*motus*] *ſcilicet ſecũdum cogitationem, uel ſucceſſionem imaginationum* [*motus*] *ſcilicet eſt continuus* [*in loco*] *ſcilicet vel magnitudine* [*iis, quæ ſunt ibi*] *ſcilicet in magnitudine, & loco* [*ipſorum*] *.ſ. temporis, & motus* [*aliud*] *.ſ. nunc* [*& non*] *.ſ. diſcernimus* [*idem*] *.ſ. nunc* [*numeratur*] *.ſ. actu* [*&*] *ſcilicet alius.*

Sum-

Summa, & diuiſio in capit. 4.

NVNC ipſum quomodo idem, vel non idem ſit in toto tempore, & quo pacto reſpiciat tempus, continuet, vel diſtinguat hoc cap. narrat. Nunc quodammodo eſſe idem, & non idem proponit ſic, [tempus autem ſimul omne] quomodo ſit ait [ipſum autem nunc] probat hanc expoſitionem, vbi inquit [ſequitur enim, ut dictum eſt] poſtea tres aſſignat rationes: prima eius, quod dicitur, quòd nihil eſt temporis niſi nunc, vbi ait [manifeſtum eſt autem] ſecunda eius, quòd dicitur, [nunc diuidit, & continuat temporis partes] proponit his uerbis [continuum tempus eſt ipſo] probat dupliciter, primò ſic [ſequitur autem hoc] ſecundò, vbi ait [ſequitur & hoc punctum] vltima ratio eſt eius, quod dicitur, quòd nunc non eſt pars temporis, quæ eſt [& inſuper manifeſtũ eſt.

Caput Quartum. Quam rationem habeat ipſum Nunc ad ipſum tempus.

T. 103. ET, vt motus ſemper alius eſt, & aliu; ſic & tempus. Tempus autem ſimul omne idem eſt: nam ipſum Nunc idem eſt, ſecundum id,
T. 104. quod eſt: eſſe autem ipſi alterum eſt. ¶ Ipſum autem Nunc tempus metitur, quatenus prius eſt, atque poſterius. Ipſum autem Nunc eſt quidem, vt idem, eſt verò, vt non idem: quatenus .n. in alio, & alio eſt, diuerſum eſt (hoc aũt erat ipſi Nunc) quatenus verò eſt id, quod eſt, ipſum nunc, idem eſt: ſequitur enim (vt dictum eſt) magnitudinem motus: hunc autem tẽpus, vt diximus. & ſimiliter igitur punctum id quod fertur, quo motum cognoſcimus, & prius in ipſo, & poſterius. hoc autem ſecundùm id quidẽ, quod eſt, idem eſt: punctum enim aut lapis, aut

aut aliquid eiuſmodi eſt, ratione autem aliud eſt. ſicut Sophiſtæ accipiunt diuerſum Coriſcū in Lycio eſſe, & Coriſcum in foro. & hoc igitur, ex eo, quia alibi, & alibi eſt, diuerſum eſt. Ipſum autem Nunc ſequitur id, quod fertur, vt tempus motum: eo enim quod fertur, cognoſcimus prius, & poſterius in motu. quatenus autem numerabile eſt prius, & poſterius, ipſum Nunc eſt. Quare & in his id quidem quod eſt, Nunc, eſt idem: prius enim, aut poſterius eſt, quod in motu eſt, ipſum autem eſſe alterum: quatenus enim numerabile eſt prius, & poſterius, ipſum Nunc eſt. & notū maximè hoc eſt; etenim motus eſt per id, quod mouetur, & latio per id, quod fertur: hoc aliquid enim eſt id, quod fertur, motus autem non. Eſt igitur ut idem ipſum Nunc dictum ſemper: eſt autem vt non idem: etenim ſimiliter & quod fertur.
¶ Manifeſtum eſt autem, ꝙ ſi tempus non ſit: ipſum Nunc non erit: & ſi ipſum Nunc nō ſit; tempus non erit. Vt enim ſimul ſunt, id, quod fertur, & latio: ſic & numerus eius, quod fertur, & lationis: tempus enim eſt lationis numerus, ipſum autem nunc eſt vt quod fertur, vt unitas numeri. & continuum tempus eſt ipſo Nunc: & diuiditur ſecundum ipſum Nunc. ſequitur autem hoc lationē, & id, quod fertur: etenim motus, & latio vna eſt ipſo, quod fertur: quia vnum, & non ſecundum id, quod eſt (etenim deficeret). ſed ratione, & diſtinguit priorem, & poſteriorem motum hoc. Sequitur autem & hoc quodammodo punctum: etenim punctum & continuat longitudinem, & diſterminat: eſt enim huius quidem principium; illius vero finis. ¶ Sed, cum quidem accipiat T. 105. T. 106.
P ali-

aliquis, tanquam duobus vtens vno; neceſſe eſt ſtare, ſi erit principium, & finis idem punctus. ipſum autem Nunc, ex eo, quia mouetur id, quod fertur, ſemper alterum eſt. Quare tẽpus numerus eſt, non vt ipſius puncti, quia & principium, & finis eſt; ſed vt vltima ipſius lineæ magis, & non vt partes propter id, quod dictũ
T. 107. eſt. medio enim puncto, tanquam duobus, vtetur. quare, vt quieſcat, accidet. ¶ Et inſup manifeſtũ eſt, quod neq; pars eſt ipſum Nũc tẽporis, neq; diuiſio motus, ſicut neq; puncta ipſius lineę: lineæ enim duæ partes vnius ſunt. Quatenus igitur terminus eſt ipſum Nũc, nõ eſt tempus, ſed accidit: quatenus vero numerat, numerus: termini. n. illi⁹ ſolũ ſunt, cuius ſũt termini. numer⁹ aũt horũ equorũ, denarius, ſ. & alibi ẽ.

EXPLANATIONES.

ALTERVM] *.ſ. ſecundũ prius, & poſterius [eſt] .i. ſecũdũ ſucceſſionẽ tẽporis [eſt id quod eſt] .i. conſideratur in ſe [hunc] .ſ. motum [diuerſum] .ſ. ratione [eo quod fertur] .i. in mobile [hoc] .i. nunc [aliquid] .ſ. aliquid per ſe ſtans [continuum ipſo nunc] .ſ. continuatur cum ipſo nunc [longitudinem] .i. lineam [huius] .ſ. partis [vno] .ſ. puncto [duobus] .ſ. principio, & fine [accipit] duo nunc.*

Summa, & diuiſio in cap. 5.

TEMPVS eſſe numerum oſtendit, & nonnullorum etiam de ipſo dictorum rationes redduntur. numerum eſſe declarat dicens [quòd igitur tempus] deinde quatuor conſiderat circa tẽpus, primo quomodo in tempore inueniatur minimum. & hoc ibi [minimus autem numerus] ſecundò aſſignat rationem, quia tempus dicitur longum, & paruum, & breue,

&

& longum, quæ eſt [quatenus enim continuum] ter tiò quomodo ſit idem, & quo pacto, declarat his verbis [& idem etiam vbique ſimul] quartò oſtendit, quòd ſicut motum cognoſcimus tempore, ita & tempus motu; & hoc dupliciter, primò ſic [non ſolùm autem motum] ſecundò ibi [& hoc rationabiliter.

Caput Quintum. Quis Numerus ſit, qui in definitione temporis accipitur: ex quo nonnullorum in ipſo tempore redditur cauſa.

QVod igitur tempus numerus motus eſt ſecundùm prius, & poſterius, & continuũ (nam continuũ eſt) manifeſtum eſt. Minimus autem numerus, quidam ſimpliciter quidẽ eſt, vt dualitas: quidam autem numerus eſt quidẽ vt eſt, eſt autem vt non eſt. Vt lineæ minimus multitudine quidem eſt duæ, aut vna, magnitudine autem non eſt minimus: ſemper enim diuiditur omnis linea. Quare ſimiliter & tempus; minimum enim ſecundùm numerum eſt vnum, aut duo, ſecundùm autem magnitudinẽ non eſt. ¶ Manifeſtum autem eſt; & propter quid velox quidem, & tardum nõ dicitur multum ſed, & paucum, & longum, & breue. quatenus enim continuum eſt, longum, & breue dicitur: quatenus autem numerus, multum, & paucum. velox autem, & tardum non eſt: non enim numerus, quo numeramus, velox, & tardus vllus. ¶ Et idem etiam vbique ſimul eſt. Prius autem, & Poſterius nõ idem: quia & mutatio præſens quidem vna eſt: facta verò, & futura altera. Tempus autem numerus eſt, non quo numeramus, ſed qui numeratur. hoc autem accidit ſecundum prius, & poſterius ſemper alterum: Ipſa enim Nunc altera ſunt. Eſt

T. 108.

T. 109.

T. 110.

autem numerus, vnus quidem & idem cētum equorum, & centum hominum: quorum autē numerus eſt, altera ſunt, equi. ſ. ab hominibus.

T. 111. ¶ Amplius autem, vt contingit motū eſſe eundem, & vnum iterum, & iterum; ſic & tempus contingit, vt annum, aut ver, aut autumnum.

T. 112. ¶ Non ſolùm autem motū tempore metimur; ſed & motu tempus: propterea quòd à ſe inuicem definiūtur. tempus enim definit motum; cum ſit numerus ipſius: motum autem tēpus. & dicimus multum, aut paucum tempus, motu metientes: ſicuti numerabili numerum, vt equo vno equorum numerum: numero enim equorum multitudinem cognoſcimus: rurſus autem in vno equo ipſum equorum numerū. ſimiliter autem & in tempore, & motu: tempore enim motum, motu autem tempus menſuramus.

T. 113. ¶ Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem motus, motum autē tempus, ex eo quia quanta, & continua & diſcreta ſunt: propterea enim quòd magnitudo eſt huiuſmodi, motus hæc patitur: propter autem motum tempus. Atque menſuramus & magnitudinem motu, & motum magnitudine: multam enim dicimus eſſe viam; ſi ambulatio multa eſt: & hanc multam; ſi via multa ſit: & tempus; ſi motus: & motum; ſi tempus.

EXPLANATIONES.

CONTINVI nāq;]. ſ. eſt numerus motus, qui eſt cōtinuus [ſic]. i. minimum [vnum, aut duo] vt puta vnum annum, aut duos annos [numerus] ſ. ſimpliciter [quorum autem numerus eſt] ſ. ſed numerus eſt alius [vnum] ſ. ſpecie [motus hæc patitur] i. inueniuntur hæc in motu.

Sum-

Summma; & diuiſio in cap.6.

DECLARAT quid ſit eſſe in tempore, quæ ſint in tempore, & quæ non, & tempus quieſcentia, & mouentia menſurare. diuiditur igitur hoc caput in duas partes, in prima comparatur tempus ad motum, ſecundò ad alia, quæ ſunt in tempore: quomodo motus menſuretur à tẽpore, vel ſit in eo, declarat ibi [quoniam autem tempus] circa ſecundum tria conſiderat, primò quo pacto ſe habeat ad alia, & hoc ibi [manifeſtum eſt quod] ſecundò quòd non omnia entia ſunt in tempore. & duo aſſerit, primò proponit ea, ex quibus procedit ad propoſitum oſtendendum; proponit ſic [quoniam autem eſt] ſecundò concludit propoſitum dicens [quia manifeſtum eſt] oſtendit quieſcentia eſſe in tempore, vbi ait [quoniam autem tempus] & declarat quid mobile, & quieſcens menſuretur à tempore ibi [menſurabit autem tempus] Tertiò narrat, ꝙ non omnia non entia ſunt in tempore, & hoc dicens [manifeſtũ eſt igitur] & probat ibi [ſi menſura quidem] denique repetit, quæ propriè ſint in tempore, & quæ non, vbi ait [quæcunque igitur corruptibilia.

Caput Sextum. Quid ſit in Tempore eſſe. Quæ ſint ea, quæ ſunt in Tempore, & quæ non ſunt in tempore, Tempusq́; vt motum, ita & quietem menſurare.

QVoniam autem tempus eſt menſura motus, ipſiusque moueri, metitur autem hoc motum determinando quendam motum, qui menſurabit totum; ſicut & longitudinem cubitus, determinando aliquam magnitudinẽ, quæ remetietur totam, & eſt motui in tempore eſſe, menſurari tempore, & ipſum, & eſſe ipſius: T. 114.

ſimul enim & motum, & eſſe motus mēſurat: & hoc eſt ipſi in tempore eſſe, mēſurari ipſius eſſe. ¶ Manifeſtum eſt, quod & alijs hoc eſt
T. 115. ipſum in tempore eſſe, menſurari ipſorum eſſe à tempore: In tempore enim eſſe duorū eſt alterum: vnum quidem eſſe tunc, quando tempus eſt: alterum autem, vt quædam dicimus, ꝙ in numero ſunt. hoc autē ſignificat, aut vt partem numeri, & paſſionem, & omnino quod numeri aliquid eſt, aut quòd eſt ipſius numerus. Quoniam autem numerus tempus eſt, ipſum quidem Nunc, & Prius, & quæcunq; ſunt huiuſmodi ſic in tempore ſunt, vt in numero vnitas, & impar, & par: hęc enim numeri aliquid, illa verò temporis aliquid ſunt. Res autem, vt in numero, ita in tempore ſunt. ſi autē hoc eſt; continentur à numero, ſicut & ea, quæ ſunt in
T. 116. loco, à loco. ¶ Manifeſtum autem eſt, & quod non eſt in tempore eſſe, eſſe quando tēpus eſt; ſicut neque in motu eſſe, neque in loco, quādo motus, & locus eſt: Si enim erit id, quod eſt in aliquo; ſic omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio: quando enim milium eſt, & cœlum eſt. ſed hoc quidem accidit, illud autē neceſſe eſt conſequi, & ei, quod eſt in tempore, eſſe quoddam tempus, quando & illud eſt, & ei,
T. 117. quod eſt in motu, eſſe tunc motum. ¶ Quoniam autem eſt, ut in numero, eſſe in tempore; accipietur aliquod maius tempus omni eo, quod eſt in tempore. Quapropter neceſſe eſt omnia ea, quæ in tempore ſunt, contineri à tempore, ſicut & alia, quæcunque in aliquo ſunt; vt ea, quæ in loco ſunt, à loco. Et pati etiam aliquid à tempore, ſicut & dicere conſueuimus, quòd tabefacit tempus, & ſeneſcunt omnia tempore,

re,& obliuiſcuntur propter tempus;ſed non di dicit,nec nouum factum eſt, nec pulchrũ:corruptionis enim cauſa per ſe magis eſt tempus: numerus enim ipſius motus eſt: motus autem expellit id,quod ineſt. Quare manifeſtum eſt, ꝙ ea,quæ ſemper ſunt,quatenus ſemper ſunt, non ſunt in tempore:non enim continentur à tempore,neque menſuratur eſſe ipſorum à tẽpore.Signum autem huius eſt,quod neque patiuntur quicquam à tempore, tanquam nõ exiſtentia in tempore. ¶ Quoniam autem tempus menſura motus eſt;erit & quietis menſura ſecundum accidens:omnis enim quies in tempore eſt:non enim,vt quod eſt in motu,neceſſe eſt moueri;ſic & quod in tempore:nõ enim tempus motus,ſed numerus motus.in numero autem motus poteſt eſſe,& quieſcens:nõ enim omne immobile quieſcit,ſed priuatum motu, aptum autem natura moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. Eſſe autem in numero, eſt eſſe quendam numerum rei , & menſurari eſſe ipſius numero,in quo eſt;quare,ſi eſt in tẽpore,à tempore. Menſurabit autem tempus id , quod mouetur,& quod quieſcit , quatenus hoc quidem mouetur,illud vero quieſcit:motũ.n.ipſorum menſurabit , & quietem , vt quanta quædam. ¶ Quare quod mouetur non ſimpliciter erit menſurabile à tempore, quatenus quãtum quoddam, ſed quatenus motus ipſius quantus eſt. Quare quæcunque neque mouentur, neq; quieſcunt, non ſunt in tempore: eſſe enim in tempore eſt menſurari tempore : tempus autẽ motus , & quietis menſura eſt. ¶ Manifeſtum igitur eſt,quod neque omne, quod nõ eſt, erit in tempore ; vt quæcunque non poſſunt aliter

T. 118. T. 119. T. 120.

eſſe, vt diametrum eſſe lateri commenſurabilē: omnino enim, ſi menſura quidem eſt motus tēpus per ſe, aliorum autem ſecundùm accidens; manifeſtum eſt, quòd quorum eſſe menſurat; his omnibus erit eſſe in quiete, aut motu. Quęcunque igitur corruptibilia, & generabilia ſūt, & omnino quæ aliquando quidem ſunt, aliquādo verò non, neceſſe eſt in tempore eſſe: eſt.n. tempus quoddam maius, quod excedet eſſe ipſorum, & id quod menſurat ſubſtantiam. Eorū autem, quæ non ſunt, quæcunque quidem cōtinet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat: alia verò erunt, vt futurorum aliquid, quæ tempus vtrauis continet. & ſi ambo; vtraque & erant, & erunt: Quæ autē haudquaquam continet; neque erant, neque ſunt, neque erunt. ſunt autem huiuſmodi eorū, quæ non ſunt, quorum oppoſita ſunt ſemper: vt incommenſurabilem eſſe diametrum ſemper eſt: & non erit hoc in tempore: neque ergo cōmenſurabilem eſſe. quapropter ſemper nō eſt; quoniam contrarium eſt ei, quod ſemper eſt. Quorum autem contrarium non ſemper eſt, hæc poſſunt & eſſe, & non eſſe, & eſt generatio, & corruptio ipſorum.

EXPLANATIONES.

IPSIVS moueri] .ſ.*duratione motus*[*quendā motum*] .i. *vnam partem motus* [*& longitudinem*] .ſ.*totam, vt palmi* [*eſſe ipſius*] *i. ſecundùm ſuam durationem* [*duorum eſt alterum*] .i.*dup. poteſt intelligi*[*aut*] .ſ.*ſunt in ipſo numero* [*paſsionem*] .ſ. *numeri vt par, & impar* [*hoc*] .ſ.*vnum eſſe cum altero*[*illud*] .ſ.*in quo aliquid eſt* [*accipiatur*] .ſ. *vt ſit etiam in numero* [*ipſius*] .ſ.*primi* [*ineſt*] .ſ.*rei* [*in prioribus*] .i. *in*

In tertio libro [quædam] .ſ. ſecundùm quantitatem ſui motus [ſubſtantiam menſurat].i.ſecundùm eſſe, vel durationem ipſorum.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

QVID Nunc, Tunc, Iam, Olim, Modo, & Repente ſignificent, declarat Ariſt. Nunc ſic explana [ipſum autem nunc eſt continuatio] tunc explicat his uerbis [ipſum autem aliquando,] & mouet dubium dicens [ſi uerò nullum tempus] quid ſignificet iam, aſſerit ſic [ipſum autem iam,] quid modo, olim, & Repente, ubi inquit [ipſum autem Nuper.]

Caput Septimum. Quo pacto ipſum Nunc continuat tempus. Dequè alio ſignificato ipſius Nunc. Et quid hæc ſignificent, ſcilicet Aliquando, Iam, Nuper, Quondam, & Repente. Et quòd Tempus corruptionis per ſe magis, generationis autem magis per accidens eſt cauſa.

IPſum autem nunc eſt continuatio temporis, T. 121.
ſicut dictum eſt: continuat enim tempus prę teritum, & futurum, & omnino terminus temporis eſt: eſt enim huius quidem principium, illius autem finis. Sed hoc non, vt in puncto manente, manifeſtum eſt. diuidit autem potentia. & quatenus quidem huiuſmodi, ſemper alterum eſt ipſum Nũc: quatenus autem copulat, ſemper idem eſt. Vt in mathematicis lineis: nõ enim idem ſemper, vnumq; punctum eſt intellectu: diuidentium enim aliud eſt: quatenus autem eſt vna, idem penitus eſt. Sic & ipſum Nũc aliud quidem temporis, diuiſio ſecundum potentiam eſt, aliud autem terminus vtrorumq; & vnio: eſt autem idem, & ſecundùm idem diuiſio, & vnio; eſſe autem non eſt idem. ¶Ipſorũ T. 122.

igitur

igitur Nunc hoc quidem ſic dicitur. aliud aũt,
cũ tempus, quod eſt huius, propè ſit: vt veniet
nunc; quia hodie veniet. quæ vero in Ilio geſta
ſunt, fuerũt non nũc, neq; diluuiũ fuit nunc: &
tamẽ cõtinuum tps eſt ad ipſa: ſed quia nõ pro
T. 123. pè. ¶ Ipſum autem Aliquando tẽpus eſt determi
natum ad Prius, & Poſterius Nunc: vt, aliquan-
do capta eſt Troia, & aliquãdo erit diluuium:
oportet enim terminari ad ipſum Nunc. erit er
go quantum aliquod ab hoc tempus, & ad il-
T. 124. lud, & erat ad præteritum. ¶ Si vero nullum tẽ-
pus eſt, quod non ſit aliquando; omne erit tem
pus finitum. Deficiet ne igitur, an non; ſi quidẽ
ſemper eſt motus? Aliud igitur, aut idem ſæpe?
Manifeſtum eſt, quòd vt motus; ſic & tempus
eſt: ſi enim vnus & idem ſit aliquando; erit tem
T. 125. pus vnum & idem: ſin verò non; non erit. ¶ Quo
niam autem ipſum Nunc, finis, & principium
temporis eſt, ſed non eiuſdẽ, ſed præteriti qui-
dem finis, principium aũt futuri; vt habebit cir-
culus in eodẽ quodãmodo curuum: & concauũ
ſic & tẽpus ſemper in principio erit, & fine: &
ob hoc videtur ſemper alterum: non enim eiuſ-
dem principium, & finis ipſum Nunc: ſimul. n.
& ſecundum idem oppoſita eſſent. & non defi-
ciet itaque tempus; ſemper enim in principio
T. 126. eſt. ¶ Ipſum autem Iam, propinquum præſenti
Nunc indiuiſibili, pars eſt futuri temporis. quã
do ambulabis? iam. quia prope eſt tempus, in
quo futurum eſt. & præteriti temporis id, quod
non procul eſt ab ipſo Nunc. quando ambula-
bis? iam ambulaui. Iliõ autem iam captum eſt,
nõ dicimus: quia procul valde eſt ab ipſo Nunc.
T. 127. ¶ Ipſum autem Nuper propinquum præſenti
Nunc, & pars præteriti eſt. quando veniſti? nu-
per.

per, ſi ſit tempus propinquum præſenti Nunc. Quondam autem, quod procul eſt. Repente autem, quod in inſenſibili tempore propter paruitatem rem bitum eſt. ¶ Mutatio autem omnis natura remotiua eſt. in tempore autem omnia fiunt, & corrumpuntur. Quapropter & alij quidem ſapientiſſimum dicebāt: Pythagoreus autem Paro inductiſſimum; quia obliuiſcuntur, & in hoc dicens rectius. Manifeſtum itaq; eſt, quod corruptionis magis erit per ſe cauſa, quā generationis, ſicut dictum eſt & prius: remotiuum enim mutatio per ſe eſt; generationis autem, & ipſius eſſe, ſecundum accidens. Signum autem ſufficiens eſt, quia fit quidem nihil, niſi moueatur quodammodo ipſum, & agat: corrumpitur autem, etiam cum nihil mouetur. & hanc dicere maximè conſueuimus à tempore corruptionem. ſed neq; hanc tempus facit; ſed accidit in tempore fieri, & hanc mutationem. Quod igitur tempus eſt, & quid eſt, & quot modis dicimus ipſum Nunc, & quid ipſum Aliquando, & Nuper, & Iam, & Quondam, & Repente, dictum eſt. T. 128.

EXPLANATIONES.

HVIVS] *ſ. futuri* [*illius*] *ſ. præteriti* [*diuidit*] *i. nūc dimidit tempus* [*huiuſmodi*] *i. principium futuri, & finis præteriti* [*copulat*] *ſ. tempus* [*vtrorumq;*] *ſ. temporis præteriti, & futuri* [*idem*] *i. nunc* [*idem*] *ſ. ſubiecto* [*unus*] *ſ. motus.*

Summa, & diuiſio in cap. 8.

DECLARAT cauſam per ſe corruptionis eſſe tempus, generationis autem per accidens, & cõſequon-

ſequenter omnem motum, ac mutationem eſſe in tem pore narrat. Tempus eſſe cauſam corruptionis per ſe proponit ſic [mutatum autem omnis] & probat du pliciter, primùm [remotiuum.n.] ſecũdò [ſignum aut ſufficiens] Motum, & mutationem eſſe in tempore probat duabus rationibus, prima [velocius enim tar dius] ſecunda [at uerò prius.

Caput Octauum Omnem mutationem eſſe in tempore.

T. 129. His autem nobis ſic determinatis, manifeſtum eſt, quòd omnem mutationem, & omne, quod mouetur, neceſſe eſt moueri in tẽpore: velocius enim, & tardius ſecundùm omnem eſt mutationem. in omnibus enim ſic videtur. Dico autem velocius moueri, quod prius, dum tranſmutatur ad ſubiectum ſecundùm idem ſpatium, & regularem motum mouetur: vt in latione, ſi vtraq; ſecundùm circunferentiam moueantur, aut vtraq; ſecundum rectam. ſimiliter autem eſt & in alijs. At verò Prius in tempore eſt. Prius enim, & Poſterius dicimus ſecundùm eam, quæ ad ipſum Nunc eſt diſtantiam. ipſum autem Nunc terminus præteriti, & futuri eſt. quare, quoniam ipſum Nunc in tẽpore; & Prius, & Poſterius in tempore erunt: in quo enim eſt ipſum Nunc, & ipſius Nunc diſtãtia. Econtrario autem dicitur Prius & ſecundũ præteritum tempus, & futurum: in præterito enim prius dicimus, quod longius eſt ab ipſo Nunc: Poſterius autem, quòd propius eſt. in futuro autem Prius quidem, quod propinquius eſt: pòſterius autem, quod longius eſt. Quare, quoniam prius in tempore eſt, omnem autem motum ſequitur ipſum prius; manifeſtum eſt,

quod

quòd omnis mutatio, & omnis motus in tempore eſt.

EXPLANATIONES.

REMOTIVA]*.ſ.rei,quæ mutatur à naturali diſpoſitione[remotiuũ] .i.deſtructiuum[niſi moueatur quodãmodo ipsũ] .i.niſi appareat aliquid mouẽs.*

Summa, & diuiſio in cap. 9.

DVAE de tempore dubitationes mouentur, ac ſoluuntur: altera de exiſtentia, altera de ipſius vnitate. caput igitur in duas partes diuiditur. in prima duas mouet dubitationes, prima eſt [dignum aũt cõſideratione] ſecunda [& propter ea in omnibus videtur] deinde eas ſoluit, & primò ſecundam his verbis [an quia ipſius motus] primã vero dicens [vnum autem cum non] in ſecunda autem parte, quæ eſt de exiſtentia temporis, tria conſiderantur, primum mouet dubitationem, quę ibi eſt [dubitauerit autem aliquis] ſecundò eam ſoluit ſic [an qualiſcunque] vltimò aperit quoddam ſuppoſitum, vbi inquit [dicitur autem rectè.]

Caput Nonum, in quo quædam adducuntur dubitationes circa ipſum Tempus, & earum ſolutiones.

DIgnum autem conſideratione eſt, & quomodo tandem ſe habet tempus ad animã: T. 130.
& propter quid in omnibus videtur eſſe tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An, quia ipſius motus paſſio quædam eſt, vel habitus: cũ numerus quidem tempus ſit; hæc autem mobilia omnia: in loco enim omnia ſunt: tempus autem, & motus ſimul ſunt & ſecundũm potẽtiam, & ſecundũm actum. ¶ Vtrum autem, cũ T. 131.
non

non ſit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cum enim impoſſibile ſit numeraturū eſſe; impoſſibile eſt numerabile aliquod eſſe. quare eſt manifeſtum, quòd neq; numerus eſt: numerus enim eſt aut numeratum, aut ipſum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura eſt, quàm anima numerare, & animæ intellectus; impoſſibile eſt tempus eſſe, cum non ſit anima. niſi hoc, quod aliquando exiſtens tempus, vt, ſi contingit motū eſſe ſine anima. prius autem, & poſterius in motu eſt: tempus autem hæc ſunt, quatenus numerabilia ſunt. ¶ Dubi-
T. 132. tauerit autem aliquis, & qualis motus numerus tempus ſit. An qualiſcunq; etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur eſt, eatenus eſt vniuſcuiuſq; motus numerus. quapropter ipſius motus ſimpliciter eſt numerus continui, ſed non cuiuſdam. ſed eſt nunc moueri vnum, & aliud, quorum vtriuſque motus erit numerus. Alterum igitur tēpus erit, & ſimul duo ęqualia tempora erunt, an nō omne nanq; tempus vnum ſimiliter, & ſimul eſt, ſpecie autem & quæ non ſimul. ſi enim ſint hi quidem canes, illi verò equi, vtriq; autem ſeptem, idem numerus eſt. ſic & motum ſimul terminatorum idem tempus eſt. ſed hic quidē velox fortaſſis, alius verò non: & hic quidem latio, alius autem alteratio, tempus tamen idem eſt; ſi quidem & numerus æqualis ſit & alterationis, & lationis, & ſimul ſint. Atque propter hoc motus quidem alteri, & ſeorſum ſunt, tempus autem vbique eſt idem; quia & numerus vnus & idem vbiq; eſt, qui eſt æqualium, & ſi-
T. 133. mul. ¶ Quoniam autem eſt latio, & huius ſpecies

cies ſit circularis, numeratur autem vnūquodque vno quodam cognato, vnitates vnitate, equi verò equo; ſic & tempus tempore quodam finito. (menſuratur autem, ſicut diximus, & tempus motu, & motus tempore: hoc autē eſt; quia à determinato motu, & tempore menſuratur & ipſius motus quantitas, & temporis.) ſi igitur primum menſura omnium cognatorū eſt circumlatio; regularis mēſura maximè erit: quia numerus huius nōtiſſimus eſt. Neq; igitur alteratio, neq; augmentatio, neq; generatio regulares ſunt: latio aūt eſt. Quapropter & videtur tempus eſſe ſphæræ motus; quia hoc menſurantur alij motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem & quod conſuetum eſt dici, accidit: dicunt enim circulum eſſe humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem eſt quia hæc omnia tempore dijudicantur, & accipiunt finem, & principium; ac ſi ſecūdùm quādam periodum fit: etenim tempus ipſum eſſe videtur circulus quidam. hoc autem rùrſus videtur; quia huiuſmodi lationis menſura eſt, & menſuratur ipſum ab huiuſmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiunt, eſſe circulum, eſt dicere temporis eſſe quendam circulum. hoc autē eſt; quia menſuratur circunlatione: præter.n. menſuram nihil aliud videtur eſſe quod menſuratur, quàm multæ menſuræ, totum. ¶ Dicitur autem rectè, quòd numerus quidem eſt idē ouium, & canum; ſi æqualis vterq; ſit. denarius T. 134. autem non idem, neq; decem eadem: ſicut neque trianguli ijdem, æquilaterus, & qui trium inæqualium laterum, & tamen figura eadem eſt; quia ambo trianguli ſunt. Idem enim dicitur,

tur, cuius non differt differentia, ſed non cuius differt: vt triangulus trianguli differentia differt (diuerſi enim trianguli ſunt) figurę autem non; ſed in vna, & eadē diuiſione: figura enim talis quidem circulus eſt, talis verò triangulus. huius autem talis quidem eſt æquilaterus, talis verò qui trium inæqualium laterum. figura igitur eadem, & hæc: triangulus enim eſt: triangulus autem non idem eſt. Et numerus igitur idem: non enim differt numeri differentia numerus horum, denarius autem non idem eſt: in quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, illa verò equi ſunt. Et de tempore quidem, & ipſo, & de ijs, quæ circa ipſum conſiderationi ſunt propria, dictum eſt.

EXPLANATIONES.

PASSIO, & habitus [*idest accidens* [*hæc*] *ſ. corpora* [*& animæ*] *ideſt & inter partes animę* [*hæc*] *ideſt prius, & poſterius* [*eiuſdem*] *ſcilicet determinati motus* [*ſimiliter*] *ideſt ęqualiter* [*propter hoc*] *ſcilicet quia tempus eſt numerus circulationis primæ* [*eadem eſt*] *ſcilicet ſpecie* [*in quibus enim dicitur*] *ideſt quibus applicatur numerus.*

CVR-

CVRTII MARINELLI
QVAESTIONVM
Solutio in Lib. IIII. Phyſ.

SICVT Phyſicus habet conſiderare de infinito; ſimiliter & de loco. Hac Phi. in tex. 1. Sed locus reperitur ſimpliciter in naturalibus, infinitum autē non. ſoluit hoc Egid. com. 1. ſic cætera talia dicunt ſimilitudinem, non æqualitatem. ad hoc autem, ꝙ ſimiliter conſideret naturalis de loco ſicut de infinito, non oportet, ꝙ æquè directè, ac principaliter cadat in conſiderationem naturalis infinitum, ſicut locus. ſufficit autem; quòd illæ eadem rationes, per quas probari poteſt, ꝙ ſpectat ad naturalem conſiderare de infinito, adduci poſſunt ad oſtendendum, ꝙ ſpectat ad ipſum conſiderare de loco: dicebatur enim antea, quòd de infinito conſiderare debet naturalis, tum quia ſequitur motum, tum etiam quia de eo tractauerunt philo. naturales. Quæ. 1.

OMNIA, quæ ſunt, non eſſe in loco, ſentit Ariſto. in eodem textu contra antiquos. Tamen omnia corporea ſunt in loco, & incorporea, ut intelligentiæ in cælo. ſoluit Iand. Q. 1. quòd eſſe in loco conſideratur dupliciter, uel propriè. i. loco determinato. & ſic ſunt omnia corporalia in loco: vel impropriè, ſcilicet ſecūdum quandā tranſumptionem. & hoc pacto incorporea ſunt in loco, & in mobili ſecūdū appropriationē mouendi. Auer. in com. aſſerit ſubſtantias ſeparatas, & materiam non eſſe in loco, & fortaſſe intelligit propriè. Tat. in prim. Phi. ait quòd eſſe in loco ſumitur dupliciter, uno modo dimenſionaliter, uel occu- Quæ. 2.

Q *patiuè,*

patiuè, uel circunſcriptiuè, & ſic illud eſt in loco, quod totum locatum correſpondet toti loco, & qualibet pars locati cuilibet parti loci. & hoc pacto ſola corpora ſunt in loco. Secundò aliquid eſt in loco definitiuè, ſiue determinatè. & ſic illud eſt in loco, quod ſic eſt præſens alicui loco, quod non alteri. & hoc modo angelus, qui non eſt quantus, eſt in loco: quia ſic eſt in cælo, quod non in terra ut narrat Ioan. Damaſcenus. Ianel. autem inquit eſſe in loco dupliciter dicitur, uel per commenſurationem. & ſic corpora ſunt in loco: uel per contactum uirtualem. & ſic primum principium eſt in loco, ſed metaphoricè.

Quæ. 3. *LOCVM habere potentiam conſeruatiuam locati ſcribit Ariſt. in tex. 4. Sed locus non eſt forma, nec aliquid inhærens locato. ſoluit Ianel. quòd perficiens eſt duplex: intrinſecum, & extrinſecum. locus perficit extrinſecè, ſed non intrinſecè, dummodo nõ adſit aliquod prohibens, ut ait Ariſt. in textu. & ſi quæratur à quo id obtineat, dico, quòd à primo locante, id eſt à cælo influente talem uirtutem conſeruatiuam.*

Quæ. 4. *SVRSVM, & deorſum, & reliqua ſex diſtantia uocat Ariſt. loci partes, & ſpecies. gloſſat Auer. in comm. quòd hæ differentiæ non ſunt partes ſecundum quantitatem; ſed ſecundum formam: diuiditur enim locus in ſuperius, & inferius, ut genus in ſuas ſpecificas differentias. & hoc etiam Egid. ſed dubitat Burleus, quoniam ſurſum, & deorſum non differunt ſpecie; ſurſum neque deorſum non habet aliqua indiuidua ſub ſe. ſoluit autem, quòd locus poteſt accipi tripliciter: Primò pro corpore locante, quemadmodum dicimus, quòd ignis eſt locus aëris: Secundò pro uirtute conſeruatiua locati: Tertiò pro ultimo corporis continentis. dico igitur, quòd accipiendo locum tertio modo non habet ſpecies: ſed accipiendo*

cipiendo pro corpore locante, habet ſpecies: quia ut Ianel. uirtus conſeruatiua eorum differt ſpecie. multi etiã dubitare ſolent, an locus habeat uim trahendi ad ſe locatum: ſoluit D. Thom. & Ianel. quòd habet quidem uirtutem attractiuam; non ut efficiens, ſed ut finis: & Ianel. Hi quidem duo trahentes non conueniunt in attractione uniuoca; quoniam trahens ut efficiens mouetur cum attracto: ſed ut finis non mouetur, ſed motum mouetur ad ipſum.

SVRSVM apud naturam eſt ubi fertur ignis. Quæ. 5.
ſic in tex. & comm. 5. attamen uidetur, quòd ſit ſuprema ſphæra. ſoluit Burleus, quod eſſe ſimpliciter ſurſum ſumitur dupliciter: primò ſimpliciter ſurſum, quod ſ maximè diſtat à centro: & illud eſt ſimpliciter ſurſum in toto mundo, quod conſtituitur ex corporibus cœleſtibus, & eorum motoribus; & ex omnib. elementis, & mixtis: & tale ſimpliciter ſurſum eſt circũferentia primi orbis. ſecundò eſt ſimpliciter ſurſum in hoc mundo inferiori infra ſphæram Lunæ, & tale eſt locus ignis.

PVNCTVM, & locum puncti eſſe idem dicit Phil. in tex. 9. attamen locus, & res locata differunt; aliud enim eſt locus, & aliud locatum: ſoluit Egidius; quòd puncti non eſt locus primò & per ſe; ſed per accidens; ut etiam tenet Auer. Albertus, & Burleus. Adde, quòd differentiam punctorum, ſuperficierum, & talium dupliciter accipere poſſumus; primò ex ſitu: eo enim ipſo, quòd hic punctus eſt in alio ſitu, quàm ille, differt ab illo: deinde talis differentia accipitur ex eis, in quibus ſunt: cum enim aqua contigua ſit aëri; ſimul eſt ſuperficies aquæ cum ſuperficie aëris; tamen illæ ſuperficies diſtinctæ ſunt; quoniam ſuperficies aëris eſt in alio ſubiecto, quàm ſuperficies aquæ. Sed, ſi eſſent corpora mathematica, quæ ſolum conſiderantur ut quanta, nec differunt ex Quæ. 6.

diuerſitate natura, ut ait Com. contigua fierent continua. & ſic eſſent unum. idem eſt de puncto, ut de ſuperficie: cum igitur antiqui loquebantur de loco magis mathematico, quàm de loco naturali: nam ſolùm conſiderabant locum ratione quantitatis, & dimenſionum; oportebat nos dicere idem eſſe punctum, & locum puncti. & hoc modo etiam Ariſt. arguit dicendo punctum eſſe idem cum loco mathematicè, ut antiqui tractabant. Ianel. autem in Q. 5. ait, quòd hæc ſententia conſideratur dupliciter, uel naturaliter: et ſic differunt: uel mathematicè: & ſic ſunt idẽ: quæcunque enim ſunt in eodem ſitu, ſunt eadem mathematicè.

Quæ. 7. *LOCVM non eſſe aliquam quatuor cauſarum ait phil. in tex. 12. ſed antea dixit habere potentiam conſeruandi locatum. ſoluit Egid. auctoritate Com. quòd ſe habet locus reſpectu locatorum, ut finis. ſed duplex eſt finis: intra. ſ. & extra. non eſt finis intra; talis enim eſt forma. tamen aliquo modo eſt, ut finis extra; unumquodque enim locandorum tendit in proprium locum, tanquam in finem, & id in corporibus ſimplicibus, non in compoſitis, ut etiam Burleus ſentit. Ianel. autem aliter ſoluit dicens, quòd locus cõſideratur dupliciter mathematicè. ſ. ut eſt quantitas, & dimenſio, & ſic non eſt aliqua cauſarum: deinde naturaliter, ut locans conſeruat locatũ, quod mouetur ad ipſum, ut in eo quieſcat: & ſic eſt cauſa, ut finis extrinſecus.*

Quæ. 8. *MATERIAM non continere. aſſerit Ariſt. in tex. 18. inſtãt tamẽ aliqui, quòd formam contineat. gloſſat Egidius. dicens quòd, & ſi aliquo modo poſſumus dicere materiam continere: non tamen continet, ut finiens, & determinans; ſed ſic continet formam, quòd finitur, & terminatur per ipſam. unde propriùs dicitur, quòd contineatur, quàm quòd conti-*

neat: illa autem continentia ſumitur æquiuocè reſpe ctu continentiæ localis.

VNVM, & idē eſſe in ſeipſo dubitat Ariſt. tex. 24. ſoluit dicens, ut apparet in textu, & uolunt D. Thom. Egid. Burleus, Auer. Simpli. & Iauel. quòd dupliciter poteſt intelligi aliquid eſſe in ſeipſo. uno modo primò, & per ſe, alio modo ſecundùm partem: primo non, ſed ſecundo: nam cum alicuius totius duæ partes ita ſe habent, quòd una ſit, in quo eſt aliquid, & alia quòd eſt in illa; totum dicitur, & in quo eſt ratione unius partis; & quòd eſt in hoc ratione alterius: unde totum dicetur eſſe in ſe ipſo: inuenimus enim aliquid, quod dicitur de aliquo ſecundum partem, ut aliquis dicitur albus; quia ſuperficies eſt alba. Auer. autem inquit. quoniam vas, in quo eſt uinum non dicitur eſſe in ſe, neque uinum, quod eſt in uaſe dicitur in ſe eſſe; quia non accidit ei, ut in eo ſint duæ partes, quarum altera eſt in reliqua; congregatum autem ex eis econuerſo. v. g. dolium dicitur eſſe in ſe: quoniam pars ex eis eſt in toto; & eſt in toto: quia eſt in ſecunda parte. & hoc non accidit, niſi ubi totum nominatur à nomine partis. Et hic modus tranſumptiuus eſt in omnibus idiomatibus; ſed non apud Arabas. & Bur. addit, quòd cum conceditur aliquid eſſe in ſe, ut amphora uini eſt in amphora uini; terminus amphora uini non ſupponit pro eodem à parte ſubiecti, & à parte prædicati: tunc enim eſſet falſa: ſed talis terminus ſignificans totum habēs duas partes, quarum una continet aliam; poteſt indifferenter ſupponere pro parte continente, uel pro parte contenta. ſed hoc eſt impropriè, & tranſumptiuè. unde ſubiectum ſupponit pro contento. ſ. pro uino, & prædic. pro continente. ſ. amphora. Quæ. 9.

LOCVM non eſſe maiorem, neque minorem locato, narrat Ariſtote. in tex. 28. ſed quidam aſſe- Qu. 10.

runt locum non habere niſi duas dimenſiones, locatũ autem habet tres: reſpondet Iandu. Q. 3. auctoritate Auer. duplex eſt æqualitas, una ſecundum dimenſionem, & alia ſecundum continentiam. æqualitas dimenſionis eſt illa propriè, & ſimpliciter, cum unum corpus eſt æquale alteri ſecundum omnem quantitatem. ſ. longitudinem, latitudinem, & profunditatem. æqualitas autem continentię eſt, cum unum corpus continet alterum, & nec plus, nec minus natum eſt continere, & hæc æqualitas non eſt neceſſariò æqualitas ſimpliciter ſecundum omnes dimenſiones, ſed ſecundum duas ſuperficies: ut ſi uas eſt plenum aqua; ſuperficies concaua uaſis eſt æqualis ſuperficiei conuexæ, uel exteriori ipſius aquæ; ſed non eſt neceſſe, ut ſuperficies exterior uaſis ſit æqualis ſuperficiei exteriori aquæ. Præterea Tat. dupl. eſt locus. ſ. communis, qui plura continet locata, & proprius, qui tantummodo unum corpus. his ſuppoſitis dico, quòd locus communis non eſt æqualis loco ſpeciali. deinde locus proprius non eſt æqualis locato ſecundum omnes dimenſiones. Tertio locus proprius eſt æqualis locato æqualitate continentiæ. Tata. ait, quòd neceſſe eſt locum proprium eſſe æqualem locato ſuo proprio ſecundum continentiam. ſ. quòd quantum locus continet, tantum eſt locatum: quia continet totum locatum, & nihil plus. & Egid. locus conſideratur, uel ut quantum, & corpus, & ſic addit aliquam quantitatem ultra contentum: uel ut ſuperficies, & ſic nec maior, nec minor. Burleus autem locus non eſt æqualis locato ſecundum omnes dimenſiones: ſed ſecundũ duas. ſ. longitudinem, & latitudinem.

Qu. 11. *LOCVM eſſe ſeparabilem à locato, ſcribit philo. tex. eodem. tamen non uidetur poſſibile locatum eſſe ſine loco. gloſſat D. Thom. in comm. quòd uniuerſaliter non eſt uerum, quòd ſeparetur à locato: omne*

enim

enim locatum habet locum: ſed à tali loco; quia ſemper unus, & idem locus non locat idem locatum. & Burleus, ꝙ locus ſeparatus eſt à locato ſit, ꝙ locatum poteſt manere; quamuis non maneat in eodem loco.

LOCVM eſſe terminum continentis eſt ſententia tex. 41. ſed locus eſt corpus; ergo non eſt ultimũ; tum quia eſſet in genere relationis; tum quia locus eſſet ſuperficies. quod eſt falſum: quia non datur latitudo, & longitudo ſine ſubiecto: in prædicamentis enim ait Ariſtote. locum & ſuperficiem eſſe ſpecies quantitatis diſcretæ. ſoluit Burl. quòd locus ſumitur dupliciter. ſ. uel pro eo, quod ſignificat, uel pro eo quod denominat. primo modo ille terminus locus ſignificat idem, quod terminus continens corpus adæquatum diuiſum ab eo: uel idem, quòd ultimum corporis primum continens. unde ſicut terminus continens corpus adæquatũ poteſt accipi uel pro eo, quod denominat, uel pro eo, quod ſignificat; ſic terminus locus poteſt accipi. Hæc diſtinctio habet locum in omnibus terminis concretis accidentalibus. Quare ſi accipiatur locus pro eo, quod ſignificat primò, et adæquatè; eſt aggregatum per accidens ex ſuperficieb. corporis continentis & ex ipſa continentia, quæ dicit reſpectum ad contentum: nam ſignificatum orationis, uel uocis compoſitæ eſt aggregatum ex ſignificatis partium: nam ultimum corporis continentis cõponitur ex duabus uocibus, quæ ſunt ultimum corporis continentis: & ideo ſignificatum huius totius uocis, quæ eſt ultimum corporis continentis componitur ex ſignificatis partium. itaque hoc nomen locus ſignificat aggregatum ex ultimo, & continentia; ſiue ex ultimo, & corpore cõtinente: igitur, ſi quæritur quid locus ſit accipiendo locum pro eo quod ſignificat; eſt aggregatum ex ſuperficie, & continentia corporis: & ſic eſt quoddam aggregatum per accidẽs. ſed diſ- Qu. 12.

ficultas eſt circa illud, quod hoc nomen locus denominat dicendo hoc eſt locus.ſ. ſubiectum, ſecundùm quod habet ſuppoſitionem perſonalem. & dico quòd illud quod eſt locus, & de quo merè prædicatur hoc nomen locus, ut ſupponit perſonaliter, eſt ſola ſuperficies: non tamen eſt omnis ſuperficies locus: quoniam ſuperficies plana non eſt locus: ſed, quæ eſt ultimum corporis continentis. Ianel. ſcribit hanc concluſ.ſ. locũ eſſe eſſentialiter, & quidditatiuè ſuperficiem continentis: ſed locus poteſt ſumi multis modis. Primò pro corpore continente, ut dolium eſt locus uini, & ignis eſt locus aeris. Secundò pro eo, per quod aliquid locatur, licet non circundetur ab eo. & hoc modo centrũ mundi eſt locus cœli. Tertiò pro eo, circa quod eſt alicuius agentis operatio: & ſi tale agens ſit immateriale; & hoc modo cœlum eſt locus Dei, & corpus locus animę. Quartò poteſt ſumi pro ſitu, ſiue ubi, quod acquiritur per motum localem. Quintò pro uirtute cõſeruatiua influxà locanti, veluti dicimus uolucres cœli, & piſces maris. Sextò pro immediato continente, itaque ſuperficies continens concaua, & ſuperficies contenti connexa ſunt ſimul, & æquales ſecundũ continentiam. & ſic locus definitus eſt à philo. aliis autem modis hæc def. non conuenit. hos etiã narrat modos Burl. Ocham uerò. quando dicitur, quòd locus eſt ultimum corporis continentis, debet intelligi, quòd locus eſt corpus, cuius quælibet pars ultima conſignatur locato. & uocatur hoc loco ultima pars, quælibet pars, quæ tangit aliud corpus, ſicut aqua in uaſe quælibet pars, quæ tangit uas, uocatur ultima, non quòd ſit ſimpliciter ultima, ita quòd quælibet alia ſit terminata ante eam, ſed quia tangit aliud corpus. ſ. aquã, inter quæ non eſt aliquod mediũ. Tat. quidẽ ait, locus poteſt capi dup. uno modo pro denominato, & ſic non eſt niſi ſuperficies concaua corporis continentis,

tis, & ſic eſt in prædicamento quantitatis. ſecundò capitur pro per ſe ſignificato, & ſic locus non eſt niſi ubi acquiſitum per motum, ſeu reſpectus ſuperficiei rei continentis ad rem contentam, & ſic eſt in prædicamento ubi.

EODEM textu vult Ariſto. locum immobilẽ eſſe, ſed locus eſt fundatus in corpore, & omne corpus eſt mobile: quare ſequitur locum mobilem eſſe. ſoluit Burl. multis modis, & primo ait, quòd locus ſumitur dupliciter, vel pro materiali, vel pro formali: ſi pro materiali, eſt mobilis; quia materiale in loco eſt ſuperficies, & ſuperficies eſt mobilis. ſi autem ſumatur pro formali, eſt diſtantia cauſata ab orbe ſiue à polo mundi, & eſt à centro terræ. & ſic totus locus eſt immobilis; quia ſemp manet in eadẽ diſtantia ad polos mundi. Secundò locus eſt immobilis quãtum ad æquiualentiã ſic, ꝙ quieſcente aliquo corpore, locus illius ſemper manet idem per æquiualentiam, ita quòd quantùm ad diſtantiam à cœlo, & à centro, & quantùm ad motum localem incohandũ, uel determinandum. ipſe autem ad quæſtionem duas notat concluſiones ex intentione Auer. in Com. & prima eſt, quòd locus eſt immobilis per ſe, vel non eſt per ſe mobilis. Secũda, locus eſt mobilis per accidens. & hæc etiam Iãd. in Q. 6. Egid. autem ſcribit locum eſſe mobilem materialiter, formaliter autem immobilẽ. & Ocl.am ait, ꝙ non eſt intellectus Philoſophi dicere, ꝙ locus ſit ſimpliciter immobilis, ita quod nullo modo poſsit moueri; nam vltimum cœlum eſt mobile, & tamen eſt locus, quia cum motu recto non moueatur, ſed tantum circulari ſufficit quantùm ad hoc, quòd ſaluetur immobilitas loci, quia quantum nihil refert, quòd ſit mobile motu circulari, uel non, ẽt ante dixit, ꝙ Philo. vult locum eſſe immobilem per æquiualentiam, hoc eſt, quòd tantùm ualet locus ad ſaluanda-

ſaluanda omnia locata, quantum ſi realiter eſſet immobilis. itaq; poſſunt in eodem loco ſuccedere diuerſa corpora loco mutato, ſicut poſſunt, ſi locus eſſet immobilis. deinde quando aliquod corpus mouetur circa quieſcens, nõ manet idem locus numero; ſed alius, & alius numero per æquivalentiam. & Iauel. aſſerit, quòd Doctores omnes conueniunt, primò, quòd locus ſit immobilis; eſt enim immobilitas de ratione, ac definitione loci: ſecundò, quòd ſit immobilis per ſe & eſſentialiter, ſed mobilis per accidens ad motum locantis. ſed diſſentiunt in aſſignanda ratione talis immobilitatis. Et ſubdit, quòd mens Diui Th. conſiſtit in duobus, primò, quòd ratio immobilitatis loci ſtet in reſpectu, vel ordine locantis, quem habet ad totum corpus ſphæricum cœli, & ad fixionem polorum. Secundò, quòd ad vnitatem numeralem loci ſufficiat, quòd ex parte locatorum ſeruetur idem ordo in ſpecie ad totum cœlum: ex parte autem cœli poteſt ſeruari idem ordo ſecundum numerum. & Tat. ponit tres concluſiones, prima, locus eſt immobilis motu locali tam per ſe, quam per accidens, & hoc capiendo locum in ratione loci pro ſe. ſecunda, eſt immobilis ſecundum æquiualentiam. tertia, eſt mobilis per corruptionem.

Qu.14. *COELVM cui non amplius eſt in alio. ſic ſcribit Philo. tex. 43. vnde interpretatur D. Tho. ultimam ſphæram non eſſe in loco. inſtant autem multi dicentes ſphæram eſſe corpus; ergo in loco; ac præterea quia mouetur. ſoluit hanc difficultatem idem D. Tho. in Com. & ait ex Alex. ſententia, quòd ultima ſphæra nullo modo eſt in loco; non enim omne corpus de neceſſitate eſt in loco. unde dixit ultimam ſphæram non moueri neque ſecundum partem, neq; ſecundum totum. Auic. autem aſſerit motum ultimæ ſphæræ nõ eſſe in loco; ſed in ſitu alij, ut Auempaces, quòd aliter*

ter aſſignandus eſt locus corpori, quod mouetur circulariter, quàm quòd motu recto: nam quod motu recto mouetur, requirit locum exterius continentem: quod autem circulariter, nõ, ſed tantummodo locum, circa quem reuoluatur. & ideo Auer. poſuit ultimã ſphæram eſſe in loco per accidens. ſed conſiderandum eſt, quòd omne, quod habet fixionem per aliud, dicitur eſſe in loco per accidens, ex hoc, quòd id per quod figitur, in loco eſt: ut patet de clauo infixo naui. ſed corpora circularia habent fixionem per immobilitatem centri. unde ultima ſphæra eſt in loco per accidens, inquantum centrum, circa quod reuoluitur, dicitur eſſe in loco. quare quòd mouetur circulariter, non eſt per ſe in loco. Ego autem magis approbo ſententiam Themiſtij, qui dixit ultimam ſphæram eſſe in loco per ſuas partes, & hæc ait. In motu circulari, licet totum fiat in diuerſis locis ratione; non tamen totum mutat locum ſubiecto; ſemper enim manet idẽ locus ſubiecto, ſed diuerſificatur ratione tantum. attenditur ergo in motu circulari ſucceſſio in eodem loco, non totorum corporum, ſed partium eiuſdem corporis. non igitur corpori, quod circulariter mouetur, debetur ex neceſſitate locus ſecundum totum, ſed ſecundum partes. ſic igitur, quia aliquid dicitur de toto ratione partium, inquantum partes ultimæ ſphæræ ſunt in loco in potentia; tota ultima ſphæra eſt in loco per accidens ratione partium. ſic eſſe in loco ſufficit ad motum circularem: ſed Tat. alio modo reſpondet dicens, quòd eſſe in loco conſideratur, uel quò ad locari, uel quò ad locare: ultima ſphæra non eſt in loco, quò ad locari: non continetur enim ab aliquo; ſed quò ad locare; cõtinuè enim ſecundùm partes aliud, et aliud locat. & Alb. lib. 4. c. 13: cœlum totum non eſt in loco per ſe, nec eſt in loco, qui eum contineat: ſed partibus ineſt alicubi eſſe ſicut in loco. & partes uero or-

bes

bes inferiores;eo,quòd altera illarum partium diſpoſita ſit ſub altera.alia uerò ſecundùm accidens ſunt in loco,ſicut anima, & cœlum;ſed differenter:anima.n. in loco eſt; quia ſubiectum eſt in loco: cœlum autem ſupremum in loco eſt; quia centrum in loco eſt;et partes cęli in loco quodammodo ſunt omnes; eo quòd circulariter ordinatæ una continet aliam. Burl. autem in Com.ait,quòd duplex eſt locus, per ſe,& per accidens;locus per ſe eſt ultimum corporis continentis, locus uerò per accidens eſt corpus quieſcens, circa quod corpus ſphæricum mouetur. deinde inquit, quod hęc propoſitio I.N. poteſt dicere circunſtantiam contenti ad continens,ita quòd illud,quod eſt in loco contineatur à loco:uel poteſt dicere circunſtantiam continentis ad cõtentum,ita quòd illud dicatur eſſe in loco, quod continet illum locum, & mouetur circa illum locum. illud autem quod eſt in loco per ſe, eſt in loco ſecundùm,quòd I.N dicit circunſtantiam contẽti ad continens:quia quod eſt in loco per ſe, continetur à loco;ſed quod eſt per accidens, continet locum, & mouetur circa illum. Tertiò aſſerit, per ſe,uel per accidens poſſe referri uel ad uerbum, uel ad locum: ad uerbum ſic,hoc per ſe,uel per accidens eſt in loco; ad locum ſic,intelligendo,quòd hæc ſint in loco per ſe, uel per accidens. quare multum differt dicere aliquid per ſe eſſe in loco,& aliquid eſſe in loco per ſe.his præmiſsis addit hęc quatuor, primò,quòd corporum quædam per ſe ſunt in loco per ſe;& quædam in loco per accidens ſunt in loco per ſe, & quædam per ſe ſunt in loco per accidens,& quoddam corpus nec per ſe,neque per accidens eſt in loco per ſe, uel per accidens. & omnia hæc patent per Philo.& Com.exemp.primi. corpora mota motu recto,ut grauia, & leuia ſunt per ſe in loco per ſe,ut Com. cum 20. Exemp. ſecundi ſphæra cõtentæ ab alijs ſphæris ſunt in loco per ſe. ſed

hoc

hoc accidit eis, & ſic ſunt per accidens in loco; quoniã ſphæra non eſt innata moueri in ſphæra, ut Auer. unde ſi. ſphæra non contineretur ab alia ſphæra; nihilominus poſſet moueri. & ita accidit ſphæræ, quòd contineatur ab alia ſphæra. & ſic eſt aliquid per accidens in loco per ſe. Exemp. tertij, ſuprema ſphæra, & quilibet orbis inferior eſt in loco per accidens; quia mouetur circa centrum, quod eſt locus per accidens: tamen competit per ſe corpori rotundo, quod moueatur circa quieſcens, ut Com. 4. com. 43. Exemplum quarti, mundus aggregatus ex toto mundo inferiori ex omnibus ſphæris cæleſtibus non eſt ſecundùm ſe totum neque per ſe, neque per accidens in loco per ſe, uel per accidens, ut Ariſt. ait in textu. unde dicendum eſt, quòd ſuprema ſphæra eſt in loco per accidens, hoc eſt circa locum, qui dicitur locus per accidens, & cui competit per accidens, & impropriè hoc nomen locus. ſed accipiendo locum ut definitur pro ſuprema ſphæra, nullo modo eſt in loco, ut Com. Simp. autem in com. ait omne uniuerſum, uel totum cœlum in orbem moueri, ſed non ſecundùm locum, quandoquidem non à loco egrediatur, & aliũ ſibi compareti. partes autem, quę ſub luna collocantur, ſurſum, & deorſum occupant loca; nam locus eſt ſecundùm mutationem partium.

SENTIT Philo. in hoc quarto libro vacuum non eſſe. Sed, quia motus non eſſet; ſi enim recipiatur in pleno, duo corpora eſſent ſimul: ergo in vacuo. deinde definitur vacuum. ſoluit dubium Lycon. dicens, quòd vacuum dicitur tribus modis. Primò illud quod eſt indiuiſibile, vt punctum dicitur vacuum à quibuſdam. Secundò locus, in quo nullum corpus ſenſibile groſſum reperitur, vnde plenum aeris dixerunt vacuum. Tertiò quod priuatum eſt omni corpore; ſuſceptiuum eſt tamen, vt Demo. & Leucipus. primò, Qu. 15.

&

& ſecundo modo vacuum poſsibile eſt dari; ſed non tertio. Iand. in q. x. ait, non eſſe poſsibile vacuum ſimpliciter eſſe. cum aliquot corporum mouetur ad aliquem locum, ille locus erat prius occupato alio corpore, quod cedit aduenienti, & condenſatur cedens. vnde motus non fit vſque ad cœlum, vt aliqui dixerunt. vltimò notandum eſt, quòd vacuum definitur quid nominis, ſed non quid rei.

Qu. 16. *DVO corpora non poſſe eſſe ſimul in eodem loco vult Ariſt. in tex. 53. Tat. autem dubitat an ſequatur aliqua contradictio ponendo duo corpora in eodem loco. Verùm ſciendum eſt, quòd aliqua dicuntur eſſe repugnantia inter ſe dupliciter: formaliter .ſ. virtualiter. virtualiter repugnant cauſa naturalis, & oppoſitum eius effectus, vt ſi cęlum de elemento materia produceret vermen, & agens fortius duceret formam aliquam oppoſitam formæ vermis; hac virtualiter opponeretur cœlo, vel ſoli: ſed formalis repugnantia eſt illorum, quæ ſecundum ſe, & ſuos effectus opponuntur, vt album, & nigrum. ſic definit Scot. in lib. 4 di. 10. q. 2. ſed inter dimenſiones, & dimenſiones non eſt formalis repugnantia; quia non eſt niſi quò ad idem ſubiectum. ergo repugnat virtualiter, & reſpectu loci; etenim vnum corpus replet locum vnum, quantum natus repleri: ergo aliud corpus, quò ad hoc opponitur ſibi, quod non poteſt habere illum effectum in illo loco: quia effectus eorum .ſ. repletiones repugnant reſpectu vnius loci, quòd idē locus his repleatur, repugnantia eſt.*

Qu. 17. *EXISTIMANT multi tempus eſſe quid fabricatum ab intellectu, & non aliquid per ſe: habent enim auctoritatem Philo. dicentis tex. 131. impoſsibile eſt eſſe tempus; ſi anima non ſit. Contrà autem idem aſſerit tempus eſſe cauſam corruptionis. ſolu it Tat. dicens quòd, tempus conſideratur dupliciter*

quò

*quò ad eius entitatem, & continuitatem. & ſic non
poteſt eſſe ab anima: & quò ad diſcretionē eius par-
tium. & hoc pacto habet eſſe ab anima; nam par-
tes eius, quæ continuantur per inſtantia, non poſſunt
accipi vt diſcretæ, & ſeparatæ abinuicem, niſi ab ani
ma. D. Tho. in com. ſic ait. Tēpus non habet eſſe extra
animam, niſi ſecundum eius indiuiſibile: ipſa tamen
totalitas temporis accipitur per ordinationem ani-
mæ numerantis prius, & poſterius in motu. & ideo
dicit Philo. quòd tempus non exiſtente anima eſt vt-
cunque ens. i. imperfectè, ſicut & motus ſine anima
imperfectè eſt. Iycon. ait, quòd ens eſt in duplici diffe
rentia: quoddam permanens, & quoddam ſucceſſiuū.
tempus non eſt aliquod permanens, vt lapis; ſed ſuc-
ceſſiuum. idem Iand. in q. 16. deinde addit, quòd tē-
pus incompletū eſt aliquid; ſed quod completum ſit
hoc habet ab anima. & Auer. in com. tempus ſumitur
dupliciter vel in potentia, uel in actu. tempus erit in
potentia etiam ſi anima non ſit propter ſubiectum
proprium: ſ. motum; attamen non erit actu. Burl. de-
clarans, quomodo intelligantur verba com. ait tem-
pus in actu eſt illud, quod ſignificatur per hoc nomen
tempus; & materiale in ſignificato huius nominis
eſt motus de genere quantitatis. ſ. quantitas ſucceſ-
ſiua motus de genere paſsionis: ſed formale in ſi-
gnificato huius nominis motus eſt actio animæ i. nu-
meratio animæ. & ideo quod ſignificatur per hoc no
men tempus habet eſſe in potentia etiam ſi anima nō
fuerit; quoniam ſuum materiale. ſ. motus de genere
paſsionis quantitatis habet eſſe, ſi anima non fuerit,
& motus dicitur eſſe proprium ſubiectum tempo-
ris; quia eſt ſubiectum, circa quod eſt actio animæ.
vel dicitur ſubiectum; quia eſt materiale in ſignifi-
cato temporis. & ſubdit auctoritate Auer. quòd tem-
pus non eſt quid perfectum extra animam; quia ali-*

qua pars ſignificat eius dependet ab anima.ſ.actua-lis numeratio; eſt tamen ſimile perfecto. & Egid. eſſet tempus materialiter, & ſi anima non eſſet, quæ numeraret illud; ipſa enim prius, & poſterius in motu ſunt tempus materialiter; completur tamen ratio formalis ipſius temporis ex eo, quòd talia ſunt nume rabilia ab anima.

Qu.18. *TEMPVS eſſe numerum motus ſecundùm prius, & poſterius ſcribit Ariſt. in tex. 101. attamẽ aliis in locis, & præcipuè in prædicamentis, numerat eũ inter quantitates continuas, ſoluit Iand. in q. 19. dicens, quòd numerus ex ſententia Ariſto. in textu eſt duplex. ſ. numerus quo numeramus, & numerus numeratus. numerus, quo numeramus, eſt ipſa ratio numerandi, quę eſt diſcretio quædam ipſorum nu meratorum. & eſt numerus vnitatum, ſicut dualitas, ternarietas & huiuſmodi. numerus autem nume ratus eſt ipſa res numerata, vt duæ albedines, & duo homines. & huius numerus eſt in quolibet prædi camento, hic eſt numerus, qui eſt res numerata. Quare cum dicitur, tempus eſt numerus; non intelligitur, quòd ſit numerus, quo numeramus, ſed numerus numeratus. & hoc uoluit dicere Com. cum dixit, quòd definitio temporis eſt numeratum .i. res numerata prioris, & poſterioris exiſtentium in motu. deinde motus accipitur dupliciter. uno modo pro perfectione fluente. ſ. cuius una pars generatur, uel acquiritur poſt aliam, donec perficiatur, & ſit in actu: alio, pro fluxu continuo, ſeu ſucceſſione ipſius mobilis, cuius fluxus, & ſucceſſionis una pars eſt prior, alia poſte rior. Vnde cum dicitur, quòd tempus eſt res numerata, quæ eſt prior, & poſterior ipſius motus; non eſt intelligendum per illud prius, & poſterius partes perfectionis, quarum vna generatur prius, & alia poſte rius; partes enim illius perfectionis ſunt in tribus*

gene-

generibus.ſ.qualitatis, quantitatis, & ubi; ſed intelligo prius, & poſterius, quæ ſunt eſſentialiter motus partes ipſius fluxus continui, ſeu ſucceſsionis & durationis, quarum una eſt prior, & alia poſterior. & adhuc hæ partes fluxus, ſeu ſucceſsionis poſſunt dupliciter conſiderari: primò ſecundum ſe, & abſolutè. & ſic ſunt partes motus: ſecundò ſecundum quòd numerabiles .i. apta nata numerari, & diſtingui per animam. & ſic fortè appellatur hoc nomine tempus. nec intelligo, quòd ea aptitudo ad numerationem exiſtens in priori, & poſteriori parte ſucceſsionis ſit de eſſentia temporis; ſed eſt relatio, & proprietas formalis, ſub qua ſignificatur ipſum tempus. Præterea D. Tho. in com. inquit quòd prius, & poſterius ponuntur in definitione temporis, ſecundum quòd cauſantur in motu ex magnitudine, & non ſecundum quòd menſurantur ex tempore: demonſtrauit enim Ariſt. prius, & poſterius primò eſſe in magnitudine, deinde in motu, & poſtea in tempore. ſciendum etiam eſt vt Burl. ſecundùm Com. ſcribit quòd in hac definitione temporis numerus motus eſt tanquàm genus: & ſecundùm prius, ac poſterius eſt tanquàm differentia: deinde quòd in hac definitione accipitur motus pro quocunque motu indifferenter: & prius, & poſterius accipiuntur pro priori, & poſteriori in primo motu. ſi ergo accipiatur tempus pro duratione ex ſe habente prius, & poſterius; non definitur tempus hic; quin illa definitio non competit cuilibet durationi tali: duratio enim infinita non eſt numerus motus, ſed ſolum competit durationi finitæ numeratæ ab anima, cuius extrema ſunt actu numerata. vnde dico quòd tempus hic definitum eſt primum tempus naturale ſcilicet prima duratio menſurata per animam, cuius durationis extrema ſunt actu numerata. & ta-

lis menſura eſt duratio prima; ſed non abſolutè. Præterea, quòd numerus accipitur in illa definitione non pro numero ſimpliciter; ſed pro numero generis determinati accipiendo numerum pro menſura continua determinata ad menſurandum motum. aſſerit quoque, quòd motus in illa definitione accipitur pro tranſmutatione ſucceſsiua ſcilicet de genere paſsionis: & prius, & poſterius accipiuntur in hac definitione pro priori, & poſteriori primi temporis naturalis. Tat.aut gloſſat particulam illam numerus motus ſic, ſcilicet quòd numerus ſumitur propriè pro menſura quidem reduplicationis: nam vna pars temporis poteſt accipi ad menſurandam vnam partem motus, & iterum alia aliam, ut ultra menſurat pannum. & Licon. dicit, quòd cum Ariſtotel. ait tempus eſſe numerum, quo numeratur; non intelligit quòd numerus indefini. temporis accipiatur pro numero numerato, itaque ſit ſenſus definitionis, tempus eſt numerus numeratus motu. ſed potius intelligit tempus eſſe numerum numerantem, & mentientem motum, & tempus numerũ mẽſuratum à motu: & ideo tempus non eſt numerus, quo primò, & per ſe numeramus. Egidius in com. multa narrat, & primò, quòd prius, & poſterius, quæ ponuntur in definitione temporis non ſunt prius, & poſterius in tempore; ſed in motu: ipſa enim prius, & poſterius, ut ſunt numerata ab anima complent rationem temporis. ſecundò quòd tempus ſi capiatur formaliter; eſt numerus: ratio enim temporis completur ex priori, & poſteriori in motu vt numerata ſunt ab anima. ſi autem conſideretur materialiter; eſt quid continuum; quia numerus huius, & huius prius, & poſterius habet eſſe, in motu, qui eſt ſubiectum temporis materiale. & vltimò eſt notan-

tandum, quòd tempus dupliciter conſideratur, vel vt comparatur ad prius, & poſterius primi motus, per quæ accipienda eſt definitio eius. & ſic habet rationem numerati: vel comparatur ad prius, & poſterius aliorum motuum. & ſic habet rationem potius numeri numerantis, quàm numerati.

QVONIAM autem eſt tempus menſuratio motus; erit & quietis. Hæc in tex. 113. ratio autem eſt contrà ſumpta à definitione motus. ſoluit Ægid. quæ eſt ſententia Ariſtot. quòd tempus per ſe eſt menſura motus, quietis autem per accidens. omnis enim priuatio eſt menſuranda per menſuram ſui habitus, quæ menſuratio dicitur per accidens. & Auer. in commen. menſurat motum eſſentialiter; ſed quietem ſecundò, & per accidens, ſecundùm quòd eſt priuatio motus. Iand. declarans quomodo intelligitur hic per accidens, inquit. Contingit, quòd cum aliquod mobile quieſcit; ſimul exiſtente quiete illâ, eſt motus in alio mobili. & ille alius motus menſuratur tempore aliquo, & ſic illa quies menſuratur tempore, quæ ſimul cum illo motu exiſtit. vnde menſuratur quies per accidens, inquantum motus aliquis, qui eſt, dum quies eſt, menſuratur tempore, ut ſi quieſcente aliquo mobili aliud mobile mouetur tribus horis, dicimus illud mobile quieuiſſe tribus horis. & ſic Burl. ſed Simp. ex mente Alexan. ait tempus eſſe numerum quietis; quia accidit motui priuatio motus, cuius per ſe numerus eſt tempus. Them. uerò dicit hoc fieri; quia alium menſurat motum: nox enim eſt menſura per ſe lationis ſolis, quæ eſt ſub terra; ſed per accidens quietis animalium. Qu. 19.

ALIQVI antiquorum putabant tempus eſſe primum motum. quod negat Ariſtot. tex. 93. ratio nam contraria eſt; prius enim & poſterius ſunt Qu. 20.

eſſentialiter tempus, quæ etiam eſſentialiter ſunt motus. remouet hanc controuerſiam Iand. Q. 18. dicens, quòd motus conſideratur dupliciter uno modo pro perfectione fluēte, cuius una pars generatur poſt aliam: alio modo pro fluxu continuo, qui dicitur ſucceſſio, ſeu motus, ſeu duratio. Primo modo tēpus non eſt motus eſſentialiter, ut ēt Burl. quia motus ſic ſumptus eſt in tribus generibus. ſ. qualitate, quantitate, & ubi. ſed ſi accipiatur pro fluxu continuo, qui eſt ſucceſſio, ſiue duratio: adhuc poteſt conſiderari dupliciter. Primò quantum ad ſui receptionem; quia recipitur in mobili: & ſic eſt paſſio. Secundò poteſt conſiderari ipſa ſucceſſio quantum ad id, quod ipſa eſt, & quantum ad ſuam eſſentiam; & quidditatem. & ſic eſt tempus. Et paulò ſuprà ait, quòd Ariſt. non uult concludere, quòd tempus non ſit primus motus: ſed quòd non ſit motus abſolutè. alij dicunt, quòd motus primus poteſt conſiderari, & ſecundum ſuam eſſentiam: & ſic motus non eſt tempus eſſentialiter: Secundò ſecundum quòd eſt menſura aliorum motuum. & ſic tempus eſt motus. Ianel. in Q. 20. multas narrat diſtinctiones, & prima eſt, quòd tempus ſecundũ omnes expoſitores, & præcipuè D. Thom. in lib. de inſtantibus eſt duplex, ſcilicet communiter, & propriè dictum. tempus communiter dictum eſt omne ſucceſſiuum, quo poſſumus menſurare durationem alicuius motus: & in hoc ſenſu motus horologij poteſt dici tempus communiter dictum. tempus propriè dictum eſt illud, quo primum, ut in uniuerſali menſura menſuramus omnem motum, ſiue ſuperiorem, ſiue inferiorem. Secunda diſtinctio eſt, tempus tàm communiter, quàm propriè dictum poteſt conſiderari primò, quò ad ſuum reale, id eſt quantum ad id, quod eſt: ſecundò, quò ad ſuum formale, ideſt quantum ad illud, quæ diſtinguuntur formaliter à quo-

quolibet alio: & tale habet rationem differentię. tertia Diſt. eſt. Hæc verba, Tempus eſt motus, conſiderãtur dupl. ſ. identicè, & formaliter. ſic motus eſt actum: identicè quidem eſt uera propoſitio; quãdo per prædicatũ, & ſubiectum ſignificatur eadem entitas; quamuis prædicatum non ingrediatur in definitionẽ ſubiecti. unde hæc eſt identica, ens eſt bonum: formaliter aũt eſt uera; quando prædicatum dicit eandẽ rẽ cum ſubiecto, & prædicatur de ſubiecto in primo modo per ſe. & tunc dicitur prædicatio formalis. Ex his habemus tres concluſiones. prima, tempus cõiter dictum eſt idem realiter cum motu abſolutè dicto. ſecunda, tempus propriè dictum eſt idem cũ motu cęli diurno. tertia, licet tempus ſiue communiter, ſiue propriè dictum ſit idem realiter cum motu; nõ tamen formaliter; itaque hęc eſt uera identicè. Tempus eſt motus, ſed eſt falſa formaliter; motus enim ut motus nõ eſt menſura ſiue numerus, ut patet in definitione. Et cũ Ariſto. in tex. differat tempus non eſſe motum: intelligendum eſt, quòd non negat hanc ut falſam Tempus eſt motus: ſed non eſt uera quidditatiuè; unde in tex. 101. ait; non ergo motus tempus eſt; ſed ſecundum quod numerum habet motus. quare concedit, tempus eſſe motum. ſecundum quod motus habet rationem menſuræ; ſed negat ſimpliciter, & formaliter eſſe motum. Burl. uerò in Com. 100. inquit motus accipitur tripliciter. primò pro forma diminuta, quia non differt à termino motus, niſi ſicut imperfectum à perfecto. & ſic eſt in genere termini ad quem. Secundò ſumitur pro tranſmutatione ſucceſſiua extenſa ſecundùm longitudinem, latitudinem, & profunditatem ad extenſionem mobilis, & ſic eſt in prædicamento paſſionis. vltimò accipitur pro quantitate ſucceſſiua, ideſt pro ipſa duratione tranſmutationis ſucceſſiuæ, quæ eſt

de genere paſsionis. & ſic eſt de genere quantitatis. unde primo modo motus nullo modo eſt tempus materialiter; ſed ſecundo modo eſt tempus materialiter; quia motus eſt materia, in qua eſt tempus. ſed tertio modo motus eſt tempus formaliter. Egidius auctoritate Auer. ait, quòd tempus, & motus ſunt idem materialiter; formaliter tamen differunt, ſicut actio, & paſsio materialiter ſunt idem; formaliter non. prius, & poſterius in motu ſunt idem materialiter cum motu, & ſunt partes eius: formaliter autem non ſunt idem; motus enim non definitur ſecundùm prius, & poſterius.

Qu. 21. *ESSE idem nunc, uel inſtans in toto tempore uult Ariſt. tex. 104. ſed bellum Troianum olim factum nunc eſſet: & multi puncti ſunt in una linea; ſic & nunc in tempore. dubium ſoluit D. Thom. in Com: his uerbis. ſic ſe habet nunc ad tempus, ſicut mobile ad motum. ergo ſecundum commutatam proportionem, ſicut tempus ad motum; ita nunc ad mobile. unde ſi mobile in toto motu eſt idem ſubiecto. ſed differat ratione; oportebit ita eſſe & nunc, quòd ſit idem ſubiecto, & aliud, & aliud ratione: quia illud, quo diſcernitur in motu prius, & poſterius, eſt idem ſubiecto, ſed alterum ratione, hoc eſt mobile, & id ſecundùm quod numeratur prius, & poſterius in tempore, eſt ipſum nunc. & lege ſic etiam Egid. Burl. uerò ſic. aliqui dicunt, quod Philo. per inſtans ſecundùm ſubſtantiã intelligit primum mobile. & certum eſt, quòd hoc manet idem toto tempore. per inſtans autem ſecundùm eſſe intelligitur indiuiſibile in tempore, & id non manet idem. poteſt tamen aliter exponi, ſcilicet quod nunc, ſeu inſtans manet idem in toto tempore ſecundùm ſubſtantiã, & non ſecundum eſſe: quoniã idẽ numero realiter manet in omni differentia temporis ſucceſsiuè;*

nè: nam illud idem inſtans, quod prius fuit futurum, poſtea eſt præſens, & deinde eſt præteritum. quare inſtans manet idem ſecundùm ſubiectum; ſed non ſecundùm eſſe: aliud enim eſſe habet, cum eſt præſens, & aliud, cum eſt præteritum. uel ſic poteſt exponi, quòd inſtans manet idem in toto tempore ſecundùm ſubſtantiã; quia omnia inſtantia temporis ſunt in eodem ſubiecto ſucceſsiuè; ſed uariantur ſecundùm eſſe; quia unum inſtans non idem eſt ens, quod aliud inſtans. aliter poteſt exponi ſcilicet, quod inſtans manet idem ſecundùm imaginationem in toto tempore; diuerſificatur tamen ſecundum eſſe accidentale ſolùm; quia imaginando quòd inſtans fluens cauſet tempus, imaginatur, quòd inſtans manet idem ſecũdũ ſubſtantiã in toto tempore, variatũ ſolùm ſecundũ eſſe. uel ſic põt intelligi, ꝙ in toto tpe, hoc eſt, in qualibet parte temporis manet idem inſtãs ſecundum ſubſtantiã continuans partes temporis ad inuicem, diuerſificatum tamen ſecundum eſſe; quia aliud eſſe habet ſecundum quòd eſt finis præteriti, aliud ut principium futuri. & Ianel. ponit diſtinctionem unam, ſcilicet quòd inſtans in tempore eſt duplex ſcilicet extrinſecum, & intrinſecum. extrinſecum eſt illud, quod ſuo fluxu imaginario cauſat tempus: ſicùt apud Geometram punctum extrinſecũ efficit lineam. ſed hoc differunt, quòd punctum facit quantitatem continuam permanentem, inſtans autem ſucceſsiuam. & inſtans extrinſecum non eſt pars temporis, nec terminus, nec continuans tempus eadem ratione, qua diximus punctum extrinſecum non eſſe continuatiuum lineæ. inſtans autem intrinſecum terminat, & continuat, & diuidit tempus, & eſt de ratione intrinſeca temporis. quare inſtans extrinſecum eſt unum in toto tempore ſecundùm rem, intrinſecum non eſt unum; ſed plura, duo quidem

actu terminantia omnem partem ſignatum temporis, ut in hora adeſt primum, & ultimum inſtans, & alia ſunt infinita in potentia, ut hora eſt diuiſibilis in partes infinitas.

Qu. 18. TEMPVS, & motus eſſe cauſam corruptionis ſentit Phil. in text. 128. inſtant tamen multum dicentes generationem eſſe motum. ſoluit hunc nodum D. Thom. in Comen. ſic tempus eſt numerus motus, mutatio autem per ſe eſt corruptiua, & deſtructiua, ſed cauſa generationis, & ipſius eſſe non eſt niſi per accidens: ex hoc enim ipſo, quòd aliquid mouetur, recedit à diſpoſitione, quam prius habebat, ſed quod perueniat ad aliquam diſpoſitionem, hoc non importatur in ratione motus, inquantum eſt motus; ſed inquantum eſt finitus, ac perfectus, quam quidam perfectionem habet motus ex intentione agentis; quod mouet ad determinatum finem. & ideo corruptio magis poteſt attribui mutationi, quàm tempori, ut etiam Auer. & hoc manifeſtat Ariſtot. dicens. neque hanc, ſcilicet corruptionem tempus facit, ſed accidit in tempore fieri. Iand. in Q. 26. dat eandem ſolutionem; ſed alijs uerbis, dicens, quòd motus conſideratur dupliciter uno modo ſecundum ſe, & ſic eſt cauſa corruptionis. Secundo vt eſt inſtrumentum alicuius agentis: intendentis finem aliquem. & ſic generationis eſt cauſa hoc etiam Egid. & antea dixit, quòd motus ſumitur multis modis, primo pro forma, cuius una pars generatur per aliam, donec perficiatur. & ſic eſt in tribus generibus ſcilicet quantitatis, qualitatis, & vbi. Secundò ſumitur pro tranſmutatione coniuncta cum tempore, ideſt pro receptione perfectionis ſucceſſiua continua, & in hac

eſt

eſt duo conſiderare, ſcilicet ipſam receptionem, & eſt in genere paſſionis, & ipſam ſucceſſionem continuam, ſeu ſl xum continuum, & eſt quantitas, ideſt tempus. ſed quæſtio non eſt de motu ultimis duobus modis, ſcilicet per receptione perfectionis, & pro fluxu; ſed pro perfectione recepta in mobili à motore. & Burl. aſſerit, quòd Comen. diſtinguit hoc in loco de duplici corruptione; quoniam quædam eſt corruptio extrinſeca; ut corruptio uiolenta; quędam intrinſeca; ut corruptio ex ſenectute corruptio. quæ eſt ab extrinſeco, non attribuitur tempori; ſed corruptio ſe, uel ab intrinſeco, ut autem Tat. uerum non eſt intentio Phi. nec Comen. quòd aliquid corrumpatur ſine cauſa agente, & motu à tempore, uel à motu cęli: ſed quòd tempus eſt magis cauſa corruptionis, quàm generationis, ut in illis, quæ corrumpuntur ab intrinſeco, uel extrinſeco: ſola enim tranſitio temporis cum natura illius ſufficit ad eorum correptionem, ſed non eſt ſic de generatione eius; quia generatio requirit ſemper aliquod agens extrinſecum præter tempus. Et ſuprà. motus de genere paſſionis eſt per ſe cauſa corruptionis; ideo tempus eſt cauſa corruptionis per ſe & generationis ſcilicet accidentalis per accidens. Ta. autem ſupponit, quòd aliquid dicitur agere in alio tripliciter. primò quia traſmutat illud producens aliquam qualitatem. ſecundò quia applicat contrarium agens; ſicut homo dicitur comburere domum, quia ei applicat ignem. Sed his modis tempus non dicitur agere in generabilibus, & corruptibilibus. ultimò aliquid dicitur agere in aliud: quia eſt illud, quo continuatur applicatio cōtrarij agentis in ipſum. et ſic tempus dicitur agere in inferiora. Ergò tempus per accidens corrumpit,

pit, & per accidens generat: tempus enim omnino per accidens generat: quia nec id competit ei ratione propria, nec motus in quo fundatur. ſed quòd corrumpat, non eſt omnino per accidens: quia licet hoc non competat ei ratione propria, competit ratione motûs. vnde attribuitur ei generare purè per accidẽs, vt Com.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

In prima agitur, quæ eſt à tex. 1. ad 21. de diuiſione Motus in ſuas ſpecies.

In ſecunda, quæ eſt à 21. ad 46. de Vnitate & Pluralitate motus.

In tertia, quæ eſt à 46. ad finem, de Contrarietate motuum, & quietum.

Summa primæ Caput primum in quo diſtinguitur motus per ſe à motu per accidens & à motu ſecundùm partem.

Summa, & diuiſio in lib. 5. cap. 1.

CVM de motu in genere ſcripſerit Ariſt. nunc agit de eius diuiſione in ſpecies, vel partes. Secatur ergo hoc caput in duas partes. in prima diſtinguit motum per ſe à motu per accidens. in ſecũda aſſerit, quòd determinandum eſt de motu per ſe, & prætermittendus motus per accidens. primum proponit ſic [mutatur autem] deinde diſtinguit motum per ſe à motu per accidens tripliciter, primò [eſt autem aliquid, quod] ſecũdò [eſt autem, & in mouente] ultimò

timò alterum enim eſt] *poſtea narrat, quod requiruntur ad motum ibi,* [*quoniam autem eſt quidem*] *mutationem, quæ eſt per accidens, prætermittendum eſſe demonſtrat his verbis,* [*quæ igitur ſecundùm accidens.*

Tex. 1. MVTATVR autem, quod mutatur, omne hoc quidem ſecundum accidens, vt cum dicimus muſicum ambulare; quoniam cui accidit muſicum eſſe, hoc ambulat Hoc autem ex eo, quia huius aliquid mutatur; ſimpliciter dicitur mutari, vt quæcunque dicuntur ſecundum partes: ſanatur enim corpus; quia oculus, aut thorax: hę autem partes ſunt totius corporis. Eſt autem aliquid, quod neque ſecundum accidens mouetur, neque ex eo, quia aliud quid mouetur ipſius; ſed ex eo, quia ipſum mouetur primum: & hoc eſt ſecundùm ſeipſum mobile. ſecundùm alium autem motum alterum eſt, vt alterabile, & alterationis ſana-
Tex. 2. bile, & calefactibile alterum. ¶ Eſt autem & in mouente ſimiliter: Aliud enim ſecundùm accidens mouet, aliud verò ſecundùm partem, ex eo, quia partium huius aliqua, Aliud verò per ſeipſum primum, vt medicus qui-
Tex. 3. dem ſanat; manus verò percutit. ¶ Quoniam autem eſt quidem aliquid mouens primum, eſt autem aliquid; quod mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod, (omnis enim motus ex quodam, & in quiddam: alterum enim eſt, quod primum mouetur, & in quod mouetur; & ex quo,

ut

vt lignum, & calidum, & frigidum horum autem aliud quidem quod, aliud verò in quod, aliud autem ex quo.) motus manifeſtum eſt, quod in ligno eſt, non in forma: neque enim mouet, neq; mouetur forma, aut locus, aut ipſum tantum. ¶ Sed eſt mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio. quapropter & Corruptio in id, quod non eſt, mutatio eſt; quamuis & ex eo quod eſt, mutetur quod corrumpitur: & Generatio in id, quod eſt; quamuis ex eo, quod non eſt. ¶ Quid igitur motus ſit, dictum eſt prius. Formę autem, & paſſiones, & locus, ad quæ mouētur ea, quæ mouentur, immobilia ſunt; vt ſcientia, & calor. Attamen dubitabit aliquis, ſi paſſiones motus ſunt: albedo autem paſſio eſt: erit enim ad motum mutatio. Sed fortaſſis non eſt albedo motus; ſed dealbatio. Eſt autem & in illis & quod eſt ſecundum accidens, & quod eſt ſecundùm partem, atque ſecundùm aliud, & quod primò eſt, & non ſecundū aliud. vt quod fit album in id, quod intelligitur, mutatur ſecundùm accidens: colori enim accidit intelligi: in colorem autem; quia album pars eſt coloris: & in Europam; quia pars Europæ Athęnæ ſunt: in album autem colorem per ſe. Quomodo igitur per ſe mouetur & quomodo ſecundū accidens, & quomodo ſecundùm aliud aliquid & quomodo idem primum & in mouente eſt, & in eo, quod mouetur, manifeſtum eſt: & ꝙ motus non eſt in forma, ſed in eo, quod mouetur, & mobili ſecundùm actum. ¶ Quæ igitur ſecundùm accidens eſt mutatio dimittatur: eſt enim & in omnibus, & ſemper, & omniū. Quæ

Tex. 4.

Tex. 5.

Tex. 6.

vero

verò non ſecundùm accidens, non eſt in omni bus; ſed in contrariis, & mediis, & in contradictione. Huius autem fides ex inductione eſt. Ex medio autem mutatur, vt ex contrario: vtitur enim ipſo, vt contrario, ad vtrunq; : eſt enim quodammodo medium ipſum extrema. quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quodammodo dicuntur contraria. vt media fidium grauis ad vltimam, & acuta ad primam, atque fuſcum album ad nigrum, & nigrum ad album.

EXPLANATIONES.

PRIMO'] ait primò, vt excludat motum ſecundùm partes [eſt autem aliud in alio motu]. i. mobile variatur ſecundum diuerſas ſpecies motus [ſimiliter] ſcilicet, ut in mobili [aliqua]. ſ. pars mouetur [quod]. ſ. ſubiectum [forma]. i. qualitas [prius]. i. in tertio libro [paſsiones]. i. paſsibiles qualitates [in omnibus]. ſ. in terminis [omnium]. ſ. ſubiectorum, uel mouentium [in contradictione] quantum ad generationem, & corruptionem.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

PROPONIT tres ſpecies mutationis. ſed duæ, ſcilicet generatio, ac corruptio à motus ratione excluduntur. diuiditur caput in duas partes, in prima proponit [quoniam autem omnis] & declarat duas partes illius diuiſionis: primam ſic [quæ igitur ex non ſubiecto] ſecundam [quæ uerò ex ſubiecto] in ſecunda parte probat nec generationem, nec corruptionem eſſe motum, primò ſic [ſi igitur id, quòd non eſt] ſecundò [& ſi omne, quod mouetur] concludit tertiam partem diuiſionis eſſe motum dicens [quoniam autem omnis motus.]

Caput

Caput Secundum. Quot modis aliquid dicatur in aliud mutari.

QVoniam autem omnis tranſmutatio eſt ex quodam in quiddam: (manifeſtat autē & nomen: poſt aliud enim aliquid, & aliud quidem prius ſignificat, aliud autē poſterius.) mutabitur quod mutatur quadrifariam. Aut enim ex ſubiecto in ſubiectum. Aut ex non ſubiecto in non ſubiectum: Aut ex non ſubiecto in ſubiectum: Aut ex ſubiecto in non ſubiectum. dico autem Subiectum, quod affirmatione monſtratur. Quare neceſſe eſt ex ijs, quę dicta ſunt. tres eſſe mutationes: eam, quæ eſt ex ſubiecto in ſubiectum: & eam, quę ex ſubiecto in non ſubiectum: & eam, quæ ex non ſubiecto in ſubiectum: quę enim eſt ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio; propterea quòd non eſt ſecundùm oppoſitionem: neque enim contraria, neq; contradictio eſt. Quæ igitur ex non ſubiecto eſt in ſubiectum mutatio ſecundùm contradictionem, generatio eſt. alia quidem ſimpliciter ſimplex, alia verò quædam cuiuſdam: vt ea, quæ ex non albo in albū, generatio huius eſt: ea vero, quæ ex eo, quod non eſt, ſimpliciter in ſubſtantiam, generatio ſimpliciter eſt, ſecūdùm quam ſimpliciter aliquid fieri, & nō fieri dicimus. Quę verò ex ſubiecto in non ſubiectum, corruptio eſt: ſimpliciter quidem, quæ ex ſubſtantia ad ipſum non eſſe eſt: quædam autem eſt, quæ eſt in oppoſitam negationem, ſicut dictum eſt & in generatione. Tex. 7.

¶ Si igitur id, quod non eſt, dicitur multipliciter, & neque id, quod eſt ſecundùm compoſitionem, aut diuiſionem, contigit moueri; Tex. 8.

neque

neque quod eſt ſecūdum potentiam, quod ei, quod eſt ſimpliciter, ſecundùm actum, oppoſitum eſt: quod enim eſt non album, aut non bonum, fieri poteſt vt moueatur ſecundùm accidens: fuerit enim homo non album. quod autē ſimpliciter non hoc eſt, nullo modo moueri poteſt: impoſſibile enim eſt, quod non eſt, moueri. ſi autem hoc; & generationem motum eſſe impoſſibile erit: generatur enim quod non eſt: nam & ſi quàm maximè ſecundum accidens generatur; attamen eſt verum dicere, quod eſt id, quod non eſt, de eo, quod generatur ſimpliciter, ſimiliter autem & quieſcere. hæc igitur omnia accidunt difficilia, ad moueri id, quod non eſt. &, ſi omne, quod mouetur, in loco eſt: quod autem non eſt, non eſt in loco. (eſſet .n. alicubi.) Neque ergo corruptio motus eſt: contrarium enim motui motus eſt, aut quies: corruptio autem generationi contrarium eſt.

Tex. 9. ¶ Quoniam autē omnis motus mutatio quædam eſt, mutationes autem tres, quæ dictæ ſunt, harum autem eæ, quę ſunt ſecundùm generationem, & corruptionem, non ſunt motus, hæ autem ſunt, quę ſecundum condictionem fiunt; neceſſe eſt eam, quæ ex ſubiecto eſt in ſubiectum mutationem, motū eſſe ſolum. Subiecta autem aut contraria ſunt, aut media: etenim priuatio ponitur contrarium. & monſtrantur affirmatione nudū, & albū, & nigrū.

EXPLANATIONES.

EX ſubiecto in ſubiectum]. *i. aut vterque terminus eſt affirmatiuus* [*aut ex nō ſubiecto in nō ſubiecto*]. *i. aut negatiuus* [*ſecūdū contradictionē*]. *i. inter oppoſita ſecundum contradictionem* [*in oppoſitam*

nega-

gationem] *.ſ. cuiuſcunque affirmationes ſicut de albo in non album*, [*in compoſitionē, & diuiſionem*] *.i. ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem propoſitionis. prout ſunt idem cum vero, & ſal. o*[*quod eſt ſimpliciter*] *.ſ. in actu*[*hoc*] *.i. hoc aliquid* [*nudum*] *ſ. ut nudum, quod eſt priuatio*, [*& album, & nigrum*] *ſ. quæ ſunt contraria.*

Summa, & diuiſio in cap. 3.

NVLLAM ſpeciem mutationis, ſeu motus per ſe eſſe in ſubſtātia, nec in ad aliquid, nec in actione, nec in paſsione multipliciter oſtendit, primò probat, quòd non ſit in ſubſtātia ibi [*ſecūdum ſubiectā*] *nec in prædicamento relationis dicens* [*neque ei, quæ ad aliquid*] *nec in genere actionis, & paſsionis ſic* [*neq; etiam agentis, & patientis*] *deinde demonſtrat ſex rationibus mutationis non poſſe eſſe mutationem. proponit ibi* [*neq; omnino mutatio mutationis*] *prima ratio eſt* [*primùm .n. dupliciter*] *ſecūda* [*amplius aut in infinitum,*] *tertia* [*amplius eiuſdē eſt motus*] *quarta* [*amplius oportet*] *quinta* [*& rurſus aliquid*] *ultimam narrat dicens* [*amplius ſi tres ſpecies*] *tandem oſtendit quomodo poſsit eſſe mutatio mutationis, ubi ait* [*omnino autem quoniam.*]

Caput Tertium. In quot, & quibus prædicamentis reperiatur propriè Motus. Et quot modis dicatur Immobile.

SI igitur prædicamenta diuiſa ſunt; ſubſtantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid & quantitate, & ipſo agere, & pati; neceſſe eſt tres eſſe motus, eum, qui quantitatis, & eum, qui qualitatis, & eum, qui ſecū dum locū eſt. ¶Secundū ſubſtantiam autem non eſt motus; propterea quòd nullum eſt entium ſubſtā- Te. 10.

tiæ contrarium. Neque ei, quod ad aliquid: contingit enim, altero mutationem patiente, verè dici alterum nihil mutationis ſubire. quare ſecundum accidens motus horum eſt. Neque etiam agentis, & patientis, neque omnis mouentis, & eius, quod mouetur: quia non eſt ipſius motus motus, nec generationis genera-
Te. 11. tio, neque omnino mutatio mutationis. ¶ Primum enim dupliciter cõtingit motus eſſe motum: Aut vt ſubiecti, vt homo mouetur: quia ex albo in nigrum mutatur. An ne ſic & ipſe motus, aut calefit, aut frigefit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur? Hoc autem impoſſibile eſt: non enim ſubiectorum aliquid
Te. 12. eſt ipſa mutatio. ¶ Aut, quia aliquod aliud ſubiectum ex mutatione mutatur in alteram formam; vt homo ex ægritudine in ſanitatem. Sed neque hoc poſſibile eſt, niſi ſecundum accidens: hic enim motus ex alia forma in aliam mutatio eſt. & generatio etiam, atque corruptio ſimiliter. verùm hæ quidẽ in oppoſita ſic, motus autem non ſimiliter. Simul igitur mutatur ex ſanitate in ægritudinem, & ex hac ipſa mutatione in aliam. Manifeſtum autẽ quòd, cum æger fuerit; mutatus erit in quamlibet: contingit enim quieſcere. Et amplius non ad quamuis ſemper. & illa ex quodam in quoddã alterum. Quare & oppoſita erit ſanatio; ſed ex eo, quia accidit. vt ſi ex recordatione in obliuionem mutaretur: quoniam, cui ineſt, illud mutatur, aliquando quidem in ſcientiam, ali-
Te. 13. quando verò in ſanitatem. ¶ Amplius autem in infinitum fiet abitio; ſi erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primam; ſi vltima erit. vt, ſi ſimplex ge

neratio

neratio fiebat aliquādo;& quod fit fiebat.quare nondum erat quod fit ſimpliciter, ſed aliquid quod fit,& quod fit iam, & rurſum fiebat hoc aliquando:quare nondum erat tunc id,qđ fit. Quoniam autem infinitorum non eſt quicquam primum;non erit primum: quare neque contiguum. neque fieri igitur, neque moueri poſſibile eſt, neque mutari quicquam. ¶ Amplius eiuſdem eſt motus cōtrarius, & inſuper quies, & generatio, & corruptio. quare id,qđ fit,cum fit id,quod fit,tūc corrumpitur, neque enim quod mox fit, neq; poſterius: eſſe enim oportet,quod corrumpitur. ¶ Amplius oportet materiam ſubeſſe & ei, quod fit, & ei, quod mutatur.quæ igitur erit?vt alterabile, aut corpus,aut anima eſt:ſic id,quod fit,motus,aut generatio: ¶ Et rurſus aliquid, in quod mouentur: oportet enim, ꝙ aliqđ ſit huius ex hoc in hoc motus,& non motus,aut generatio.Simul autem & quomodo erit? non enim erit diſciplinatio diſciplinationis generatio.quare neq; generationis generatio,neque quædam cuiuſdam. ¶ Amplius, ſi tres ſpecies motus ſunt; harum aliquam neceſſe eſt eſſe ſubiectam naturam, & ea, in quæ mouentur: vt neceſſe eſt loci mutationem alterari,aut ferri.Omnino autem,quoniam mouetur omne,quod mouetur, tripliciter: aut quia ſecundùm accidens, aut quia pars aliqua, aut quia per ſe:ſecundum accidens ſolùm continget mutari mutationem: vt,ſi is,qui ſanatur, currat, aut diſcat. eam autem, quę ſecundùm accidens, dimiſimus pridem.

Te. 14.
Te. 15.
Te. 16.
Te. 17.

que enim horum eſt contrarietas. Motus igitur ſecundùm qualitatem Alteratio fit: hoc.n. inditum eſt commune nomen. Dico aũt qualitatem, non quæ in ſubſtantia: (etenim differentia qualitas eſt:) ſed quæ paſſiua eſt, ſecundũ quam dicitur pati, autem paſſibile eſſe. Qui verò ſecundum quantitatem eſt, ſecundùm cõmune quidem innominatus eſt: ſecundùm autem vtrunque, Augmentatio, & Diminutio. is quidem, qui eſt in perfectam magnitudinem, augmentatio: qui verò ex hac, diminutio. Qui aũt ſecundùm locum, & ſecundùm proprium, & ſecundùm communem, innominatus eſt. vocetur autem Latio nomine communi: quãuis dicantur ferri hęc ſola propriè; cum non in ſeipſis ſit mutantibus locum, ſtare, & quæcunq; non ipſa ſeipſa mouent ſecundùm locũ. ¶ Quę autem eſt in eadem forma mutatio in magis, & minus, Alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium, motus eſt aut ſimpliciter, aut aliquo modo. In minus enim cum ierit, in contrarium dicetur mutari: in magis autem, vt ex contrario in ſeipſum: differt enim nihil ſecundùm quid mutari, aut ſimpliciter, verùm aliquo modo oportebit contraria eſſe. magis autem, & minus eſt ex eo, quia plus, aut minus cõtrarij ineſt, & non. Quòd igitur hi tres ſoli motus ſint, ex his manifeſtum eſt. ¶ Immobile autem eſt & quod omnino non poteſt moueri, ſicut ſonus eſt inuiſibilis. Et quod in multo tẽpore vix mouetur. Aut quod tardè incipit, quod dicitur ægrè mobile. Et quod aptum natura eſt, poteſtq; moueri; non mouetur autem tũc, cum aptũ natura eſt, & vbi, & quomodo: quod quidem immobilium ſolum quieſcere voco:

Te. 19.

Te. 20.

contraria enim quies motui eſt. quare priuatio erit ſuſceptiui. Quid igitur eſt motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales motus, manifeſtum ex dictis.

EXPLANATIONES.

EX hac] *ſ. perfecta magnitudine in imperfectam* [*ſimpliciter*]. *i. cum aliquis mutatur de albo in nigrum, uel contra* [*aut ſic*]. *ſ. quando aliquid mutatur de magis albo in minus album* [*quia priuatio erit ſuſceptiui*] *unde oportet, quòd quies ſit priuatio in ſuſceptiuo motus.*

Summa Secunda, in qua agitur de Vnitate, & Pluralitate motus.

Summa, & diuiſio in cap. I.

PROPONVNTVR definitiones quorundam terminorum. ſ. ſimul, Separatim, Tãgere, Inter, uel Medij conſequenter, continui, uel habiti ad motus unitatem cognoſcendam utilium: proponit ibi. poſt [*hæc autem dicamus*] *deinde declarat, quid ſit ſimul. deffinit ibi* [*ſimul igitur dicuntur*] *ſic alia.*

Caput primum, in quo declarat quid ſit Simul, quid Separatim, quid Tangere, quid Inter. quid Conſequitur, quid Contiguum, & quid Continuum.

Te. 21. POſt hæc autem dicamus, quid eſt Simul, & Separatim, & quid eſt Tangere, & quid eſt Inter, & quid Conſequenter, & quid Contiguum, & quid Continuum, & quibus vnumquodque horum ineſſe aptum natura ſit. ¶ Si-
Te. 22. mul igitur dicuntur hæc eſſe ſecundùm locũ, quæ-

quæcunque in vno loco ſunt primo. Separatim autem, quæcunque ſunt in altero. Tangere autem, quorum extrema ſunt ſimul. Inter verò, in quod prius aptum natura eſt peruenire id, quod mutatur, quàm in quod vltimum mutatur, ſecundùm naturam continuè mutationem patiens. in pauciſſimis autem eſt Inter, tribus; vltimùm enim eſt mutationis contrarium.

¶ Continuè autem mouetur, quod nihil, aut pauciſſimum intermittit rei, non temporis: nihil enim prohibet intermiſiſſe, & ſtatim etiam poſt primam ſonuiſſe vltimam; ſed rei, in qua mouetur. hoc autem & in ijs, quæ ſunt ſecundùm locum, & in aliis mutationibus manifeſtũ eſt. ¶ Contrarium autem ſecundùm locum eſt, quod ſecundùm rectam diſtat plurimùm: minima enim finita eſt: menſura autem finitum. ¶ Conſequẽter autem eſt, inter quod poſt principium ſolùm, exiſtens aut poſitione, aut natura, aut alio aliquo ſic determinatum, nihil eſt eorum, quæ ſunt in eodem genere, & id, ad qđ conſequenter eſt. dico autem, vt ad lineam linea, vel lineæ; aut ad vnitatem vnitas, vel vnitates, aut ad domum domus: aliud autem nihil prohibet eſſe Inter. Conſequenter enim ad aliquid eſt conſequenter, & poſterius aliquid eſt: non enim vnum conſequenter eſt ad duo, neq; noua luna ad ſecundam conſequenter eſt; ſed hęc ad illa. ¶ Contiguum autem eſt, quod, cum conſequenter eſt, tangit. Quoniam autem omnis mutatio in oppoſitis eſt, oppoſita autẽ ſunt & contraria, & quæ ſecundum contradictionẽ ſunt; contradictionis autem nihil eſt medium; manifeſtum eſt, quòd in cõtrarijs erit id, quod eſt Inter. Continuum autem eſt quidem, quod

Te. 23. Te. 24. Te. 25. Te. 26.

contiguum quiddam eſt. dico autem eſſe Continuum, cùm idem fiat, & vnus vtriuſque termini, quibus ſe tangunt, &, vt ſignificat nomẽ, contineantur. hoc autem eſſe nō poteſt, ſi duo
Tex.27. ſint vltima. ¶ Hoc autem determinato, manifeſtum eſt, quòd in ijs eſt continuum, ex quibus vnum quid aptum natura eſt fieri ſecundũ contactum. & vt demum fit continuum vnũ; ſic & totum vnum erit, vt aut clauo, aut gluti-
Tex 28. ne, aut tactu, aut inſertu. ¶ Manifeſtum autem eſt, & quòd primum eſt id, quod Conſequẽter eſt: quod enim tangit, neceſſe eſt Conſequẽter eſſe: quòd autem conſequenter eſt, non omne tangere. quapropter & in prioribus ratione cōſequenter eſt, vt in numeris, tactus autem non eſt. Et, ſi quidem continuum eſt; neceſſe eſt tangere: ſi vero tangit; nondum continuũ eſt: non enim neceſſe eſt vnum eſſe ipſorum extrema, ſi ſimul ſint: ſed, ſi vnum ſunt; neceſſe eſt ſimul eſſe. quare conſitio ultimum eſt ſecundum generationem: neceſſe eſt enim tangere; ſi conſita erunt extrema: ea vero, quæ tangunt, nō omnia conſita ſunt. in quibus autem nō eſt tactus; manifeſtum eſt, quòd neque eſt cōſitio in his.
Tex.29. ¶ Quare, ſi eſt punctum, & vnitas, qualia dicũt ſeparata; non poſſibile eſt vnitatem, & punctã eſſe idem: his enim ineſt tangere, vnitatibus autem conſequenter. & inter hæc quidem cōtingit eſſe aliquid: omnis enim linea inter puncta eſt: inter illas autem nō eſt neceſſe: nihil enim
Tex.30. eſt inter dualitatem, & vnitatem. ¶ Quid igitur eſt Simul, & Separatim, & quid Tãgere, & quid Inter, & quid Conſequenter, & quid Contiguum, & quid Continuum, & quibus vnumquodque horum ineſt, dictum eſt.

EX-

EXPLANATIONES.

IN uno loco primo] .i. proprio [ultima]. .i. ſuperficies[mutatur].ſ.continuè[in quod ultimum].ſ.quàm in ultimum terminum motus[in tribus].in duo extrema, & unum medium[rei].ſ.per quam tranſit [minima].ſ.diſtantia, quæ eſt inter duo puncta ſignata, quæ eſt linea recta[aliud].ſ.alterius generis[ſed hæc ad illa] .i. ſed contrà eſt[tangit].ſ. immediatè [primum] i. inter præmiſſa ordine naturæ[non eſt].i. quibus non eſt[ultima].ſ.ordine generationis [inter illa non eſt neceſſe] .i. inter unitates non eſt medium.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

NARRAT: motum tribus modis dici, genere.ſ. ſpecie, & numero. deinde mouet quaſdam dubitationes: quid ſit motus unus genere, declarat dicens [genere igitur unus eſt] ſpecie ſic [ſpecie autem unus eſt] & mouet dubium, an unus ſpecie ſit motus, cum aliquid idem mutatur multoties de eodem in idem, ubi inquit [dubitabit autem aliquis] motus dicitur unus numero ſic [ſimpliciter autem unus motus eſt] & mouet dubitationes duas, prima eſt [Socratem autem ſecundùm] altera eſt [habet autem dubitationē] ſoluit dicens[eadem enim ratio.]

Caput Secundum. Quotupliciter dicatur Motus vnus: Et qui propriè vnus, quiue plures.

VNus autem motus dicitur multipliciter. Te. 31.
Vnum enim multipliciter dicimus. Genere igitur vnus eſt ſecundùm figuras prædicamenti: latio enim omni lationi genere vnus eſt. alteratio autem à latione diuerſus genere eſt. Specie autem vnus eſt, cum genere ſit unus, & in indiuidua ſpecie ſit; vt coloris quidem ſunt diffe-

differentiæ. Igitur alius ſpecie denigratio, & dealbatio. omnis igitur dealbatio omni dealbationi idem ſecundum ſpeciem erit, & omnis denigratio denigrationi: albedini autem non amplius. quapropter ſpecie unus eſt dealbatio dealbationi omni. Si autem ſunt quædã, quæ & genera ſimul, & ſpecies ſunt, manifeſtũ eſt, quod ſpecie quodammodo vnus erit, ſimpliciter autem vnus ſpecie non: vt diſciplinatio, ſi ſcientia ſpecies quidem eſt exiſtimationis, ge-
Te. 32. nus autem ſcientiarum. ¶ Dubitabit autem aliquis ſi vnus ſpecie motus ſit; cùm ex eodem idem in idem mutetur. vt vnum punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, atque iterum. Si autem hoc eſt; erit circunlatio rectæ lationi
Te. 33. eadem, & uolutio ambulationi. ¶ An determinatum eſt, diuerſum eſſe motum, ſi id, in quo eſt motus, ſpecie ſit diuerſum? circulare autem à recto alterum ſpecie. genere igitur, &
Te. 34. ſpecie motus vnus ſic eſt. ¶ Simpliciter autem vnus motus eſt, qui ſubſtantia vnus, & numero eſt. Quis autem huiuſmodi ſit, manifeſtum erit diuidẽtibus. Tria enim ſunt numero, circa quæ dicimus motum vnum, quod, & in quo, & quãdo. Dico autem quod; quoniam neceſſe eſt eſſe aliquid, quod mouetur, ut hominem, aut aurũ: & in aliquo hoc moueri, ut in loco, aut in paſſione: & quando: in tempore enim omne mo-
Te. 35. uetur. ¶ Horum autem genere quidem, aut ſpecie eſſe vnum, eſt in re, in qua mouetur. contiguum autem erat in tempore. Simpliciter autẽ vnum eſſe in omnibus his eſt: Etenim in quo eſt, vnum oportet eſſe, & indiuiſibile, ut formam. Et rurſus ipſum quando, ut tempus vnũ, & non intermittere. Et quod mouetur vnum

eſſe,

eſſe, non ſecundùm accidens, vt album nigreſcere, & Coriſcum ambulare. vnum autem eſt, & Coriſcus, & album; ſed ſecundum accidens: neque commune: erit enim ſimul duos homines ſanari ſecundum eandem ſanationem, vt lippitudinis. ſed nõ vnus hic ẽ; ſed ſpecie vnus
eſt. ¶ Socratem autem ſecundum eandem qui- Te. 36.
dem alterationem alterari ſpecie, in alio autẽ tempore, & iterum in alio: ſi quidem contingit corruptum iterum vnum fieri numero: erit & hic vnus. ſi uerò non; idem quidem erit ſpecie,
vnus autem numero non. ¶ Habet autem dubi- Te. 37.
tationem huic ſimilem, utrum una ſanitas, & omnino habitus, & paſſiones in ſubſtantia ſint in corporibus: moueri nanque videntur habentia, & fluere. Si igitur eadem, & vna ſit mane, & nunc ſanitas; cur non etiam, cum intermiſſam acceperit iterum ſanitatem; & hęc, & illa vnà
numero erit? ¶ Eadem enim ratio erit. verùm Te. 38.
tantum intereſt, quòd, ſi duo idem hoc ſunt, ſicut numero vnus; & habitus eſſe neceſſe eſt: vnus enim numero actus vnius numero eſt. Si verò habitus vnus eſt; fortaſſis alicui non uidebitur vnus & actus eſſe: cum enim ceſſauit ambulans; non amplius eſt ambulatio: rurſus autem ambulante, erit. Si igitur vnus & idem eſt, continget vnum, & idem & corrumpi, & eſſe ſępe. Hæ igitur dubitationes extra præſentem ſunt conſiderationem.

EXPLANATIONES.

IN indiuiduam ſpecie] .i. *ſpecialiſsima* [*autem*] .ſ. *ſecũdũ quid* [*mutetur*] .ſ. *multoties* [*in quo eſt*] .ſ. *motus* [*ſubſtãtia vnus*] .i. *ſecũdum ſuam eſſentiam,* [*quod*] .ſ. *ſubiectum* [*in quo*] .i. *ſpecies, uel genus in*

qua

qua eſt motus[paſsione].i.paſsibili qualitate[in omnibus his eſt] :i. conſiſtit in unitate omnium horum [hic unus] .ſ.numero [idem] .ſ.ſpecie [unus autem non].ſ.numero [eadem ratio] :ſ uidetur in primo aſpectu de unitate qualitatis, & motus[ſi duo idem] .ſ.motus idem ſunt.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

CVM motus ſit quondam unum,& unum dicatur multipliciter ; aſſerit Ariſt. motum eſſe unum, ut continuum,deinde narrat; quod ad continuationẽ motus requiruntur tria principalia, & duo ſecundaria. quod ſit unum continuum proponit his uerbis [quoniam autem continuus omnis motus] quod primum competit motui,ut ſit quoddam continuum narrat dicens [non enim fiet] ſecundum [contigui igitur]tertium[quia contigui] nunc ponit duos ſecundarios pertinentes potius ad quandam formam unitatis,quàm ad unitatem.primus eſt [amplius autem]ſecundus [amplius autem aliter] in quibus motibus ſit regularitas, & irregularitas dicit[eſt autem in omni motu.]

Te. 39. QVoniam autem continuus omnis motus eſt, & ſimpliciter quidem vnum,& continuum eſſe neceſſe eſt; ſi omnis quidem diuiſibilis eſt:&, ſi continuus ; vnus: non enim fiet omnis continuus omni, ſicut neque aliud vllum cuiuis quoduis; ſed quorum unum ſunt vltima, vltima autem aliquorum quidem non ſunt,aliquorum aũt ſunt;ſed ſpeciẽ differẽtia, & æquiuoca. quomodo nanq; tanget, aut vnũ

Te.40. fiet ultimum lineæ, & ambulationis? ¶ Contigui igitur erunt, & qui neque iidem ſpecie, neq; genere: poſtquam .n. cucurrit aliquis; ſta

tim

tim febricitare poteſt.&, ueluti lampas ex ſuc ceſſione, latio eſt contigua, continua autem non: ponitur enim continuum, quorũ ultima vnũ ſunt. Quare cõtigui, & conſequenter ſunt, quia tempus continuum eſt: continuum autem eſt; quia motus continui ſunt. hoc autem eſt; cùm vnum vltimum fuerit amborum. ¶ Quapropter neceſſe eſt eũdem ſpecie eſſe, & vnius, & in vno tempore ſimpliciter continuum motum, & vnum. Tempore quidem, vt non immobilitas interſit: in intermittente enim quieſcere neceſſe eſt. Multi igitur, & non vnus motus, inter quos quies eſt. quare, ſi aliquis motus ſtatu intercipitur; neque vnus eſt, neque continuus. intercipitur autem; ſi in medio tempus eſt. Eius vero, qui in ſpecie non vnus eſt, non: etſi intermittitur tempus: tempus enim vnum eſt: ſpecie autem motus alius eſt: motum enim vnum neceſſe eſt & ſpecie vnum eſſe: hunc autem ſimpliciter vnum eſſe non eſt neceſſe. Quis igitur motus ſimpliciter vnus eſt, dictum eſt. ¶ Amplius autem dicitur vnus, & perfectus, ſiue ſecundùm genus, ſiue ſecundùm ſpeciem, ſiue ſecundùm ſubſtantiam ſit; ſicut & in alijs perfectum, & totum ipſius vnius eſt. aliquando, autem & ſi imperfectus ſit, unus dicitur, ſi ſolùm ſit continuus. ¶ Amplius autem aliter præter dictos, dicitur motus unus, regularis: irregularis enim eſt quidem, ut non uideatur unus; ſed magis regularis, vt rectus: irregularis enim diuiſibilis eſt. videtur autem differre, ſicut magis, & minus. Eſt autem in omni motu quod regulariter eſt, aut nõ etenim alterabitur regulariter, & feretur ſuper regulare, vt circulũ, aut

Te. 41.

Te. 42.

Te. 43.

rectam:

rectam: & circa augmentationem ſimiliter, &
Te. 44. diminutionem. ¶ Irregularitatis autem differentia eſt aliquando quidem in quo mouetur: impoſsibile eſt enim regularem eſſe motũ nõ in regulari magnitudine; ut motus fractæ, aut gyratiuæ, aut alius magnitudinis, quorũ quæuis ad quamuis partẽ minime coaptatur. Aliqñ autem neque in ubi, neque in quando, neq; in eo, ad quod, ſed in ipſo modo: velocitate enim, & tarditate aliquando determinatur: cuius.n. eadem eſt velocitas, regularis eſt: cuius autem non, irregularis. Quapropter neq; ſpecies motus, neq; differentiæ, velocitas, & tarditas; quia omnes ſequuntur differentes, ſecundum ſpeciem. quare neq; grauitas, neq; leuitas, quæ ad idem eſt, vt terræ, ad ſeipſam, aut ignis, ad ſeipſum.
Te. 45. ¶Vnus igitur irregularis eſt, quã eſt continuus. minus autem, quod fractæ accidit lationi. id autem, quod eſt minus, commiſtio ſemper contrarij eſt. Si autem omnem, vnum contingit. & regularem eſſe, & non; non erunt & ipſi, qui non ſecundum ſpeciem contigui ſunt, vnus, & continuus: quomodo enim erit regularis motus ex alteratione compoſitus, & latione? oportet enim coaptari.

Summa Tertia de Contrarietate motuum, & quietum.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

DECLARAT Phiſ. cui motui motus opponatur, & diuiditur caput in duas partes, in prima narrat multas contrarietates, & hoc ibi [utrum contrarius motus ſit] deinde excludit duos prædictorum modorum dicẽs [eſt autem, qui ex contrario ei] oſtendit

oſtendit tribus rationibus contrarietatem motus nō eſſe accipiendam ſecundùm contrarietatem terminorum, ubi ait[neque qui eſt ex contrario] prima ratio eſt [ſimul enim] ſecunda [ſed magis in contrarium] ultima [atque dicitur] in ſecunda parte ſcribit, quæ contrarietas fit in motu, ubi inquit[quoniam autem differt] & hanc probat dup. primò[quæ enim eſt] ſecundò inductiuè[manifeſtum ex inductione.]

Caput Primum. Quis Motus cui motui opponatur.

AMplius autem determinandum eſt, qualis motus eſt contrarius motui, & de quiete quoque eodem modo. Diuidendum eſt autem primò, vtrum contrarius motus ſit, qui eſt ex eodem, ei, qui eſt in idem, vt qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt in ſanitatem, vt & generatio, & coruptio videtur: Aut qui eſt ex contrarijs, vt qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt ex ægritudine: Aut qui eſt in contraria, vt qui eſt in ſanitatem ei, qui eſt in ægritudinem: Aut qui eſt ex contrario ei, qui eſt in contrarium, vt qui eſt ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinem: Aut qui eſt ex cōtrario in cōtrariū ei, qui eſt ex cōtrario in cōtrariū; vt qui eſt ex ſanitate in ægritudinē ei, qui eſt ex ægritudiue in ſanitatem: neceſſe eſt enim aut vnum aliquem horum eſſe modorum, aut plures: non enim eſt aliter opponere. Te. 46.

¶Eſt autem qui ex contrario ei, qui eſt in cōtrarium, non contrarius, vt qui ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinem: idem enim & vnus eſt; eſſe tamen non idem eſt ipſis: ſicut non idem eſt ex ſanitate mutari, & in ægritudinem. Te. 47.

¶ Neq; qui eſt in contrario ei, qui eſt ex contrario: ſimul. n. accidit ex contrario, & in contrarium, aut in me- Te. 48.

medium. verùm de hoc quidem poſterius dice mus. Sed magis in contrarium mutari videbitur cauſa eſſe contrarietatis, quàm ex contrario. hic enim diſceſſio à contrarietate, ille verò acceptio. atq; dicitur vnuſquiſq; eo, in quod mutatur magis, quàm eo, ex quo: vt ſanatio, qui in ſanitatem, ægrotatio autem, qui in ægritudinem. Relinquitur igitur qui eſt in contraria, & qui ad contraria ex contrarijs. Forſitan igitur accidit eos, qui in contraria, & ex contrarijs eſſe ſed ipſum eſſe forte non idem. dico autem qui eſt in ſanitatem ei, qui eſt ex ægritudine, & qui ex ſanitate ei, qui eſt in ægritudinē.

Te. 49. ¶Quoniam autem differt mutatio à motu: (quę enim eſt ex quodam ſubiecto in quoddam ſubiectum mutatio eſt motus:) qui eſt ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario eſt in cōtrarium, motus contrarius eſt: vt qui ex ſanitate in ægritudinē ei, qui eſt ex ægritudine in ſani

Te. 50. tatem. ¶Manifeſtum eſt autem & ex inductione, qualia videntur contraria eſſe. Aegrotare. n. ipſi ſanari, & diſcere ipſi decipi non per ſe ipſum: in contraria enim: vt enim ſcientiam, ſic & deceptionem eſt & per ſeipſum conſequi, & per aliud. Et ea, quæ ſurſum latio, ei, quæ eſt deorſum: contraria enim hæc ſunt in longitudine. Et quæ ad dextra, ei quę eſt ad ſiniſtra: cōtraria enim hæc ſunt in latitudine. Et quæ in ante, ei, quæ in retro: contraria enim hæc ſunt

Te. 51. in profunditate. ¶Quæ autem eſt in contrariū ſolùm, non eſt motus; ſed mutatio: vt fieri albū non ex aliquo. Quibus autem non eſt aliquid contrarium, mutatio, quæ eſt ex ipſo, ei, quæ eſt in ipſum, contraria eſt. quapropter generatio corruptioni contraria eſt, & abiectio acce-

ptioni. hæ autem mutationes quidem ſunt, motus autem non. ¶ Qui autem ad medium motus ſunt, quibuſcunque contrariorum aliquid eſt medium, tanquam in contraria quodammodo ponendi ſunt: nam vt contrario vtitur medio ipſe motus, ad vtrauis fiat mutatio: vt ex fuſco quidem in album, tanquam ex nigro, & ex albo in fuſcum, tanquam in nigrum. ex nigro autem in fuſcum tanquam in album: fuſcum enim medium ad vtrunq; dicitur quodammodo extremorum, ſicut dictum eſt prius. Motus igitur motui contrarius eſt ſic: qui ex contrario in contrarium eſt, ei, qui ex contrario in contrarium. Te. 52.

EXPLANATIONES.

EX eodem in idem] .i. ſecundùm acceſſum ad aliquem terminum, & receſſum ab eodem [ex contrarijs] .ſ. terminis, à quibus incipit [in contraria] .i. contrarios terminos ad quem [idem] .ſ. ſubiecto [ſimul] .i. æqualiter [acceptio] .ſ. contrarietatis [eſſe] .ſ. idem ſubiecto.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

QVIETEM contrariam eſſe motui primò declaratur, deinde & quieti. quomodo ſit contraria motui, ait [quoniam autem motui non ſolùm] & qualis ſit, inquit [qualis autem quali] quietes vero quomodò contrarientur declarat ſic [ſimul autem] & denique oſtendit quibus mutationibus, non contrarietur quies ibi [quibus autem non ſunt contraria.]

Caput Secundum. Quæ Quies cui motui, & cui quieti opponatur.

QVoniam autem motui non ſolùm videtur motus eſſe contrarius, ſed & quies; hoc Te. 53.

determinandum eſt: ſimpliciter enim contrarium eſt motus motui. Opponitur autem & quies: priuatio enim eſt. Eſt autem ſic vt & priuatio contraria dicatur. qualis autem quali, vt ei, qui eſt ſecundum locum, ea, quæ eſt ſecundùm locum. ſed hoc quidem non dicitur ſimpliciter. vtrum enim ei, quæ eſt hic, quieti is, qui eſt ex hoc, aut qui eſt in hoc, motus opponitur.

Te. 54. ¶Manifeſtū eſt igitur, quod, quia in duobus motus ſubiectis eſt, huic quidem, qui ex hoc eſt in cōtrarium, ea, quæ eſt in hoc, quies: huic autem, qui eſt ex contrario in hoc, ea, quę in contrario. ſimul autem & inuicem contrarię hæ ſunt. etenim incōueniens eſt, ſi motus quidem contrarij ſunt: quietes autem oppoſitæ non ſunt. ſunt autem hæ, quæ in contrariis, ut quæ eſt in ſanitate, ei, quæ eſt in ægritudine quieti: motui autem, qui ex ſanitate in ægritudinem: ei enim qui eſt ex ægritudine in ſanitatem, irrationabile eſt: is. n. motus, qui ad ipſum eſt in quo ſtat, quietatio magis eſt, qua accidit ſimul fieri cum motu. neceſſe autem eſt aut hāc, aut illā eſſe: non. n. ea quidem, quæ eſt in albedine, quies contraria eſt ei, quæ eſt in ſanitate.

Te. 55. ¶Quibus autem non ſunt contraria, horū mutatio quidem eſt oppoſita ea, quæ eſt ex ipſo, ei, quæ eſt in ipſum: motus autem non eſt: vt ea, quæ eſt ex ente, ei, quæ eſt in ens. Et quies quidem horum non eſt, immutabilitas autem eſt, &, ſi quidem aliquid erit ſubiectum; ea, quę in ente eſt immutabilitas, ei, quæ eſt in non ente contraria erit. Si vero non eſt aliquid; id, qđ non eſt, dubitabit aliquis cui contraria ſit ea, quæ eſt in ente, immutabilitas: & an quies ſit. ſi autem hoc eſt; aut non omnis quies motui eſt

con-

contraria, aut generatio, & corruptio motus ſunt. Manifeſtum eſt igitur, quòd quies quidẽ non dicenda eſt, ſi non & hæ motus. ſimile autem aliquid eſt, & immobilitas. contraria autem eſt aut nulli, aut ei, quę eſt in non ente, aut corruptioni: hæc enim ex ipſa eſt, generatio autem in ipſam.

EXPLANATIONES.

SIMPLICITER]. i. propriè [qualis autem quali]. i. qualis quies tali motui [ſimpliciter]. i. uniuerſaliter [in duobus ſubiectis] i. inter duos terminos affirmatos [hæ]. ſ. quietes [quibus]. ſ. mutationibus [hæc. n. ex ipſa]. i. corruptio recedit ab immutatione, uel quiete [in ipſam]. i. quietem.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

TRES dubitationes de præmiſsis proponuntur, & confutãtur. prima dubitatio proponitur ibi [dubitabit autem aliquis] quæ eſt, quòd in genere motus localis inuenitur motus, & quies ſecundùm naturã, & extra naturam, in alijs autem generibus non. ſoluit hanc dicens [ut ſi eſt] deinde facit obiectionem. ſ. an inueniatur quędam generatio contra naturam, ubi inquit [erunt ergo corruptiones] ſecundam mouet dubitationem, quæ eſt, utrum omnis quietis, quæ non ſemper fuit, ſit aliqua generatio, & generatio quietis vocatur ſtare, quam determinat per partem negatiuam, his uerbis [habet autem dubitationem ſi eſt] Mouet tertiam, quòd quies, quę eſt in aliquo termino, contrariatur motui, quo receditur ab illo termino, ubi ait [habet autem dubitationem, ſi contraria eſt quies] deinde narrat quædam ad manifeſtatiorem præmiſſorum, quæ quidem non ſunt in exemplaribus arabicis, ſed potius ſunt Theophraſti, ubi inquit [dubitabit autem quis.]

Caput Tertium. Proponuntur nonnullæ circa prædicta dubitationes, ſoluunturq;.

Te. 56. Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem ſecundum locum ſunt, & ſecũdùm naturam,& præter naturam & quietes,& motus,in aliis autem nòn. Vt alteratio,hęc quidem ſecundùm naturam,illa verò præter naturam:nihil enim magis ſanatio, quàm ægrotatio ſecundùm naturam, aut præter naturam; aut dealbatio, quàm denigratio. Similiter autem eſt & in augmentatione, & diminutione; neq; enim hæ ſunt inuicem contrariæ, vt ſecũdùm naturam,& præter naturam, neque augmentatio augmentationi. Et in generatione, & corruptione eadem ratio eſt: neq; enim generatio quidem ſecundum naturam,corruptio autem præter naturam: ſeneſcere enim ſecundum naturam eſt; neque generationem videmus,aliam quidem ſecundùm naturam, aliam

Te. 57. verò præter naturam. ¶ At, ſi id quod violentia fit,præter naturam eſt;& corruptio corruptioni contraria erit, ea, quæ eſt violenta: vt quæ præter naturam eſt,ei, quæ ſecundum naturã. Sunt igitur & generationes quædam violentæ, & non fato determinatæ, quibus contrariæ ſunt eæ,quæ ſecundum naturam. Et augmentationes ſunt uiolentæ, & diminutiones: vt augmentationes eorum, qui velociter propter alimentum pubeſcunt, & frumenta, quæ ci-

Te. 58. tò adoleſcunt,& non ſunt conſtricta. ¶ In alteratione autem quo pacto? An ſimiliter: erũt enim aliæ quidem violentæ, aliæ verò naturales, vt qui liberantur, aliæ non in iudicatoriis diebus, alij autem in iudicatorijs: illi quidem

præ-

præter naturam alteratur, hi verò ſecundùm naturam. Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicem, non generationi ſolùm. Et quid prohibet? eſt enim vt ſic: etenim, ſi hæc quidem ſuauis, illa verò triſtis eſſet. Quare non ſimpliciter corruptioni corruptio contraria eſt: ſed quatenus ipſarum hæc quidem huiuſmodi, alia verò talis eſt. ¶ Omnium igitur contrarij motus, & quietes dicto modo ſunt, vt quæ eſt ſurſum ei, qui eſt deorſum: loci enim contrarietates hæ ſunt: fertur autem ea quidem, quæ ſurſum eſt, latione, natura ignis: ea verò quæ deorſum, terra: & contrariæ ipſorum lationes ſunt. ignis autem ſurſum quidẽ natura, deorſum autem præter naturam. Et contrarius quidem motus eſt, qui eſt ſecundum naturam ipſius, ei, qui eſt præter naturam. ¶ Et quietes etiam ſimiliter: quæ nanque eſt ſurſum quies, ei, qui eſt de ſurſum in deorſum, motui contraria eſt. eſt autem terræ illa quidem quies præter naturam, motus autem hic ſecundum naturam. Quare motui quies contraria eſt, quæ eſt præter naturam, ei, qui eſt ſecundum naturam eiuſdem: etenim motus eiuſdem contrarius ſic eſt, alter enim ſecundum naturam ipſorum erit, qui ſurſum, aut qui deorſum, alter autem præter naturam. ¶ Habet autem dubitationem, ſi eſt omnis quietis, quæ non ſemper eſt, generatio, & hæc eſt ipſum ſtare. eius igitur, quod præter naturam quieſcit, vt terræ ſurſum, erit generatio. cum ergo ferebatur ſurſum violentia; ſtabat, ſed quod ſtat, ſemper videtur ferri velocius: quod autem violentia, contrà. non factum ergo quieſcens erit quieſcens. Amplius

Te. 60

Te. 61.

videtur ipſum ſtare, propriè dici, aut omnino eſſe in eo, quod eſt ſecundùm naturam in
Te. 62. ſuum locum ferri, aut accidere ſimul. ¶ Habet autem dubitationem, ſi contraria eſt quies quæ eſt hic, ei, qui hinc eſt, motui: cùm enim mouetur ex hoc, aut etiam abiicit; adhuc videtur habere id, quod abiicitur. quare, ſi hæc quies contraria eſt ei, qui hinc eſt in contrarium motui; ſimul erunt contraria. An aliquo modo quieſcit, ſi adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem eſt, in quod mutatur. quapropter & magis motus motui contrarius,
Te. 63. quàm quies. ¶ Et de motu quidem, & quiete, quomodo vtrunque vnum eſt, & quæ qui-
Te. 64. bus contraria ſunt, dictum eſt. ¶ Dubitabit autem quis & de ipſo ſtare, ſi & quicunque ſunt præter naturam motus, his eſt quies oppoſita. ſiquidem igitur non; erit inconueniens: manet enim violentia. quare quieſcẽs aliquid erit non ſemper ſine fieri; Sed palam quod erit: ſicut enim mouetur præter naturam; & quieſcit vtique aliquid præter natu-
Te. 65. ram. ¶ Quoniam autem eſt quibuſdam motus ſecundùm naturam, & præter naturam: puta ignis, qui ſurſum ſecundum naturam, qui autem deorſum præter naturam: vtrum hic contrarius, aut qui terræ? hæc enim fertur ſecundum naturam deorſum. Aut palàm quia ambo, ſed non eodem modo; ſed qui quidem ſecundum naturam eſt ſecundum naturam exiſtenti: eius autem, qui ipſius, qui ſurſum, ignis ei, qui deorſum, vt ſecundum naturam exiſtens præter naturam exiſtenti. ſimiliter autem & in manſionibus, Forte autem

quieti

quieti motus aliquatenus opponitur: cum enim moueatur ex hoc, & abiiciat; adhuc videtur habere quod abiicitur. quare, ſi ipſa quies contraria ei,qui hinc in contrarium, motui; ſimul exiſtent contraria; aut aliquatenus quieſcit, ſi adhuc manet. omnino autem eius, quod mouetur, hoc quidem ibi,hoc autem in quod mutatur: propter quod magis motus motui contrarium, quàm quies. Quis qui dem igitur motus ſimpliciter vnum, dictum eſt: & de motu quidem, & quiete quomodo vterque vnus, & qui contrarij quibus, dictum eſt.

doque accipitur pro ipſa mutatione, quæ eſt de non eſſe formæ, uel geniti ad eius eſſe. & ſic uidetur dicere Sco. in 4. ſent. diſt. 3. Q. 1. quod generare dicit relationem productiuam per naturam; ſicut dicere dicit relationem productiuam per intellectum. & per conſequens generari dicit relationem producti per naturam ad producens. Hinc fit, ut generatio actiua, quò ad eius ſignificatum non ſit niſi relatio producentis ad productum per naturam: & generatio paſſiua eſt relatio producti per naturam, ſeu per modũ naturæ ad producens. connotat tamen, ut dicunt aliqui formam de nouo infonmare materiam, quã prius non informabat. connotat etiam genitum accipere eſſe de nouo poſt non eſſe. Vnde patet, quòd generatio tàm paſſiua, quàm quò ad ſignificatum ſunt relationes intrinſecæ aduenientes: ideo intrinſecæ non dicuntur mutationes ſucceſſiuæ: & ſi dicantur ſucceſſiuæ; hoc ſolùm erit ab extrinſeco, & ratione alicuius connotati. Et ſuprà narrat, quòd mutatio ſucceſſiua dicitur tripliciter: primò ratione intenſionis, & remiſſionis formæ; ſecundò propter extenſionẽ quantitatiuam ſubiecti, in quo inducitur forma acquiſita per talem mutationem: vltimò ratione utriuſque hoc ſuppoſito dicitur, quòd primo modo generatio non eſt mutatio ſucceſſiua. dicitur ſecundò, quòd, ſi mutatio dicatur ſucceſſiua, quia forma acquiſita recipitur in aliquo quanto; generatio poteſt dici ſucceſſiua; cum multæ formæ in corpore quanto recipiantur, ut in animali. ſi autem dicatur ſucceſſiua, quia forma acquiritur in aliquo quanto, & cum hoc quòd una, & eadem forma ſecundùm ſe totam, uel unam partem, informat primò unam partem materiæ quantam, & poſt aliam: & ſic non intelligitur. Iauel in Q. 1. auctoritate D. Thom. ſic ait. motus ſumitur dup. primò pro omni actione tranſeunte, uel ſucceſſiua, ſiue inſtantanea;

nea: dum inſtantanea ſit terminus ſucceſſiuè, & dicitur motus communiter, ſiue uniuerſaliter. unde in hoc ſenſu generatio, & corruptio, & illuminatio dicuntur motus. Secundò ſumitur motus pro tranſmutatione ſucceſſiua, cuius ſubiectum eſt ens actu, & terminus eſt diuiſibiliter acquiſibilis. & dicitur motus propriè, & contractè. & hoc modo nec generatio, nec corruptio eſt motus; ſubiectum.n. generationis eſt ens in potentia, & ſubiectum motus eſt ens actu. & terminus generationis eſt ſubſtãtia, & terminus motus eſt accidens. ultimò terminus generationis eſt indiuiſibilis, & indiuiſibiliter acquiritur; terminus autem motus eſt diuiſibilis.

Quę. 2. MOVET dubium Burl. in text. 8. ubi Ariſto. aſſerit ſi omne quod mouetur eſt in loco, an materia prima moueatur. pro parte negatiua eſt textus, ut ipſe ait, & Egid. pro affirmatiua eſt ratio; mouetur enim ad compoſitum ſoluit dicens, quòd materia prima mouetur per accidens ad formam accidentalem, uel ad locum; ſed ad ſubſtãtiam, nec per ſe, nec per accidens. Egid. autem negat eam moueri.

Quæ. 3. DVBITATVR tex. 10. an alicui adueniat aliqua relatio nulla in ipſo facta tranſmutatione. multi dicunt, quòd non; nam illud, quod aliter ſe habet nunc, quàm prius eſt tranſmutatum, ut in 6. phy ſi. patet tex. & Comm. 37. Sed relatiuum aliter ſe habet. contrà eſt Ariſt. in tex. dicens. contingit altero mutante uerum eſſe alterum nihil mutans. deſtruit controuerſiam D. Thom. in Comm. dicens, quòd relationes ſunt in duplici differentia. quædam non ſunt aliquid realiter in eo, de quo prædicantur. quod quidem quandoque contingit ex parte utriuſq; extremi, ſicut cum dicitur idem eidem idem; hac.n. identitatis relatio in infinitum multiplicaretur; ſi qualibet res eſſet ſibi eadem per relationem additam; ma

nifeſtum

nifeſtum eſt enim quòd quodlibet ſibiipſi eſt idem. eſt ergo hæc relatio ſecundum rationem tantùm, inquantum. ſ. unam, & eandem rem ratio accipit, ut duo extrema relationis. quædam uerò relationes ſunt, quarum una realiter eſt in uno extremo, & alia ſecundum rationem tantum in altero, ſicut ſcientia, & ſcibile: ſcibile enim relatiuè dicitur, non quia ipſum refertur per aliquam relationem in ipſo exiſtentem; ſed quia aliud refertur ad ipſum, ut patet per philoſophum in 5. metaph. & ſimiliter cum columna dicitur dextera animali. Dextrum enim, & ſiniſtrum ſunt relationes reales in animali; quia in eis inueniuntur determinatæ uirtutes, in quibus huiuſmod relationes fundantur. in columna autem non ſunt ſecundum rem; ſed ſecundum rationem tantùm; quia non habet prædictas uirtutes, quæ ſunt fundamenta harum relationum. quædam uerò relatiua ſunt, in quibus ex parte utriuſque extremi inuenitur relatio realiter exiſtens, ſicut in æqualitate, et ſimilitudine: in utraque enim inuenitur quantitas, uel qualitas, quæ eſt huius relationis radix: & ſimile etiam apparet in multis alijs relationibus. in illis igitur relationib. quæ non ponunt rem aliquam niſi in uno extremorũ non uidetur difficile, quod mutato illo extremo, in quo relatio realiter exiſtit ꝑ de nouo dicatur aliquid relatiuè de altero abſque ſui mutatione; cum nihil ei adueniat realiter. ſed in illis, in quibus relatio inuenitur realiter in utroque extremorum, uidetur difficile, ꝙ aliquid relatiuè dicatur de uno per mutationem alterius abſque mutatione ſui. & hæc omnia etiam narrat Iand. Q. 5. licet alijs uerbis, ſed addit, quòd relatio poteſt attribui alicui de nouo dupliciter: uno modo tanquàm ſubiecto: alio tanquàm termino non tanquam ſubiecto. & hoc eſt rationabile: quia ipſa relatio eſt reſpectus quidam ad aliud, ut

ad

ad terminum. & ideo hoc habet ſpeciale inter accidentia, quod poſſit attribui alicui tanquàm termino, quod non eſt eius ſubiectum. item ſciendum eſt, quòd duplex eſt tranſmutatio; quædam eſt propriè dicta, quæ eſt tranſmutatio diuiſibilis, & ſucceſsiua. alia eſt tranſmutatio indiuiſibilis, & inſtantanea, & dicitur impropriè. unde dicunt aliqui ad quæſtionem, quòd nulla relatio realis poteſt attribui alicui de nouo, niſi aliqua tranſmutatio facta ſit in ipſo, ſaltem tranſmutatio diuiſibilis. Secundò dicunt, quòd poteſt attribui relatio realis alicui de nouo ſine tranſmutatione propriè dicta, & ſucceſsiua. deinde ait, quòd relatio realis non poteſt eſſe in aliquo de nouo, tanquàm in ſubiecto, niſi aliqua tranſmutatio facta ſit in ipſo: ſecundò quòd relatio poteſt alicui attribui tanquàm termino nulla penitus tranſmutatione facta in ipſo, ut patet in eſſe dextrum: columna enim poteſt eſſe dextra alicui: at tamen prius non erat.

Quæ.4. *MOTVS non ſuſcipere eſſe per motum ſentit Ariſtote. tex. 10. ubi ait: quia non eſt motus. contrà inſtatur; quia quod eſt natum, ut moueatur: accepit eſſe per motum: in omni enim generatione adeſt efficiens, quod eſt principium motus. remouet hanc dubitationem. D. Thom. Iand. Burleus, & Egid. auctoritate Ariſtote. dicens. ſic igitur manifeſtum eſt, quòd nulla mutatio eſt per ſe de una mutatione in aliam: ſed per accidens, ſicut quando ſubiectum nunc mutatur una mutatione, & poſt modum alia: puta, ſi aliquid dicitur mutari per accidens de recordatione in obliuionem, uel in quamcunque aliam mutationem: quia ſubiectum mutationis, quandoque mutatur in ſcientiam, quandoque in aliquid aliud puta in ſanitatem.*

EST ſententia Ariſtote. tex. 18. in quantitate, qualitate, & ubi eſſe contrarietatem. unde uidetur ſibi contradicere: nam in prædicamentis legitur quantitati nihil contrarium. deſtruit controuerſiam Egid. his uerbis. Contrarietas eſt quædam diſtantia, & diſtantia intelligitur habere aliquam latitudinem: ſi enim imaginemur ſub eodem genere eſſe plures formas, ut in genere coloris album, nigrum, & fuſcum: in hoc genere illa erunt propriè contraria, inter quæ intelligitur eſſe maius ſpatium, & maior motus: ut ab albo in nigrum eſt maximus motus, & diſtantia itidem. ideo propriè album, & nigrum contrarietatem habent. ſed eſt triplex diſtantia in formis, ſecundùm quòd forma tripliciter conſiderari poteſt. Primo enim comparari poteſt forma ad ſuam eſſentiam, per quam collocatur in ſpecie. ſecundò quò ad ſuum eſſe, quod habet in materia. Tertiò quò ad motum, per quem inducitur. ſi accipiatur diſtantia per comparationem ad eſſentiam: non poterit accipi oppoſitio contraria: ſed contradictoria: formæ enim diſtant per eſſentiam; nam una non eſt alia. ſed ſi accipiatur diſtantia ſecundùm eſſe, uel ſecundùm motum: poterit eſſe contrarietas: nam formæ aliquæ uidentur quandam latitudinem habere, uel ſecundùm eſſe, quod habent in materia; quoniam quædam intenduntur, & remittuntur in ſubiectis; uel ſecundùm motum: quia quædam ſucceſſiuè acquiruntur. cum ergo quæritur, quomodo ſit contrarietas in dictis generibus, dici poteſt, quòd in qualitate reperitur contrarietas quantùm ad eſſe, in eo quòd in eis reperitur intenſio, & remiſſio: albedo enim, & nigredo poſſunt habere intenſum eſſe, & remiſſum in materia: ſic in qualitate reperitur contrarietas. in quantitate uerò, & Quæ. 5.

ubi.

vbi reperitur contrarietas non per comparationem ad eſſe: quia quanta non ſuſcipiunt nec intenſionem, nec remiſſionem: ſed quantum ad motum; quando ſecundùm motum talia ſucceſſiuè acquiruntur. intelligitur ergo inter talia eſſe diſtantia quantum ad motum, prout requiritur magnus vel paruus motus, ſecundùm quem acquiruntur: mobile enim non mutat ſimul totum ſuum vbi; ſed mutat partem poſt partem. & augumentabile non acquirit totam ſuam quantitatem ſimul, ſed partem, poſt partem. Iand. in Q. 7. ait, quòd quantitas conſideratur dupliciter, ſecundum ſe, & ſecundùm quòd eſt alicuius naturæ determinatæ, ut hominis: item quòd contrarietas multipliciter inuenitur accipi in philoſophia primò communiter, & quaſi impropriè pro oppoſitione, quę eſt inter priuationem, & habitum. & hoc modo accipit Ariſt. in primo huius. alio modo dicitur contrarietas oppoſitio, quæ eſt inter duas formas diuerſas ſpecie eiuſdem generis. & hic eſt propriiſſimè dicta. tertiò ſumitur contrarietas pro incompoſſibilitate duarum formarum eiuſdem ſpeciei, quarum vna eſt perfectior altera; ut albedo magis, uel minus intenſa. & hæc eſt contrarietas minus propriè dicta poſſet etiam dici contrarietas repugnantia duarum formarum ſibi ſuccedentium in eodem ſubiecto in potentia. & ſic formæ ſubſtantiales poſſunt dici contrariæ. & hæc poſſit dici contrarietas magis propriè, quàm prædicta, quæ eſt inter formas eiuſdem ſpeciei. Quare dicit ad quæſtionem, quòd inter quantitates non eſt contrarietas impropriè dicta, quæ eſt inter priuationem, & habitum. Secundò quòd inter quantitates nulla eſt contrarietas propriiſſimè dicta; quia non ſunt per ſe actiuæ adinuicem. tertiò, quòd inter quantitates eſt contrarietas minus propriè dicta, quæ eſt incompoſſibilitas duarum formarũ eiuſ-

dem

dem ſpeciei, quarum una eſt perfectior alia; conſtat enim quòd linea ſecundùm eſſentiam eſt diuiſibilis in lineas minores, & linea minor eſt minus perfecta, quàm maior. quartò dicendum eſt, quòd inter quantitates, ſecundùm quòd ſunt alienius naturæ, eſt contrarietas propinquior ueræ cōtrarietati, quàm inter quantitates ſecundum ſe; quia duæ formæ maximè diſtantes abinuicem, quarum una ſuccedit alteri in eodem ſubiecto, magis propinquæ ſunt ueræ contrarietati, quàm quæ maximè diſtant; ita duæ quantitates ut ſunt in natura ſunt maximè diſtantes, vt aliqua eſt quantitas hominis, ita magna, ſub qua maior non poteſt ſaluari natura hominis, & etiā ita parua. Sed inter duas quantitates ſecundum ſe ſumptas non eſt maxima diſtantia, ſcilicet quæ ſit inter maximum, & minimum, ut inter duas lineas; non enim ad minimum terminantur. Iauel. in Q. 5. ait. in quantitate & ubi non ſeruantur ſimpliciter omnes conditiones contrarietatis; quoniam quantitas, ut quantitas non eſt forma actiua, uel paſſiua, niſi fortè ut adiuncta formæ, & qualitati naturali. ſimiliter locus ut quantitas non agit in locatum, nec patitur, niſi ſumatur locus pro corpore naturali conſeruante, uel deſtruēte locatū. & ſic cōfirmat & Iand.

EST ſententia Ariſto. tex 22. quòd illa dicantur eſſe ſimul ſecundùm locum, quæ in uno loco ſunt primò. datur inſtantia; quia ſequeretur, quòd in eodem loco eſſent duo corpora. ſoluit dubium. Burl. q. ſimultas ſecundum locum eſt duplex, ſ. adæquationis, & immediationis. illa ſunt ſimul ſimultate adæquationis, quæ ſunt in eodem loco proprio. & hoc modo illa, quæ ſunt per ſe in loco, non ſunt ſimul. tamen illa, quæ ſunt per accidens in loco, poſſunt eſſe ſimul; ut albedo, & dulcedo in lacte ſunt ſimul adæquatè. & vltima contiguorum ſunt ſimul hoc modo. ſed Que. 6.

illa

illa ſunt ſimul ſimultate immediationis, inter quæ nullum corpus eſt medium. & hoc modo corpora contigua ſunt ſimul. Egid. ait; quotieſcunque aliqua duo corpora, ut duo lapides, ſic ſe habent, quòd totum attingit totum; de neceſsitate illis competit idem ſitus; vt ſi duo corpora ſe tangant, ut duæ ſuperficies; oportebit, quòd ſuperficies illa, ſecundùm quam eſt contactus unius corporis attingat totam aliam, ſecundùm quam eſt contactus alterius. ſi autem totum corpus non attingat aliud; non ſunt ſimul.

Quæ.7. *VVLT philoſo. in tex.23. motum non eſſe continuum, quia magnitudo, ſuper quam fit motus, ſit continua. ſed per aliud. remouet difficultatem Burl. in commen. his uerbis, quòd per continuum poſſumus duo intelligere, ſcilicet uel illius, cuius partes copulantur ad vnum terminum communem. & ſic loquendo non eſt uerum, quòd motus capiat continuitatem à magnitudine. alio modo per continuum poſſumus intelligere illud, quod eſt diuiſibile in infinitum per continuitatem diuiſibilem in infinitum, & hoc modo motus capit continuitatem à magnitudine: motus enim propter magnitudinem eſt diuiſibilis in infinitum.*

Quæ.8. *ASSERIT Ariſtote. tex. 34. quòd ille dicitur motus unus numero, qui habet tria, ideſt unitatem numeralem mobilis, temporis, & termini ad quem. Ariſtote. tamen in octauo tex.82. negat motum proiectorum eſſe unum, & tamen iſta tria adſunt, & item motus animalium eſt unus; tamen non eſt ſemper idem mobile. gloſſat hanc ſententiam Tat. ſic, quòd ad unitatem numeralem motus requiritur unitas numeralis mobilis per ſe. & dicitur per ſe ad remouendum mobile per accidens, & mobile, quod mouetur ſecundùm*

dùm partem; nam poteſt remanere idem motus numero; quanquam mobile per accidens uariatur: ut lapis mouendo poterit deperdere aliqua accidentia, quæ dicuntur moueri per accidens, & tamen motus erit unus. unde aliquid dicitur moueri per accidens tripliciter, ut Scot. in quarto diſtinctio. 10. Quęſt. 6. Commen. 4. primò ſicut actus in potentia, uel ſicut pars in toto, uel ſicut aliquid neceſſitate naturali coniunctum alteri, ut graue illi, cui innititur. requiritur etiam unitas temporis, ideſt, quòd non ſit interruptio temporis, ſeu quies media, & hoc ſecundum communem curſum naturæ; quia poſſet eſſe unus motus numero, dato, quòd eſſet quies media. requiritur etiam terminus ad quem vnitas in actu, uel in potentia propinqua: dicunt etiam aliqui, ut Burl. quòd requiritur unitas mouentis ideo quòd motus proiectorum non eſt idem; cum non ſit ibi idem mouens itaque ait Bur. quòd mobile ponit motorem, & mobile, quòd in alterationis motu non requiritur unitas numeralis mobilis. ad primam rationem reſpondet Tat. quòd motus ille non eſt unus; non enim mobile eſt unum numero ad ſecundū quòd motus progreſſiuus animalis non eſt proprie continuus & unus; ſed componitur ex multis motibus, & quietibus.

DVBITANT *multi in tex. 37. ubi phil. affirmat idem numero regenerari non poſſe, ſed ſpecie tantùm, an hoc ſit uerum; cum cauſæ eadem numero producant effectum idem numero, ut cęlum, de materia primę. Præterea in 9 metaphy. tex. 12. legitur. ea ſunt unum numero, quorum materia eſt una. ſed caliditatis heſternæ corruptæ, & hodiernæ regeneratæ eſt materia una numero: ergo. ſoluit dubitationem Iauel. Q. 8. per hanc concluſionem, quòd nullum agens naturale poteſt regenerare idem* Quæ. 9.

numero corruptum ſecundum ſubſtantiam. dico agēs naturale, ut excludam agens diuinum. dico corruptū ſecundum ſubſtantiam, ut excludam materiam primam, quæ dicitur pluries generari ſubiectiuè. Ad auctoritatem Ariſt. in 9. metaph. ait, quòd in illo textu non intelligit philoſoph. abſolutè illa eſſe numero unum, quorum materia eſt una numero; aliter ſequeretur albedinem, grauedinem, & figuram pomi eſſe vnum. ſed ponit differentiam inter unum numero, & unum ſpecie, & unum genere, & unum analogia. & dicit. Ea unum numero ſunt, quorum materia eſt una numero: & unum ſpecie, quorum definitio eſt una. Iand. in Q. 13. ait, quòd dixerunt quidam Aſtronomi, quòd corruptum regenerabitur unum, & idem in numero: immò uniuerſaliter omnia, quæ nunc ſunt, poſtquàm fuerint corrupta, iterum regenerabuntur eadem numero. & ſupponebant, quòd omnia, quæ fuerunt in hoc mundo, reducuntur ad corpora cœleſtia, tanquàm ad ſuas cauſas primas corporeas neceſſariò producentes ea. ſecundò, quòd omnia corpora cœleſtia ſunt æterna, & ſimiliter motus eorum. unde ſequitur, quòd quencunque aſpectum nūc habent corpora adinuicem, & ad locum generationis eundem, iterum habebunt aliàs in futuro. & ſimiliter producent illa eadē, quæ nūc producūt. & dicunt ſapientes aſtronomi, quòd talis reuolutio, per quam omnia corpora cœleſtia redibunt ad eoſdem effectus, quos nunc habent, completur in 36. millibus annorum. ad primam rationem ait Iand quòd uerum eſt ſi cauſæ propinquæ ſint omnino eædem numero. ſed ſi uniuerſales, & remotæ; non. ſed Egid. aliter gloſſat ſententiam Ariſto. & primò auctoritate ipſius in lib. 2. de generatione circa finem ubi ait, quòd quorum ſubſtantia deperit, non redeunt eadem numero; ſed cum ab Occidente redit ad Oriens;

quia

quia ſubſtātia ipſius non perit, redit idem numero. licet ergo in motu ad ubi, ſecundum quem motum non periit ſubſtantia, poſſit eſſe reditus eiuſdem numero in motu; tamen ad formam, ſecundum quam ſubſtantia forma contraria corrumpitur, non poteſt eſſe reditus eiuſdem numero. deinde dat aliā ſolutionem, ꝙ formæ; ut forma eſt, non repugnat, quin poſſit redire eadem numero; ſed quia introducitur mediante motu, & cum motus ſemper reitere tur diuerſus numero, ſic forma dicitur, quòd corrupta non redit eadem numero.

MOTVM regularem eſſe magis vnum, quàm irregularem ſentit phi. in tex. 43. datur tamen inſtantia; quia omnia requiſita ad motum habet etiā irregularis, ut patet tex. 41. ſoluit Iauel. in Q. 10. ſed primò narrabo differentiam inter motum regularem, & irregularem, quam narrat Tat. his uerbis. motus regularis eſt, qui non eſt uelocior in una parte temporis, quàm in alia, ut motus cæli: ſed motus irregularis eſt, qui eſt uelocior in una parte temporis, quàm in alia, ut motus lapidis deorſum, qui eſt uelocior in fine. ſoluit Iauel. ſic, quod motus unus dicitur conſiderari dupliciter. primò, quò ad quantitatem ſuam: eſt enim de ratione motus habere partes, & eſſe diuiſibile in partes quantitatiuas loquendo de motu phyſico. Secundò, quò ad modum exiſtendi in partibus; qui modus dicitur uniformitas, & difformitas in partibus; nam ultra quantitatem, & continuitatem in motu, partes poſſunt eſſe æqualis uelocitatis, uel tarditatis ut patet in partibus circunferentiæ regulariter mota, & in partibus circa centrum. ex hac diſtinctione dico ad propoſitum, quòd philoſoph. intelligit motum regularem eſſe magis unum non ratione quantitatis, nec ratione continuitatis. ſed intendit Qu. 10.

eſſe magis unum, quò ad modum inuentum in partibus, qui dicitur uniformitas.

Qu. 11. *DVBITAT Egid. quod uidetur uelle philo: an omnis motus unus poſsit eſſe regularis, & irregularis: nam contrarium uidemus in motu cæleſti. ſoluit ſic: poſſumus dicere, quòd hic philo. agit de motu in ſe conſiderato, & non contracto ad materiam ſpecialem; omnis.n.motus, inquantũ motus poteſt eſſe regularis, & irregularis. ſed alicui motui, qui eſt unus repugnat irregularitas, & hoc nõ ratione motus: ſed quia tali motui contrahitur: & ſic Bur. aucto: Auer.*

Qu. 12. *MOVET dubitationem Tat. & Bur. circa tex. 45. an poſsint motus diuerſi ſecundùm genus, uel ſpeciem continuari adinuicem: quoniam aliquod corpus poteſt calefieri, & in fine calefactionis poteſt frigidum approximari ſibi, quod quidem frigidum mouebit ipſum ſtatim uerſus frigiditatem. aliter agens naturale eſſet approximatum ſuo contrario per tempus, & non ageret in ipſa. dicunt ad quæſtionem, quòd illi motus oppoſiti, ſeu differentes ſpecie, uel genere non poſſunt continuari adinuicem: qui non ſunt oppoſiti, poſſunt cõtinuari. & addit Tat. & uidetur eſſe de mente Ariſt. ꝙ generatio, & corruptio nõ poſſunt eſſe immediata, neq; cõtinuata: quia uidetur habere, ꝙ generatio, & corruptio fiãt in inſtanti. et ꝑptereà negatur illa ratio poſita, ſ. ꝙ poſsit cõtinuari frigefactio ipſi calefactioni, & ꝙ in illo inſtãti terminante calefactionẽ, poſsit incipere corpus frigefieri. tamen concederet, quòd tales motus poſſunt conſequenter ſe habere adinuicem, ſed non continuari.*

Qu. 13. *MOTVM non tantummodo eſſe quieti contrarium; ſed etiam motui vult Ariſto. tex. 53. ratio tamen eſt contraria. nihil enim ſibipſi contrarium, attamen per textum motus motui: quies quoque nihil poſitiuum, ergo non contrariatur motui, ut patet ex*

10. me-

10. *metaphy. tex. 14. ſoluit Iand. quomodo quies contrarietur motui ſic, quòd contrarietas conſideratur dupliciter uno modo largè, & impropriè pro oppoſitione inter priuationem, & habitum. Secundò propriè pro repugnantia duarum formarum eiuſdem generis ſuccedentium in eodem ſubiecto: primo modo quies contrariatur motui, ut Burl. Egid. & D. Thom. ſed non ſecundò. & ſic Iauel. & addit Iauel. quòd quies, cui opponitur motus contrariè, ſiue priuatiuè, non eſt quies in termino ad quem; ſed à quo. uerbi gratia, ut ait Comm. in com. 54. quoniam ſanari eſt motus ex ægritudine in ſanitatem; quies igitur contraria huic motui eſt quies in ægritudine, non autem quies in ſanitate, quæ eſt terminus ſanatione acquiſitus. & ſimiliter contrarium motui de ſanitate in ægritudinem eſt quies in ſanitate. & ratio quidem huius eſt, ut inquit Comm. in com. cui & concordat B. Thom. quoniam quies in termino ad quem eſt perfectio, & complementum motus. perfectio autem non eſt contraria ei, cuius eſt perfectio. Sed Tat in ſolutione harum quæſtionum multa præſupponit, primò quòd motus conſideratur, per ſe. & ſic motus non eſt niſi quidam fluxus, uel acquiſitio ſucceſſiua. alio modo capitur pro ſignificato materiali, & ſic non ē niſi ipſa forma fluxus, quæ partiabiliter acquiritur, ut caliditas. ſecundò quies conſideratur dup. propriè, & ſic non eſt niſi priuatio motus in ſubiecto apto nato. Secundò ſumitur quies pro forma, ſub qua quieſcit mobile, & ſic uidetur uelle phil. in tex. cum dicit, ꝙ motus opponitur quieti in termino a quo & non ad quem: & etiam quando aſſerit, quòd quies in termino à quo, & quies in termino ad quem opponuntur; accipitur motum pro forma fluente. bis uiſis ponuntur aliquæ concluſiones. prima, motus captus pro ſignificato formali, & quies propriè, dicta opponūtur*

priuatiuè.ſed motus captus pro forma fluēte, et quies capta impropriè pro termino a quo, ſub quo mobile quieſcebat poſſunt opponi contrariè. & Burl.quietes ſub formis contrariis ſunt contrariæ; & immutationes ſub oppoſitis ſunt contrariæ largiſſimè loquendo de contrarietate;ſed propriè,nec ſunt contrariæ;oppoſitæ;quia nec ſunt propriè contrariæ, nec contradictoriæ.

Qu.14. IN Tex.54.ubi Ariſt. aſſerit hæc uerba: qui in ipſo motus eſt,in quo ſtetit quietatio magis eſt. Aue. in comm.& D.Thom. exponunt quietem in termino ad quem eſſe perfectionem motus. inſtant multi dicentes,priuationem motus non eſſe perfectionem.ſoluit Ian.Q.13.ꝙ auctoritate Com.motus poteſt conſiderari dupliciter,quantùm ad ſuam materiam: et ſic eſt de genere eius,ad quod tendit motus.ſ.forma imperfecta tendens ad complementum. Secundò poteſt accipi quantum ad ſuam formam. & ſic eſt tranſmutatio coniuncta cum tempore.prǣterea quies in termino ad quem conſideratur dupliciter. primò pro illo eſſe, quod datur mobili à forma, ad quam eſt motus, prout illud eſſe durat per aliquod tempus. alio modo per quietem in termino ad quem poteſt intelligi negatio fluxus præcedentis in ipſo mobili: cum.n. terminus eſt motus;conſtat, ꝙ amplius mobile nō fluit continuè ad ulteriorem partem illius formę. Quare ſi accipiatur motus pro forma imperfecta, quæ fluit ad complementum,et ſumatur quies primo modo;quies eſt perfectio motus;ad talem.n.ordinatur motus, ut in finem.Secundò ſi accipiatur motus ſecundo modo, .ſ. pro tranſmutatione coniuncta cum tempore .i. pro fluxu continuo,& ſumatur ſecundo modo quies.ſ.pro negatione talis fluxus;quies non eſt perfectio motus. Tertiò,quies primo modo dicta non eſt propriè perfectio motus,qui eſt fluxus formæ: quia iſta quiete aduenien-

ueniente ceſſat fluxus.quartè poteſt dici,quòd quies ſecundo modo dicta,quę eſt negatio fluxus praecedentis terminum motus,non eſt per ſe, & propriè perfectio motus. hac ferè omnia Iauel.

QVAERIT Tat.quid Ariſt.in tex. cum dicit alia generatio naturalis, & alia extra naturam, intelligat.gloſſat.q; hoc loco non capitur naturale,ut diſtinguitur contra uiolentum.intelligitur ergo naturale pro conuenienti, & pro illo, quod fit ſecundum communem naturæ curſum. & extra naturam ſumitur pro diſconuenienti.ſ.pro illo, quod fit extra modum communem naturæ. Qu.15.

DVBITAT Egid. an omne quod mouetur quieſcat; cum cœlum ſemper moueatur, & alia quietem habeant aliquando,et deinde moueantur.reſpondet, q; motus duplex eſt;rectus,& circularis. motus rectus eſt naturalis elementis, & circularis ipſi cœlo. & ſicut aliter mouentur elementa, & aliter cœlũ: ſic aliter, & aliter quieſcunt; nam elementa cũ quieſcunt, ceſſant à motu proprio.cœlum autem ſimul mouetur, & quieſcit; nam omne motum circulariter ſecundum ſe totum eſt in eodem ſitu. unde quodlibet tale mouetur totum, & quieſcit omne. Qu.16.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER SEXTVS.

SVMMA LIBRI EX AVER.

A tex. 1. *ad* 24. *declarat motum non componi ex indiuiſibilibus.*
A tex. 24. *ad* 40. *narrat motum non momento, ſed tempore menſurari.*
A text. 40. *ad* 75. *aſſerit motus finem, non principium aſſignari.*
A text. 75. *vſque in finem oſtendit indiuiſibile non moueri, & nullam mutationem eſſe infinitam.*

Summa, & diuiſio in cap. 1.

CVM Ariſt. ſcripſiſſet in quinto lib. de diuiſione motus in ſpecies, & de vnitate, & contrarietate, motus, & quietis; in hoc ſexto differit de his, quæ pertinent ad diuiſionem motus in partes quantitatiuas. in hoc ergo primo capite aſſerit nullum continuum componi ex indiuiſibilibus: ſic neque magnitudinem, nec motum componi. ſecatur igitur in duas partes. in prima declarat, quod continuum non componitur ex indi-

indiuiſibilibus. & primò dat aliquas defi. continui dicens [ſi autem eſt continuum] deinde proponit ibi [impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus] & hoc probat dupliciter, primò [neq; enim unum] ſecundò [amplius autem diuideretur] neque magnitudinem neque motum componi ex indiuiſibilibus proponit. ib: [eiuſdem autem rationis] & probat hac ratione [manifeſtum eſt] ſed primò probat de magnitudine, ubi ait [ſi igitur pręſente motu] & præterea, quòd id quod mouetur ab uno termino ad alium, non ſimul motum eſt & mouetur, dicens [per A igitur] Tandem probat motum non componi ex momentis tripliciter, primò ſic [& motum quippiam erit] ſecundum [ſi igitur neceſſe eſt] tertiò [& ſi indiuiſibilia.]

SI autem eſt Continuum, & Tangens, & Conſequenter, vt definitum eſt prius, (continua quidem, quorum vltima ſunt vnum: tangentia verò, quorum ſimul: Conſequenter autem, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis) impoſſibile eſt ex indiuiſibilibus eſſe aliquid continuum: vt lineam eſſe ex punctis; ſi linea quidem continuum eſt, punctum autẽ indiuiſibile. neque enim vnum ſunt vltima pũctorum: non enim eſt hoc quidem vltimum, illud verò alia quædam pars ipſius indiuiſibilis, neque ſimul ſunt vltima: non enim eſt vltimũ vllum eius, quod impartibile eſt: alterum enim eſt vltimum, & id, cuius eſt vltimum. ¶ Amplius neceſſe eſt aut continua eſſe puncta, aut tangentia ſe inuicem, ex quibus eſt continuũ. eadem autem ratio eſt & in omnibus indiuiſibilibus. Continua quidem non erunt, propter dictam rationem. Tanget autem omne, aut totum Tex. 1. Tex. 2.

tum

tum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile eſt ipſum indiuiſibile; neceſſe eſt totum tangere totum, totum autem totum tangens, non erit continuum: continuum enim habet hanc quidem aliam, illam verò aliam partem, & diuiditur in ſic diuerſas, & loco ſeparatas. At verò neque conſequenter erit punctus ad punctum, aut ipſum Nunc ad Nunc ipſum, vt ex his ſit longitudo, aut tempus: cõſequenter enim ſunt, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis. inter puncta autem ſemper eſt linea, & inter ipſa Nunc tempus.

Tex. 3. ¶ Amplius autem diuideretur in indiuiſibilia; ſi ex quibus eſt vtrunque, in ipſa diuiditur. ſed nullum eſt continuorum in impartibilia diuiſibile: nullum autem aliud genus poteſt eſſe inter puncta, & inter ipſa nunc: ſi enim erit; manifeſtum eſt, quòd aut diuiſibile, aut indiuiſibile erit: &, ſi diuiſibile; aut indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia. hoc autem eſt continuum. Manifeſtum autem eſt, quòd & omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: ſi. n. in indiuiſibilia diuidetur; erit indiuiſibile indiuiſibile tangens: vnum enim eſt vltimum con-

Tex. 4. tinuorum, & ſe tangunt. ¶ Eiuſdem autem rationis ęſt & magnitudinẽ, & tempus, & motum ex indiuiſibilibus componi, & diuidi in

Tex. 5. indiuiſibilia, aut nullum. ¶ Manifeſtum eſt autem ex his. ſi enim magnitudo ex indiuiſibilibus componitur; & motus, qui huius eſt ex æqualibus motibus erit indiuiſibilibus. Vt, ſi ipſa A B C ex ipſis A B C ſit indiuiſibilibus, & motus in quo D E F, quo motum eſt ipſum P, ſuper dimẽſionem A B C, vnamquamque partem

Tex. 6. habet indiuiſibilem. ¶ Si igitur, præſente motu;

tu;neceſſe eſt moueri quippiam:&,ſi mouetur quippiam;neceſſe eſt adeſſe motum,& moueri ipſum erit ex indiuiſibilibus.Per A igitur motum eſt ipſum P, quo D motum eſt motu,B verò,quo ipſum E, & ipſum C ſimiliter, quo F.
¶ Si igitur neceſſe eſt id, quod mouetur alicun de aliquò, non ſimul moueri, & motum eſſe, quo mouebátur,quando mouebatur:vt, ſi Thebas quis it,impoſſibile eſt ſimul ire Thebas, & iuiſſe Thebas:per A igitur impartibile motum eſt ipſum P,quatenus D motus aderat. Quarè, ſi poſterius quidem tranſiuit, quàm tranſibat, diuiſibile vtique erit:cum enim tranſibat;neq; quieſcebat,neque trāſierat, ſed in medio erat. Si autem ſimul tranſit,& tranſiuit, id quod proficiſcitur,cùm proficiſcitur;profectum eò erit, & mòtum,quò mouetur. ¶ Si verò per totum A B C moueatur aliquid,& motus,quò mouetur,eſt D E F, per ipſum autem A impartibile nihil mouetur,ſed motum eſt;erit vtique motus non ex motibus,ſed ex momentis, & motũ eſſe aliquid non motum: A enim tranſiuit non tranſiens.quare erit aliquid tranſiſſe nunquam tranſiens : hoc enim tranſiuit, non tranſiens hoc. ¶ Si igitur neceſſe eſt omne,aut quieſcere,aut moueri;quieſcit ſanè in vnoquoque eorum,quæ ſunt A B C.quare erit aliquid, quod continuè quieſcit ſimul, & mouetur; per totũ enim A B C mouebatur ; & quieſcebat ſecundùm quamlibet partem: quare & per totum. Et, ſi indiuiſibilia quidem D E F motus ſunt ; motu præſente,contingetvtique non moueri, ſed quieſcere: ſin verò non ſunt motus ; motũ non ex motibus eſſe.

Tex. 7.
Tex. 8.
Tex. 9.

EXPLI-

EXPLANATIONES.

IN ſic] ſcilicet diuiſibiles [longitudo] ut linea [ex ipſis] ideſt indiuiſibilia ex quibus componitur ſint [habet] ſcilicet motus [non motum] ideſt quod prius non mouebatur [per totum] ſcilicet magnitudinem [non moueri] ſcilicet mobile [ſi uero non ſunt motus] ſcilicet illa indiuiſibilia D E F non ſunt motus [motum] ideſt ſequeretur motum.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

AD magnitudinis diuiſionem temporis partitionem ſequi multis rationibus narrat Ariſto. deinde, quòd eiuſdem rationis ſit tempus, & magnitudinem ſemper diuidi in diuiſibilia; aut etiam ex indiuiſibilibus componi. tempus eſſe diuiſibile, ſicut magnitudo proponit ibi [perinde autem neceſſe eſt] & hoc probat dupliciter, primò [ſi enim omnis] ſecundò [quoniam aut omnis magnitudo] Hinc probat duo. primum, quòd uelocius in æquali tempore, & per maius ſpatium moueatur, ubi ait [ſit enim ipſum in quo A] ſecundò, quòd etiam in minori tempore per maius ſpatium moueatur, dicens [at uerò, & in minori] deinde oſtendit duabus rationibus uelocius pertranſire æquale ſpatium in minori tempore. prima eſt [quoniam enim maiorem] ſecunda [amplius autem ſi omne] quod eiuſdem rationis ſit tempus, & magnitudinem quantum ad hoc, ut ſemper diuidatur in diuiſibilia, concludit ibi [his autem exiſtentibus] & probat dupliciter, primò ibi [quoniam autem oſtenſum] ſecundò [amplius autem ex continetis.

Te. 10. PErinde autem neceſſe eſt atque longitudo, motuſq;, indiuiſibile eſſe tempus, componiq;

niq; ex ipſis Nunc, & his quidem indiuiſibilibus: ſi enim omnis diuiſibilis eſt, in minori autem tempore æque velox tranſibit minus, diuiſibile erit & tempus: ſi autem tempus diuiſibile eſt, in quo fertur aliquid per A; & A erit diuiſibile. ¶ Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines diuiſibilis eſt: (oſtenſum.n. eſt, quod impoſſibile eſt ex indiuiduis aliquod continuum eſſe: magnitudo autem omnis continua eſt:) neceſſe eſt velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori maius moueri: ſicut definiunt quidam ipſum velocius, Sit enim ipſum, in quo A, eo, in quo B, velocius. quoniam igitur velocius eſt id, qđ prius mutatur, in quo tempore ipſum A mutatum eſt ab ipſo C in ipſum D, veluti in tempore F G, in hoc, ipſum B nondum erit iuxta ipſum D, ſed circa erit. quare in æquali tempore plus tranſit ipſum velocius. ¶ At verò & in minori plus. In quo enim ipſum A fuit iuxta ipſum D, ipſum B tardius exiſtens, erit iuxta E. ergo, quoniam ipſum A iuxta ipſum D fuit toto in tempore F G iuxta ipſum H erit in minori iſto. & ſit in F K. ipſum igitur C H, qđ tranſiuit ipſum A, maius eſt ipſo C E, tempus autẽ, quod eſt F K, minus eſt toto F G. quare in minori tranſibit maius. ¶ Manifeſtum autem eſt ex his & quòd ipſum velocius in minore tempore tranſibit æquale. Quoniam enim maiorem in minori tranſit, quàm id, quod tardius eſt, ipſum autem ſecundùm ſeipſum acceptũ in pluri tempore maiorem minori, vt eam, quę eſt L M, ea; quæ eſt L O; maius vtique erit tempus Q R, in quo L M tranſit, quàm tempus Q S, in quo lineam L O. quare; ſi tẽpus Q R minus

Te. 11.

Te. 12.

Te. 13.

eſt tempore Q Y, in quo id, quod tardius eſt, tranſit lineam L O; & tempus Q S minus erit eo, in quo Q Y: nam tempore Q R minus eſt: quod autem minore minus eſt, & ipſum minus eſt: quare in minori mouebitur per æquale.

Te. 14. ¶ Amplius autem, ſi omne neceſſe quidem eſt aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri; & id quidem, quod in pluri, tardius eſt: quod autem in æquali, æquè velox; velocius autem; neque æquè velox eſt, neque tardius, neque vtique in æquali neque in pluri mouebitur ipſum velocius: relinquitur igitur in minori. quare neceſſe eſt æqualē magnitudinem in minori tempore tranſire id, quod velocius eſt.

Te. 15. ¶ Quoniam autem omnis quidem motus in tempore eſt, & in omni tempore poſſibile eſt motus fieri: omne autem, quod mouetur, poteſt & velocius moueri, & tardius: in omni tempore erit ipſum velocius moueri, & tardius. His autem exiſtentibus, neceſſe eſt & tempus continuum eſſe. Dico autem continuum id, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: tali enim ſuppoſito continuo neceſſe eſt continuum eſſe tempus.

Te. 16. ¶ Quoniam enim oſtenſum eſt, quòd velocius minore tempore tranſibit æquale, ſit id quidem in quo A, velocius; id autem, in quo B, tardius, & ſit motum id, quod tardius eſt, per magnitudinem, in qua C D, in tempore F G; manifeſtum eſt igitur, quod velocius in minori, quàm hoc, mouebitur per eandem magnitudinem: & ſit motum in tempore F H. Rurſus autem quoniam id, quod velocius eſt, in tempore F H tranſiuit totam lineam C D; ipſum tardius in eodem tempore minorem tranſibit. ſit igitur, in qua C K.

Quo-

Quoniam autem ipſum tardius,quod eſt B, in tempore F H ipſam C K tranſiuit;id, quod velocius eſt,in minori tranſibit. quare iterum diuidetur tempus F H. hoc autem diuiſo, & magnitudo C K diuidetur ſecundum eandem rationem. Si vero magnitudo, & tempus; & ſemper hoc erit, accipientibus poſt velocius tardius,& poſt tardius velocius,& eo,quod demonſtratum eſt,vtentibus: diuidit enim id, quod eſt velocius,tempus, tardius autem longitudinem. Si igitur ſemper quidem verum eſt conuerti,conuerſo autem,ſemper fit diuiſio; manifeſtum eſt quòd omne tempus continuum eſt. ¶ Simul autem manifeſtum eſt, quòd & magnitudo omnis continua eſt: eiſdem enim, & æqualibus diuiſionibus & tempus, & magnitudo diuiditur. Amplius autem & ex conſuetis rationibus dici manifeſtum eſt, quòd, ſi tempus continuum eſt; & magnitudo: ſi quidem in dimidio tempore dimidium tranſit, & ſimpliciter in minori minus: eædem nanque diuiſiones erunt temporis,& magnitudinis. Te. 17.

EXPLANATIONES.

QVIPPIAM] .i. mobile [indiuiduis] .i. indiuiſibilibus [maius] .i. maiorem magnitudinem [B] .i. B ſit mobile uelocius A [maius] .ſ. ſpacium [quam hoc].i.quàm tardius [tranſit] .ſ.mobile regulariter motum[dimidium].ſ.magnitudinis. [ſimpliciter].i.uniuerſaliter.

Summa, & diuiſio in cap.3.

FINITVM, et infinitum eodem modo conuenire tempori, & magnitudini declarat, & nullum continuum indiuiſibile eſſe ratiocinatur. primũ

pro-

proponit dicens [& ſi alterutrum infinitum] deinde ſoluit rationem Zenonis probantem nullum moueri de uno loco in alium. ibi [quapropter Zenonis] probat propoſitum dupliciter; primò ſic [ſit enim magnitudo finita] ſecundò [amplius autem ſi non] nullum continuum indiuiſibile eſſe narrat ibi [manifeſtum eſt ex dictis,] & probat adducendo inconueniens [ſed & quia accidit] deinde ponit demonſtrationē ad illud inconueniens ducentem ibi [quoniam enim in omni tempore.]

Te. 18. ET, ſi alterutrum infinitum eſt; & alterum: &, vt alterum; & alterum. vt, ſi extremis quidem infinitum eſt tempus; & longitudo extremis: ſi verò diuiſione; & diuiſione longitudo: ſi autem vtriſque tempus; vtriſque & magni-

Te. 19. tudo. ¶ Quapropter & Zenonis ratio falſum accipit, non eſſe poſſibile infinita pertranſire, aut tangere infinita ſecundùm vnumquodq; finito in tempore. Dupliciter enim dicitur & longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut ſecundùm diuiſionem, aut extremis. Infinita igitur ſecundum quantitatem non contingit tangere in tempore finito: quæ verò ſunt infinita ſecundùm diuiſionem, contingit: etenim ipſum tempus ſic infinitum eſt: quare in infinito, & non finito accidit tranſire infinitum, & tangere infinita infinitis non finitis. Neque ergo infinitum poteſt in tempore finito tranſire, neq; in infinito finitum. ſed, ſi tempus quidem infinitum ſit; & magnitudo

Te. 20. erit infinita: &, ſi magnitudo; & tempus. ¶ Sit enim magnitudo finita, in quo A B, tempus autem infinitum, in quo C. Accipiatur igitur temporis aliquid finitum, in quo C D. in hoc

ergo

ergo trāſibit aliquid magnitudinis: & ſit quod tranſitum eſt, in quo B E. hoc autem aut menſurabit id, in quo A B, aut deficiet, aut excedet differt enim nihil. Si enim ſemper æqualem ei, quæ eſt B E, magnitudinem in æquali tempore tranſibit: hoc autem menſurat totum; finitum erit omne tempus, in quo tranſiuit: in æqualia enim diuidetur, ſicut & magnitudo. ¶ Amplius autem, ſi non omnem magnitudinem in infinito tempore tranſibit, ſed contingit aliquam & in infinito tempore tranſire, vt eam, quæ eſt B E: hæc autem menſurabit totam, & æqualem in æquali tranſibit: quare finitum erit & tempus. Quod autem non in infito tranſibit eam, quæ eſt B E, manifeſtum eſt; ſi accipiatur altera ex parte finitum tempus: ſi enim in minori partem tranſibit; hanc neceſſe eſt finitam eſſe, altero quidem termino exiſtente. ¶ Eadem autem demonſtratio eſt, etiam ſi longitudo quidem infinita ſit, tempus autem finitum. Manifeſtum eſt igitur ex dictis, quòd neque linea, neque planum, neque omnino continuorum vllum eſt indiuiduum, non ſolùm propter id, quod nunc dictum eſt; ſed & quia accidet diuidi indiuiduum. ¶ Quoniam enim in omni tempore velocius, & tardius eſt, velocius autem plus tranſit in æquali tempore; contingit autem & duplam, & ſeſquialterā tranſire longitudinem: (erit enim hæc ratio velocis.) Feratur igitur id, quod velocius eſt per ſeſquialteram in eodem tempore, & diuidantur magnitudines eæ quidem, quæ velocioris ſunt in quo A B, B C, C D in tres impartibiles: quæ verò ſunt tardioris, in duas, in quibus E F, F G: itaque & tempus diuidetur in tria im-

Te. 21. Te. 22. Te. 23.

partibilia: æqualem enim in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tempus in K L, L M, M N. Rurſus autem quoniam tardius delarũ eſt per E F, F G, & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod indiuiduum, & quod impartibile non impartibile tranſibit, ſed in pluri Manifeſtum eſt ergo, quòd nullũ eſt continuorum impartibile.

EXPLANATIONES.

EXTREMIS].i.vltimis carens[utiq;].ſ.extremis, & diuiſione[ſecundùm quantitatem] .i.in ultimis [tangere infinita infinitis non finitis] .i & infinita puncta magnitudinis tranſeantur in infinitis nunc temporis, non autem finitis [ſeſquialteram] ſecundum proportionem trium ad duo.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

NVNC indiuiſibile temporis eſſe demonſtrat, in quo nihil mouetur, neq; quieſcit, & quodlibet mobile eſſe diuiſibile. declaratur. Nunc indiuiſibile eſſe proponit ibi [neceſſe autem & ipſum Nunc] & probat primò ſic [eſt n. ultimum quoddam] deinde ſic [ſi autem diuiſibile eſt nunc]. tertiò[ſimul autem] quartò[adhac autem ipſius nunc]Nihil moueri in ipſo nunc proponit ſic [quod autem nihil in ipſo nunc] & probat dicens [ſi.n.eſt]& quod non quieſcat, oſtẽdit tribus rationibus,: prima eſt hæc[quieſcere.n.].ſecunda [amplius ſi idem nunc]tertia eſt[amplius autem quieſcere] quolibet mobile eſſe diuiſibile narrat ſic[quoniam.n.ex quoddam in quoddam.]

Tc. 24. NEceſſe autem eſt, & ipſum Nunc, quod non ſecundùm alterum;ſed per ſe, & primum

mum dicitur, indiuiſibile eſſe, & in omni tempore tale ineſſe: Eſt enim vltimum quoddam prǽteriti, cuius verſus hæc nihil futuri eſt: & rurſus futuri, cuius verſus illa nihil eſt præteriti: quod vtique diximus vtrorumque eſſe terminum. ¶ Hoc autem ſi demonſtretur quòd hmõdi eſt ꝑ ſe, & idem; ſimul manifeſtũ erit, & qđ indiuiſibile eſt. ¶ Neceſſe eſt igitur idẽ eſſe ipſũ Nunc, quod vltimum vtrorumq; temporum eſt. Si enim alterum eſt; conſequenter nõ erit alterum alteri: propterea quòd continuũ non eſt ex impartibilibus. ſi autem ſeorſum eſt vtrunq;; inter ea erit tẽpus: omne.n. continuũ huiuſmodi eſt, vt aliquid ſit vniuocum inter fines. At verò, ſi tempus medium eſt; diuiſibile erit, omne enim tempus oſtenſum eſt, quòd diuiſibile ſit. quare diuiſibile erit ipſum Nunc. Si autem diuiſibile eſt ipſum Nũc; erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in prǽterito, ſecũdùm quod enim diuidetur, hoc terminabit prǽteritum, & futurum tempus. ¶ Simul autem, nec per ſe erit ipſum Nunc, ſed per alterum: diuiſio enim non eſt ipſius, quod per ſe eſt. Ad hæc autem ipſius Nunc hoc quidem preteritum erit, illud autem futurum, & non ſemper idem præteritum, aut futurum. Neque igitur ipſum Nunc idem: multipliciter enim diuiſibile eſt tempus. ¶ Quare, ſi impoſſibile eſt hæc ineſſe ipſi Nunc; neceſſe eſt idem eſſe, quod in vtroque eſt nunc. At verò, ſi idem eſt; manifeſtum eſt, quòd & indiuiſibile eſt: ſi enim diuiſibile eſt; rurſus accident eadem, quæ & prius. ¶ Quòd igitur ſit aliquid in tempore indiuiſibile, quod dicimus eſſe ipſum Nunc. manifeſtum eſt ex iis, quæ dicta ſunt. Quòd autem

Te. 25. Te. 26. Te. 27. Te. 28. Te. 29.

nihil in ipſo Nunc mouetur, ex his manifeſtũ eſt. Si enim eſt; contingit & velocius moueri in ipſo, & tardius. Sit igitur ipſum Nunc, in quo N. moueatur autem in ipſo id, quod velocius eſt, per lineam A B, ergo quod tardius eſt in eodem per minorem ea, quę eſt A B, mouebitur, vt per A C. quoniam autem tardius in toto ipſo Nunc motum eſt per A C, velocius in minori, quàm hoc, mouebitur. quare diuidetur ipſum Nunc. ſed erat indiuiſibile. non ergo eſt

Te. 30. moueri in ipſo Nunc. ¶ At verò neque quieſcere. Quieſcere enim dicebamus id, quod aptum eſt natura moueri, & non mouetur; quãdo aptum natura eſt, & vbi, & quo pacto. quare quoniam in ipſo nunc nihil aptum eſt natura moueri; manifeſtum eſt, quòd neque quie-

Te. 31. ſcere. ¶ Amplius, ſi idem Nunc in vtriſque temporibus eſt, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem quieſcere, toto: id autem, quod in toto mouetur tempore; in quouis mouebitur eorum, quæ huius ſunt, ſecundùm quod aptum eſt natura moueri, & quieſcens ſimiliter quieſcet, accidet idem ſimul quieſcere, & moueri: idem enim vltimum temporum vtrorumque ipſum Nunc eſt. Amplius autem quieſcere quidem dicimus id, quod ſimiliter ſe habet & ipſum, & partes nunc, & prius: in ipſo autem Nunc non eſt prius: quare neque quieſcere. Neceſſe eſt ergo & moueri id, quod mouetur, in tempore, & quieſcere

Te. 32. id, quod quieſcet. ¶ Quod autem mutatur omne diuiſibile eſſe neceſſe eſt. Quoniam .n. ex quodam in quoddam omnis mutatio eſt: &, cum quidem eſt in hoc, in quod mutatum eſt, non amplius mutatur: cùm autem eſt in eo

ex

ex quo mutatur, & ipſum & partes omnes non mutantur: quod enim ſimiliter ſe habet & ipſum & partes, id non mutatur: neceſſe eſt igitur partim aliquid eius, quod mutatur, in hoc eſſe, partim in altero: neque enim in vtriſque, neque in neutro eſſe poſſibile eſt. Dico autem in quod mutatur primùm ſecundùm mutationem, vt ex albo in fuſcum, nō in nigrum: non enim neceſſe eſt id, quod mutatur, in vtrouis eſſe extremorum. manifeſtum igitur eſt, quòd omne id, quod mutatur, erit diuiſibile.

EXPLANATIONES.

VTRORVMQVE] *.i. præteriti, & futuri* [*conſequenter non erit*]*.i. immediatè non ſuccedit ſibi alterum* [*ſeorſum*]*.i. diſtans* [*tempus*] *.ſ. medium* [*nec parte erit*] *.i. diuiſibile* [*idem*]*.i. nunc præteriti, & futuri* [*in ipſo*]*.ſ. nunc* [*ex quoddam in quoddam*] *.i. à termino à quo ad quem* [*in utriſq;*]*.ſ. terminis.*]

Summa, & diuiſio in cap. 5.

MODOS quoſdam, quibus motus diuiditur, quæ item ſimul cum motu diuiduntur per ſingula exponit. diuiſionem motus proponit ibi [*motus autem eſt diuiſibilis*] *probat tribus rationibus, quòd motus diuidatur ſecundum partes mobilis, & prima eſt* [*ſit igitur ipſius quidem A B*] *ſecunda* [*amplius ſi omnis quidem motus*] *tertia* [*amplius autem ſi eſt quidem*] *deinde, quòd diuidatur ſecundum diuiſionem temporis ſic* [*alia autem ſecundum tempus*] *poſtremò oſtendit quæ ſint ea, quæ ſimul diuidantur cum motu dicens* [*quoniam aut omne quòd mouetur*] *& declarat, quòd ſicut conſequuntur præmiſſa diuiſibilitatem, ita ſe habent ad finitum, uel infinitum, & hoc ibi,* [*& in hoc; quòd ipſa finita eſſe, aut infinita.*]

Te. 33. MOtus autem eſt diuiſibilis dupliciter: vno quidem modo tempore, alio verò ſecundùm motus partium eius, quod mouetur. Vt, ſi ipſum A C mouetur totum; & A B mouebitur, & B C. Sit igitur ipſius quidem A B, motus D E, ipſius autem B C, E F motus partium. neceſſe eſt igitur totum, in quo D E, ipſius A C eſſe motum: mouebitur enim ſecundùm hunc: quoniam enim vtraque partium mouetur ſecundùm vtrunq;. nihil enim mouetur ſecundum alterius motum. quare totus motus totius eſt magnitudinis motus. ¶ Amplius autem, ſi omnis quidem motus alicuius eſt, totus autem motus, in quo D F, neq; partium eſt alterius: (partis enim vterq; eſt, neq; vllius alius cuius enim totus totius, & partes partiũ ſunt: partes autem motus D F ſunt partium A B C, & non aliarum: plurium enim non eſt vnus motus,) & totus vtique erit magnitudinis A B C.

Te. 34.

Te. 35. ¶ Amplius autem, ſi eſt quidem totius motus alius, vt in quo H I, remouebuntur ab eo vtrarumque partium motus. hi autem ęquales erunt motibus D F, E F. vnus enim vnius eſt motus. Quare, ſi totus quidem diuidetur, qui eſt H I, in partium motus, æqualis erit H I motui D F. Si vero ſupereſt aliquid, vt K I: hic nullius motus: neque enim totius, neq; partium: propterea quòd vnius vnus eſt, neque alterius vllius: continuus enim motus eſt continuorum quorundam. Similiter autem eſt, & ſi excedit ſecundùm diuiſionem. Quare, ſi hoc impoſſibile eſt; neceſſe eſt eundem eſſe, & æqualem. Hæc igitur diuiſio, ſecundùm partium motus eſt, & neceſſe eſt cuiuſuis partibilis ipſam eſſe.

Te. 36. ¶ Alia autem eſt ſecundùm tempus. Nam, cùm

omnis

omnis motus in tempore ſit: tempus autem omne diuiſibile ſit, in minori autem minor motus ſit: neceſſe eſt omnem motum diuidi ſecundùm tempus. ¶ Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & totius eius, quod mouetur, eſt motus neceſſe eſt eaſdem eſſe diuiſiones & tẽporis, & motus, & ipſius moueri, & eius, quod mouetur, & eius, in quo motus eſt. Verùm non omnium ſimiliter, in quibus motus eſt, ſed quãtitatis quidem ſecundum ſe, qualitatis autem ſecundùm accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo A, & motus, in quo B. Si igitur ſecundùm totum motum in toto tempore eſt motum; in dimidio ſecundùm minorem. & rurſus hoc diuiſo ſecundum minorem hoc, & ſemper ſic. Similiter autem & ſi motus diuiſibilis; & tempus diuiſibile: ſi enim toto in toto; dimidio, in dimidio, & rurſus minore in minore. ¶ Eodem autem modo & ipſum moueri diuidetur. Sit enim in quo C, ipſum moueri. ſecundùm igitur dimidium motum minus erit toto, & rurſus ſecundùm dimidij dimidium, & ſic ſemper. Eſt autẽ, &, cùm quis deſignauerit ipſum ſecundùm vtrumque motum moueri, vt ſecundùm D C, & C E, dicere, quòd totum erit ſecundùm totum: ſi enim aliud; plura erunt moueri ſecundùm eundem motum, ſicut determinauimus, & motum diuiſibilem in partium motus eſſe: accepto enim ipſo moueri ſecũdùm vtrunque, continuum erit totũ. ¶ Similiter autem demonſtrabitur & longitudo diuiſibilis, & omnino omne illud, in quo eſt mutatio: Verùm quædam ſecundùm accidens; quoniam id, quod mutatur, eſt diuiſibile: Te. 37. Te. 38. Te. 39.

vno enim diuiſo omnia diuidentur. & in hoc, quod finita eſſe, aut infinita, ſimiliter ſe habebit in omnibus. Secutum eſt autem maximè hoc diuidi omnia, & infinita eſſe, ab eo, quod mutatur: ſtatim enim ineſt ei, quod mutatur, diuiſibile, & infinitum. diuiſibile igitur oſtenſum eſt prius: infinitam autem in ſequentibus erit manifeſtum.

EXPLANATIONES.

ALICVIVS] .ſ.mobilis[unius vnus].i.unius mobilis unus motus[in aliquod] .i.ſecūdum aliquod genus, uel ſpeciem.

Summa, & diuiſio in cap.6.

ILLVD, in quo aliquid primò mutatum eſt, in diuiſibile eſſe dicitur. quomodoq; primum in quo aliquid mutatur dari contingat, multipliciter oſtenditur. in quo aliquid primò mutatum eſt indiuiſibile eſſe tractat, ſed primo aliqua præſupponit ibi[quoniā autem omne, quod mutatur] quod eſt, quod omne, ꝙ mutatur, mutatur de uno termino in alium, & hoc probat dupliciter. primò [quòd.n. mutatur] ſecundò [amplius & per ſe vnamquanq;] deinde proponit dicens [in quo autem primò mutatum eſt id] & hoc probat ſic[ſit igitur diuiſibile] deniq; oſtendit quomodo in motu poſſit accipi primum, & proponit ſic[dicitur aūt id, in quo] deinde probat tripliciter. primū ibi[ſit. n. primum in quo A] & poſtea ſic[neq; igitur eius, quod mutatum] tertiò [illud autem quod mutatur].

Te. 40. QVoniam autem omne, quòd mutatur, ex quodam in quoddam mutatur; neceſſe eſt id, quod mutatum eſt, qñ primum mu

tatum

tatum eſt, eſſe in quo mutatum eſt: quod enim mutatur ab eo, ex quo mutatur, diſcedit, aut relinquit ipſum. & aut idem eſt mutari, & relinquere: aut relinquere ſequitur mutari, reliquiſſe autem mutatum eſſe: ſimiliter enim vtrunque ſe habet ad vtrunque. ¶ Quoniam ergo vna mutationum, quæ ſecundum contradictionem eſt, quando mutatum eſt ex eo, quod non eſt, in id, quod eſt, dereliquit id, quod non eſt: erit igitur in eo, quod eſt: omne enim neceſſe eſt aut eſſe, aut non eſſe. Manifeſtum igitur eſt, quod in mutatione ſecundùm contradictionem quod mutatum eſt erit in quo mutatum eſt. ſi autem in hac; & in aliis: ſimiliter enim in vna, & in aliis. ¶ Amplius & per ſe vnamquanq; accipientibus manifeſtum eſt. ſiquidem neceſſe eſt id, quod eſt mutatum, eſſe alicubi, aut in aliquo. quoniam enim ex quo mutatum eſt reliquit, & neceſſe eſt eſſe alicubi; aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, vt in ipſo C, quod in ipſum B mutatum eſt; rurſus ex ipſo C mutatur in ipſum B. non enim erat contiguum ipſi B. mutatio enim continua eſt. quare quod mutatum eſt, quando mutatum eſt, mutatur in quod mutatum eſt. hoc autem eſt impoſſibile. neceſſe eſt ergo quod mutatum eſt eſſe in hoc, in quod mutatum eſt. ¶ Manifeſtum igitur eſt, quod & id, quod factũ eſt, cum factum eſt, erit: & id, quod corruptũ eſt, non erit: nam & vniuerſaliter dictum eſt de omni mutatione: & maximè eſt manifeſtũ in ea, quæ eſt ſecundùm contradictionem. Quòd igitur id, quod mutatum eſt, cum mutatum eſt primum, in illo eſt, manifeſtum eſt. ¶ In quo autem primo mutatum eſt id, quod mutatum eſt,

Te. 41.

Te. 42.

Te. 43.

Te. 44.

eſt, neceſſe eſt impartibile eſſe. Dico autem primum quòd non propterea quod alterum aliquid ipſius ſit, huiuſmodi eſt. Sit igitur diuiſibile ipſum A C & diuidatur ſecundùm B. ſi igitur in A B mutatum eſt, aut rurſus in B C, non vtique in primo, quod eſt A C, mutatum erit. ſi autem in vtroq; mutabitur: (neceſſe eſt enim aut mutatum eſſe, aut mutari in vtroq;) & in toto vtiq; mutabatur. at erat mutatum. Eadem ratio autem eſt, & ſi in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum eſt: erit enim aliquid primo prius. quare non erit vtiq; diuiſibile il-
Te. 45. lud, in quo mutatum eſt. ¶ Manifeſtum eſt igitur, quòd & id, quod corruptũ eſt, & quòd genitum eſt, in impartibili illud quidem corruptum, hoc autem genitum. Dicitur autem id, in quo primo mutatum eſt dupliciter. Aliud quidem, in quo primò perfecta eſt mutatio: tunc enim veram eſt dicere, quòd mutatum eſt. Aliud verò, in quo primo cœpit mutari.
Te. 46. Quod igitur circa finem mutationis primum dicitur, exiſtit, & eſt: cõtingit enim perfici mutationẽ. & eſt mutationis finis, qui iam & oſtẽſus eſt indiuiſibilis eſſe; propterea quòd finis eſt. quod autem ſecundùm principium eſt, omnino non eſt: non enim eſt principium mutationis, neq; id temporis, in quo primo mutabatur. Sit enim primum, in quo A D. hoc igitur indiuiſibile quidem non eſt: accidet enim contigua eſſe ipſa Nunc. Amplius, ſi in C A tempore toto quieſcit (ponatur enim quieſcens) & in A quieſcet. Quare, ſi impartibile eſt A D; ſimul quieſcet, & mutatum erit: nam in A quie-
Te. 47. ſcit, in D autem mutatum eſt. ¶ Quoniam autem non eſt impartibile; neceſſe eſt diuiſibi

le

le eſſe,& in quauis partium huius mutatum eſſe. Diuiſo enim ipſo A D, ſi in neutra quidem mutatum eſt,neq; in ipſo toto.ſi verò in ambabus mutatur;& in toto:ſi autem in altera mutatum eſt, non in toto primo . quare neceſſe in quauis mutatum eſſe . manifeſtum igitur eſt, quòd non eſt in quo primo mutatum eſt : infinitę enim diuiſiones ſunt . ¶ Neq; igitur eius, quod mutatum eſt , aliquid primùm eſt, quod mutatum ſit. Sit enim D F primum mutatum ipſius D E.omne enim, quod mutatur,diuiſibile eſſe demonſtratum eſt,tempus aũt,in quo ipſum D F mutatum eſt , ſit in quo H I.ſi ergo in toto ipſum D F.mutatũ eſt , in dimidio minus erit id,quod mutatum eſt , & prius ipſo D F, & rurſus hoc aliud,& illo aliud,& ſemper ſic.quare eius,quod mutatur,nihil erit primum,quod mutatum eſt. ¶ Quod igitur neq; eius , quod mutatur,neq; in quo mutatur tempore,primũ quicquam ſit,manifeſtum eſt ex iis , quæ dictà ſunt.Illud autem,quod mutatur,aut id,ſecundum quod mutatur , non amplius ſimiliter ſe habebit . Tria nanque ſunt , quæ eſſe dicuntur in mutatione , & quod mutatur, & in quo, & ſecundùm quod mutatur. vt homo, & tempus,& album.homo igitur,& tempus,diuiſibilia ſunt:de albo autem alia ratio eſt. verùm ſecundùm accidens quidem omnia diuiſibilia ſunt : cui enim accidit quale, aut album, illud diuiſibile eſt. quoniam neq; in iis erit primum quæ quidem ſecũdùm ſe dicuntur diuiſibilia, & non ſecundùm accidens, vt in magnitudinibus.Sit enim in quo A B, magnitudo , motum autem ſit ex B in C primùm: igitur,ſi indiuiſibile quidem erit B C ; impartibile impartibili

Te. 48. Te. 49.

erit

erit contiguum. ſi verò diuiſibile, erit aliquid ipſo C prius, in quod mutatum eſt, & illo rurſus aliud, & ſemper ſic: propterea quòd nunquam deficit diuiſio. quare non erit primum, in quod mutatum eſt. Similiter autem eſt & in quanti mutatione: etenim hæc in continuo eſt. Manifeſtum igitur eſt, quod in ſolo motu, qui ſecundum quale eſt, contingit indiuiſibile per ſe eſſe.

EXPLANATIONES.

IN quo]. i. in termino ad quem [ſimiliter vtrorumq; ſe habet ad utrumq;]. i. ſicut ſe habet deficere ad mutari, ita deficiſſe ad mutatum eſſe [ſecundũ cõtradictionem]. ſ. inter eſſe [in hoc]. i. in termino ad quem [erit]. ſ. in termino ad quem [indiuiſibilis eſt] i. omnis terminus continui [impartibile] ſcilicet tempus.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

QVODCVNQVE moueri præcedere aliquid mutatum eſſe, & econuerſo, quibuſdam rationibus demonſtrat Ariſt. ſed primò præmittit aliqua neceſſaria ad hoc ibi [quoniam autem omne, ꝙ mutatur] deinde probat, quòd ante omne moueri præcedit mutatum eſſe tribus rationibus. prima eſt [hoc autem oſtenſo] ſecunda [amplius autem ſi] tertia [amplius autem ſi id] poſtea probat, quòd ante mutatum eſſe, præcedat mutari dupliciter. primò proponit ſic [non ſolum autem] & ponit quoddam neceſſarium ad propoſiti probationem ſic [omne. n. quod] et prima ratio eſt [quoniam igitur in tempore] ſecunda [amplius autem in magnitudine] deniq; oſtendit idem eſſe etiam in illis mutationibus, quæ non ſunt ſecundum aliqua continua dupliciter. primò [eadem enim] ſecundò [manifeſtum igitur quòd.]

Quoniam

QVoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur: dicitur autem in tēpore mutari & vt in primo, & vt ſecundum alterum, vt in anno, quia in die mutatur; in quo primo tempore mutatur id, quod mutatur, in quauis huius parte mutari neceſſe eſt. manifeſtum eſt igitur & ex definitione: primum enim ſic dicebamus. ¶ Sed & ex his manifeſtum eſt. Sit enim in quo primo mouetur id, quod mouetur, in quo Y R, & diuidatur ſecundùm K. omne enim tempus diuiſibile eſt. in tempore igitur Y K aut mouetur, aut non mouetur: & rurſus in tempore K R ſimiliter. Si igitur in neutro mouetur; quieſcet vtique in toto: moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impoſſibile eſt. ſi vero in altera ſola mouetur: non vtique in primo mouetur, quod eſt Y R: ſecundum enim alterum motus eſt. neceſſe. eſt igitur in quouis ipſius Y R motum eſſe. ¶ Hoc autem oſtenſo, manifeſtū eſt, quod omne, quod mouetur, neceſſe eſt motū eſſe prius. Si enim in Y R tempore primo magnitudo K L mota eſt; in dimidio, quod æque uelociter mouetur, & ſimul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æquè velox in eodem tempore motum ſit aliquid; & alterum neceſſe eſt per eandem motū eſſe magnitudinem. quare motum erit id, quod mouetur. ¶ Amplius autem, ſi in toto tempore Y R motū eſſe dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo, quia accepimus vltimum ipſius Nunc: (hoc enim eſt id, quod terminat, & medium ipſorum Nunc tempus eſt:) & in alijs vtique ſimiliter dicetur motum eſſe. dimidij autem vltimu diuiſio eſt. quare & in dimidio motum erit, & omnino in quauis

Te. 50.

Te. 51.

Te. 52.

Te. 53.

quauis partium: ſemper enim ſimul cum ipſa diuiſione tempus eſt terminatum ab ipſis Nūc. Si igitur omne quidem tempus diuiſibile eſt: quod autem eſt inter ipſa Nunc tempus eſt; omne, quod mutatur, infinities mutatum erit.
Te. 54. ¶ Amplius autem, ſi id, quod continuè mutatur, & neque corruptum eſt, neque ceſſauit à mutatione; aut mutari, aut mutatum eſſe neceſſe eſt in quouis: in ipſo autem Nunc non eſt mutari: neceſſe eſt mutatum eſſe ſecūdùm vnumqnodque ipſorum Nunc. quare, ſi ipſa Nunc infinita ſunt; omne, quod mutatur, infinitè erit mutatum.
Te. 55. ¶ Non ſolùm aūt id, quod mutatur, neceſſe eſt mutatum eſſe; ſed etiam mutatū neceſſe eſt mutari prius: omne enim, quod ex quodam in quiddam mutatum eſt, in tempore mutatum eſt. Sit enim in ipſo Nunc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidem Nunc, in quo eſt in ipſo A, non mutatum eſt: ſimul enim erit in ipſo A, & in ipſo B. quod enim mutatum eſt, quando mutatum eſt, quod non eſt in hoc, oſtenſum eſt prius. ſi verò in alio eſt; in medio eſt tempus: non enim contigua ſunt ipſa Nunc.
Te. 56. ¶ Quoniam igitur in tempore mutatum eſt, tempus autem omne diuiſibile: in dimidio aliud erit mutatum, & rurſus in illius dimidio aliud, & ſemper ſic. quare mutabatur vtique prius.
Te. 57. ¶ Amplius autem in magnitudine manifeſtius eſt, quod dictū eſt: propterea quod continua eſt magnitudo, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit enim quippam mutatū ex C in D. ergo, ſi indiuiſibile quidem eſt ipſum CD, id, quod impartibile eſt, impartibili erit contiguum. quoniam autem hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt magnitudinem eſſe id,
quod

quod eſt inter, & in infinita eſſe diuiſibile. quare in illa mutatur prius. neceſſe eſt ergo omne, quod mutatū eſt, mutari prius. ¶ Eadem enim demonſtratio eſt & in non continuis, vt & in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum eſt, & rurſus eadem dicemus. quare neceſſe eſt id, quod mutatum eſt, mutari, & quod mutatur, mutatum eſſe. & eſt ipſo quidem mutari mutatū eſſe prius, ipſo autem mutatum eſſe mutari, & nunquàm accipietur primùm. Cauſa autem huius eſt, nō eſſe impartibile impartibili contiguum: in infinitum enim diuiſio fit, vt in ijs, quæ augentur, & diminuuntur lineis. ¶ Manifeſtum eſt igitur quòd & id, quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit factum eſſe, quæcunque diuiſibilia, & continua ſunt: non tamen ſemper id, quod fit, ſed & aliud aliquādo, vt illius aliquid, ſicuti fundamentum domus. Similiter autem & in eo, quod corrumpitur, & eo, quod corruptum eſt: ſtatim enim ineſt ei, quod fit, & quod corrūpitur, cùm ſit continuum, infinitū quoddam. & non eſt aut fieri nō factum aliquid, aut factum eſſe quod non fit aliquid. ſimiliter autē & in ipſo corrumpi, & incorruptum eſſe. ſemper enim eſt ipſo corrūpi corruptū eſſe prius, ipſo autem corruptum eſſe corrumpi. Manifeſtum eſt igitur, quòd & id, quod factum eſt, neceſſe eſt fieri prius, & quod fit factum eſſe: omnis enim magnitudo, & omne tempus ſemper diuiſibilia ſunt. quare, in quocunq; ſit, non erit vtique, vt primo.

Te. 58.

Te. 59.

EXPLANATIONES.

VT in primo] .i. primum, & per ſe [ſecundùm alte-

alterum] i.ſecundum partem[huius].i.temporis[ſit] .ſ.ſit tempus [neque corruptum eſt].i.neque deſinit moueri [in quouis] .ſ.nunc [eſt inter] .ſ.C, D. [non continuis] .ſ.mutationibus [factum].i.generatum.

Summa,& diuiſio in cap. 8.

FINITVM, & infinitum quo pacto in tempore, magnitudine, motu, ac mobili inueniantur, docet Ariſto. ſecatur ergo caput in duas partes. In prima probat, quòd ſi magnitudo eſt finita; & tempus eſt, & econuerſo. proponit ibi præſupponendo alia [quoniam autem omne] deinde probat propoſitũ ſic [quod igitur, ſi quid] poſtea oſtendit, ſi tempus eſt finitum; & magnitudo eſt finita, ubi ait [eadem autem ratio eſt] in ſecunda parte demonſtrat finitum, & infinitum ſimiliter inueniri in mobili ſicut in magnitudine, & tempore. proponit ibi [his autem demonſtratis] probat dup. primò [in parte enim temporis] ſecundò[quoniam autem finitum] poſtremò aſſerit finitum, & infinitum inueniri in motu, ſicut in præmiſſis dicens[quoniam autem neque finitum.]

Te. 60. QVoniam autem omne id, quod mouetur, in tempore mouetur, & in pluri maior magnitudo; in infinito tempore impoſſibile eſt per finitam moueri non eandem ſemper, & illius aliquid, quod mouetur, ſed in toto totam. Quòd igitur, ſi quid moueatur æquè velociter; neceſſe eſt finitum in finito moueri, manifeſtũ eſt: accepta enim parte, quæ menſurabit totã, in tot æqualibus temporibus, quot partes ſunt, per totam motum eſt. Quare, quoniam hæ finitæ ſunt, & quanto vnaquæq;, & numero omnes, & tempus vtique erit finitum: toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum,

catum ſecundùm multitudinem partium. ¶Sed Te. 61.
&, ſi non æquè velociter, refert nihil. Sit enim in qua A, & B, ſpatium finitum, per quod motũ ſit in infinito tempore, & tempus infinitum, in quo C D. Si igitur neceſſe eſt prius per alterum altero motum eſſe: hoc autem manifeſtum eſt, quod temporis in priori, & poſteriori alterum eſt motum: ſemper enim in pluri alterum erit motum, ſiue æquè velociter, ſiue non æquè velociter mutetur, ſiue intercidatur motus, ſiue remittatur, ſiue maneat, nihil minus. Accipiatur igitur ſpatij A B aliquid quod ſit A E, quod mẽſurabit, A B. Hoc itaque in aliquo infinito abſolutum eſt tempore: in infinito enim nõ eſt poſſibile; totum enim in infinito. Et rurſus alterũ, ſi cepero quantum eſt A E, neceſſe eſt in infinito tempore: totum enim in infinito: & ſic accipiendo. Quoniam igitur infiniti quidem nulla pars eſt, quæ menſuret; (impoſſibile enim eſt infinitum eſſe ex finitis, & æqualibus, & inæqualibus: propterea quod menſurabuntur quæ finita ſunt multitudine, & magnitudine à quodam vno, ſiue æqualia ſint, ſiue inæqualia; definita autem magnitudine nihil minus: ſpatium autem finitum quantis A E menſuratur: in finito tempore A B mouebitur. Similiter aũt & in quiete. Quare neque fieri, neque corrumpi poſſibile eſt ſemper aliquid vnum, & idem.
¶ Eadem autem ratio eſt, & quòd neque in fini Te. 62.
to tempore per infinitum poſſibile eſt moueri, aut quieſcere, ſiue regulariter moueatur, ſiue irregulariter. Accepta enim quadã parte, quæ metietur totũ tempus, in hac quantũ aliquod pertranſibit ipſius magnitudinis, & non totã: in toto enim totam, & rurſus in æquali aliam,

& in vnoquoque, ſimiliter, ſiue æqualis ſit, ſiue inæqualis ei, quæ eſt à principio. refert autem nihil, dummodo ſit finitum quoddam vnaquæque: manifeſtum enim eſt, quòd conſumpto tempore infinitũ non conſumetur, finita ablatione facta, & per ipſum quantũ, & ipſum quoties. quare non tranſibit in tempore finito infinitum. nihilque refert magnitudinem, verſus alteram, aut verſus vtranque partem eſſe infinitam: eadem enim erit ratio. ¶ His autem demonſtratis, manifeſtum eſt, quòd neque finitã magnitudinem infinitum contingit tranſire in finito tempore propter eandem cauſam: in parte enim temporis finitam tranſibit, & in vnaquaq; ſimiliter: quare in toto finitam. ¶ Quoniam autem finitum non tranſibit infinitam in finito tempore; manifeſtum eſt, quòd neq; infinitum finitam: ſi enim infinitum finitam; neceſſe eſt & finitam tranſire infinitum: nihil enim refert vtrumuis eſſe id, quod mouetur: vtroque enim modo finitum tranſibit infinitũ. Cùm enim moueatur infinitum, in quo eſt A, erit aliquid ipſius ſecundùm B finitũ, vt C D. & rurſus aliud, & aliud, & ſemper ſic. quare ſimiliter accidet infinitum motum eſſe per finitũ, & finitum tranſiſſe infinitum: Neq; enim fortaſſis poſſibile eſt aliter infinitum moueri per finitum, quàm quòd finitum tranſeat infinitũ, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impoſſibile eſt; non tranſibit infinitum finitum. ¶ At verò neque infinitum in finito tempore tranſibit infinitum: ſi enim infinitum; & finitum: ineſt enim infinito finitum. Amplius autem & tempore accepto eadẽ erit demonſtratio. ¶ Quoniam autem neq; finitum infini-

(Margin: Te. 63. at "nitam: eadem enim erit ratio"; Te. 64. at "quaq; ſimiliter"; Te. 65. at "tum finitum"; Te. 66. at "demonſtratio")

infinitum tranſibit, neque infinitum finitum, neque infinitū in finito tempore mouetur; manifeſtum eſt, quòd neque motus erit infinitus in finito tempore. quid enim refert motū, aut magnitudinem, infinitum facere? neceſſe enim eſt, ſi vtrumuis; & alterum eſſe infinitum: omnis enim latio in loco eſt.

EXPLANATIONES.

ET in pluri maior] i. in pluri tempore maius ſpatium ab eodem mobili [ſed in toto totam] .i. ſed in toto tempore moueatur per totam magnitudinē [non aquè uelociter] .ſ. ſi non mouetur regulariter [quæ menſurat] .ſ. totum [unaquæque] .ſ. pars magnitudinis [verſus alteram] .ſ. partem [tempore accepto] .ſ. finito, & ſpatio finito.

Summa, & diuiſio in cap. 9.

SICVT in motu, & in eo, quod mouetur primum non datur: ſic in quiete, & in quieſcente primum non dari oſtenditur. & primò aſſerit Ariſtot. quod omne, quod ſtat, mouetur, ibi [quoniam autem omne] deinde quòd omne, quod ſtat, ſtat in tempore, duabus rationibus. prima eſt [quod enim mouetur.] ſecunda [amplius autem] quo modo dicatur primum in ſtatione, aſſerit dicens [in quo autem tempore primò, id quod ſtat] etiam probat in ea non eſſe accipienda aliquam primam partem [vt autem id ꝙ mouetur] idem oſtendit de quiete his uerbis [neque igitur quieſcens] poſtremò aliquas narrat obſeruationes. in quibus diſtinguit id quod mouetur ab eo, quod quieſcit, ubi ait [quoniam autem omne.]

QVoniam autem omne aut mouetur, aut quieſcit, quod aptū natura eſt, quando aptum eſt, & vbi, & quo pacto; neceſſe eſt om- Te. 67.

ne,quod ſtat,cum ſtat,moueri: ſi enim nō mouetur; quieſcet: ſed non contingit vt ad quie-
Te. 68. tem tendat quieſcens.¶ Hoc autem demonſtrato manifeſtum eſt,quòd & in tempore ſtare neceſſe eſt: quod.n.mouetur, in tēpore mouetur: quod aūt ſtat, oſtēſum eſt moueri: quare neceſ-
Te. 69. ſe eſt in tēpore ſtare. ¶ Amplius aūt, ſi velocius quidē, & tardius in tpe dicimus, ſtare aūt eſt ve
Te. 70. locius, & tardius. ¶ In quo aūt tēpore primo id, qđ ſtat, ſtat, in quouis huius neceſſe eſt ſtare: diuiſo enim tēpore, ſi in neutra quidem partium ſtat; neq; in toto. quare non vtiq; ſtat id, quod ſtat. ſi verò in altera; non vtique in primo toto ſtat: ſecundùm enim vtrunq; in hoc ſtat, ſicut dictum eſt, & in eo, quod mouetur, prius. Vt autem id, quod mouetur, non eſt in quo primo mouetur: ſic neque in quo ſtat id, quod ſtat.
Te. 71. ¶ Neque enim ipſius moueri, neque ipſius ſtare aliquid eſt primum. Sit enim in quo primo ſtat in quo A B. hoc igitur impartibile quidem non contingit eſſe: motus enim non eſt in impartibili; propterea quod motum eſt aliquid ipſius: quod autem ſtat demonſtratum eſt moueri. At verò, ſi diuiſibile eſt; in quauis partium ipſius ſtat: hoc enim oſtenſum eſt prius, quòd in quo ſtat primo, in quauis parte illius ſtat. Quoniam ergo tempus eſt, in quo primo ſtat, & non impartibile: omne autem tempus in infinita diuiſibile; non eſt in quo primo ſtatur.
Te. 72. ¶ Neque igitur quieſcens, quando primum quieuit, eſt: in impartibili enim non quieuit; propterea quòd non eſt motus in impartibili. in quo autem eſt ipſum quieſcere, & ipſūm moueri: tunc enim dicimus quieſcere, quādo, & in quo aptum natura eſt moueri, non moue

tur

tur id, quòd aptum natura eſt. ¶ Amplius au- Te. 74.
tem & tunc dicimus quieſcere; cum ſimiliter ſe habet nunc & prius, tanquàm non uno quodam diiudicantes, ſed duobus minimis. quare non erit in quo quieſcit, impartibile. Si uerò partibile eſt; tempus utique erit, & in quauis ipſius partium quieſcet: eodem enim modo demonſtrabitur, quo & in prioribus. quare nihil primum erit. hæc autem cauſa eſt, quia quieſcit quidem, & mouetur omne, in tempore. tẽpus autem non eſt primum, neque magnitudo, neque omnino vllum continuum: omne enim in infinita partibile eſt. ¶ Quoniam autem Te. 74.
omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur: in quo tempore mouetur ſecundùm ſe, & non quia in illius aliquo; impoſſibile eſt tunc ſecundum aliquid eſſe primum, quod mouetur: quieſcere.n. eſt in eodem eſſe, tempore aliquo & ipſum, & partium vnamquanq;: ſic enim dicimus quieſcere, quando in alio, & alio. Nunc verum ſit dicere, quòd in eodem & ipſum, & partes ſunt. Si autem hoc eſt quieſcere; non contingit id, quod mutatur, ſecundùm aliquid eſſe totũ ſecundùm primum tempus: tempus enim omne diuiſibile eſt. quare in alia, & alia ipſius parte verum erit dicere, quòd in eodem ſit & ipſum, & partes. Si verò non ſic eſt, ſed vno ſolo Nunc eſt; non erit tempore vllo ſecundũ aliquid, ſed ſecundùm terminum temporis. in ipſo autem Nunc eſt quidem ſemper ſecundum aliquid manens; nõ tamen quieſcit: neque.n. moueri, neque quieſcere eſt in ipſo Nũc. ſed non moueri quidem uerũ eſt in ipſo Nunc, & eſſe ſecundùm aliquid; in tempore autem non contingit

 eſſe,

eſſe, ſecundùm quod quieſcit: accideret enim id, quod fertur quieſcere.

EXPLANATIONES.

QVOD ſtat].i. quod tendit ad quietem [ſecundùm utrunque] .i. partem [non vno quodam dijudicanter, ſed duobus minimis]. ſ. non dijudicemus quietem per aliquod unam tantùm, ſed per comparationē duorum adinuicem [ſiue uerò partibile] .ſ. tempus, in quo quieſcit [non quia in illius aliquo] ſ. non ratione partium [in eodem] .ſ. loco.

Summa, & diuiſio in cap. 10.

RATIONES Zenonis motum auferentes cõfutantur, ac diluuntur. primò ergo aſſerit, quod Zeno malè ratiocinabatur, ubi ait [Zeno autem malè ratiocinatur] & hoc probat ibi [ſi enim ſemper quieſcit] deinde explicat quatuor Zenonis rationes. prima eſt [prima quidem] ſecunda [ſecunda autem ea] tertia, & quarta ſunt notæ aſpicienti. denique ponit ſolutiones dicens [eſt autem deceptio] & manifeſtat in terminis, ubi ait [vt ſint ſtantes æquales] poſtea narrat rationem, qua Zeno excludebat mutationem ibi [at verò ſecundum eam] vltimam ſoluit rationem, qua deſtruebat motum ſphæricum ſic [rurſus in circulo.

Tc. 75. ZEno autem malè ratiocinatur. Si enim ſemper (inquit) quieſcit omne, aut mouetur, cùm eſt ſecundùm æquale: eſt autem ſemper id, quod fertur, in ipſo Nunc ſecundùm æquale; immobilem eam eſſe ſagittam, quæ fertur.

Tc. 76. ¶ Hoc autem falſum eſt: non enim componitur tempus ex ipſis Nunc indiuiſibilibus, ſicut

cut nec alia magnitudo ulla. ¶ Quatuor autem Te. 77.
ſunt rationes de motu Zenonis, præbētes difficultatem ſoluentibus. Prima quidem eſt ea, quæ de ipſo non moueri eſt; propterea quòd prius ad medium oportet peruenire id, quod fertur, quàm ad finē: de qua diuiſimus in prioribus rationibus. ¶Secunda autem ea, quæ Te. 78.
uocatur Achilles. Eſt autem hæc, quod tardius nūquam apprehēdetur currens à uelociſſimo. ante enim neceſſe eſt eat perſequens, vnde impetum cœpit fugiens. quare ſemper aliquo id, quod tardius eſt, antecedere neceſſe eſt. ¶ Eſt Te. 79.
autem & hæc ratio eadem illi, quæ in duo æqualia fit ſectioni: differt autem in diuidendo nòn in duo acceptam magnitudinem. Non attingi igitur tardius accidit ex ratione. fit autem propter idem cum bipartitione: in vtriſq; enim accidit non peruenire ad terminum, diuiſa quodāmodo magnitudine. Sed additur in hac, quod neque velociſſimum tragicè dictum; in perſequendo tardius. quare neceſſe eſt ſolutionem eſſe eandem. Putare autem quòd præcedens non attingitur, falſum eſt: cùm enim præcedit, non attingitur: ſed tamen attingetur; ſi oporteat tranſire finitum. hæ igitur ſunt rationes duę. ¶ Tertia autem, quæ nunc dicta eſt, Te. 80.
quòd ſagitta, quæ fertur, ſtat. Accidit autem propterea quod ſumit tempus componi ex ipſis Nunc: non dato enim hoc, non erit ſyllogiſmus. ¶ Quarta autem ea, quæ de ijs eſt, quæ in Te. 81.
ſtadio mouentur econtrario æqualibus magnitudinibus iuxta ęquales, his quidem à fine ſtadij, illis verò à medio æquali velocitate, in quo accidere putat ęquale eſſe tempus dimidiū duplo. ¶ Eſt autem deceptio in eo, ꝙ hoc quidem Te. 82.

iuxta quod mouetur,illud autẽ iuxta id, quod
quieſcit, per æqualem magnitudinem cenſet
æquali velocitate æquali tempore ferri.hoc au-
tem falſum eſt. Vt ſint ſtantes æquales magni-
tudines,in quibus ipſa A A A A:aliæ autem,in
quibus ipſa B B B B; incipientes à medio ipſo-
rum A,æquales ſecũdùm numerum his, & ma
gnitudinem; aliæ aũt,in quibus ipſa C C C C;
ab vltimo,æquales his numero, & magnitudi-
ne, & æque veloces ipſis B. Accidit igitur pri-
mùm B ſimul in vltimo eſſe, & primùm C,eo-
rum, quæ iuxta ſeinuicem mouentur: Accidit
igitur ipſum C iuxta omnia ipſa A tranſijſſe;
ipſa autem B iuxta dimidium ipſorum: quare
& medium eſſe tempus. æquali enim vtrunq;
eſt iuxta vnumquodque. Simul autem acci
dit ipſa B iuxta omnia C tranſijſſe. ſimul enim
erit primum C, & primum B in contrariis vlti-
mis; æquali tempore motum iuxta vnumquod-
que ipſorum B, quanto circa vnumquodque
ipſorum A,vt inquit; propterea quòd vtraque
æquali tempore iuxta ipſa A fiunt. Ratio igi-
tur hæc eſt, accidit autem ob id, quod dictum
eſt,falſum. ¶ At verò ſecundùm eam,quæ in
Te. 83. contradictione eſt,mutationem,nihil nobis im
poſſibile; vt, ſi ex non albo in album mutatur,
& in neutro eſt;ſic vtique neque album eſt, ne
que non album: non enim,ſi nõ totum in vtro
uis ſit;non dicetur album,aut non album:albũ
enim dicimus, aut non albũ, non quia totũ ſit
huiuſmodi;ſed quia plurimæ,aut maximè præ
cipuæ partes. nõ idem autem eſt & non eſſe.in
hoc,& non eſſe in hoc totum. Similiter autem
& in eo,quod eſt,& in eo, quod non eſt, & in
aliis,quæ ſecundùm cõtradictionem ſunt,erit.

non enim ex neceſſitate in altero oppoſitorũ; in neutro autem totum ſemper. ¶Rurſus in circulo, & in ſphæra, & omnino iis, quæ in ſeipſis mouentur, quoniam accidet ipſa quieſcere: in eodem enim loco ſecundum tempus quoddã erunt & ipſa, & partes. quare quieſcent ſimul, & mouebuntur. ¶Primò nanq; partes non ſunt in eodem vllo tempore. Deinde & totum ſemper mutatur in alterum: non enim eadem eſt ea, quæ in ipſo A ſumitur, circũferentia, & ea, quę ab ipſo B, & quæ ab ipſo C, & aliorum vno quoque ſignorum, niſi vt muſicus homo, & homo, quia accidit: quare mutatur ſemper altera in alteram, & nunquam quieſcet. Eodem autem modo & in ſphæra, & aliis, in ſeipſis mouentur. Te. 84. Te. 85.

EXPLANATIONES.

SECVNDVM æquale] .ſ. locum [*quod tardius*] .ſ. currit [*tragicè*] .i. cum faſtu uerborum [*ſtat* .i. *quieſcit* [*non erit ſyllogiſmus*] .ſ. ad propoſitum [*ſtadio*] .ſ. in aliquo [*iuxta æqualia*] .i. per ſpatia æqualia [*in contradictione*] *ut de non albo in album.*

Summa, & diuiſio in cap 11.

IMPARTIBILE quoquomodo moueri nõ poſſe tripl. ci ratione declarat Ariſt. unde deſtruit opinionem Democriti ponentis atomos per ſe mobiles. proponit ibi [*demonſtratis autem his*] *prima autem ratio eſt* [*mutetur. n. ex A B*] *ſecunda* [*amplius neq; punctum*] *tertia* [*amplius ſi omne in tẽpore mouetur.*]

Demonſtratis autem his, dicimus quòd id, quòd impartibile eſt, non contingit moueri, niſi ſecundùm accidens, vt corpore moto, ut magnitudine, in qua eſt: ſicuti ſi id, quod Te. 86.

in

in naui eſt, moueatur nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile autem dico id, quod eſt ſecundùm quantum indiuiſibile: etenim partium motus alteri ſunt & ſecundùm ipſas partes, & ſecundùm totius motum. Viderit autem aliquis, & in ſphæra maximè, differentiã: non enim eadem velocitas erit & partiũ, quæ ſunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius, tãquàm non vno exiſtente motu. Vt igitur, diximus, ſic quidem contingit moueri id, quod impartibile eſt, vt is, qui in naui ſedet, naui cur-
Te. 87. rente; per ſe autem non contingit. ¶ Mutetur enim ex A B, in B C, ſiue ex magnitudine in magnitudinem, ſiue ex forma in formam, ſiue ſecundùm contradictionem. tempus autem ſit in quo primo mutatur, in quo D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo, quo mutatur, tempore, aut in A B eſſe, aut in B C. aut aliud quidem quid huius in hoc, aliud autem quid in altero: omne .n. quod mutatur, ſic ſe habebat. In vtroq; igitur non erit aliquid ipſius: partibile enim erit. At verò neq; in B C. mutatum enim erit: ſupponitur autem mutari. Relinquitur igitur ipſum in A B eſſe eo, quo mutatur, tempore, quieſcet ergo: in eodem enim eſſe tempore quondam
Te. 88. quieſcere eſt. ¶ Quare non contingit id, quod impartibile eſt, moueri, aut omnino mutari: Vnicè enim hoc pacto eſſet ipſius motus; ſi tẽpus eſſet ex ipſis Nunc: ſemper enim in ipſo Nunc motum eſſet, & mutatum, vt moueatur quidem nunquam, motum autem ſit ſemper. Hoc autem quod impoſſibile ſit, demonſtratũ eſt & prius: neq; enim ex ipſis Nunc eſt tempus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex momentis eſt: nihil enim aliud facit hoc dicens,

quam

quàm motum ex impartibilibus; ſicut ſi tempus ex ipſis Nunc, aut magnitudinem ex punctis. ¶ Amplius autem & ex his manifeſtum eſt, quòd neq; punctum, neq; aliud indiuiſibile vllum contingit moueri: omne enim, quod mouetur, impoſſibile eſt per maius moueri ſeipſo prius, quàm aut per æquale, aut minus. ſi autem hoc; manifeſtum eſt, quòd & punctum per minus, aut ęquale mouebitur primùm. quoniam autem indiuiſibile eſt, impoſſibile eſt minus moueri prius: per æquale ergo ſibiipſi. quare erit linea ex punctis: ſemper enim cum per æquale mouetur; omnem lineam punctũ menſurabit: ſi autem hoc impoſſibile eſt; & moueri indiuiſibile impoſſibile eſt. ¶ Amplius autem, ſi omne in tempore mouetur, in ipſo autem Nunc nihil: omne autem diuiſibile tempus eſt: erit aliquod tempus minus quouis eorum, quæ mouentur, in quo mouetur per tantum, quantum ipſum eſt. Hoc igitur erit tempus, in quo mouetur; propterea quod omne in tempore mouetur: tempus autem omne diuiſibile eſſe demonſtratum eſt prius. Si ergo punctum mouetur; aliquod erit tempus minus, in quo ipſum motum eſt. ſed impoſſibile eſt: in minori enim per minus neceſſe eſt moueri. quare erit diuiſibile id, quod indiuiſibile eſt in minus: ſicuti & tempus in tempus: vnico enim modo moueretur id, quod impartibile eſt, & indiuiſibile: ſi eſſet in ipſo Nunc impartibili moueri poſſibile: eiuſdem enim rationis eſt in ipſo Nunc moueri, & indiuiſibile quid moueri.

Te. 89.

Te. 90.

EXPLANATIONES.

QVAE extra].i. *verſus ſuperficiem exteriorem*

rem ſphęra [& totius tanquam uno non exiſtente motu].i. & quæ eſt etiam velocitas totius, ac ſi motus iſte non ſit unius, ſed diuerſorum [ſiue ex forma in forma] i. de qualitate in qualitatem [ſecundùm contradictionem] ut in generatione, & corruptione [per maius]. ſ. ſpatium.

Summa, & diuiſio in cap. 12.

NVLLAM mutationem eſſe infinitam probatur varijs rationibus. proponit ibi Ariſt. [mutatio autem nulla] deinde, quod mutationem eſt infinita ſecundùm ſpeciem præterquam in motu locali, vbi ait [omnis .n.] poſtea declarat quomodo ſit in motu locali ſic [latio autem ſic non erit finita] deniq; quo pacto motus poßit eſſe infinitus tempore dicens [ſed ſi eſſe posſit ſic.]

Te. 91. MVtatio autem nulla eſt infinita: omnis .n. eſt ex quodam in quiddam, & ea, quæ in contradictione, & quæ eſt in contrariis. Quare earum, quæ ſecundùm contradictionem ſunt, affirmatio, & negatio terminus eſt: vt generationis quidem id, quod eſt: corruptionis verò id, quod non eſt. Earum autem, quæ ſunt in cōtrariis, ipſa contraria: hæc enim ſunt extrema mutationis: quare & alterationis omnis: ex contrariis enim quibuſdam eſt alteratio. Similiter autem & augmentationis, & diminutionis: augmentationis enim terminus eſt, qui ſecundùm naturam propriam eſt perfectæ magnitudinis: diminutionis verò, huius remotio.

Te. 92. ¶ Latio autem ſic quidem non erit finita: non enim omnis in contrarijs eſt. Sed, quoniã impoſſibile eſt diuiſum eſſe ſic ex eo, quia non contingit eſſe diuiſum; (multipliciter enim di-

citur

citur impoſſibile:)diuidi nõ contingit id, quod ſic impoſſibile eſt diuidi: nec omnino quod im poſſibile eſt fieri, fieri: neq; quod mutari impoſſibile eſt, cõtinget vtiq; mutari in id, in qđ poſſibile eſt mutari. ¶ Si ergo id, quod fertur, Te. 93. mutetur in aliquid, & poſſibile erit mutari. quare non eſt infinitus motus, neq; feretur in finito motu: impoſſibile enim eſt tranſire illũ. Quòd igitur ſic non eſt infinita mutatio, vt nõ finiatur terminis, manifeſtum eſt. ¶ Sed, ſi eſſe Te. 94. poſſit ſic, vt tempore ſit infinita, vna & eadem exiſtens, conſiderandum eſt: nam una quidem ſi non fiat, nihil fortaſſis prohibet: vt ſi poſt lationem alteratio ſit, & poſt alterationem augmentatio, & rurſus generatio: ſic enim ſemper quidem erit tempore motus, ſed non vnus; propterea quòd non eſt vnus ex omnibus. Vt autem fiat vnus, non contingit infinitum eſſe tempore, præter vnum. hic autem eſt vnus, ipſa circularis latio.

EXPLANATIONES.

IN contrariis] .i. *ſecundùm qualitates* [*non enim omnis in contrarius*] .i. *non omnis loci mutatio eſt ſurſum, vel deorſum ſimpliciter* [*infinita*] .ſ. *motus* [*non unus*] *ſcilicet ſecundum numerum* [*præter unum*] *ideſt, præterquam in una ſpecie motus.*

CVRTII MARINELLI QVAESTIONVM Solutio in Lib. VI. Phyſ.

Quæ. 1. *EX indiuiſibilibus impoſſibile eſt eſſe aliquid cõtinuum, ſentit ſic Ariſt. tex. 1. datur tamẽ inſtantia: quia ſicut ſe habet unitas ad numerum: ita punctus ad lineam. ſed numerus eſt compoſitus ex unitatibus, ut in arithmetica Boetij. ergo & linea ex punctis, quæ quidem ſunt indiuiſibilia. ſoluit Iand. hanc controuerſiam ſic, quòd duplex eſt compoſitio. una eſt ex partibus eſſentialibus, alia ex partibus quantitatiuis. differunt autem partes eſſentiales à partibus quantitatiuis multipliciter. Primò, quia partes eſſentiales non ſunt eiuſdem rationis inter ſe, nec cum toto, quantitatiuæ uerò ſunt eiuſdem rationis, ſaltem in aliquibus compoſitis. Secundò partes quantitatiuæ non ſunt in eodem loco; ſed in diuerſis locis aliquo modo, ita ſ. quòd una eſt extra aliam, ſed eſſentiales non ſunt una extra aliam. Tertiò una pars quantitatiua in aliquibus compoſitis poteſt remanere corrupta alia, ſed in compoſitione eſſentiali propria minimè. Quartò totum compoſitum ex diuerſis partibus quantitatiuis eſt in maiori loco, quàm pars; ut totum corpus hominis eſt in maiori loco, quàm caput. ſed totum compoſitum ex diuerſis partibus eſſentialibus non eſt in maiori parte quàm totum. ulterius conſiderandum eſt, quòd differt linea abſoluta, & linea terminata; nam linea abſoluta eſt dimenſio ſecundum longum, non autem ſecundum latum, & profundum. linea uerò terminata eſt quoddam aggregatum ex eſ-*

ſentia

ſentia lineæ, & terminis: ſicut homo albus eſt aggregatum ex eſſentia hominis, & albedine. ſupponendum eſt etiam, ꝙ punctus eſt quid indiuiſibile ſecundum quantitatem, ut in primo Euclid. Nunc ad quæſtionem poſſunt dici tria. Primò, quòd linea nullo modo compoſita eſt ex punctis, tanquàm ex partibus quantitatiuis. Secundò quòd eſſentia lineæ ſecundum ſe non eſt compoſita ex punctis, tanquàm ex partib. eſſentialibus. Tertiò, quòd linea terminata eſt compoſita ex punctis quadam compoſitione ſimili eſſentiali. & Lycon. ad argumentum ait, quòd punctus eſt ubique in linea potentialiter; ſed non actualiter: uel quòd in definitione lineæ cadit punctus formaliter; ſed non materialiter.

QVAERIT Burl. an indiuiſibile additum alicui faciat maius. ſoluit dicens, quòd facere maius eſt dup. uel entitatiuè, uel quantitatiuè. & facere maius quantitatiuè eſt dup. uel ſecundum quantitatem continuam, uel diſcretam. dico igitur, quòd indiuiſibile additum alteri facit maius entitatiuè; quia magis de entitate eſt in duobus indiuiſibilibus, quàm in uno. ſed non quantitatiuè; niſi ſecundum quãtitatem diſcretam: quia numerus ternarius eſt maior binario ſolum per unitatem. ſic etiam reſpondet Tat. Quæ. 2.

AN punctum ſit aliquod ens poſitiuum dubitat Iand. Q. 3. non enim eſt aliquod ſenſibile, & extra intellectum. attamen ingreditur in def. lineæ. ſoluit dicens, quòd poſitio multip. accipitur. primò ſumitur pro ordine partium in toto in habitudine ad locum. & hoc modo poſitio eſt vnum prædicamentorum. Secundò pro ſignificabilitate, ſeu ſenſibilitate partium quantitatiuorum in toto. & hoc modo pertinet ad quantitatem continuam. & his modis punctus non habet poſitionem. ultimò dicitur poſitio ipſa exiſtentia alicuius indiuiſibilis inter duas lineas cõtiguas, uel

ncl inter duas partes lineæ determinata. & ſic punctus habet poſitionem; nam punctus continuãs duas partes lineæ eſt inter duas illas lineas ſine medio, & non alibi. punctus autem terminans eſt inter duas lineas contiguas adinuicem, & non alibi.

Quæ. 4. CONTINVVM non eſſe diuiſibile in indiuiſibilia, vult Ariſtot. text. 3. datur inſtantia, quòd eſset proceſſus in infinitum in indiuiſionem, ſi non perueniret ad aliquod indiuiſibile. ſoluit Tat. quod continuum eſt diuiſibile ſemper in partes eiuſdem proportionis: ſed non eiuſdem quantitatis. deinde aliquid dicitur diuiſibile dupliciter, vt ait Bur. vno modo quia habet partem extra partem, & illo modo cœlum, & omne continuum eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: quia quacunque parte eius data illa habet partem extra partem, ut alia aliam. Secundo aliquid dicitur diuiſibile; quia poteſt diuidi per actualem ſeparationem unius partis ab alia. & ſic continuum non eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia: daretur enim minus minimo.

CIRCA tex. 6. Iauel. & Iand. monent hanc dubitationem an neceſſe ſit motũ fieri ſuper aliquod diuiſibile, ita quod repugnet fieri ſuper indiuiſibile. pro parte affirmatiua eſt Ariſto. pro negatiua rat. eſt; quia ſuper indiuiſibile poteſt applicari aliquid, quod ſucceſſiuè moueatur. gloſſat Iand. ꝙ ſuper indiuiſibile per ſe omnino non poteſt fieri motus propriè dictus; tamen ſupra indiuiſibile poteſt fieri motus per accidens, inquantum ipſum indiuiſibile eſt coniunctum aliqualiter diuiſibili, ſuper quod fit motus per ſe. & ſic etiam Iauel. Q. 2.

Quæ. 6. EIVSDEM rationis eſt, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuiſibilibus componi, ut aſſerit phi. tex. 4. datur tamen inſtantia; quia magnitudo eſt quoddam permanens: tempus autem, & motus

motus nequaquam.ſoluit Iauel.ꝙ aliqua poſſunt eſſe eiuſdem rationis dupliciter. Primò quia conueniunt in aliqua natura ſiue ſpecifica,ſiue generica. & hoc modo indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt eiuſdem rationis.Secundò,quia licet non conueniant in natura: conueniunt tamen in aliqua conſequentia, reſpectu alicuius prædicati.primo modo tria hæc non ſunt eius rationis; ſed ſecundo.& Burl.tempus, magnitudo, & motus eodem modo ſe habent quantum ad componi ex indiuiſibilibus, aut diuidi in indiuiſibilia. atque etiam Iand.ſi enim vnum iſtorum componatur ex indiuiſibilibus; & reliquum componitur. uel ut ait Egid. dicuntur eſſe eiuſdem rationis; quia quantitas,& diuiſio unius dependet à quantitate,& diuiſione alterius: quantitas enim temporis dependet à quantitate motus, & quantitas motus à quantitate magnitudinis.Addit Iand.quòd magnitudo, & motus non ſunt eiuſdem rationis ſecundum ſpeciem ſpecialisſimam quantum ad componi, uel non componi ex indiuiſibilibus: compoſitiones enim diuerſificantur ſecundùm diuerſitatem partium.conſtat tamen, ꝙ partes magnitudinis ſunt diuerſæ à partibus motus ſecundum ſpeciem ſpecialisſimam.

NON ſimul eſſe moueri, & motum eſſe narrat Quæ.7. *philoſo.in tex. 7.ſequeretur enim, vt ait Comm. ꝙ motus eſſet ocioſus.gloſsat hanc ſententiam Iand.Q. 7.ꝙ moueri, & motum propriè non eſt ſimul in eodē inſtanti.& ſubdit.aduertendum eſt, quòd quamuis moueri,& motum eſſe non poſsint eſſe ſimul poſitiuè in eodem inſtanti: tamen ſunt ſimul priuatiuè.ſ. per priuationem medij: quia inter moueri,& motum eſſe non eſt aliquod medium.*

OMNE, quod mouetur,conuenit uelocius, aut Quæ.8. *tardius moueri tex.15.affirmat Ariſt.tamen inſtāt multi dicentes, quòd impoſſibile eſt cœlum moueri*

uelocius, quàm nunc moueatur: ab intelligẽtia enim inuariabili mouetur, & illud eſt incorruptibile. ſoluunt dubitationem hanc Burl. Iand. & Iauel. auctoritate Auer. in Comm. quòd mobile conſideratur dupli. quatenus mobile, & ut tale mobile naturæ determinatæ. ſic motus conſideratur dupl. uel quatenus eſt motus, vel quatenus eſt in rebus naturalibus, ſiue materialibus. & ſic dicitur, quod omne mobile, quatenus mobile poteſt tardius, uel citius moueri quatenus mobile, ſed quatenus mobile naturæ determinatæ, & motum à tali motore, non poteſt uelocius moueri. ſic motui non repugnat, vt ſit uelocior, uel tardior; ſed quatenus fuerit in rebus alterius, & alterius naturæ. Egid. dat eandem ſolutionem, ꝙ ſcilicet motus, uel conſideratur vt continuus, & ſic poteſt ſemper eſſe uelocior, & tardior; poteſt enim augmentari in infinitum. uel conſideratur ut eſt quid naturale. & ſic non poteſt eſſe; datur enim ſtatus. D. Thom. in Comm. ait, quòd de natura alicuius rei poſſumus loqui dupliciter, vel ſecundum rationem communem, uel ſecundùm quòd ad propriam materiam applicatur. & nihil prohibet aliquid, quod non impeditur ex ratione communi rei impediri ex applicatione ad aliquam materiam determinatam. & ſimiliter ex communi natura motus non prohibetur, quin qualibet uelocitate data poſſit alia uelocitas maior inueniri. ſed impeditur ex determinatis uirtutibus mobilium, & mouentium. Sic etiam Egi.

Quæ. 9. CONTINVVM eſſe diuiſibile, & magnitudinem in ſemper diuiſibilia narrat philo. in tex. eodẽ. gloſſat Egid. quòd magnitudo ſemper diuiſibilis eſt, ut quod continuum eſt, non autem ut naturalis. non repugnat autem magnitudini naturali ſimpliciter eſſe diuiſibile. ſed repugnat magnitudini naturali, prout habet eſſe in tali ſpecie, uel in tali.

AS-

ASSERIT Ariſto.in tex.18. tempus, motũ, & magnitudinem eſſe infinita; attamen ratio eſt contraria: nam quoddam finitum poteſt moveri ſuper infinitam magnitudinem tempore finito, vel quoddã moveri ſuper magnitudinem finitam tempore infinito. reſpondet huic dubitationi D.Thom. Iand. & Iavel, quòd magnitudo, motus, & tempus poſſunt imaginari eſſe finita, vel infinita dupliciter. primò ex ultimis. i. ex terminis. dicitur magnitudo finita ex ultimis, ſi in ea datur principium, ante quod nihil eſt illius magnitudinis, & datur poſtquam nihil eſt eiuſdem idem. intellige de motu, & tempore oppoſito autem modo dicitur magnitudo infinita ex ultimis, quando caret tali principio, & fine. & dico eodem modo de motu, & tempore. ſed intellige de motu infinito facto ſemel ſuper magnitudinem infinitam ex ultimis, & ſimiliter de tempore menſurante prædictum motum. & hoc dico, ut præſcruetur motus infinitus ex reiteratione, ſecundò ex diuiſione. & dicitur magnitudo finita ex diuiſione; ſi eſſet deuenire ad ultimam partem indiuiſibilem. & idem intellige de motu, & tempore. unde ponuntur hæ concluſiones. prima, magnitudo, motus, & tempus ſe conſequuntur ſecundum finitum, & infinitum ex diuiſione. Secunda, tria prænominata ſe conſequuntur quò ad finitum, & infinitum ex ultimis. Burl. dicit, quòd tempus, & magnitudo eodem modo ſe habent ad infinitatem, quo ipſe loquitur de tempore mẽſurante motum factum ſuper magnitudinem, cuius nulla pars iteratur per motum. & nullum tale tempus eſt infinitum. unde tempus menſurans motum factum eſt ſuper magnitudinem rectam: & illa magnitudo recte eodem modo ſe habet quantùm ad infinitatem. Qu.10.

NVNC eſſe in omni tempore, vult phil. tex.24. ſed nunc eſſet pars temporis. quod falſum eſt. ſoluit Qu.11.

ad differentiam motus metaphyſici, quales ſunt actiones immanentes, ut uelle, & intelligere. dico propriè ad differentiam mutationis ſubſtantialis, quæ eſt motus communiter dictus. & Tata. motus eſt entitas ſucceſſiua, & ſic eſt de eſſentia eius, ut animal de eſſentia hominis: vnde ſequitur, quòd ſimpliciter negandum eſt, quòd motus fiat in inſtanti, uel debet accipi motum largè, ut ſe extendit ad mutationem. & Iand. inquit, ſi accipiatur moueri propriè, prout diſtinguitur contra mutatum eſſe, & ſumatur propriè inſtans, ſiue nunc pro indiuiſibili ſimpliciter; in inſtanti non contingit moueri.

OMNE, quod mutatur eſſe diuiſibile, aſſerit philo. tex. 32. inſtant multi dicentes, quòd punctus poteſt moueri ad motum corporis, & eſt indiuiſibilis. gloſſat hanc ſententiam D. Tho. & primò narrat opinionem aliquorum ſic. Sciendum eſt autem, quòd Comm. in hoc loco mouet dubitationem de hoc, quòd ſi Ariſto. non intelligit hic demonſtrare, quòd mobile ſit diuiſibile, niſi de mobili, quod mouetur motu, quẽ dixit eſſe in ſolis tribus generibus, quantitate ſ. qualitate, & ubi, demonſtratio ſua non erit utilis; quia etiam, quod mutatur ſecundum ſubſtantiam, eſt diuiſibile. & inducit ad hoc plurimas ſolutiones, quarum una eſt Alex. dicentis, quòd nulla tranſmutatio eſt indiuiſibilis, aut in non tempore. deinde ſolutionem Themiſtij aſſerentis, quòd & ſi ſit aliqua tranſmutatio in non tempore, hoc latet, & Ariſto. utitur eo, quod eſt manifeſtum, ſ. quòd tranſmutatio ſit in tempore. recitat quoq; ſolutionem Auemp. qui inquit, quòd hic non agitur de diuiſione mutabilis ſecundũ quantitatem; ſed mutabilis ſecundum quòd ſubiectum diuiditur per accidentia contraria, quorum unum mutatur in alterum. & addit poſtea ſuam ſolutionem, quòd illæ mutationes, quæ dicuntur fieri in non tempore, Qu. 14.

pore, ſunt termini quorundam motuum indiuiſibiliū. accidit ergo aliquid tranſmutari in non tempore, inquantum.ſ.quilibet motus terminatur in inſtanti. & quia illud, quod eſt per accidens, prætermittitur in demonſtrationibus, ideo illo Ariſto. in hac demonſtratione utitur, ac ſi omnis demonſtratio eſſet diuiſibilis, & in tempore. a tamen hoc uidetur eſſe falſum; non enim Ariſto. in ſua demonſtratione utitur quaſi principio, quòd omnis ſit mutatio diuiſibilis, cum magis econuerſo ex diuiſione mobilis procedat ad diuiſionem mutationis. Sed utitur principijs per ſe motis, quæ eſt neceſſe concedere in quacunque mutatione, ſ. quòd illud, quòd mutatur, quando eſt ſecundum totum, & partes in termino, à quo mutatur, nondum mutatur ſecundum illam mutationem: & quòd, quādo eſt in termino ad quem, non mutatur; ſed mutatū eſt; & quòd non poteſt eſſe nec in utroque totum, nec in neutro. unde ex neceſſitate ſequitur, quòd in quacunque mutatione, illud, quòd mutatur, dum mutatur, ſit partim in uno termino, & partim in alio. ſed hoc diuerſimodè inuenitur in diuerſis mutationibus; in illis enim mutationibus, inter quarum extrema eſt aliquod medium, id, quod mutatur, non eſt ſecundum diuerſas partes ſuas in diuerſis extremis ſecundum ipſa extrema, ſed ſecundum aliquid adiunctū. ſicut cum materia mutatur de priuatione ad formā ignis, dum eſt in ipſo mutari: eſt quidem ſub priuatione ſecundum ſeipſam: ſed partim eſt ſub forma ignis non ſecundum ſeipſam, ſed ſecundum aliquid ei adiunctum, ſ. ſecundum propriam diſpoſitionem ignis, cuius partem recipit, antequàm forma ignis habeat. unde infrà probabit Ariſto. quòd generatio, & corruptio ſunt diuiſibiles: quia quod generatur, prius generabatur: & fortè hoc modo intellexit Ale. quòd omnis tranſmutatio eſt diuiſibilis, ſ. uel ſecūdū

ſeipſam,

ſeipſum, uel ſecundùm motum ei adiunctum. ſic etiã intellexit Themi. quod Ariſt. aſſumpſit id, quod erat manifeſtum, & prætermiſit id, quod erat latens: quia nondum erat locus dicendi de diuiſibilitate mutationum. quare omnes mutationes quidem diuiſibiles ſunt non ſecundùm propria extrema; ſed per ea, quæ eis adiungantur, & hoc Auer. uoluit, quòd hoc eſt per accidens, aliquas mutationes eſſe in non tempore. Egid. dat aliam ſolutionem, quòd ſi loquimur de mutatione, quæ eſt finis motus, quæ dicit ſolùm mutatum eſſe; mutatur ſecundùm quid partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem nec de tali mutatione non loquitur Phi. ſi uerò loquimur de huius mutatione, non ut dicit ſolùm mutatum eſſe; ſed ut includit motum præcedẽtem; ratione motus præcedentis eſt ibi aſsignare diuiſionem: id enim quòd mutatur ſubſtantialiter, ſiue illud quod generatur, prout generatio eſt finis motus, non ſumitur, ut dicit ſolum mutatum eſſe; ſed ut includit motum præcedentem, qui fit in tempore: & ſucceſsiuè dicitur accipere partem poſt partem. Iand. ad quæſtionem ait, quod omne, quod mouetur, per ſe eſt partibile: ita q; nullũ ſimpliciter indiuiſibile per ſe mutatur. & intelligitur de indiuiſibili ſecundùm magnitudinem. & aduertendum eſt, quòd quanquam indiuiſibile non mouetur per ſe ſolitariè; tamen poteſt moueri per accidens, in quantum eſt in aliquo ſubiecto, quod mouetur.

MOTVM diuidi ad diuiſionem mobilis vult Phil. in tex. 33. gloſſat. Burl. quod motum diuidi ad diuiſionem mobilis poteſt intelligi dup. primò, quod pars poſt partem moueatur, & hoc eſt impoſsibile de aliquo continuo, quod ſecundum ſe totum mouetur. Secundò poteſt intelligi comparando motum ſolum ad ſubiectum, in quo eſt. & ſic motus diuiditur ad Qu. 15.

diuiſionem mobilis, in quo eſt, ſicut albedo ad diuiſionem ſubiecti, in quo eſt.

Qu. 16. ILLVD tempus, in quo aliquid primò mutatũ eſt eſſe indiuiſibile narrat Ariſt. tex. 44. inſtant multi dicentes, quod ſi id, ad quod aliquid mutatum eſt, eſt diuiſibile; ergo & illud in quo. ad hanc quæſtionem ait Iand. quòd illud tempus, in quo aliquid primò mutatum eſt indiuiſibile eſt, & intelligit illud, in quo primùm mutatum eſt, in quo non eſt mutatum ratione vnius partis ſolùm. & ait Egid. poteſt dici mutatum eſſe in tempore: quia mutatum eſt in inſtanti, quod eſt aliquid temporis. ſed tunc non primò mutatum eſt in tempore. Iauel. in Q. 8. ait, quòd id, ad quod aliquid primò mutatum eſt, poteſt dup. cõſiderari: primò ſecundùm ſe: ut ſic contingit ipſum eſſe diuiſibile: ſecundò quantùm ad receptionem in eo, quod mutatur, ſumendo receptionem pro fine acquiſitionis formæ, vel rei, ad quam eſt motus, & ſic eſt indiuiſibile. Philo. autem conſiderat quò ad receptionem.

Qu. 17. IN motu non eſſe primum mutatum eſſe à parte antè aſſerit Phi. in tex. 46. quod videtur eſſe falſum: quoniam datur primũ mutatũ à parte finis motus: ergo cur non & in principio? reſpondet Tat. quòd duplex eſt mutatum eſſe; quia quoddam eſt completum quod nihil aliud eſt, quàm terminus totius motus. & hoc modo eſt dare primum mutatum eſſe. aliud eſt incompletum, quod eſt vnitiuum partium motus adinuicem. & hoc pacto in motu non eſt dare tale mutatum eſſe: cum non ſit dabilis prima pars ipſius motus, ſaltem diuidendo motum per partes eiuſdem proportionis; cum ante omnem partem motus ſit aliqua pars motus. Iauel. ſentit, quòd per primum mutatum eſſe poſſumus intelligere duo ex parte principij in motu: primò primam partem motus,

antequam ſit aſsignabilis prior, atque diuiſibilis in priorem, & poſteriorem ſecundò poſſumus intelligere aliquod indiuiſibile à quo initiatur motus, & ante quod nihil eſt de tali motu. Qua de re, in motu finito ex parte principij non eſt aſsignabile primum mutatum eſſe in primo ſenſu. Secundò, in motu finito ex parte principij eſt aſsignabile primum mutatum eſſe in ſecundo ſenſu. ſed illud indiuiſibile, à quo initiatur motus, & ante quod nihil eſt illius motus non poteſt dici proprio ſignificato primum mutatum eſſe; non enim in motu quodcunque indiuiſibile dicitur propriè mutatum eſſe, niſi ipſum præceſſerit totus motus, uel aliqua eius pars: nam eſſe motum, uel mutatum ſupponitur præciſè moueri, uel mutari. Iand. Q. 15. aſſerit, non eſſe in motu accipere primò mutatum eſſe ſuſcipiendo partem motus, ſecundùm quam aliquid mouetur: tamen ſi quod indiuiſibile, à quo motus initiatur. accipitur; nõ inconuenit aliquod primum mutatum eſſe in eo ſumi poſſe, quod pars motus minimè eſt.

DVBITAT *Egid. in tex. 49. utrum in motu in qualitate ſit dare primum mutatum eſſe. reſpondet, quòd qualitas, quæ per motum alterationis introducitur, dupliciter conſideratur, ſcilicet quantum ad eſſentiam, & quantum ad eſſe. quantum ad eſſentiam, & per ſe eſt quid indiuiſibile; & ſic non eſt dare primum, neq; ultimum ſi autem conſideretur quãtum ad eſſe, quod habet in materia; per accidens competit ei diuidi, & per conſequens eſſe primum mutatum eſſe in ea. Sumitur enim diuiſio ſecundùm intenſionem, & extenſionem, & ſicut qualitas eſt materia utroque modo diuiditur. prout autem in talibus motibus motus eſt continuus non eſt dare primum mutatum eſſe; ſed prout non habet ibi eſſe cõtinuitas, quodammodo eſt ibi dare primò mutatum eſſe: non autem* Qu. 18.

autem propriè eſt continuitas in motibus, prout qualitates diuiduntur ſecundùm extenſionem, &c.

Qu. 19. OMNE, quod ex quoddam in quoddam mutatum eſt, in tempore mutatum eſſe vult Phil. tex. 55. gloſſat hanc ſententiam Egid. ſic, quòd hic accipitur mutatum eſſe, non vt dicit terminum motus ſecundum: quia planum eſt, quòd tale mutatum eſſe menſuratur inſtanti. accipitur ergo hic mutatum eſſe, ut includit motum præcedentem, qui de neceſſitate menſuratur tempore.

Qu. 20. OMNE, quod factum eſt, uel generatum ut exponit D. Tho. neceſſe eſt fieri prius, & id quod fit antea factum eſſe, & ſimiliter, quod corrumpitur ſentit Phil. tex. 59. limitatur hanc ſententiam D. Thom. dicens, quòd in generatione ſecundum aliud eſt mutatum eſſe, & ſecundum aliud mutari: nam mutatum eſſe eſt ſecundum formam: mutari verò non ſecundũ negationem formæ, quæ non ſuſcipit magis, & minus ſecundũ ſe. ſed mutari eſt ſecundum aliquid adiunctum negationi quod ſuſcipit magis, & minus, quod eſt qualitas. & ideo generatum eſſe eſt terminus eius, quod alterari, & ſimiliter corruptum eſſe. & quia motus denominatur à termino ad quem; ipſum alterari, quia habet duos terminos, ſcilicet formam ſubſtantialem, & qualitatem, dupliciter nominatur; poteſt enim dici & alterari, & fieri, et corrumpi & hoc modo accipi fieri, & corrumpi pro ipſo alterari ſecundum quòd terminatur ad eſſe, uel non eſſe. & addit Ariſt. Quæcunque tamen ſunt diuiſibilia, & continua: quod quidem dixit, ut Auer. placet ad excludenda quædam, quæ indiuiſibiliter fiunt abſque motu continuo, ut intelligere, & ſentire, qui non dicuntur motus niſi æquiuocè. uel poteſt dici, quod hoc Philo. addidit, ut accipiatur generatio cum toto motu continuo præcedente. ſed id, quod fit prius factum

ctum eſſe diuerſimodè inuenitur in diuerſis, quædã enim ſunt ſimplicia, quæ habent ſimplicem generationem, ſicut aer, aut ignis. & in his non generatur pars ante partem; ſed ſimul generatur, & alteratur totum, & partes: & in talibus, id quod factum eſt, ipſummet prius fiebat: & quod fit ipſummet prius factum eſt propter continuitatem alterationis præcedentis. quædam ſunt compoſita ex diſſimilibus partibus, quorum pars generatur poſt partem, ſicut in animali prius generatur cor, & in domo fundamentum, & in his quod fit, prius factum eſt, non ipſummet; ſed aliquid eius. uerum quia oportet deuenire ad aliquam partem, quæ tota ſimul ſit neceſſe eſt, ut in aliqua parte id quod ſit factũ, ſecũdũ ſit aliquem terminum acceptum in alteratione præcedenti: ſicut dum generatur animal; iam factum eſt cor: & dum generatur cor; iam factum eſt aliquid, non quidem aliqua pars cordis, ſed aliqua alteratio facta eſt ordinata ad generationem cordis. multa ex his narrat Burl. auctoritate Auer. & Egid. & addit, quòd hic concluſiones ſunt veræ, & ſufficienter demonſtratæ in factione, & corruptione in continuis. ſed in non continuis, cuiuſmodi eſt factio, uel deſtructio domus non debent intelligi.

*DVBITAT Egid. tex. 86. ubi Ariſt. ait, & nanque partium motus alij ſunt ſecundum, quòd par*tium, an partes moueantur per ſe. reſpondet, quòd cũ partes non ſint niſi in potentia in toto, & cum partes ſecundùm, quòd huiuſmodi non habeant eſſe per ſe; per ſe moueri non poſſunt. licet ergo partes moueã tur per accidens; non tamen ſic per accidens, ut accidentia, & formæ, quæ nullo modo per ſe mouentur; unde motus partium non eſt omnino per accidens.* Qu. 21.

OMNE quod ſtat, cum ſtat, moueri vult Phi. tex. 67. attamen hoc uidetur falſum: ſequeretur Qu. 22.

retur enim quòd quies eſſet motus. ſoluit Burl. quòd Philo. per ſtare intelligit tendere ad quietem. unde ſtare, & moueri ſunt idem ſubiecto, & duo ſecundum modum. Auer. aſsignat duplicem differentiam inter ſtatum, & motum. prima eſt quòd ſtare dicitur reſpectu quietis; ſed moueri reſpectu formæ ſecunda, quòd ſtare dicitur reſpectu habiti; ſed moueri reſpectu habendi. & ſic ſunt unum ſecundum ſubiectum; quia prædicantur de eodem ſubiecto; nam eadem transmutatio & eſt motus, & eſt ſtatus. ſed differunt ſecundum modum; quia ſtatus dicitur reſpectu quietis, & motus reſpectu formæ.

ARISTO-

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI EX AVER.

A tex. 1. uſque ad 9. declarat omne motum habere motorem.
A tex. 9. ad 14. narrat omnia mota in loco reduci ad primum motum.
A tex. 14. ad 21. diſſerit quomodo omnis motus eſt ſimul cum eo, quod mouet in loco.
A tex. 21. uſque ad finem oſtendit, qui motus ſint comparabiles.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

OMNE motum ab alio moueri proponit Ariſt. dicens [omne quod mouetur] & hoc probat dupliciter. primò ſic [ſi igitur in ſeipſo non habet princip.] ſecundò [amplius id quo ad ſeipſum.]

OMne, quod mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri. ſi igitur in ſeipſo non habet principium motus; manifeſtum eſt, quod ab altero mouetur. ſi autem in ſeipſo; accipiatur in quo A B quod moueatur, ſi non ex eo,

quia

quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari A B à ſeipſo moueri, propterea quòd totum mouetur, & à nullo externorum, ſimile eſt ac, ſi quis ipſo D E mouente ipſum E F, & illo moto opinetur D E F à ſeipſo moueri propterea quòd non intuetur utrũ ab utro moueatur vtrum D E ab E F, an E F ab ipſo D E.

Tex. 2. ¶ Amplius id, quod à ſeipſo mouetur, nunquã ceſſabit moueri; propterea quòd aliquid aliud ſtetit, quod mouebatur. Neceſſe eſt ergo, ſi quid deſinat moueri eò, quòd aliud aliquid ſte tit; hoc ab altero moueri. hoc autem, cum manifeſtum factum ſit, neceſſe eſt omne, quod mo uetur, moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptũ eſt A B moueri; diuiſibile erit; omne enim, quod mouetur diuiſibile eſt. diuidatur igitur in C. neceſſe eſt igitur, B C quieſcente, quieſcere & A B. ſi enim non; accipiatur moueri. B C igitur quieſcente mouebitur vtique A C. nõ ergo mouetur per ſe A B ſed ſupponebatur, per ſeipſum moueri primùm. manifeſtum eſt igitur, quòd C B quieſcente, quieſcet & B A, & tunc de ſinet moueri. ſed, ſi quid ex eo, quia aliud quieſcit, ſtat, & ceſſat moueri; hoc ab altero mouetur. manifeſtũ eſt igitur, quòd omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur: diuiſibile enim eſt. omne, quod mouetur: & parte quieſcente, quieſcet totum.

EXPLANATIONES.

A B altero] *.ſ. extrinſeco* [*in quo*] *.i. mobile* [*utrũ ab utro moueatur*] *.i. quæ pars ſit mouens, & quæ mota.*

Summa,

Summa, & diuiſio in cap. 2.

IN mouentibus, ac motis in infinitum non procedi, ſed primum, ac motorem dari tum oppoſito, tum ſimpliciter probabitur. ſecatur in duas partes hoc caput. in prima proponit dicens [quoniam autem omne] concludit, quod erit aliquid quod primò cauſa erit motus. in ſecunda probat propoſitum ſ. non procedi in infinitum, ubi ait [ſi enim non ſit infinitum] & quia aliqua ſuppoſuit, probat illa ſic eſſe ibi [ſic igitur videtur] denique oſtendit prædictam rationem habere efficaciam & ex ſuppoſitione, & ſimpliciter, ubi inquit [ſed ſi id quod mouetur.]

QVoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur; neceſſe eſt & omne, quod mouetur in loco, moueri ab alio: & id igitur, quod mouet, ab altero; quoniam & ipſum mouetur, & rurſus hoc ab altero. non aũt in infinitum abibit: ſed ſtabit alicubi, & erit aliquid, quod primò cauſa erit motus. ¶ Si enim non, ſed infinitum procedat; ſit A quidem id, quod ab ipſo B mouetur, B verò ab ipſo C, C autem ab ipſo D, atque hoc igitur modo in infinitũ procedat. quoniam ergo ſimul & ipſum mouens mouetur; manifeſtum eſt, quòd ſimul mouebitur & A, & B: cũ enim mouetur ipſum B; mouebitur & A: & cum mouetur B; & ipſum C: & cum C; ipſum D. erit igitur ſimul & motus ipſius A, & ipſius B, & ipſius C, & reliquorum cuiuſque. & accipere igitur vnumquodque ipſorum poterimus: etenim, ſi vnũquodque ab vnoquoque mouetur; non minus vnus numero eſt cuiuſque motus, & non infinitus extremis: quoniam quod mouetur, omne

Tex. 3.

Tex. 4.

Tex. 5. ex quodam in quiddam mouetur. ¶ Aut enim numero accidit eundem eſſe motum, aut genere, aut ſpecie. Numero igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero in eodem tempore numero fit; vt ex hoc albo, quod eſt vnum numero, in hoc nigrum ſecundùm hoc tempus, quod eſt vnum numero: ſi enim ſecundùm aliud; non amplius vnus erit numero, ſed ſpecie. Genere autem idem eſt motus, qui in eodem prędicamento ſubſtantiæ, vel alterius generis eſt. Specie autem, qui eſt ex eodem ſpecie in idem ſpecie: vt ex albo in nigrũ, aut ex bono in malum. hæc autem dicta ſunt

Tex. 6. & in prioribus. ¶ Accipiatur igitur motus ipſius A, & ſit in quo E, & ipſius B, in quo F, & ipſius C, & D, in quo G, & H, & tempus, in quo moueatur A, ſit K: determinato autem motu ipſius A, determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod eſt K: ſed in eodem tempore mouebatur A, & B, & reliquorum vnumquodque. accidit ergo motum E F G H, infinitũ exiſtentem, in tempore finito moueri, quod eſt K. in quo enim A mouebatur, & quæ poſt A conſequenter ſunt, omnia mouebantur infinita exiſtentia quare in eodem mouentur: etenim aut æqualis erit motus ipſius A motui ipſius B, aut maior. refert autem nihil: prorſus enim infinito motui in tempore finito accidit moueri, hoc autem impoſſibile eſt. ¶ Sic igitur videbi-

Tex. 7. tur demonſtrari id, quod ab initio diximus; nõ tamen demonſtratur; propterea quod nullum inconueniens accidit: contingit enim in tempore finito infinitum motum eſſe, non autem eundem, ſed alterum, & alterum, multis motis, & infinitis, quod quidem accidit & in ijs, quæ

nunc

nunc diximus.¶Sed,ſi id,quod mouetur primò Tex. 8.
ſecundùm locum , & corporali motu , neceſſe
eſt tangere,aut continuum eſſe mouenti,vt vi-
demus in omnibus hoc contingere;erit ex om
nibus vnum ipſum totum,aut cõtinuum. Hoc
igitur poſſibile accipiatur,& ſit magnitudo qui
dem,aut continuum,in quo A B C D. huius au
tem motus E F G H. refert autem nihil finita
ſit,an infinita: ſimiliter enim in tempore finito
K mouebitur,aut finita,aut infinita. horum au
tem vtrunque impoſſibile eſt . ¶ Manifeſtum Tex. 9.
eſt igitur,quòd ſtabit aliquando,& non in infi-
nitum abibit,quod ſemper ab altero ; ſed erit
aliquid,quod primum mouebitur.Nihil autem
referat,ſuppoſito quodam,hoc demõſtrari: eo
enim quod eſſe poteſt,poſito, nullum inconue
niens oportebat accidere.

EXPLANATIONES.

*S I enim non] .ſ.concedatur, quod ſit aliqua cau-
ſa prima motus [& A,& B].i.mouens & ipſum mo
bile[extremis].i.per priuationem ultimorum [ſecun
dum aliud] .ſ.tempus[accipiatur igitur] .ſ.quod ſi-
mul moueatur & mouens,& motum,& quòd poteſt
accipi motus vniuſcuiuſque mobilium tanquàm fini-
tus, & unus[quod ab altero] ſcilicet mouetur.*

Summa,& diuiſio in cap. 3.

*I N motu locali & alterationis mouens eſſe ſi-
mul cum eo,quòd mouetur,monſtrat Ariſt. proponit
ibi [primum autem mouens] deinde probat hoc: ſed
primò enumerat ſpecies motus eas definiendo , ubi
ait[quoniam autem tres ſunt motus] deinde demon-
ſtrat eſſe uerum in motu locali ſic [primum igitur]
poſtea narrat modos,qui ſunt quatuor.ſ.pulſio , tra-*

 ctio,

ctio, uectio & uertigo, quibus aliquid mouetur ab altero, & proponit ſic [quod autem ab alio] & ait mouens eſſe ſimul cum motu in pulſione his uerbis [pulſionis igitur] in vectione ſic [uectio autem] in tractione dicens [tractio autem] in uertigine ibi [uertigo autem componitur] hi quatuor motus reducuntur ad pulſum, & tractum, ubi inquit [manifeſtum igitur] & probat ſic [hoc manifeſtum eſt] in motu autem alterationis alterans, & alteratum ſimul eſſe proponit dicens [at uerò neque inter id, quod alteratur] & probat dupliciter, primò [hoc autem manifeſtum eſt ex inductione] ſecundò [quale .n. alteratur] & aſſerit in alteratione ſenſus alterans, & alteratum eſſe ſimul, ubi inquit [huic enim aer continuus] probat idem in motu augumenti, & decrementi ſic [& id, quod augetur.]

PRimùm autem mouẽs, non vt id, cuius cauſa; ſed vnde principium motus eſt ſimul cũ eo, quod mouetur. Simul autẽ dico; quia nihil inter ipſa eſt hoc.n.cõe eſt in omni, qđ mouetur, & quod mouet.

Te. 10. ¶Quoniã autẽ tres ſunt motus, & is, qui ſecundũ locũ, & qui ſecundũ quale, & qui ſecundùm quãtum; neceſſe eſt, & ea quæ mouentur, tria eſſe. qui quidem eſt ſecundum locum; Latio: qui verò ſecundùm quale, Alteratio: qui verò ſecundùm quantum, Augmentatio, & Diminutio. Primùm igitur de latione dicamus: hæc enim primus motuum eſt. Omne itaque, quod fertur, aut ipſum à ſeipſo mouetur, aut ab altero. Si igitur à ſeipſo; manifeſtum eſt, quòd, cum in ipſo mouens ſit, ſimul erit mouens, & quod mouetur, atque nihil inter ipſa erit. Quod autem ab alio mouetur, quadrifariam mouetur: motus enim ab altero quatuor

tuor ſunt, Pulſio, Tractio, Vectio, Vertigo: etenim alios omnes ad hos reduci congruum eſt. Pulſionis igitur alia quidem eſt impulſio, alia vero expulſio. Impulſio igitur eſt, cum mouẽs, id, quod mouetur, non relinquit. Expulſio verò, quando expellens relinquit. Vectio autem in tribus erit motibus: nam quod vehitur, non ſecundùm ſe mouetur; ſed ſecundùm accidẽs: ex eo enim mouetur, quia in eo, quod mouetur, eſt, aut ſupra id, quod mouetur, id, autem, quod vehit, mouetur aut pulſum, aut tractum, aut vertigine actum. manifeſtum eſt igitur, ꝙ vectio in tribus erit motibus. Tractio autem, aut cum ad ſeipſum, aut ad alterum velocior eſt motus trahentis, nõ ſeparatus a motu eius, quod trahitur: etenim ad ſeipſum eſt tractio, & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eædẽ ſpecie ad has reducentur, vt Inſpiratio, & Expiratio, & Sputatio, & quæcunque corporum excretiuæ aut receptiuæ ſunt, & ſpathatio etiam, & Radiatio: horum enim aliud quidem congregatio eſt, aliud verò diſgregatio; & omnis itaque motus ſecundùm locum congregatio, & diſgregatio eſt. Vertigo autem componitur ex tractione, & pulſione: id enim quod mouet, pellit hoc: trahit autem illud. Manifeſtum igitur eſt, quòd, ſi ſimul pellens, & trahẽs eſt cum eo, quod pellitur, & eo, quod trahitur: nihil eſt medium inter id, quod mouet, & id quod mouetur. Hoc autem manifeſtum eſt ex dictis: nam pulſio aut à ſeipſo, aut ab alio ad aliud motus eſt: Tractio autem ab alio ad ſeipſum, aut ad aliud. Ad hæc autem Compulſio, & Depulſio. Proiectio autem, quando uelocior motus fit eo, qui eſt ſecundùm naturam eius,

quod fertur, vehementiore facta pulſione, & couſque facta accidit ferri, quouſq; uehementior ſit motus eius, quod fertur. Manifeſtum eſt igitur, quod id, quod mouetur, & mouēs ſimul
Te. 11. ſunt, & nihil inter ipſa medium eſt. ¶ At verò neque inter id, quod alteratur, & alterans quippiam medium eſt. hoc autem manifeſtum eſt ex inductione. In omnibus enim ſimul eſſe accidit alterans vltimum, & primum, quod alteratur; quale enim alteratur, ex eo, quia ſenſibile eſt. Senſibilia autem ſunt, quibus differunt corpora à ſe inuicem; vt grauitas, leuitas, duritíes, mollities, ſonus, ſilentium, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, ſiccitas, denſitas, raritas, & horum media. ſimiliter autem & alia, quæ ſub ſenſibus ſunt, quorum eſt & calor, & frigus, & lenitas, & aſperitas: hæc enim ſunt paſſiones ſubiectæ qualitatis: his enim differunt ſenſibilia corpora, aut ſecundū horum aliquid magis, & minus, & quia patiuntur aliquid horum: nam, quia calefiunt, aut frigefiunt, aut dulceſcunt, aut amaricantur, aut ſecundùm aliquid aliud prædictorum: ſimiliter & animata corpora, & inanimata, & animatorum partes quæcunque ſunt inanimatæ.
Te. 12. ¶ Atque etiam ipſi ſenſus alterantur: patiuntur enim: actus enim ipſorum motus eſt per corpus, patiente aliquid ſenſu. Secundùm quæ igitur inanimata alterantur, & animata, ſecundū hæc omnia alterantur: ſecundùm autem, quæ animata alterantur, ſecundùm ea non alterantur inanimata: ſecundùm enim ſenſus non alterantur: & latet inanimata, cum alterantur, nihil autem prohibet & latere animata, cum alterantur: quando non ſecundum ſenſus accidit

ipſis alteratio. Si igitur ſenſibiles quidem paſſiones ſunt, per has autem alteratio eſt: hoc iã manifeſtum eſt, quod patiens, & paſſio ſunt ſimul, & inter hæc medium nihil eſt: huic enim aer eſt continuus, aeri autem coniungitur corpus, & ſuperficies quidem ad lumen terminatur, lumen autem ad viſum. ſimiliter autem & auditus, & odoratus ad mouens ipſos primum. eodem autem modo ſimul & guſtus, & ſapor eſt. ¶ Similiter autem & inanimatis, & inſenſibilibus: & id, quod augetur etiam, & augens: appoſitio enim quędam eſt Augmentatio. quare ſimul ſunt & quod augetur, & augens. & Diminutio quoque: diminutionis autẽ cauſa eſt ablatio quædam. Manifeſtum eſt igitur, quòd inter mouens vltimum, & quod mouetur primum, nihil eſt in medio conſiſtens eius, quod mouet, & eius, quod mouetur. Te. 13.

EXPLANATIONES.

PRIMVM].i. immediatum mobili, & non primum in ordine mouentium [in tribus erit motibus] ſ. alijs [ad ſeipſum, aut alterum] quia contingit eſſe tractionem ad ipſum attrahentem, & ad alterum in motibus voluntarijs [ſubiectę qualitatis]. i. contenta ſub genere qualitatis inanimatę]. i. non ſenſitiua [huic]. ſ. ſenſui, puta viſui.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

QVAECVNQVE alterantur, quòd non ſint primæ, vel quartæ ſpeciei qualitatis; ſed ſecundum ſenſibiles tantùm alterantur, & quòd alterationes non ſint circa animæ habitus, & diſpoſitione i oſtendit. proponit primum dicens [quod autem, et ea] probat propoſitum [aliorum enim] probat quod

ſuppoſuit, primò quòd non ſit alteratio in quarta ſpecie qualitatis duabus rationibus, prima eſt [id.n.ex quo forma ſtatuæ] ſecunda [amplius & aliter] ſecundò, quòd neque in prima ſpecie qualitatis his uerbis, [neque.n.in habitibus]. Quòd autem alterationes non ſint circa animi habitus, & diſpoſitiones. proponit ita, [neque igitur] & primò probat quò ad partem ſenſitiuam, deinde quò ad intellectiuam. quò ad primam ibi [uirtus enim perfectio,] quòd tranſmutatio uirtutis, & malitiæ conſequitur aliquam alterationem, duplici ratione, prima eſt [quòd autem alteretur aliquid] ſecunda [& in totam moralem uirtutem] alterationem non eſſe in anima intellectiua dup. demonſtrat, primò [ſciens enim] ſecundò [neque itaq; actus generatio] & ultimò declarat, quòd in acceptione ſcientiæ non eſt generatio. dicens [quæ autem à principio acceptio ſcientiæ.

Te. 14. QVòd autem ea, quæ alterantur, & omnia à ſenſibilibus alterantur, & ſolum horũ alteratio eſt, quę ſecundùm ſe dicuntur
Te. 15. pati ab his, ex his conſiderabimus. ¶ Aliorum enim maximè vtique quis exiſtimabit in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem eſſe: videtur enim eſſe alteratio. Non eſt autem neque in his; ſed fiunt, cum quędam alterantur, hæc: nam denſata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia: alteratio autem non eſt: id enim ex quo forma ſtatuæ eſt, non dicimus formam, neque id, ex quo figura pyramidis eſt, aut lecti: ſed denominãtes hoc quidem æneum, illud verò cereum, aliud autem ligneum; hoccine; quod alteratur dicimus: æs enim humidum eſſe dicimus aut calidum, aut

durum

durum:& nō ſolum ſic, ſed et ipſum humidū, & calidum æs, æquiuocè dicentes cum paſſione materiam. Quoniam igitur ex quo quidem forma,& figura, & quod factum eſt,ęquiuocè non dicitur cum figuris,quę ex illo ſunt:quod autem alteratur, cum paſſionibus ęquiuocè dicitur; manifeſtum eſt, quod in ſolis ſenſibilibus alteratio eſt. ¶Amplius & aliter inconueniens eſt: dicere enim hominem alteratum eſſe, aut domum,quæ accepit finem,ridiculum eſt ſi perfectionem domus parietem, aut tegulam dixerimus alterationem eſſe,& cum parietibus clauditur domus,aut tegula tegitur, alterari domum. Te. 16. ¶Manifeſtum autem eſt, quod alteratio non eſt in ijs,quæ fiunt: neque enim in habitibus: habitus enim uirtutes, & uitia ſunt.virtus autem omnis,et vitium eorum,quę ad aliquid,ſicut ſanitas quidem calidorum, & frigidorum cōmenſuratio quædam eſt,aut eorum,quæ ſunt intrà,aut ad continens. ſimiliter autem & pulchritudo, & robur eorū ſunt, quæ ad aliquid ſunt:diſpoſitiones enim quædā eius,quod præſtantiſſimum eſt, ad optimum ſunt.dico autem præſtantiſſimum, quod cōſeruat,& diſponit circa naturam. Quoniam ergo virtutes quidem,& uitia ſunt ad aliquid: hæc autem neque generationes ſunt, neque ipſorū eſt generatio,neque omnino alteratio; manifeſtum eſt,quòd nō eſt omnino ipſa alteratio circa habitus. Te. 17. ¶ Neque igitur circa animæ uirtutes: & vitia: Virtus enim perfectio quædam eſt:vnumquodque enim tunc maximè perfectum eſt;cùm adeptum eſt propriam uirtutem & maximè ſecundū naturam:ut circulus tunc maximè ſecundùm naturam eſt; cum maximè Te. 18.

circulus eſt. Vitium autem corruptio horum, & remotio eſt. ¶Fit igitur cum alteratur quippiam, & acceptio virtutis, & uitij abiectio: alteratio tamen horum neutrum eſt. Quòd autem alteretur aliquid manifeſtum eſt: uirtus enim aut impaſſibilitas quædam eſt, aut paſſiuũ ſic, vitium autem paſſiuum, aut cõtraria paſſio uirtuti. Et in totum, moralem uirtutem in uoluptatibus, & triſtitijs eſſe accidit: aut enim ſecũdùm actum voluptas eſt, aut per memoriã, aut per ſpem. Si igitur ſecũdùm actum; ſenſus cauſa eſt: ſi autem per memoriam, aut per ſpem; ab ipſo eſt: aut enim ſimilia paſſi ſumus iis, qui reminiſcuntur voluptatis, aut ſimilia patiemur ſperantibus. ¶At verò neque in intellectiua parte animæ eſt alteratio: ſciens enim maximè eorum, quæ ad aliquid dicitur. Hoc autem manifeſtum eſt. Secundùm enim nullam potentiam motis, fit in nobis ſcientia; ſed cum extiterit aliquid: ex ea enim, quæ eſt ſecundũ partem experientia, vniuerſalem accipimus ſcientiam. Neq; itaque actus generatio eſt; niſi quis & reſpectionem, & tactum generationes dicat tale enim eſt actus. quæ autem à principio acceptio ſciẽtię, nec eſt generatio, nec alteratio: nam, quia quieta eſt, reſidetque anima; ſciens fit, & prudens. Vt igitur, neque cum dormiens excitatus eſt aliquis, aut ebrius eſſe deſijt, aut ægrotans reualuit; factus eſt ſciens, quamuis prius non poterat uti, & ſecundùm ſcientiam agere: ſed abeũte perturbatione, & ad trãquillitatem veniente mente inerat potẽtia ad ſciẽtiæ vſum. ſic vtique huiuſmodi aliquid fit id; quod eſt à principio, in ſcientiæ exiſtentia: perturbationis enim quies quędam eſt, & trãquillitas,

Te. 19. Te. 20.

litas. Neque igitur pueri poſſunt quid diſcere, neque iudicare ſenſibus, ſimiliter atque ſeniores: multa enim perturbatio circa ipſos fit, & motus. Sedantur autem, & deſinunt perturbari aliquādo quidem à natura, aliquando uerò ab alijs. in vtriſq; autem his alterari aliquid accidit; ſicuti cum excitatur, & fit uigilans ad actum. Manifeſtum eſt igitur, quod alteratio in ſenſibilibus eſt, & in ſenſibili parte animæ; in alia autem nulla, niſi ſecundùm accidens.

EXPLANATIONES.

A ſenſibilibus] .i. ſecundum qualitates ſenſibiles [non eſt]. ſ. alteratio [hac]. ſ. fiunt [non eſt] .ſ. n prædictis [forma] .ſ. quæ dat eſſe ſpecificum artificiato [figura] ſ. quæ terminat quantitatem [non dicimus] .ſ. principaliter [æquinocè] .i. non æqualiter [in habitibus] .ſ. corporeis [quæ ſunt intra] .i. humores, ex quibus componitur corpus [ad continens] ideſt ad totum corpus, uel ad aerem continentem [ad optimum] .i. ad finem, qui eſt operatio [alterationem] id eſt alteratio propriè dicta [actus] ideſt ſcientię, quæ eſt conſideratio.

Summa, & diuiſio in cap. 5.

QVAESTIONE propoſita, utrum omnis motus omni motui comparabilis ſit, bonæ comparationis conditiones declarat. poſtea motus tam genere diuerſi, quam idem adinuicem quomodo comparentur, deque generis pluralitate, ac ſpeciei unitate plura dicuntur. quæſtionem proponit ſic [dubitabit autem aliquis] obiicit ad poſitam dubitationem duobus modis, primò ibi [at cum in æquali tempore] ſecundò [in circulo autem] & excludit quandam cauſam dubitationem dicens [amplius nihil differt].

poſtea

poſtea ſoluit dubitationem propoſitam inquirendo, cui aliquid ſit comparabile. Et tria requiruntur ad comparationem, primò [ſed quæcunq; non ſunt æquiuoca] ſecundum [an quia in alio primo] tertium [ſed non ſolum oportet comparabilia] quomodo autem comparetur motus uel idem, uel diuerſi genere, explicat tripliciter. primò in communi, ſecundò comparando motus diuerſorum generum, tertiò comparando motus unius generis adinuicem. primum aſſerit dicens [ſic etiã circa motum] ſecundum [ſi autẽ aliud quidem] tertium [quia ſi quæ in æquali tempore] denique concludit motus non eſſe comparabiles niſi eiuſdem ſpeciei ubi ait [quia quæ in æquali tempore.]

Te. 21. DVbitabit autem aliquis, utrum omnis motus omni comparabilis eſt, an non. Si igitur omnis comparabilis eſt, & æquè uelox eſt, quod in æquali tempore per æquale mouetur; erit circularis quædam æqualis rectæ, & maior etiã, & minor. Amplius alteratio, & latio quædam æqualis erit; cùm in æquali tempore aliud alteratum ſit, aliud verò latum. erit ergo paſſio æqualis longitudini. ſed impoſſibile eſt. At, cùm in æquali tempore per æquale mota fuerit: tũc æquè uelox eſt: æqualis autem non eſt paſſio omnis longitudini. quare non eſt alteratio lationi æqualis: aut minor: quare nõ omnis comparabilis eſt.

Te. 22. ¶In circulo autem, & recta, quomodo accidet? Inconueniens enim eſt, niſi ſit circulariter ſimiliter hoc moueri, & hoc ſuper rectam ſed confeſtim neceſſe eſt aut uelocius, aut tardius: vt, ſi hoc decliue ſit, hoc autem accliue.

Te. 23. ¶Amplius nihil differt in ratione, ſi quis dicat neceſſarium eſſe confeſtim uelocius, aut

tardius

tardius moueri. erit enim maior, & minor circularis recta: quare & æqualis. Si enim in A tempore, hoc quidem lineam B tranſit, illud vero lineam. C. maior erit linea B linea C. ſic enim, quod velocius eſt, dicebatur. ergo, ſi & in minore æquale velocius eſt. quare erit aliqua pars ipſius A, in qua B circuli partem æqualem tranſibit, & illud in toto A lineam C. ¶ At verò, ſi ſunt comparabilia; accidit id, quod nuper eſt dictũ, eſſe æqualem rectã circulo. ſed comparabilia non ſunt: neque igitur ipſi motus. Sed quæcunque non ſunt æquiuoca, omnia comparabilia ſunt. veluti, cur comparabile non eſt, utrum acutius ſit ſtylus, an vinum, aut vltima: quia enim æquiuoca ſunt; non comparantur. ſed vltima ipſi, quæ eſt iuxta vltimam comparabilis eſt: quoniam idem ſignificat acutum in vtriſque. ergo non idem velox, hic, & ibi: multo autem adhuc minus in alteratione, & latione. ¶ An primùm quidem hoc non verum eſt, quòd, ſi nõ ſint æquiuoca, comparabilia ſunt: Multũ enim idem ſignificat in aqua, & aere, & comparabilia non ſunt. Si autem non; duplum quidem idem (duo enim ad vnum (& non comparabilia ſunt. ¶ An & in his eadem ratio: etenim & multum æquiuocũ eſt: ſed quorundã & rationes æquiuocè ſunt. vt, ſi dicat aliquis, quòd multum eſt tantum, & adhuc aliud tantum, & ęquale æquiuocum. & vnum quoque, ſi contingit, confeſtim æquiuocum. ſi autem hoc; & duo. ¶ Verum propter quid alia comparabilia ſunt, alia verò non; ſi vna quidem eſt natura? An, quia ſunt in alio primo ſuſceptiuo? equus igitur, & canis comparabilia ſunt, vtrum albius; in quo enim primo

Te. 24. Te. 25. Te. 26. Te. 27.

mo idem eſt, ſuperficies: & ſecundùm magnitudinem ſimiliter. aqua autem, & uox non in
Te. 28. alio nanque. ¶ An manifeſtum eſt, quòd erit ſic quidem omnia unum facere. in alio autem dicere vnum quodq; eſſe, & erit idem æquale, &
Te. 29. dulce, & album; ſed in alio. ¶ Amplius, ſuſcepti uum non quoduis eſt, ſed vnum vnius primũ. Sed non ſolum oportet comparabilia non ęqui uoca eſſe; ſed & nõ habere differentiam, neq; quod, neq; in quo. dico autem, vt color habet diuiſionem. Non ergo eſt comparabile ſecundum hoc, vt vtrum coloratum ſit magis album quàm nigrum: hæc enim comparantur, non ſecũdùm aliquem colorem, ſed quatenus color eſt, ſed ſecũdùm albedinem. Sic & circa motũ, æque velox, quòd in æquali tempore mouentur per æquale, tantum longitudinis in hoc.
Te. 30. ¶ Si autem aliud quidem alteratum eſt, aliud verò latum; æqualiſne erit hæc alteratio, & æquè velox lationi? ſed inconueniens eſt. cauſa autem, quia motus habet ſpecies. quare, ſi quæ in æquali tempore lata ſunt per ęqualem longitudinem, ęquè velocia erunt æqualis recta, & circularis. Vtrum ergo cauſa ſit, quia latio genus ſit. an q̃a linea genus? tempus enim ſem per idem impartibile ſpecie An ſimul illa ſpecie differũt? etenim latio ſpecies habet; ſi illud, ſuper quod mouetur; ſpecies habeat. Amplius autem, ſi ꝑ quod: vt ſi pedes; ambulatio: ſi alæ; volatio. An non. ſed figuris latio eſt. Quare quæ in ęquali tempore mouentur per eandem magnitudinem, ęquè velocia ſunt. eandem autem indifferentem ſpecie, & motu indifferentẽ ſpecie. ¶ Quare hoc conſiderandũ, quę ſit differen
Te. 31. tia motus. Et ſignificat ſermo iſte, quòd genus

non

non unũ quid eſt, ſed ab hoc latẽt multa. Sunt autem æquiuocationum aliæ quidem multum diſtantes, aliæ autem habentes quandam ſimi litudinem. aliæ vero propinquæ aut genere, aut ſimilitudine rationis. quapropter non vidẽ tũr æquiuocationes eſſe; cùm ſint. Quando igitur altera eſt ſpecies; ſi idem in alio, aut ſi aliud in alio? Et quęnam diſinitio, aut quo diſcernemus quòd idem eſt album, & dulce, aut aliud; ex eo ne quia in alio uidetur alterum, an qui omnino non idem? ¶ De alteratione autem quomodo eſt æquè velox alteri altera? Si itaque eſt ſanari alterari, eſt autem hunc quidem velociter, illum autem tardè ſanari, & ſimul quoſdam; quare eſt alteratio æquè velox: in æquali enim tempore alteratum eſt. Sed quid alteratum eſt? æquale enim hic non dicitur: ſed vt in quantitate æqualitas, ita hic ſimilitudo. Sed ſit idem, quod mutatur in ęquali tempore ęquè velox. Vtrum ergo eo, in quo paſſio, an paſſione oportet comparare? hic igitur, quòd ſanitas eadem ſit, eſt accipere, aut quòd neque magis, neque minus, ſed ſimiliter exiſtit. Si autem ex altera paſſio ſit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id, quod ſanatur; his nihil ineſt idem, neque æquale, neque ſimile, vt iam hæc ſpecies faciunt alterationis: & non eſt vna, vt neque latio. quare conſiderãdum eſt, quot ſunt ſpecies alterationis, & quot lationis. Si igitur quæ mouentur, ſpecie differunt, quorum ſunt motus ſecundùm ſe, & non ſecundùm accidens; & motus ipſi ſpecie differunt: ſi autem genere; genere: ſi uerò numero; numero. ¶ Sed vtrum oportet ad paſſionem reſpicere, ſi eadem ſit, aut ſimilis; ſi æquè velo-

Te. 32.

Te. 33.

ces ſint alterationes? an ad id, quod alteratur? vt ſi huius quidem tale dealbatum ſit, huius autem tantum, an ad vtrunque? Et eadem quidem, aut alia paſſione, ſi paſſio eadem ſit: æqualis autem, aut inæqualis; ſi illud ſit inæquale.

Te. 34. ¶Et in generatione quoque, & corruptione idem cõſiderandum eſt, quomodo æque velox generatio eſt; ſi in æquali tempore generetur idem, & indiuiſibile; vt homo; ſed non animal. velocior autem, ſi in æquali aliud: non enim habemus aliquod duorum, in quibus ipſa diuerſitas, vt diſſimilitudo. Et, ſi eſt numerus ſubſtantia, maior, & minor numerus eiuſdem ſpeciei eſt. ſed eſt innominatum quod commune eſt, & utrunque, vt maior paſſio, aut excedens magis, quantum autem maius.

EXPLANATIONES.

RECTAE] ſcilicet lationi [poſſit] .i. paſſibilis qualitas [ſi ſint comparabilia] .i. motus rectus, & circularis [aut ultima] .i. vox ſuprema in melodijs [in his] .i. multo, & duplo [in alio] .ſ. receptiuo [quod erit ſic] ſcilicet ſi propter hoc ſolùm aliqua eſſent comparabilia; quia eſt ſubiectum indifferens [neque quod] .i. neque ex parte formæ, quæ recipitur [habet diuiſionem] ſcilicet in diuerſas ſpecies [in hoc] .i. ſecundùm mutationem eiuſdem ſpeciei [in figuris] ſed ſecundùm quandam figuram motus [& ſi eſt numerus ſubſtantia] ſcilicet ut putabant Platonici [utranq;] .ſ. diuerſitatem, quæ accidit maioritate, & minoritate numeri.

Summa, & diuiſio in cap. 6.

MOTVM omnem comparari docet. unde caput diuiditur in duas partes, in prima quomodo cõparentur

parentur motus locales. in ſecunda alij motus. in prima primò ponit ea mouentia, & mota dicens [quoniam autem omne mouens] deinde narrat regulas comparationis, quę ſunt tres. prima ſecundùm diuiſionem mobilis, quæ eſt [ſi igitur A] alia à parte mouentis ita [& ſi eadem potentia] & conſequenter excludit duas falſas comparationes, prima eſt [& ſi ipſum E ipſum F] ſecunda [ſi igitur ipſum A] tertia regula eſt ſecundum oppoſitam congregationem, quam narrat dicens [ſi uerò duo, & utrunque] in ſecunda parte ponit eaſdem comparationis regulas in alijs motibus his uerbis [ſecundùm igitur ſic eſt in alteratione] poſtremò declarat comparationes ueras ibi [in duplo duplum] & excludit falſam comparationem ſic [ſi autem alterans.]

QVoniã aũt mouẽs mouet ſemper aliquid, & in aliquo, & uſque ad aliquid. dico autem in aliquo: quia in tempore: vſq; ad aliquid autem: quia per quantam aliquam longitudinem; ſemper enim ſimul mouet, & mouit. quare quantum aliquid erit, per quod in motum eſt, & in quanto. ſi igitur A eſt mouens, B aut id, quod mouetur, per quam autẽ motum eſt, longitudo C, in quanto autem tempus, in quo D. In æquali igitur tempore æqualis potentia ipſi A dimidium ipſius B per duplam ipſius C mouebit: per C autem in dimidio ipſius D ſic enim erit proportio. ¶ Et, ſi eadem potentia idem in hoc tempore per tãtam mouet; & per dimidiam in dimidio mouebit: & dimidia virtus per dimidium mouebit in æquali tempore per æquale. vt ipſius A potentiæ ſit dimidia, quæ ipſum E, & ipſius B ipſum F dimidium. Similiter igitur ſe habet & ſecundum Te.35. Te.36.

dùm proportionem uirtus ad grauitatem. quare per æquale, & in æquali tempore mouebūt.
Te.37. ¶Et ſi ipſum E ipſum F mouet in ipſo D per ipſam C; non neceſſarium eſt in æquali tempore id, in quo E, duplum ipſius F mouere per dimidium ipſius C. Si igitur ipſum A ipſam B mouebit in ipſo D per tantam, quanta eſt ipſa C, dimidium ipſius A in quo E, ipſum B non mouebit in tempore, in quo D, neq; in aliquo ipſius D per aliquid ipſius C, ſecundùm quod analogum eſt ad totā C, ut A eſt ad E. omnino enim ſi contigerit, non mouebit aliquid: ſi enim tota uirtus per totam mouit dimidia non mouebit neque per quantāuis, neque in quantouis: vnus enim mouebit nauem, ſi nauem quidem trahentium diuidatur uirtus in numerum, & in longitudinem, per quam omnes mouerunt. Propter hoc Zenonis ratio non eſt vera, quòd ſonet milij quæuis pars: nihil enim prohibet non mouere eum aerem in ullo tempore, quē mouet dum caderet totus modius. neque itaque pars tantum, quantum mouebit cum toto. ſi ſit per ſe; hoc non mouet: neque enim ulla eſt, niſi potentia in toto.
Te.38. ¶Si verò duo, & utrunque horum utrunque mouet per tantum in tāto, & compoſitæ potentiæ compoſitum ex ponderibus per æqualem mouebunt lōgitudinem, & in æquali tempore: analogum enim eſt.
Te.39. ¶Num igitur ſic eſt & in alteratione, & in augmentatione? Aliquid enim eſt augens, aliquid autem & id, quod augetur. in quanto autem tempore, & quantum, aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans, & id, quod alteratur ſimiliter. & aliquid, & quantum ſecundùm ipſum magis, & minus alterata ſunt,

& in quanto tempore, in duplo duplum, aut duplum in duplo: dimidium autẽ in dimidio tempore, aut in dimidio dimidium, aut in æquali duplum. Si vero alterans, aut augens tantum in tanto aut auget, aut alterat; non neceſſe eſt & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. ſed, ſi contigerit; nihil alterabit, aut augmentabit, ſicuti & in pondere.

EXPLANATIONES.

AD aliquod].i.quantitatem ſpatij[idem].ſ.mobile [per tantam].ſ.magnitudinem[quæuis pars].ſ. proiecta in terram[illa].ſ. partium [per tantum in tanto] ideſt tantum mobile in tanto tempore [analogum enim eſt] ideſt eſt enim inter ea proportio [in duplo duplum] .i.in duplo tempore mouebit duplum [ſicuti & in pondere] ideſt ſicut dictum eſt, quòd dimidiata potentia non poteſt mouere totum pondus, neque per totum ſpatium, neque per aliquam eius partem:

CVRTII MARINELLI QVAESTIONVM

Solutio. in Lib. VII. Phyſ.

Quæ. 1. *NIHIL moueri à ſeipſo, ſcribit philo. in tex. 1. attamen datur inſtantia, quòd quæcunq; habent principium intrinſecum motus, mouentur à ſeipſis; ut animata, & elementa. ſoluit dubitationem Egid. dicens, quòd idem mouere ſeipſum eſt idem, ꝙ agere in ſeipſo. cum ergo oporteat eſſe aliquem cõtactum agentis ad patiens, & ſemper ſit aliqua conuerſio agentis ſuper patiens; non eſt intelligibile idem ſeipſum moueri, niſi ſit idem ſupra ſeipſum conuerſiuum. nullum autem corporeum, uel diuiſibile propter diſtantiam partium eſt in ſeipſum conuerſiuum, niſi fortè una pars conuertatur ad aliam; ſed non totum ad totum. diuiditur autem totum corporeum vel in partes eſſentiales, vt animal in animam, & corpus: vel in partes quantitatiuas, vt diuiditur aer in diuerſas partes aeris. vtroque ergo modo in talibus pars mouet partem: vt in motu locali una pars eſſentialis mouet aliam, ſicut anima mouet corpus. & in motu huiuſmodi vna pars quantitatiua mouet aliam: vt muſculi mouent chordas, & neruos, & nerui digitos. ſic etiam in motu ad formam, vna pars quantitatiua mouet aliam; & una pars aeris calefacta calefacit aliam. cum ergo quæritur, utrum aliquid poſſit mouere ſeipſum; aut loquimur de motu ſumpto propriè, qui non competit niſi rebus corporeis: aut de motu*

ſumpto metaphoricè, ſecundùm ꝙ *intelligere dicitur eſſe quiddam motus. & hoc ſecundo modo non eſt inconueniens aliquid mouere ſeipſum; ut etiam ait D. Thom. in comen. ſi autem loquimur de motu propriè dicto, ut eſt motus localis, uel motus ad formam; tunc aut per ſe, aut per accidens. ſi per accidens; non eſt inconueniens idem mouere ſeipſum; vt anima mouet corpus, & corpore moto mouetur anima. unde anima mouendo corpus per ſe ſeipſum mouet per accidens. ſed ſi loquimur per ſe; aut accipitur per ſe largè, aut propriè. ſi largè; ſicut moueri per partem eſt moueri per ſe, ſic non eſt inconueniens aliquid mouere ſeipſum per ſe. ſi verò accipiatur per ſe propriè; ſic non. & Iand. ait, quòd aliquid moueri à ſeipſo poteſt intelligi dupliciter vno modo per ſe primò. & ſic nihil mouet ſeipſum. ſecundò per ſe; ſed non primò. i. ratione partium, & ſic mouet ſeipſum illud,* ꝙ *mouetur à principio intrinſeco. & per ſe hoc loco ſumitur, ut ait Burl. ſecundū quòd opponitur ei, quod eſt ab extrinſeco, ita quòd omne illud, quod mouetur ab intrinſeco, dicatur per ſe moueri.*

OMNE, *quod quieſcit ad quietem alterius moueri ab alio, narrat philo. in tex 2. declarat Burl. hanc ſententiam auctoritate Com. ſ. quòd omne, quod quieſcit eſſentialiter per ſe, et primò ad quietem alterius mouetur ab illo alio, ad cuius quietem per ſe, & eſſentialiter quieſcit, ut rota mota in horologio per ſe quieſcit ad quietem ponderis deſcendentis; per ſe enim mouetur ad motum illius. contrà verò pondus rotæ quieſcit ad quietem rotæ, ſed à poſteriori, et quaſi ab effectu. & ideò non ſequitur,* ꝙ *pondus moueatur à rota. Secundò ait,* ꝙ *illud, ad cuius quietem mobile quieſcit, eſt eius motor.* Quæ. 2.

EX *omnibus mobilibus, & mouentibus poſſe fieri vnum continuum eſt ſententia Ariſto. in tex. 8. ra-* Quæ. 3.

tio tamen eſt contraria: ex contrarijs enim fieret unum, & ex corruptibilibus, & incorruptibilibus. ſoluit Iauel. auctoritate Egidij, Alb. Mag. & D. Tho. ſic, quòd mobilia, & mouentia omnia ſimul ſumpta corporea tàm ſuperiora, quàm inferiora, tàm contraria, quàm non contraria, tàm ſimplicia, quàm compoſita, tàm animata, quàm inanimata dupliciter conſiderari poſſunt. ſ. ut corporea. & ex corporeitate vnũquodque eorum eſt quantum continuum. & ut ſunt talia corporea. i. vt determinata ad proprias naturas. primo modo non repugnat eis continuari; ſed ſecundo. & Iand. dat duas reſponſiones; prima, quòd Ariſt. non dicit hoc ſecundùm opinionem propriam, ſed eorum, cum quibus arguebat. Secunda eſt, non eſſe intentionem Ariſt. quòd ex omnibus mobilibus poſſit fieri unum continuum, nec contingere hoc ponere in eſſe ſimpliciter, & abſolutè ſed, quòd ſi hoc poneretur, adhuc ex eo non ſequitur, quòd motus infinitus fieret in tempore finito; ſed ex alio poſito ab aduerſario, ſcilicet ex eo quòd ponitur eſſe infinita mouentia, & mobilia.

Quæ. 4. *IN motu locali mouens eſſe ſimul cum moto affirmat phil. in tex. 9. inſtant multi, quòd intelligẽtia mouent cælum, & non ſunt in eodem loco cum cælo. limitat hanc ſententiam Tat. dicens, quòd mouens, & motum eſſe ſimul poteſt intelligi dup. uno modo, quòd ſint in eodem loco adæquato: alio, quòd ſint ſimul ſimultate immediationis. i. quòd nihil mediet inter mouens, & motum. tunc ponuntur aliquæ propoſitiones. Prima, non oportet mouens principale, & motum eſſe ſimul ſimultate loci proprij. ſ. adæquati: licet aliquando contingat ita, & hoc quando dẽ eſt mouens, & mobile. Secunda mouens principale eſt ſimul cum moto, quò ad contactum virtualem; ſed non ſemper, quò ad contactum mathematicum, uel corporalem.*

Tex-

Tertia, mouens minus principale, ſeu inſtrumentale, ut in pluribus eſt ſimul cum moto ſimultate loci proprij, & hoc maximè, quando tale eſt qualitas, ut grauitas in lapide. at Egi. inquit. intelligendum eſt eſſe ſimul mouens, & motum; non quia ſint in eodem loco, ut ſi manus impellat lapidem; manus, & lapis nō eſt in eodem loco. ſed ſufficit, quòd inter manum, & lapidem non cadat corpus medium. unde corpus mouens proximum dicitur eſſe ſimul cum moto. & eſt hæc explanatio Ariſto. Iand. autem ad quæſtionem hæc narrat. Primò eorum, quæ moueantur localiter alia mouentur à ſe, intelligendo, quòd habeant unam partem mouentem, & aliam motam: alia ab alio, ita quòd motor non eſt intrinſecus moto. Secundò motor eſt duplex. ſ. propinquus, & remotus. Tertiò aliqua intelliguntur eſſe ſimul dupli. ſ. ſimul tempore, et ſimul ſecundùm locum: & adhuc ſimul ſecundùm locum dupliciter poſitiuè. ſ. quòd ſit ſimul in eodem loco propinquo, ut anima in corpore: alio modo quaſi priuatiuè. & ſic dicitur eſſe ſimul cum alio, quod eſt ei contiguum, inter quæ non eſt medium. ad quæſtionem igitur dico. Primò, quòd mouens actu, & motum actu ſunt ſimul tempore: Secundò, quòd mouens, & mobile propinquum non vniuerſaliter ſunt ſimul, ſcilicet quòd ſint in uno loco proprio: Tertiò, quòd omne mouens propinquum eſt ſimul cum mobili tertio modo ſimultatis. & ferè hæc omnia, quæ narrat Iand. & aſſerit Iauel. Burl. verò in Comm. ait, quòd eſſe ſimul conſideratur dupliciter poſitiuè, ſeu affirmatiuè, & negatiuè. quando accipitur poſitiuè: tunc aliqua eſſe ſimul dicuntur, cum ſunt in eodem loco adæquato. & ſic loquitur philo. in 5 huius. & hæc eſt ſimultas adæquationis. & hoc modo quanta replentia loca ſunt ſimul, ut albedo, & dulcedo in lacte ſunt ſimul cum ſubiecto, in quo ſunt. hoc etiam modo indiuiſibilia.

ſibilia corporum tangentium ſe ſunt ſimul; non diſtãt enim ſecundùm ſitum. ſed quando ſimul eſſe accipitur negatiuè; tunc aliqua eſſe ſimul dicuntur, cum non eſt medium inter illa. & tali modo corpora tangentia ſe ſunt ſimul, & forma indiuiſibilis mouens corpus: ſimul eſt cum corpore moto, ſic quòd inter illa non eſt medium, & hæc ſunt ſimul ſimultate immediationis. aliqua etiam dicuntur eſſe ſimul in loco ſimultate indiſtinctionis, & ſunt illa, quæ non diſtinguuntur ſecundum locum. & hæc competit motori indiuiſibili, uel intelligentiæ.

Quæ.5. TRACTVS autem ab alio ad ipſum, aut ad aliud eſt, vt vult in tex.10. tamen omne agens naturale trahit ad ſe. remouet dubium hoc Egi. auctoritate Auer. ſ. quòd duplex eſt agens, naturalis & uoluntarium. ſi eſt naturale; ad ſe trahit: ſi voluntarium; & ad ſe, & ad aliud. ſic etiam colligitur à D. Tho. in Com.

Quæ.6. NON eſſe medium inter alterans, & alteratum eſt ſententia tex. 11. inſtant multi de magnete, & de ſole alterante hæc inferiora ſine hoc, quòd caleſaciat orbes medios. gloſſat hanc propoſitionem D. Thom. in commen. quòd paſſiua recipiunt actionem actiuorum ſecundùm proprium modum. & ideo media, quæ ſunt inter alterans & ultimum alteratum, aliquid patiuntur à primo alterante. ſed forte non eodem modo, ſicut ultimum alteratum. ſic etiam Egid. aliquid igitur accipit retes à piſce ſtupefaciente manum piſcatoris; ſed non ſtupefactionem. quia non eſt apta. & ſimiliter orbes medij aliquid recipiunt à ſole ſcilicet lumen. Iand. autem aſſerit, quòd duplex eſt alterans propinquum, ſcilicet & remotum. deinde duplex eſt alteratio, vna, quæ eſt permutatio de una qualitate ad aliam contrariam, ita quod non ſolum acquiritur aliqua qualitas in alterabili; ſed etiam

tiam remouetur, vel abijcitur contraria inexiſtens in eo. & hæc uocatur alteratio propriè dicta. alia eſt, quæ eſt mutatio ad aliquam qualitatem ſine abiectione contrarij præxiſtentis in paſſo. & hæc vocatur alteratio impropriè dicta. aliqui vocant primam alterationem corruptiuam, & ſecundam perfectiuam. Nunc dicendum eſt, quòd alterans remotum non eſt ſimul cum alterato; ſed propinquum eſt ſimul cum alterato. & Iauel. eaſdem dat reſponſiones, quas dedit, vbi an mouens, & motum ſimul. ad rationes dicendum eſt, quòd ſol, & magne non alterant vt alterans propinquum, ſed remotum.

ALTERATIONEM ſolùm eſſe ad qualitates tertiæ ſpeciei, quartæ autem nequaquam aſſerit Philoſo. tex. 14. ratio tamen contrà; omne enim, quòd tranſmutatur, alteratur. tranſmutatio autem in quarta ſpecie qualitatis eſt. ſoluit Iand. controuerſiam dicens, quòd duplex eſt alteratio, quædam propriè dicta, & quædam impropriè. alteratio propriè dicta eſt, cum aliquod ſubiectum continuè acquirit partem poſt partem alicuius qualitatis. impropria autem eſt, quæ eſt acquiſitio cuiuſcunque qualitatis de nouo, quæ non erat in ſubiecto. & hoc ſecundo modo eſt alteratio in quarta ſpecie qualitatis. ſic etiam Iauel. in Q. 5. quæ tantummodo non eſt in quarta ſpecie. ſed etiam in prima, ſcilicet in habitu, & diſpoſitione. Egid. & Burleus aiunt ſecundùm Auerr. quòd Philoſo. non loquitur niſi de alteratione corruptiua, quæ eſt à qualitate contraria in contrariam: deinde quòd alteratio, de qua loquitur Ariſtote. eſt primò inter qualitates tangibiles, quæ ſunt quatuor: Secundariò verò eſt inter contraria tangibilia, quæ ſequuntur qualitates primas, vt mollities. Quæ. 7.

ALTERATIONEM eſſe in parte ſenſi- Quæ. 8.

 bili

bili animæ vult Philoſo. in tex. 20 gloſſat Egid. dicens, quòd eſſe alterationem in parte ſenſitiua eſt duplex, vel in virtute, vel in organo. ſit ratione organi. ſed uirtutis ſenſitiuæ negatur Burl. auctoritate Auer. ait, quòd per partem corporalem ſenſibilem animæ intelligit animæ paſſiones factas in virtute concupiſcibili; quas ſequuntur paſſiones corporales, vt rubor &c. & vocauit hanc partem animæ corporalem; quia indiget corpore.

Quæ. 9. *IN acceptione ſcientiæ non eſſe alterationem, neque generationem eſt ſententia tex. 20. tamen alijs in locis aſſerit Ariſtote. intelligere eſſe quoddam pati. ſoluit hanc controuerſiam D. Thom. dicens. Primò, quòd Ariſtote. locutus eſt ſecundum opinionem Platonis, & hoc etiam ait Burl. in Commen. Secundò, quòd etiam ſaluatur hoc ſecundùm opinionem Ariſtote. vnde conſiderandum eſt, quòd ſuſceptiuum aliquod tripliciter poteſt ſe habere ad formam ſuſcipiendam: quandoque enim eſt in vltima diſpoſitione ad ſuſceptionem formæ, nullo impedimento exiſtente nec in ipſo, nec in alio: & tunc ſtatim ſuſceptiuum recipit formam, ſicut patet in aere illuminato ad præſentiam ſolis. aliquando autem ſuſceptiuum non eſt in vltima diſpoſitione ad ſuſceptionem formæ; & tunc per ſe requiritur alteratio, ſecundùm quam materia diſpoſitionem acquirat. aliquando verò ſuſceptiuum eſt in ultima diſpoſitione ad formam; ſed adeſt aliquod impedimentum, ſicut cùm aer impeditur ad ſuſceptionem luminis. & tunc adeſt alteratio, uel mutatio per accidens. intellectus ergo poſſibilis per ſe conſideratus ſemper eſt in vltima diſpoſitione ad recipiendam ſpeciem intelligibilem. ſi ergo non adſit aliquod impedimentum: ſtatim ad præſentiam obiectorum per experimentum acceptiuorum, aduenit ei ſpecies intelligibilis. ſi verò*

uerò ſit impedimentum, ſicut iuuenibus accidit, oportet talia impedimenta auferri. & ſic per accidens neceſſaria eſt alteratio. Auerr. autem, vt ait Burl. aſſerit, quòd philoſophus loquitur hoc in loco ſecundum propriam opinionem; quia loquitur de parte intellectiua, quæ eſt quędam intelligentia ſeparata, & abſtracta à materia, quæ ſecundùm ipſum non poteſt alterari, nec aliquam rem nouam in ſe recipere. ſed nos dicimur per eam intelligere: quia ipſa eſt cognitio quædam. tamen illa ſcientia, quæ eſt intelligentia ſeparata non eſt nobis ſcientia, neque cognitio; niſi quando à nobis paſſiones, & motus corporales ſunt ſedati, & phantaſmata debito modo ordinata.

DVBITAT Burl. tex. 21. an qualitas ſit æqualis longitudini, uel ſpacio: quanta enim eſt albedo, tanta eſt ſuperficies, vt Ariſto. in prædica. ſoluit idem dicens, quòd æqualitas eſt duplex, ſcilicet quantitatiua, & qualitatiua. æqualitas quantitatiua eſt æqualitas ſecundùm quantitatem; ſed qualitatiua eſt æqualitas in gradu formæ. ſed hic de æqualitate quantitatiua loquitur. Qu. 10.

AEQVIVOCA non eſſe comparabilia affirmat philoſo. in tex. 24. declarat hanc ſententiam Ianel. in Q. 6. dicens, quòd contingit fieri comparationes tribus modis, ſcilicet communiter, propriè, & propriſſimè. relictis duobus primis: quoniam philoſo. intelligit de tertio, dico, quòd tres conditiones requiruntur, quòd prædicatum in quo fit comparatio ſit verè vniuocum, & quòd recipiatur in vtroque extremo eodem modo, & quòd ſit eiuſdem naturæ ſecundùm ſpeciem ſpecialisſimam. Secundò eorum quæ ſunt, quædam ſunt vniuoca purè, ut quæ conueniunt in ſpecie ſpecialisſima: quædam purè æquiuoca, quæ in ſolo nomine conueniunt. quædam Qu. 11.

magis

magis declinant ad vniuoca, ſicut ea, quæ ſunt vnius generis: genus enim prædicatur vniuocè de ſpeciebus. Tertiò comparabilia comparantur, vel ſecundùm quòd aliqua vniuntur ſecundum proportionem, uel ſecundùm quòd vniuntur ſecundum proportionalitatem. dicuntur autem illa vniri ſecundum proportionem, quæ ad ſe inuicem ſeruant aliquam habitudinem, vt numeri ad numerum. ea autem vniuntur ſecundum proportionalitatem, quæ non ad ſe inuicem; ſed ad alia comparantur: quoniam proportionalitas eſt duarum proportionum ſimilitudo ex quinto Euclidis, ut duæ proportiones duę habent proportionalitatem. dicens, ſicut ſe habent 6. ad 3. ita 4. ad 2. & hac poteſt ſeruari inter res diuerſorum generum, & quæ non ſunt eiuſdem rationis, & inter analoga, non autem inter purè æquiuoca. ſit ergo prima concluſio. comparatio ſecundum proportionem, quæ eſt verè, & propriè comparatio non poteſt eſſe inter æquiuoca, nec inter analoga: ſed ſolùm inter vniuoca, quæ non ſolùm ſunt vniuoca ex ratione, ſed ex natura ſpecifica. Secunda concluſio. comparatio ſecundum proportionalitatem, quę largè eſt comparatio, licet non poſſit eſſe inter ſimpliciter æquiuoca, ut æquiuoca ſunt; poteſt tamen eſſe inter ea, quæ ſunt analoga, quæ non ſunt omnino eiuſdem rationis. & Egid. ait, quòd Philoſoph. intelligit per æquiuoca illa, quæ non ſunt verè vniuoca.

Qu. 12. *QVAERIT* Egid. in Commen. 36. vtrum ſit ſimpliciter verum, quòd ſicut augetur potentia; ſic diminuatur tempus, ut Philoſo. vult. aſſerit, quòd uirtus motoris duplex eſt; quædam, quæ ſupponit potentiam paſſiuam, vt virtus ſecundorum agentium; & quædam non præſupponens talem potentiam: vt virtus agentis primi, quod poteſt agere,

abſque præſuppoſitione paſſiuæ potentiæ. cum ergo quæritur, vtrum ſecundum quòd augetur virtus motoris, diminuatur tempus in motu; dicendum eſt, quod in ſecundis agentibus, & in his, quæ agunt ex ſuppoſitione paſſiuæ potentiæ habet veritatem hoc. de agente autem primorum verificatur.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV

LIBER OCTAVVS.

SVMMA LIBRI EX AVER.

A tex.1. vſque ad 21 oſtendit motum ante, retroq; ſempiternum eſſe.
A tex.21. ad 45. docet primum motorem eſſe penitus immobilem.
A tex.45. ad 54. manifeſtat primum motorem eſſe æternum.
A tex. 54. vſque ad finem declarat nullum motum æternum præter circularem eſſe, & primum mouens eſſe incorporeum, & abſtractum.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

DE ſempiternitate motus in genere quæſtionem mouet Ariſto. eiuſq; partes proſequens, quanta utilitatis ſit oſtendit. poſtea declarat, quomodo ſit ſempiternus ſoluens argumenta in contrarium adducta. denique diſputat contra Anax. & Empedoclem negantes motus æternitatem. Diuiditur ergo hoc caput in tres partes. in prima parte proponit dubitationem, an ſcilicet factus ſit motus his uei bis [vtrum autem factus ſit] poſtea ſcribit opiniones ad vtramque partem,

tem, ubi ait [ſed quotquot quidem] denique oſtendit utilitatem huius conſiderationis ſic [conſiderandum igitur de hoc] in ſecunda parte narrat rationes probantes ſempiternitatem motus, quæ ſunt duæ, prima eſt [dicimus itaque motum] & probat neceſſitatem talis rationis ſic [alia enim mouent ſingulariter] ſecunda eſt [ad hac autem prius, & poſterius] & conſequenter ait motum ſemper eſſe futurum ibi [eadem autem eſt ratio] in tertia parte arguit contra Anaxago. & Empedoclem probantem rationem eorum falſam eſſe, ubi inquit [ſimiliter & dicere] & oſtendit, ꝙ hac ratione inconuenientius utebatur Anax. quàm Empedo. dicens [at vero nihil inordinatum] poſtremò excludit quandam falſam opinionem, ubi inquit [omnino autem exiſtimare.]

VTRVM autē factus eſt aliqñ motus, cū non eſſet prius, & corrūpitur rurſus, adeo, vt moueat nihil: an neq; factus eſt, neq; corrūpitur, ſed ſemper erat, & ſperit, & hoc immortale, & ſine quiete ijs ineſt q̄ ſunt, veluti vita quędā, q̄ ineſt natura ſubſiſtentib. oībus? Eſſe igitur motū omnes affirmant de natura aliquid dicentes; propterea ꝙ mundum faciunt, & de generatione, & corruptione eſt contēplatio omnibus ipſis: quā impoſſibile eſt eſſe, niſi ſit motus. Sed quotquot quidem infinitos mundos & eſſe dicunt, & quoſdam quidem fieri, quoſdam autem corrumpi; ſemper dicūt eſſe motum: neceſſarium enim eſt generationes, & corruptiones ipſorū eſſe cum motu. Quicunq; autem unum, aut non eſſe ſemper, etiam de motu ſupponunt ſecundum rationem. ¶ Si igitur contingit aliquā do Tex. 1. Tex. 2.

do nihil moueri, dupliciter neceſſe eſt hoc acci dere. Aut enim, vt Anaxagoras dicit: inquit e- nim ille. ſimul omnibus exiſtentibus, aut quie- ſcentibus infinito tẽpore, mentem feciſſe mo- tum, & diſgregaſſe. Aut ut Empedocles, in par- te moueri, & rurſus quieſcere. moueri quidem, cùm amicitia ex multis facit vnum, aut lis mul ta ex uno: quieſcere uero in intermedijs tẽpo- ribus, ſic dicens, *Quatenus unùm quidem ex pluri- bus conſueuit naſci, Et rurſus uno generato plura per ficiuntur. Eatenus quidẽ & fiunt, & non eſt ipſis fir mũ æuum. Quatenus uerò permutantur omnino, ne- que ſimul deſinunt. Eatenus ſemper ſunt immobilem ſecundùm circulum.* Hoc enim, quatenus per- mutantur, hinc illuc dicere ipſum opinandum

Tex. 3. eſt. ¶ Conſiderandum igitur de hoc quomodo ſe habet. operęprecium enim eſt nõn ſolùm ad eam, quę de natura eſt, conſiderationem aſpi- cere veritatem; ſed & ad methodum, quæ de

Tex. 4. principio primo eſt. ¶ Incipiemus autem pri- mùm ex definitis à nobis p ius in phiſicis. Dici mus itaque motum eſſe actum mobilis, ſecun- dũ quod eſt mobile. Neceſſe eſt ergo exiſtere res, quæ poſſunt moueri ſecũdum vnumquen- que motum. Et ſine etiam motus definitione omnis utique cõfitebitur, neceſſarium eſſe mo- ueri id, quod poteſt moueri ſecundùm unum quenq; motum: ut alterari quidem alterabile, ferri autẽ ſecũdùm locũ mutabile. quare prius oportet combuſtibile eſſe antequàm combu- ratur; & combuſtiuum, prius quam comburat.

Tex 5. ¶ Ergo & hęc neceſſarium eſt aut facta aliquã-

Tex. 6. do eſſe, cum non eſſent, aut perpetua eſſe. ¶ Si igitur factũ eſt mobilium, ac motiuorum vnũ- quodq;, neceſſarium eſt prius, quàm accepta,

aliam

aliam eſſe factam mutationem, & motum, ſecundùm quem factum eſt id, quod poteſt eſſe motum, aut mouiſſe. ¶ Si autem quę ſunt, antè erant ſemper, motu non exiſtente; irrationabile quidem uidetur etiã ijs, qui a ſeipſis ſciũt. At uero magis ultra progreſſis hoc neceſſariũ eſt accidere. Si enim, alijs quidem mobilibus exiſtentibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem eſt quid primum mouens, aliquid autem, quod mouetur, aliquãdo autem nihil, ſed quieſcit; oportet hoc mutari prius: erat enim aliquid cauſa quietis. quies enim priuatio motus eſt. quare ante primam mutationem erit mutatio prior. ¶ Alia enim mouent ſingulariter, alia autem & ſecundum cõtrarios motus: ut ignis quidem calefacit, frigefacit autẽ non: ſcientia autem uidetur contrariorum eſſe vna. Videtur igitur & illic eſſe aliquid eiuſmodi: frigidum enim calefacit, uerſum quodammodo, & abſcedens, ſicut & peccat uoluntarius ſciẽs, quando econtrario vtitur ſcientia. At verò quęcunq; poſſunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri, ea moueri non penitus poſſunt, ſed ſi ſic ſe habeant, & appropinquent ſibi inuicem. quare, cum propinqua fuerint, & ita fuerit, vt ſit hoc quidem motiuum, illud autem mobile; aliud quidem mouet, aliud autem mouetur. ¶ Si igitur nõ ſemper mouebatur, manifeſtum eſt quòd non ſic ſe habebant, vt poſſet hoc quidem mouere, illud autem moueri; ſed oportebat mutari alterum ipſorum. neceſſe enim eſt in ijs, quæ ſunt ad aliquid, hoc accidere: vt, ſi non erat duplum, nunc duplum eſt, mutari, ſi non utrunq; alterum. erit ergo quędam mutatio prior prima. ¶ Ad hęc autem, prius. & poſterius

Tex. 7.
Tex. 8.
Tex. 9.
Te. 10.

rius quonammodo erunt, tẽpore non exiſtente, aut tempus, non exiſtente motu: Si vero tempus eſt ipſius motus numerus, aut motus quidam: ſi quidem tempus ſemper eſt; neceſſe eſt & motum perpetuum eſſe. At verò de ipſo quidem tempore, præter vnum, concordes eſſe uidentur omnes: ingenitum enim eſſe dicunt. & propter hoc Democritus monſtrat, quòd impoſſibile eſt omnia eſſe facta: tempus enim ingenitum eſſe. Plato verò ipſum generat ſolus. ſimul enim ipſum cum cœlo factum eſſe: cœ-
Te. 11. lum autem factum eſſe ait. ¶ Si igitur impoſſibile eſt & eſſe, & intelligerẽ tempus ſine ipſo Nunc: Nunc autem eſt medium quoddam, & principium, & finem habens ſimul, principium quidem futuri temporis, finem verò præteriti; neceſſe eſt ſemper eſſe tempus: vltimum enim finiti accepti temporis in aliquo ipſorum Nũc erit: nihil enim eſt accipere in tempore, præter Nunc. Quare, quoniam eſt & principium, & finis ipſum Nunc; neceſſe eſt ipſius vtraque ex parte ſemper eſſe tempus. at vero, ſi tempus; manifeſtum eſt, quòd neceſſe eſt & motum eſſe: ſi-
Te. 12. quidem tempus paſſio quædam motus eſt. ¶ Eadem autem eſt ratio & de eo, quod eſt incorruptibilem eſſe motum. Vt enim in eo, quod eſt factum eſſe motum, accidit quandam eſſe priorem mutationem prima: ſic hic poſteriorem ultima: non enim ſimul deſinet moueri, & eſſe mobile, vt comburi, & eſſe combuſtibile: contingit enim cõbuſtibile eſſe, quod non com-
Te. 13. buritur, nec motiuum, & mouens. ¶ Et ipſum autem corruptibile oportebit corruptum eſſe; cũ corrumpitur: & huius corruptiuum rurſus poſterius: corruptio enim mutatio quædam eſt.

Si

Si igitur hæc impoſſibilia ſunt; manifeſtum eſt quod eſt perpetuus motus, & non aliquando quidem eſt, aliquando autem non: etenim ſic dicere figmento magis aſſimilatur. ¶ Similiter Te. 14.
autem & dicere, quod aptum natura ſic eſt, & hoc oportere putare principium eſſe. quod quidē videtur Empedocles dixiſſe, quod vincere, & mouere in partes amicitiam, & litem ineſt rebus ipſis ex neceſſitate: quieſcere uerò in medio tempore. ¶ Fortaſſis autem & unum princi Te. 15.
pium facientes, ut & Anaxagoras, ſic vtique dixerint. At verò nihil inordinatum eſt eorum, quæ natura, & ſecundùm naturam fiunt. Natura enim cauſa ordinis eſt omnibus: infinitũ autem ad infinitum nullam rationem habet: ordo autem omnis ratio eſt. Infinito autem tēpore quieſcere, poſtea motum eſſe aliquando, huius autem nullam eſſe differentiam, quare nunc potius, quàm prius: neque rurſus aliquē ordinem habere non amplius naturæ eſt opus: aut enim ſimpliciter ſe habere oportet id, quod natura eſt, & non aliquando quidem ſic, aliquã do uerò aliter: (ut ignis ſurſum natura fertur, & non aliquando quidem, aliquãdo verò nõ:) aut rationē habere quod non ſimpliciter. Quare melius eſt, vt Empedocles, & ſi quis alius dixit, ſic ſe habere, in parte uniuerſum quieſcere, ac rurſus moueri: ordinē enim iam quēdam habet, quod tale eſt. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare ſolùm; ſed & cauſam ipſius dicere: & nõ ponere, neque cenſere vllam ſententiam irrationabilem; ſed aut inductionem, aut demõſtrationem afferre; hæc enim, quæ ſuppoſita ſunt, cauſæ non ſunt. neque hoc erat litis, vel amicitiæ eſſe; ſed huius quidem

congregare, illius verò diſgregare. Si verò inſuper determinetur ipſum in parte, dicẽdum eſt in quibus ſic:vt quòd eſt aliquid,quod congregat homines, ſcilicet amicitia, & fugiunt inimici abinuicem: hoc enim ſupponitur & in toto eſſe: videtur enim in quibuſdam ſic eſſe. hoc autem & per æqualia tempora indiget aliqua ratione. Omnino autem exiſtimare principium eſſe hoc ſufficiẽs,quòd ſemper aut eſt ſic, aut fit, non rectè eſt opinari:ad quod Democritus reducit de natura cauſas, quòd ſic & prius fiebat: ipſius autẽ Semper non vult principium quærere, dicens in quibuſdam rectè, in omnibus autem non rectè: etenim triangulus habet duobus rectis ſemper angulos æquales. ſed tamen eſt quædam perpetuitatis huius altera cauſa:principiorum tamen,quæ perpetua ſunt, nõ eſt altera cauſa. Quòd igitur nullum tempus aut erat, aut erit, quando motus non erat, aut non erit, tot dicta ſint.

EXPLANATIONES.

MOTVS] ſcilicet in communi[& corrumpitur] .i.deficiat[vnum] ſcilicet mundum [ſe habet] .ſ.veritas[ad methodum].ſ.metaphyſica[accepta] ſcilicet prima mutatio [ſingulariter].i.vnó modo tantũ [præter unum] .ſ. Platonem [ipſum cum cœlo] .i. tempus [incorruptibile].i.non habens finem [ſic eſt] .i.quandoque eſſe,& quandoque non[rationem].i.proportionem[huius]ſcilicet amicitia.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

TRIVM rationum ſolutiones,quæ apparenter concludunt motum quandoque incepiſſe, afferuntur: proponit dicens[contraria autem his]ratio prima eſt

[primo

[primo quidem] ſecunda [am plius uidemus] tertia [multo autem magis]deinde eas ſoluit ordinatim, ut apparet.

CONtraria autem his non difficile eſt ſoluere. Videbitur autem ex hiſce conſiderantibus contingere maximè motum eſſe aliquando, cùm nō eſſet omnino. Primò quidem; quia nulla perpetua mutatio eſt : mutatio enim omnis apta natura eſt eſſe ex quodam in quoddā. quare neceſſe eſt omnis mutationis terminum eſſe cōtraria, in quibus fit: in infinitum autem moueri nihil. ¶ Amplius videmus, quod poſſibile eſt id moueri, quod neque mouetur, neque habet in ſeipſo vllum motū : vt in inanimatis, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur: ſed quieſcens mouetur aliquando, oportebat autem aut ſemper moueri, aut nūquàm ; ſi non ſit, cùm non eſſet. Multò autem magis, quod tale eſt in animatis, manifeſtum eſt: cùm enim in nobis nullus inſit motus aliquando; ſed quieſcamus ; mouemur tamen aliquādo, & fit aliquando in nobis ex nobiſipſis principium motus, & ſi nihil extrinſecus moueat: hoc enim in inanimatis ſimiliter non videmus, ſed ſemper mouet ipſa aliquid aliud eorum, quę ſunt extra : animal autem ipſum dicimus ſeipſum mouere. quare, ſi quieſcit aliquādo penitus; in immobili motus vtiq; fiet à ſeipſo, & non ab externo. Si autem in animali hoc poſſibile eſt fieri; quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerſo: ſi enim in paruo mūdo fit; & in magno: &, ſi in mundo ; & in infinito: ſi contingit quidem moueri infinitū totum; & quieſcere. ¶ Horum igitur id, quod primùm dictum eſt, non

Te. 16.

Te. 17.

Te. 18.

eũdem ſemper, & vnum numero eſſe motum, qui ad oppoſita fit, rectè dicitur: hoc enim fortaſſis neceſſarium eſt; ſi non ſemper vnum, & eundem eſſe poſſibile eſt vnius, & eiuſdem motum, dico autem, vt vtrum vnius chordæ vnus, & idem ſonus ſit, an ſemper alius, ipſa ſimiliter ſe habente, & mota. Attamen qualitercumq; tãdem ſe habeat, nihil prohibet vnum, & eundem eſſe aliquem, quo continuus eſt, atque perpetuus. manifeſtum autem erit magis

Tc. 19. ex ijs, quæ poſterius ¶ Moueri autem id, quod non mouetur, nullum eſt inconueniens; ſi aliquãdo quidem ſit id, quod mouet extrinſecus, aliquando autem non. Hoc tamen, quomodo vtique erit, inquirendum eſt. dico autem, vt idẽ ab eodem motiuo exiſtente aliquando quidem moueatur, aliquando autem non: nihil enim aliud dubitat hoc dicens, quàm propter quid nõ ſemper eorum, quæ ſunt, alia quidem quie-

Tc. 20. ſcunt, alia verò mouentur. ¶ Maximè autem videbitur Tertium habere dubitationem; propterea quòd fit, cùm non eſſet prius; motus: id videlicet, quod accidit in animatis: quieſcens enim prius, poſtea vadit, mouente exteriorum nullo, vt videtur. Hoc autem falſum eſt: conſpicimus enim ſemper aliquid eorum, quæ congenita ſunt, moueri in animali. huius autẽ motus ipſum animal cauſa non eſt; ſed continens forſitã. Ipſum autem dicimus ſeipſum mouere non ſecundùm omnem motum; ſed ſecũdum motũ ſecundùm locum. Nihil igitur prohibet, magis autem fortaſſis neceſſarium eſt in corpore multos fieri motus à continente. horum autem quibuſdam intellectum, aut appetitum mouere: illo autem totum iam animal mouere,

quo!e

quale accidit circa ſomnos: ſenſibili enim nullo inexiſtente motu, inexiſtente tamen aliquo rurſus excitantur animalia. ſed manifeſtũ erit & de his ex ſequentibus.

EXPLANATIONES.

CVM non eſſet].i. *cum prius non fuerit* [*fit*] *ſcilicet tranſmutatio* [*in paruo mundo*] .i. *in homine* [*vnius, & eiuſdem*].ſ.*mobilis* [*continens*] *ideſt aer, aut corpus cœleſte.*

Summa, & diuiſio in cap. 3.

PROPOSIT *A diuiſione rerum omnium, quæ ad motum, & quietem, non omnia ſemper quieſcere, aut ſemper moueri ratiocinatur, & entia quadam eſſe, quæ nec ſemper quieſcunt, nec ſemper mouetur, ſed quandoque mouentur, & quandoque quieſcunt, docet. diuiſionem proponit dicens* [*quia quadam eorum quæ ſunt*] *deinde excludit tria membra prædictæ diuiſionis. primum* [*dicere igitur omnia quieſcere*] *ſecundum* [*ferè autem & omnia*] *& oſtendit quomodo, hanc ſecundam poſitionem.ſ. omnia ſemper moueri, aliqui poſuerunt ibi* [*& dicunt quidam*] *ſed improbat hanc tribus modis, & primò quantum ad motum augumenti ibi* [*neque enim augeri*] *ſecundò quantùm ad alterationem his uerbis* [*ſimiliter autẽ & in alteratione*] *vltimò quò ad motum localem dicens* [*& de ipſo ferri*] *tertium membrum reprobat, .ſ. quod quadã ſemper quieſcant, et quędã moueãtur, & non ſit tertium genus. proponit ibi* [*at verò nec alia quidem contingit*] *& hoc probat ſic* [*& ad hoc quia aduerſatur*] *deinde reſumit illa, quę dicta ſunt, ibi* [*principium autem rurſum*] *& iterum reprobat primum membrum, vbi inquit* [*quòd igitur non poſſi-*

 bile

bile ſit.] *Et duo membra excludit præmiſſæ diuiſionis, ubi ait* [*ſimiliter autem impoſſibile.*]

Te. 21. PRincipium autem conſiderationis id erit, quod & dictæ dubitationis, quare quædam eorum, quæ ſunt, aliquando quidem mouetur, aliquando autem rurſus quieſcunt. Neceſſe eſt autem aut omnia quieſcere ſemper, aut omnia ſemper moueri: aut alia quidem moueri, alia autem quieſcere. Et rurſus horum aut ea, quæ mouentur, moueri ſemper: quę verò quieſcunt quieſcere: aut omnia apta nata eſſe ſimiliter moueri, & quieſcere, aut reliquũ adhuc & tertium: cõtingit enim eorum, quæ ſunt, alia quidem ſemper immobilia eſſe, alia vero ſemper moueri, alia autem vtraque participare. quod quidem a nobis dicendum eſt: hoc enim habet ſolutionem omnium dubitatorum, & finis nobis eſt huius negocij.

Te. 22. ¶ Dicere igiť omnia quieſcere, & huius rationem quærere, dimittentes ſenſum, infirmitas quædam eſt intellectus. & de toto aliquo, ſed nõ de parte ambiguitas eſt. neque ſolùm contra Phyſicum: ſed ad omnes ſciẽtias (vt ita dicam) & omnes opiniones; propterea quòd motu vtuntur omnes. Amplius autem de principijs inſtantiæ, vt in ijs, quę circa Mathematica ſunt, rationib. nihil ſunt ad Mathematicum, ſimiliter autem & in alijs, ſic neq; de eo quod nunc dictum eſt, ad Phyſicum: ſuppoſitio enim eſt, quòd natura principium motus eſt.

Te. 23. ¶ Ferè autem & omnia dicere moueri, falſum quidem eſt, minus autem hoc præter methodum: poſita enim eſt natura in naturalibus principium ſicuti motus, & quietis: tamen phyſicum magis eſt motus. Et dicunt quidam

moueri

moueri eorum, quæ ſunt, non aliqua quidem, alia verò non; ſed omnia, & ſemper, ſed latere hoc noſtrum ſenſum. Ad quos, quanuis non determinent, quo motu dicant, an omnibus, non eſt difficile occurrere: neque enim augeri, neq; minui poſſibile eſt cõtinuè; ſed eſt & medium. Eſt autem ſimilis ratio illi, quę eſt de eo, quod eſt guttam conterere, & enaſcentia lapides diſcindere: non enim, ſi tantũ expullit, aut remouit gutta; & dimidiũ in dimidio tempore prius: ſed ut nauis tractio, ita & guttæ tot tantum mouent; pars autem illarum in nullo tempore tantum: diuiditur enim quod remotum eſt in plura; ſed nihil eorum motum eſt ſeorſum, ſed ſimul. Manifeſtum eſt igitur, quòd non eſt neceſſarium ſemper aliquid abire, quia diuiditur ipſa diminutio in infinita; ſed totum aliquando abire. Similiter autem & in alteratione qualibet: non enim, ſi partibile eſt in infinitum id, quod alteratur; ob id & alteratio, ſed ſimul vniuerſa fit ſæpe, ſicut congelatio. Amplius, cùm ægrotauerit aliquis; neceſſe eſt tempus fieri, in quo ſanabitur, & non in termino temporis mutari. neceſſe eſt autem in ſanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continuè alterari, ualde manifeſtis eſt aduerſari: in contrarium enim alteratio eſt. Atque lapis neque durior fit, neque mollior. ¶ Et de ipſo ferri mirabile eſt, ſi latuit lapis qui deorſum fertur, aut manens in terra. Amplius autem terra, & aliorum unumquodque ex neceſſitate, manent quidem in proprijs locis, mouentur autem violentè ex his. Si igitur quædam ipſorum ſunt in proprijs locis; neceſſe eſt neque ſecundùm locum omnia moueri. Quod igitur impoſsibile ſit Te. 24.

aut ſemper omnia moueri, aut ſemper omnia quieſcere, ex his, & alijs ſimilibus crediderit vtique aliquis. At uerò neque alia quidem contingit ſemper quieſcere, alia uerò ſemper moueri, aliquando autem quieſcere, & aliquando moueri nihil. Dicendum eſt autem, quod impoſſibile ſit, quemadmodum & in dictis prius, & in his: videmus enim in eiſdem fieri dictas mutationes. Et ad hęc: quia aduerſatur manifeſtis, qui contendit: neque enim augmentatio, neque violentus erit motus; ſi non mouebitur præter naturam quieſcens prius. Generationem igitur auſert, & corruptionem hic ſermo. ferè autem & ipſum moueri, fieri quippiá, & corrumpi uidetur omnibus: in quod enim mutatur, fit hoc, aut in hoc. ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc. ¶ Quare mani-
Te. 25. feſtum eſt, quod alia quidem mouentur, alia verò quieſcunt, cenſere autem omnia aliquando quidem quieſcere, aliquando uerò moueri, hoc iam coniungendum eſt ad olim dictas rationes. Principium autem rurſus idem faciendum eſt à nunc determinatis, à quo quidem in
Te. 26. cœpimus prius. ¶ Aut enim omnia quieſcunt, aut omnia mouentur: aut eorum, quæ ſunt, hæc quidem quieſcunt, hæc autem mouētur. Et, ſi eorum, quæ ſunt, alia quidem quieſcūt, alia verò mouentur; neceſſe eſt aut omnia aliquando quidem quieſcere, aliquādo vero moueri: aut ipſorum quædam quidē ſemper quieſcere, alia verò ſemper moueri: alia autem aliquando quidem quieſcere, aliquando verò moueri. Quòd igitur non poſſibile ſit omnia quieſcere, dictum quidem eſt & prius: dicamus autem & nunc. Et ſi enim ſecūdùm ueritatem ſic

ſe habet, ſicut quidam dicunt, eſſe id, quod eſt infinitum, & immobile; attamen non videtur aliquid ſecundùm ſenſum, ſed mouētur multa eorum, quæ ſunt. Si igitur ſit opinio falſa; aut omnino opinio, & motus eſt. &, ſi imaginatio ſit, & ſi aliquādo quidē ſic videatur eſſe. aliquādo autē aliter: imaginatio enim, & opinio motus quidam eſſe videntur. Sed de hoc quidem conſiderare, & quærere rationem eorum, quæ melius habemus, quàm ſi ratione indigeremus, malè iudicare eſt id, quod melius eſt & peius, & credibile & non credibile, & principium & non principium. Similiter autē impoſſibile eſt & omnia moueri, aut alia quidē ſemper moueri, alia vero ſemper quieſcere. Ad omnia enim hæc ſufficiens eſt vna fides: videmus enim quędam aliquando quidem moueri, aliquando autem quieſcere. Quare manifeſtum eſt, quòd impoſſibile ſit ſimiliter omnia quieſcere, & omnia moueri continuè; eo quòd alia quidē ſemper mouentur, alia verò quieſcunt ſemper.

EXPLANATIONES.

DICTAS mutationes] ſ. de motu in quietem, & de quiete in motum [mutetur] ſ. ſecundum terminum [fit hoc] ſ. quantum ad motum alterationis, & augumenti [aut in hoc] i. quantum ad motum localem [ex quo] i. ſicut à termino à quo [corrumpitur hoc] ſ. in motu alterationis, & augumenti [aut ab hinc] id eſt quantum ad motum localem.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

QVODCVNQVE motum ab alio moueri multipliciter oſtenditur, & de grauium, & leuium motore.

motore agitur. ſed primò ſcribit Ariſt. tres diuiſiones motus dicens [mouentium igitur & eorum] & manifeſtat quomodo inueniatur motus ſecundum naturam, & extra naturam in ijs, quę mouentur à ſeipſis, ubi ait [quod enim ipſum à ſeipſo mouetur] poſtea probat, quòd omne, quod mouetur ab alio moueatur dupliciter. & primò in quibus ſit manifeſtum, ibi [& maximè moueri] Secundò in quib. eſt dubium, ubi inquit [maximè autem dubitatur] & probat quatuor rationibus huiuſmodi non mouere ſeipſa, prima [ut enim ipſa à ſeipſis] ſecunda [& ſiſtere poſſunt ſeipſa] tertia [quia ſi in ipſo igne] quarta [amplius quomodo contingit] grauia autem & leuia quomodo moueantur, oſtendit: & primò aſſerit quod mouentur ab aliquo, ubi ait [ſed & accidit & hæc] deinde à quo moueantur [potentia autem eſt leue] ſed ante oſtendit quot modis dicatur eſſe in potentia dicens [quoniam autem quod potentia] & ſoluit quandam quæſtionem ſic [attamen quæritur hoc] poſtremò concludit, ubi ait [ſi igitur omnia.]

Tc. 27. Reliquum eſt igitur conſiderandum, vtrum omnia ſint huiuſmodi vt moueant, & quieſcant: an aliqua quidem ſic, aliqua verò ſemper quieſcant, aliqua aūt ſemper moueantur: hoc enim demonſtrandum eſt a nobis. Mouetium igitur, & eorū, quæ mouentur, alia quidem per accidens mouent, & mouentur: alia autem per ſe. Per accidens quidem, vt quecunque ex eo, quia ſunt in mouentibus, aut ijs, quæ mouentur, & quæ per partem. Per ſe autem, quæcunq; non ex eo, quia ſint in mouente, aut in eo, quod mouetur, neque ex eo, quia pars aliqua ipſorū mouet, aut mouetur. Eorum autem, quę per ſe, alia quidem à ſeipſis, alia verò ab alio. Et alia

quidem

quidem natura, alia uerò uiolentia, & præter naturam: quod enim ipſum à ſeipſo mouetur, natura mouetur, vt vnumquodque animaliũ: mouetur enim animal ipſum à ſeipſo. quorumcunque autem motus principium in ſeipſis eſt, hæc natura dicimus moueri quapropter animal quidem totum natura ipſum ſeipſum mouet: corpus tamen contingit & natura, & præter naturam moueri; refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemẽto cõſtet. Et eorum, quæ ab alio mouentur, alia quidem mouentur natura, alia uero præter naturam. Præter naturam quidem, ut terra ſurſum, & ignis deorſum. Amplius autem partes animalium ſæpe mouentur præter naturam iuxta poſitiones, & motus modos. ¶ Et maximè moueri ab aliquo id, quod mouetur, in ijs, quæ præter naturam mouentur, eſt manifeſtum; propterea quòd manifeſtum eſt ab alio moueri. Poſtea autem quæ ſunt præter naturam eorum, quæ sũt ſecundùm naturam, ipſa, quæ à ſeipſis, vt animalia: non enim hoc eſt immanifeſtum, an ab aliquo mouentur; ſed quomodo oportet accipere id ipſius, quod mouet, & id, quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in ijs, quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus eſſe diuiſum id, quod mouet, & id, quod mouetur, & ſic totum ipſum ſeipſum mouere. Maximè autem dubitatur reliquum dictæ vltimæ diuiſionis: eorum enim, quæ ab alio mouentur, hęc quidem pręter naturam poſuimus moueri, alia autem relinquuntur opponi, quia natura. Hæc autem ſunt, quæ dubitationem afferunt, à quo moueantur, vt leuia, & grauia: hæc enim ad oppoſita quidem loca violentia mouentur: ad ꝓpria Te. 28.

pria

pria autem, leue quidem ſurſum, graue autem
Te. 29. deorſum natura. ¶ A' quo autem, nō adhuc manifeſtum, vt cū mouētur præter naturā: etenim ipſa à ſeipſis dicere impoſſibile eſt: vitale enim hoc, & animatorum eſt proprium. Et ſiſtere poſſent ſeipſa. dico autem, vt ſi ambulandi cauſa ſit ſibi, & non ambulandi. quare, ſi in ipſo igne eſt ſurſum ferri; manifeſtum quòd in ipſo, & deorſum. irrationabile autem eſt illud, vno motu moueri ſolùm à ſeipſis; ſi ipſa ſeipſa mouēt.
Te. 30. ¶ Amplius quomodo contingit continuum aliquod & compoſitum ipſum ſeipſum mouere? Quatenus enim vnum, & continuum, non tactu, eatenus impaſſibile eſt. ſed quatenus ſeparatum eſt, eatenus hoc quidem aptū natura eſt facere, illud verò pati. Neq; ergo horum vllum ipſum ſeipſum mouet (conſita enim ſunt) neq; aliud continuum vllum: ſed neceſſe eſt diuidi mouēs in vnoquoq; ab eo, quod mouetur: vt in inanimatis videmus, cùm aliquod animatorū mouet illa. ¶ Sed accidit & hæc ab aliquo ſemper moueri. fiet autem vtique manifeſtum diuidentibus cauſas. Eſt autem & in mouentibus accipere quæ dicta ſunt. Alia enim præter naturam ipſorum motiua ſunt, vt vectis non natura ponderis motiuus eſt. Alia verò natura, vt actu calidum motiuum eſt calidi potentia. ſimiliter autem & in alijs huiuſmodi. Et mobile quoque ſimiliter natura, quod eſt potentia quale, aut quantum, aut vbi, cùm habeat principium tale in ſeipſo, & non ſecundùm accidens; erit enim idem, & quantum, & quale; ſed alterum alteri accidit, & non ſecundùm ſe ineſt. Ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violentia quidem; cùm præter naturam: natura autem; cùm

ad

ad ſuos ipſorum actus potentia exiſtũt. ¶ Quoniam autem quod potentia eſt, multipliciter dicitur; hæc cauſa eſt, vt non ſit manifeſtũ, à quo hæc moueantur: vt ignis ſurſum & terra deorſum. Eſt autem potentia aliter ſciẽs, qui diſcit, & qui habet iam, & non contemplatur. ſemper autem, cum ſimul actiuum, & paſſiuũ ſint, fit aliquando actu, quod eſt potentia, ut ipſum diſcens: & ex eo, quod potentia eſt, alterum fit potentia: qui enim habet ſcientiam, non autẽ contemplatur, potentia eſt ſciens quodammodo; ſed non vt & antea, ꝙ diſceret. cùm autem ſic ſe habet, ſi aliquid non prohibeat; operatur, & contemplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. Similiter autem hæc ſe habent & in Phyſicis. frigidum ènim potentia calidum eſt cum autem fuerit mutatum; iam ignis eſt. vrit autem, niſi quid prohibeat, & impediat. ſimiliter autem ſe habet & circa graue, & leue. leue enim fit ex graui, vt ex aqua aer: hoc enim potentia primùm, & iam leue eſt, & operabitur confeſtim, niſi quid prohibeat. actus autẽ ipſius leuis eſt alicubi eſſe, & ſurſum. prohibetur autem; cùm in contrario loco eſt & hoc ſimiliter ſeſe habet & in quanto, & in quali. Attamen quæritur hoc, quare ad ſuum locum mouẽtur leuia, & grauia. Cauſa autem eſt, quia apta natura ſunt aliquo. & hoc ineſt ipſi graui, & leui eſſe, hoc quidem ipſo ſurſum, illud aũt ipſo deorſum determinatum. Potentia autem eſt & leue, & graue multipliciter, ſicut dictum eſt: cùm enim eſt aqua potẽtia; quodam modo eſt leue: &, cũ aer eſt; adhuc potẽtia eſt: contingit. n. impeditum, & nõ ſurſum eſſe. ſed, ſi auferatur impediẽs; agit, & ſemper ſuperius fit. Similiter aũt Te. 32.

&

& quale, vt actu ſit, mutatur: illico.n. contēplatur ſciens, niſi aliquid prohibeat: & ipsū quantum extenditur, niſi quid prohibeat. Qui autē id, quod ſuſtinet, & prohibet, mouit; eſt vt moueat, eſt verò vt nō: vt qui columnam diuulſit, aut qui lapidem remouit a vaſe in aqua: ſecundùm accidens enim mouet: ſicut reflexa ſphæra non à pariete mota eſt; ſed à proijciente. Quòd igitur nihil horū ipſum mouet ſeipſum, manifeſtum eſt; ſed motus habet principium, Te. 33. non mouendi, neque faciendi; ſed patiēdi. ¶Si igitur omnia, quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violētia: & quæ vi & præter naturam, omnia à quodam, & ab alio: eorum autem, quæ natura rurſus, & quæ à ſeipſis mouentur, ab aliquo mouētur, & quæ non à ſeipſis, vt grauia, & leuia: (aut.n. ab eo, quod generauit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo, quod impediētia, & prohibentia ſoluit) omnia vtique, quæ mouentur, ab aliquo mouebūtur. Hoc autem dupliciter: Aut enim non per ſeipſum mouens, ſed per alterum, quod mouet mouens, aut per ſeipſum. Et hoc, aut primum poſt vltimum, aut per plura: vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu mota ab homine: hic autem non amplius ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouētium; ſed magis primum: illud enim mouet vltimum; ſed nō hoc primum. & ſine primo quidem vltimū non mouebit; illud autem ſine hoc: vt baculus nō mouebit non mouente homine.

EXPLANATIONES.

NON adhuc manifeſtum] *ſ. cum moueatur ſecundum*

cundum naturam[illa].ſ.pars [hæc] .ſ.grauia, & leuia[idem].ſ.ſubiectè[cum extra naturam] .ſ.motus eorum eſt extra naturalem ipſorum potentiam.

Summa, & diuiſio in cap. 5.

NON eſſe proceſſum in infinitum in mouentibus, & mobilibus dicitur, omneq; mouens moueri demonſtratur impoſſibile; ſed eſt deuenire ad motorem, uel omnino immobilem, ue ſeipſum mouentem; unde caput diuiditur in duas partes: in prima oſtendit, quod non eſt poſſibile, quòd in infinitum aliquid ab alio moueatur. & præmittit aliqua, ubi ait[hoc autem dupliciter] deinde probat propoſitum dup. primò ſic [ſi ergo neceſſe eſt omne]ſecundò, [amplius autem]in ſecunda parte probat, quòd non omne mouens mouetur, & primò ſcribit quandã diuiſionem ſic [poſtea autem] & talis diuiſionis deſtruit primũ membrum tripliciter: primò [primum igitur ſi ſecundum accidens]ſecundò [& rationabiliter hoc accidit] vltimò [quapropter & Anaxagoras]ſequitur deinde aliam partem diuiſionis.ſ. quòd omne, quod mouetur, moueatur ab aliquo, quod mouetur per ſe non ſecundum accidens, & hoc affirmat duabus rationibus. prima ſic [ſed manifeſtum eſt]ſecunda eſt [amplius autem his.]

SI ergo neceſſe eſt omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & aut ab eo, quod mouetur ab alio, aut non: & ſi ab alio quidem, quod mouetur; neceſſe eſt aliquid eſſe primum mouens, quod non ab alio. Si autem huiuſmodi eſt primum; non neceſſe eſt eſſe alterum: impoſſibile enim eſt in infinitum abire mouens, & ipſum, quod mouetur ab alio: infinitorum enim nihil eſt primum. Si ergo omne quidem, quod mouetur, Te. 34.

uetur, ab aliquo mouetur; primum autem mouens mouetur quidem, nō autem ab alio: neceſſe eſt ipſum à ſeipſo moueri. ¶ Amplius autem & ſic ipſam hanc rationem eſt aggredi. Omne enim mouēs & aliquid mouet, & aliquo: aut enim ſeipſo mouet ipſum mouens, aut alio: vt homo ſeipſo, aut baculo: & ventus deiecit aut ipſe, aut lapis, quam impulit. impoſſibile eſt autem mouere ſine eo, quod ſeipſo mouet id, quo mouet. Sed, ſi ipſum ſeipſo mouet; non neceſſe eſt aliud eſſe, quo mouet. ſi uerò ſit alterum id, quo mouet; eſt aliquid, quod mouebit, nō quodam, ſed ſeipſo, aut in infinitum abibit. Si igitur aliquid, quod mouetur, mouet; neceſſe eſt ſtare, & non in infinitum ire: ſi enim baculus mouet ex eo, quia mouetur à manu; manus mouet baculum. ſi autem & hanc aliud mouet; & hunc aliud aliquid mouens eſt. Cum itaque aliquo moueat ſemper alterum; neceſſe eſt prius ipſum eſſe ſeipſo mouens. Si igitur mouetur quidem hoc, non autem eſt aliud mouens ipſum; neceſſe eſt ipſum ſeipſo mouere. quare & ſecūdùm hāc rationem, aut mox id, quod mouetur ab eo, quod ipſum ſeipſo mouet, mouebitur,

Te. 35.

Te. 36. aut uenit aliquando ad aliquid tale. ¶ Poſtea autem, quæ dicta ſunt, & ſic conſiderantibus accident hæc eadem. Si enim ab eo, quod mouetur, mouetur omne, quod mouetur; aut hoc rebus ipſis ineſt ſecundùm accidens, vt moueat quidem id, quod mouetur; non tamen propterea quòd mouet ipſum ſemper: aut non; ſed per ſe. Primum igitur, ſi ſecundùm accidens; non eſt neceſſe moueri id, quod mouetur. Si autem hoc eſt; manifeſtum eſt, quòd contingit aliquādo nihil moueri eorum, quæ ſunt: non enim neceſſarium

ceſſarium eſt accidens; ſed contingit non eſſe. Si ergo ponamus poſſibile eſſe; nullum impoſſibile accidet, falſum autẽ fortaſſis. ſed motum nõ eſſe impoſſibile eſt: oſtenſum enim eſt prius hoc, quod neceſſe eſt motum ſemper eſſe. ¶ Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim neceſſe eſt eſſe, quod mouetur, & mouens, & id, quo mouet. Id igitur, quod mouetur, neceſſe eſt quidẽ moueri, mouere autem non neceſſe eſt. id autem, quo mouet, & mouere, & moueri: pariter enim mutatur hoc, ſimul, & ſecundùm idem cum eo, quod mouetur, exiſtens. manifeſtum autem eſt in mouẽtibus ſecundùm locum: tangant enim ſeinuicem neceſſe eſt ſic vſque ad aliquid: mouens autem ſic, vt ſit non id, quo mouet, immobile. Quoniam aũt videmus vltimum, quod moueri quidem põt, motionis aũt principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem, ſed non à ſeipſo; rationabile eſt (vt ne neceſſarium dicamus) & tertium eſſe, quod mouet quidem; cùm ſit immobile. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit mentem impaſſibilem inquiens, & immiſtam eſſe; quoniam motus principium ipſum facit eſſe: ſic enim utique ſolum mouebit; cũ ſit immobilis: & vincet; cum ſit immiſtus. ¶ At verò, ſi non ſecundùm accidens; ſed ex neceſſitate mouetur mouens, ſi autem non moueatur, non utique mouebit; neceſſe eſt mouens, quatenus mouetur, aut ſic moueri, vt ſecundum eandẽ ſpeciẽ motus, aut ſecundum alteram. dico aũt, quale eſt aut calefaciens & ipſum calefieri, & ſanans ſanari, & ferens ferri, aut ſanans ferri, ferens autem augeri. Sed manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt. oportet igitur vſque ad indiuidua diuidẽ

Te. 37.

Te. 38.

tem dicere: vt, ſi quid docet Geometricè operari; hoc docet Geometricè operari ſecundum idem: aut, ſi proiicit; proiicit ſecundùm eundẽ modum proiectionis: aut non ſic quidem, ſed ſecundùm aliud ex alio genere. vt quod fert quidem augeri, quod autem hoc auget alterari ab alio: quod autem hoc alterat, ſecundum alium quendã moueri motum. ſed neceſſe eſt ſtare: finiti.n.ſunt motus ipſi. Rurſus aũt reflectere, & alterans dicere ferri idem facere eſt, ac ſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens: manifeſtum.n.eſt, ꝙ & à ſuperiore mouente mouetur id, quod mouetur omne, & magis à primo mouentium. At verò hoc quidem impoſſibile eſt: docẽs.n.accidit diſcere, quorũ hoc quidem non habere, illud autem habere ſciẽtiam neceſſarium eſt. Amplius autem his magis irrationabile eſt, ꝙ accidit; omne motiuũ eſſe mobile; ſi omne, quod mouetur, ab eo, quod mouetur, moueatur: erit.n.mobile: vt, ſi aliquis dicat, ꝙ omne ſanatiuum & ſanans ſanabile erit: & ædificatiuum ædificabile, aut ſtatim, aut per plura. dico autem, ut ſi mobile quidem ab alio eſt omne motiuum, ſed non ſecundùm eundẽ motum mobile, quo mouet propinquum; ſed ſecundùm alterum, vt ſanatiuum diſcibile. ſed hoc aſcendendo perueniat aliquando ad eandem ſpeciem, ut diximus prius. Alterum igitur horum impoſſibile eſt, alterum autem figmentum: inconueniens enim eſt alteratiuum aug-

Te. 39. mentabile ex neceſſitate eſſe. ¶ Non ergo neceſſe eſt ſemper moueri quod mouetur ab alio, eoque moto. ſtabitur ergo. quare aut à quieſcente mouebitur id, quod mouetur primum, aut ipſum ſeipſum mouebit. At vero, ſi oportet

tet etiam conſiderare, vtrum cauſa motionis ſit, & principium ipſum ſeipſum mouēs, an id, quod ab alio mouetur, illud omnis vtique pōnet: id enim, quod per ſe eſt cauſa, ſēper prius eſt eo, quod ſecundū alterum, & ipſo exiſtēte.

EXPLANATIONES.

HOC].ſ.quod mouetur [aut primum poſt vltimum].i.quód eſt ſibi proximum poſt ſecundum mouens[quod non].ſ.moueatur [à ſeipſo moueri] .i.uirtute propria[ad aliquid tale] ſ.ſeipſum mouens [& id quo mouet].ſ. & inſtrumentum quo mouens mouet [impoſsibile eſt]ſcilicet ſtare ad ſpeciem ſubalternam[vſque ad indiuiduam diuidentem].i.ad ſpeciem ſpecialisſimam.

Summa, & diuiſio in cap. 6.

QVODCVNQVE ſeipſum mouens diuidi in duas partes, quarum altera mouens eſt reſpectu alterius, nec alio modo mouens ſeipſum reperiri monſtratur. & quomodo partes ſeipſum mouentes conſiderari debeant, & cuius rationis ſint, dicitur. diuiditur caput in duas partes. Prima proponit mouens ſeipſum non totum mouet ſe totum, ubi ait [impoſsibile igitur eſt ipſum] & probat dup. primò [feretur enim totum] ſecundò [amplius autem determinatum eſt] deinde excludit quoſdam modos, quos aliquis poſset exiſtimare in motu mouentis ſeipſum, & primò declarat, quòd mouentis ſeipſum non mouetur utraque pars ab altera. proponit ſic [quod autem non eſt ipſum ſeipſum] & probat quadrupliciter. prima ratio eſt[neque enim erit primum] ſecunda[amplius non neceſſe eſt] tertia [amplius non neceſſe eſt mouens]quarta [amplius ſecundum quem mouet motū] excludit alium modum.ſ. quòd mouētis ſeipſum pars

ſeipſam non mouet, & proponit ſic [at verò neque ipſius] & adducit ad hoc probandum duas rationes, prima eſt [totum enim ſi mouetur] ſecunda [amplius ſi tota ipſa] in ſecunda parte declarat, quomodo huiuſmodi partes ſe habeant adinuicem, & proponit ſic [quoniam autem mouet] & hoc probat tali ratione [ſit enim A mouens] & conſequenter mouet quandam dubitationem, vbi ait [dubitationem autem habet] quam ſoluit ibi [an potentia quidem.]

Te. 40. QVare hoc conſiderandum eſt, ſumpto alio principio, ſi quid mouet ſeipſum, quomodo mouet, & ſecundum quem modum. Neceſſe igitur eſt omne, quod mouetur, eſſe diuiſibile in ſemper diuiſibilia: hoc.n. oſtenſum eſt prius in iis, quæ vniuerſaliter de natura, ꝙ omne, quod per ſe mouetur, continuum eſt. Impoſſibile igitur eſt ipſum mouens ſeipſum penitus mouere ipſum ſeipſum: feretur.n. totum, & feret ſecundũ eandem lationem, vnum exiſtens, & indiuiduum ſpecie, & alterabitur, & alterabit. quare docebit utique, & docebitur ſimul: & ſanabit, & ſanabitur ſecundùm eãdem ſanitatem. Amplius autem determinatum eſt, ꝙ mouetur id, quod mobile eſt. hoc autem eſt potentia, cum mouetur, non actu. quod autem potentia eſt, ad actum pergit. eſt autem motus actus mobilis imperfectus. mouens autem iam actu eſt: vt calefacit calidum, & omnino id, qđ habet formã, generat. quare ſimul idem, & ſecundum idem calidum erit, & non calidum. ſimiliter autem & aliorum vnumquodq; eorũ, quæ neceſſe eſt mouẽs habere vniuocum. eius ergo, quod ſeipſum mouet, hoc quidem mouet, illud autem mouetur. ¶ Quòd autem non

Te. 41.

eſt

eſt ipſum ſeipſum mouens ſic, vt vtrunque ab vtroque moueatur, ex his manifeſtum eſt: neque enim erit primum mouens vllum, ſi vtrunque vtrunque mouebit: quod enim prius magis cauſa eſt mouendi, quàm ſequens, & mouebit magis. Dupliciter enim mouere eſt, aliud quidem id ipſum, quod ab alio mouetur, aliud autem ſeipſo. proximius autem eſt quod longius eſt ab eo, quod mouetur à principio, quàm quod in medio eſt. Amplius non neceſſe eſt mouens moueri, niſi à ſeipſo. ſecundùm accidens ergo contrà mouet alterum. at ſumpſi contingere nõ mouere. erit ergo aliud quidem, quod mouetur, aliud autem mouens immobile. Amplius non neceſſe eſt mouẽs contrà moueri; ſed aut immobile aliquid mouere neceſſe eſt, aut ipſum à ſeipſo moueri; ſi neceſſe quidem eſt ſemper motum eſſe. Amplius ſecundùm quem mouet motum, etiam vtique mouebitur. quare calefaciens calefit. ¶ At verò neque ipſius primò ſeipſum mouentis, aut vna pars, aut plures mouebunt ipſa ſeipſam vnaquæque: totum enim ſi mouetur ipſum à ſeipſo, aut ab aliquo eorum, quæ ſunt ipſius, mouebitur, aut totum à toto. Si igitur, quia mouetur aliqua pars ipſa à ſeipſa; hæc vtique erit illud primum ipſum ſeipſum mouens: ſeparata enim hæc quidem mouebit ipſa ſeipſam, totam autem non amplius. Si verò totum à toto mouetur; ſecundùm accidens hæ mouebunt ipſæ ſeipſas. Quare, ſi non neceſſariò, accipiantur non moueri à ſeipſis. Ipſius igitur totius aliud mouebit, cum immobile ſit, aliud autem mouebitur: ſolum enim ſic poſſibile eſt aliquid per ſeipſum motiuum eſſe. Amplius, ſi to- Te. 42.

ta ipſa ſeipſam mouet; hoc quidem mouebit ipſius, illud autem mouebitur. igitur A B & à
Te. 43. ſeipſa mouebitur, & ab A. ¶ Quoniam aũt mouet aliud quidem, quod mouetur, ab alio, aliud autem immobile exiſtens. & mouetur hoc quidem mouens, illud autem nihil mouens, ipſum ſeipſum mouens; neceſſe eſt ex immobili eſſe, mouente tamen: & adhuc ex eo, quod mouetur, nõ mouet autem ex neceſſitate, ſed qualitercunque euenit. Sit enim A mouens quidẽ, & immobile, B verò id, quod & mouetur ab A, & mouet id, in quo C, hoc autem motum quidem ab ipſo B, mouens autem nihil: ſi enim & per plura veniat aliquando in C, ſit per unum ſolum. totum ergo A B C ipſum ſeipſum mouet. ſed, ſi aufero ipſum C; ipſum quidem A B mouebit ipſum ſeipſum: ipſum enim A eſt mouens, B verò, id quod mouetur. ipſum autem C non mouebit ipſum ſeipſum, neque penitus mouebitur. At verò neque B C mouebit ipſa ſeipſam ſine ipſo A: nam B mouet ex eo, quia mouetur ab alio; non quia à ſeipſo parte aliqua. ipſum igitur A B ſolum ſeipſum mouet. Neceſſe eſt igitur ipſum ſeipſum mouens habere mouens, immobile tamen, & id quod mouetur, nihil autem mouet ex neceſſitate, tangentia autem aut vtraque ſeinuicem, aut alterũ alterũ. Si igitur continuum eſt id, quod mouet; (quod enim mouetur continuum eſſe neceſſariũ eſt;) manifeſtum eſt, ꝙ totum ipſum ſeipſum mouet, non eo, ꝙ ipſius aliquid huiuſmodi ſit, vt ipſum ſeipſum moueat; ſed totum mouet ipſum ſeipſum, & mouens, & motum; eò ꝙ ipſius aliquid eſt ipſum mouens, & id, quod mouetur: non enim totum mouet, neq; totum mouetur;

tur;

tur; ſed mouet quidem ipſum A, mouetur autem ipſum B ſolum: ipſum autem C ab ipſo B non amplius: impoſſibile enim eſt. ¶Dubitationem autem habet, ſi auferat aliquis aut ab ipſo A, ſi continuum eſt, id, quod mouet quidem, ſed immobile eſt; aut ab ipſo B, quod mouetur; an reliquum vtique ipſius A mouebit, aut reliquum ipſius B mouebitur. ſi enim hoc; non vtique erit, quæ primò mouetur à ſeipſa, quæ eſt A B: remota enim ab A B adhuc mouebit ſeipſam reliqua A B. An potentia quidẽ vtrunque nihil prohibet, aut alterum, id. ſ. quod mouetur, diuiſibile eſſe, actu autem indiuiſibile. ſi autem diuidatur, non vlterius eſſe eandem habens potẽtiam. quare nihil prohibet in ijs, quæ diuidi poſſunt, potentia primò ineſſe. Manifeſtum eſt igitur ex his, quòd eſt primũ mouens immobile: ſiue.n. confeſtim id, quod mouetur, ab aliquo aũt mouetur, ſtet ad immobile primum, ſiue ad id, quod mouetur quidem, ipſum autem ſeipſum mouens eſt, & ſiſtens; vtroque modo accidit vtique id, quod primum mouet, in omnibus eſſe motis immobile. Te. 44.

EXPLANATIONES.

MOVERE ipſum ſeipſum] .ſ. *ſeipſum ſecundũ totum* [*eandem ſanitatem*] .ſ. *numero* [*vniuocum*] .i. *conueniens in nomine, & ratione cum moto* [*hoc quidem mouet*] .i. *una pars* [*utrumque*] .ſ. *pars* [*proximius*] .ſ. *primo mouenti* [*longius ab eo*] .i. *remotum ab ultimo* [*tangentia aut vtraque*] .ſ. *hę dua partes* [*vtrunque*] .ſ. *mouens, & motum.*

Summa, & diuiſio in cap. 7.

PRIMVM mouens perpetuum, & immobile

eſſe, primum ex animalium ſeipſa mouentium generatione, ac corruptione, deinde ex ratione ſumpta ex principiis mouentibus; exponit Ariſto. proponit ſic [quoniam autem oportet] & probat tali ratione [ſi autem quis uelit] & demonſtrat, quòd magis debeat poni unum princip. perpetuum, quàm multa, ubi ait [unum autem magis quàm multa] deinde concludit neceſſe eſſe aliquod vnum primum mouens immobile ſic [manifeſtum autem eſt] aliam rationem ſumptã à parte principiorum mouentium recitat; ſed prius, ea quæ dicta ſunt in principio huius tractatus, ubi inquit [& rurſus cum reſpexerit] deinde ponit ratio nem ibi ex quibus credere licet] & excludit quandam obiectionem ibi [non eſt autem idem] primum motorem perpetuum eſſe probat dup. primò [at uero ſi aliquid eſt] ſecunda [eſt autem hoc manifeſtum] & infert quandam concluſionem, quam ſupra dimiſerat inſolutam ibi [manifeſtum igitur factum eſt.]

Te. 45. QVoniam autem oportet motum ſemper eſſe, & non intermitti; neceſſarium eſt eſſe aliquid perpetuum, quod primum mouet, ſiue vnum ſit, ſiue plura, & primum mouens im-
Te. 46. mobile eſſe. ¶ Vnumquodq; igitur immobiliũ quidem, mouentium autem, perpetuum eſſe nihil ad præſentem ſermonem. Quòd autem neceſſarium eſt eſſe aliquid, quod ſemper immobile quidem ipſum ſit omni extranea mutatione, & ſimpliciter, & ſecundum accidens, motiuum autem alterius; manifeſtum eſt conſiderantibus ſic. Sit autem, ſi quis velit, in quibuſdam contingens, vt ſit aliquando, & non ſit ſine generatione, & corruptione: fortaſſis enim neceſſarium eſt, ſi quid impartibile aliquando quidem eſt, aliquando autem non eſt, ſine mu-

tatione

tatione aliquandò quidem eſſe, aliquando autem nòn eſſe omne tale. Et principiorum immobilium quidem, motiuorum autem quædam aliquando quidem eſſe, aliquando autem non eſſe, contingat & hoc. ſed nequaquam omnia quidem poſſibile eſt: manifeſtũ enim eſt, quòd cauſa quædam ijs, quę ipſa ſeipſa mouēt, ineſt, vt aliquando quidem ſint, aliquando autem non ſint: quod enim ipſum ſeipſum mouens eſt, omne neceſſe eſt magnitudinem habere; ſi nihil mouetur impartibile. id autem, quod mouet, nulla neceſſitate eſt ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrumpantur, & hoc ſit continuè; nulla cauſa eſt immobilium quidem, non ſemper autem exiſtētium. neque rurſus eorum, quæ ſemper quidem hæc mouent, horum autem alia: ipſius enim, quod ſemper eſt, & continui neque vnumquodque ipſorum cauſa eſt, neque omnia: nam ſic ſe habere perpetuum, & ex neceſſitate eſt. omnia autem infinita, & non ſimul omnia ſunt. ¶ Manifeſtum eſt igitur, quòd quanuis decies millies aliqua principia immobilium quidem, mouentium autem, & multa eorum, quę ipſa ſe ipſa mouent, corrumpantur, alia verò inſuper generentur; & hoc quidem immobile exiſtens hoc mouet, alterum autem hoc, at nihilominus aliquid eſſe, quod continet: & hoc præter vnumquodque eſſe id, quod eſt cauſa, vt alia quidem ſint, alia verò non, & continuæ mutationis. & hoc quidem his, hæc autem alijs cauſa motus ſint. ¶ Si igitur perpetuus motus eſt; perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum eſt. ſin verò plura; plura perpetua. Vnum autem magis, quàm multa, & finita; quàm infinita oportet

Te. 47.

Te. 48.

tet exiſtimare: eiſdem enim accidentibus ſemper finita magis accipere oportet: in ijs enim quæ natura ſunt, oportet finitum, & id, quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis. ſufficiens autem eſt, etiam ſi vnum quod, cùm primum immobilium perpetuum ſit, erit alijs principium motus. ¶ Manifeſtum autem eſt ex hoc, quòd neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum primum mouens: Oſtẽſum eſt enim, quòd neceſſe eſt ſemper motum eſſe. ſi vero ſemper; neceſſe eſt; & continuum eſſe: etenim quod ſemper eſt, continuum eſt: quod autem conſequenter eſt, non eſt continuum. At uerò, ſi continuus eſt; vnus eſt. vnus autem; ſi & ab vno mouente, & vnius ſit, quod mouetur: ſi enim quidam aliud, & aliud mouebit; non continuus totus motus, ſed conſequenter erit. Ex his igitur crediderit aliquis eſſe quid primũ immobile. ¶ Et rurſus, cùm reſpexerit ad principia mouentium. Eſſe igitur quædam entium, quæ aliquando quidẽ mouentur, aliquando vero quieſcunt, manifeſtum eſt. Et per hoc factum fuit manifeſtum, quòd neque omnia mouentur, neque omnia quieſcunt, neque alia quidem ſemper quieſcunt, alia verò ſemper mouentur; quæ nanque ad ambo prona ſunt, & potentiam habent vt aliquando quidem moueantur, aliquando verò quieſcant, demonſtrant de ipſis. Quoniam autem huiuſcemodi omnibus ſunt manifeſta: volumus autem demonſtrare & duorum vtranque naturam, quod ſunt alia quidem ſemper immobilia, alia autem, quæ ſemper mouentur: procedentes autem ad hoc, & ponentes omne, quod mouetur, ab aliquo moueri, & hoc eſſe aut immobile, aut quod mouetur; & quod mouetur

Te. 49. (margin, beside "motus. ¶ Manifeſtum")
Te. 50. (margin, beside "aliquis eſſe quid primũ")

uetur aut à ſeipſo, aut ab alio ſemper, proceſſimus vt accipiamus quod eorum, quæ mouentur, eſt principium: eorum quidem, quæ mouentur, id, quod ipſum ſeipſum mouet: omnium autem id, quod immobile eſt. videmus autem & manifeſta eſſe eiuſmodi, quæ mouēt ipſa ſe ipſa, vt animatorum, & animalium genus. Hęc igitur & opinionem præbebant, ne fortè cōtingat motum fieri; cum non eſſet omnino: propterea quòd nos in his videmus hoc cōtigere: immobilia enim cum ſint aliquando, mouentur rurſus, vt videtur. ¶ Hoc autem oportet accipere, quòd ſecundùm vnum motum ipſa mouent, & quòd ſecundùm hunc non propriè; nō enim ex ipſis eſt cauſa, ſed inſunt alij motus naturales animalibus, ſecundùm quos non mouentur per ſeipſa: vt augmentatio, diminutio, reſpiratio, quibus mouetur animalium vnumquodque, cum quieſcit, & non mouetur ſecundùm eum motum, qui eſt à ſeipſo. Huius autem cauſa eſt continens, & multa ingredientium, vt quorundam alimentum: nam, dum concoquitur, dormiunt: dum autem diſgregatur; excitantur: & mouent ſeipſa; cum primum principium ab externo ſit. quapropter nō ſemper mouentur continua à ſeipſis: aliud enim eſt mouens ipſum, quod mouetur, & mutatur ad vnū quodque mouentium ſeipſa. In omnibus autem his mouetur primū mouens, & cauſa vt ipſum ſeipſum moueat à ſeipſo, ſecundùm accidens tamen: mutat enim locū corpus. quare & quod in corpore exiſtit: & quod in vecte mouēs ſeipſum. ¶Ex quibus credere licet, quòd ſi quid eſt immobilium quidem, mouentium autem, & ipſorum, quæ mouētur ſecundùm accidens, Te. 51. Te. 52.

impoſ-

impoſſibile eſt continuo motu mouere. Quare, ſi neceſſe eſt quidem cõtinuè eſſe motum; eſſe quid oportet primum mouens immobile, & non ſecundùm accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in ijs, quæ ſunt, vt ſit inceſſabilis quidam, & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem: principio enim manente neceſſe eſt omne manere, continuũ exiſtens ad principium. Non eſt autem idem moueri ſecũdùm accidens à ſeipſo, & ab altero: moueri enim ab alio, & eorũ, quæ ſunt in cœlo, quibuſdam principijs ineſt, quæ ſecundùm plures feruntur lationes: alterum autem corruptibili-
Te. 53. bus ſolum. ¶ At verò, ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi; mouens quidem, immobile autem, & ipſum perpetuum, neceſſe eſt & ipſum primũ, quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe. Eſt autem hoc manifeſtum quidem & ex eo, ꝙ non aliter eſſet generatio, & corruptio, & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id, quod mouetur: immobile n. eodem & vno motu ſemper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipſum mutetur ad id, quod mouetur. quod autem mouetur ab eo quidem, quod mouetur, ab immobili autẽ mouetur iam; propterea quòd aliter, ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdẽ motus erit cauſa: ſed proptèrea, quòd in contrarijs eſt locis, aut formis; contrariè præſtabit, vt moueatur vnumquodque aliorum, & aliquando quidem quieſcat, aliquando autem moueatur Manifeſtum igitur factum eſt ex dictis, & quod in principio dubitabamus, curnã non omnia aut mouentur, aut quieſcunt, aut alia quidem mouentur ſemper, alia verò quieſcunt; ſed quædã aliquando quidẽ, aliquando autem non. Huius

enim

enim cauſa manifeſta nunc eſt, ꝙ alia quidem ab immobili ſempiterno mouentur, quapropter ſemper mutantur: alia verò ab eo, quod mouetur,& mutatur: quare & ipſa neceſſariũ eſt mutari. Immobile autem, vt dictum eſt, tanquam ſimpliciter,& eodem modo,& in eodem permanens, ſecundùm vnum,& ſimplicem mouebit motum.

EXPLANATIONES.

SECVNDVM vnum motum ipſa mouent].i. animalia ſeipſa mouent ſecundum motum localem [huius] ſ.motus naturalis cauſa [& manere ens ipſum in ſeipſo, & in eodem].i.quòd diſpoſitio uniuerſi maneat in ſua diſpoſitione, & in eodem ſtatu [ab altero].i.ratione alterius [alterum].i.moueri per accidens ſecundum ſeipſum.

Summa,& diuiſio in cap. 8.

MOTVM localem cæteris aliis motibus priorem eſſe probat. proponit ibi [at uerò & alio facto] & quatuor rationibus. prima per proprietates motuum, ubi ait [impoſſibile eſt enim augumentationẽ] ſecunda, quæ potius eſt ſecundum opinionem antiquorum [amplius autem omnium paſſionum] tertia [amplius & hinc conſiderantibus] quarta [maximè autẽ manifeſtum eſt.]

AT uerò & alio facto principio, magis erit de his manifeſtum: conſiderandum enim eſt, utrum aliquem motum contingat eſſe continuum, an non.&, ſi contingit; quis eſt hic, & quis primus eſt motuum. Manifeſtum enim eſt quòd, ſi neceſſarium quidem eſt ſemper motũ eſſe, primus autem hic; & continuus eſt; quòd Te. 54.

primum mouens mouet ſecundùm hunc motum, quem neceſſarium eſt unum, & eundem

Te. 55. eſſe, & continuum, & primum. ¶ Tribus autem exiſtentibus motibus, alio quidem ſecundùm magnitudinem, & alio ſecundùm paſſionem, & alio ſecundùm locum, quem uocamus lationē: hunc neceſſarium eſt eſſe primum: impoſſibile enim eſt augmentationem eſſe, alteratione nō præexiſtente: quod enim augmentatur, eſt quidem ut ſimili augeatur, eſt autem ut diſſimili: contrarium enim alimentum dicitur eſſe contrario. adiungitur autem omne factum ſimile ſimili. neceſſe igitur eſt alterationem eſſe eam, quæ in contrarium eſt, mutationem. At uerò, ſi alteratur; oportebit eſſe alterans, & agens ex potentia calido actu calidum. Manifeſtum eſt igitur, quòd mouens non ſimiliter ſe habet; ſed aliquando quidem propinquius, & aliquando autem longius ab eo, quod alteratur, eſt. hæc autem ſine latione non contingit eſſe. Si ergo neceſſe eſt ſemper motum eſſe; neceſſe eſt & lationem eſſe ſemper primam motuum. & ſi lationis alia quidē prior, alia vero poſterior eſt; primam. Amplius autem omnium paſſionum principium eſt dēſitas, & raritas: etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum, denſitates videntur eſſe, & raritates quædam. denſitas autem, & raritas congregatio, & diſgregatio, ſecundùm quas generatio, & corruptio ſubſtantiarum dicitur quæ autem congregantur, & diſgregantur, neceſſe eſt & ſecundùm locum mutari. At vero & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur ſecundùm locum magnitudo. ¶ Amplius & hinc conſiderātibus erit manifeſtum, quod latio prima eſt. primum

Te. 56.

mum enim, vt & in alijs, ſic & in motu dicetur vtique multifariam. Dicitur autẽ prius, & quo non exiſtente non erunt alia, illud verò ſine reliquis. Et quod tempore. Et quod ſecũdùm ſubſtantiam Quare, quoniam motum quidem neceſſarium eſt eſſe continuè, erit autem continuè, aut qui continuus eſt, aut qui conſequenter, magis autem qui continuus eſt, & melius eſt continuum, quàm conſequenter eſſe; quod autem melius eſt, ſemper arbitramur in natura eſſe, ſi poſſibile eſt: poſſibile autem eſt cõtinuũ eſſe: demonſtrabitur autem poſterius, nunc autem hoc ſupponatur, & hunc nullum poſſe niſi lationem: neceſſe eſt itaque [illegible] eſſe primã: nulla enim neceſ[illegible]ationem eſ tari, aut a[illegible]erari id [illegible]tas eſt aut augmẽ[illegible] quod fertur: neque igitur generari, aut corrumpi horum autem nullum eſſe contingit, ſi continuus non ſit, ſecundùm quem mouet primum mouens. ¶ Adhuc, tempore primum: perpetuis enim ſolum competit moueri ſecundùm hunc. Sed in vnoquoque eorum quidem, quę habent generationem, lationẽ neceſſe eſt poſtremum eſſe motuum: poſt enim generationem primum alteratio eſt, & augmẽtatio. ſed latio iam perfectorum motus eſt. Sed alterum neceſſe eſt moueri ſecundùm lationem prius, quod & generationis cauſa erit ijs, quæ fiunt, non generatum, ut id, quod genuit, eo, quod generatum eſt. Videbitur autem generatio vtique eſſe prima motuũ; propterea quòd factam eſſe oportet rem primùm. hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiunt, ſic ſe habet: ſed alterum quid neceſſe eſt prius moueri ex ijs, quæ fiunt, quod & ipſum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem Te. 57.

tionem impoſſibile eſt eſſe primam : (omnia enim, quæ mouentur, eſſent corruptibilia) manifeſtum eſt, quòd neque eorum, qui cõſequenter ſunt, motuum vllus prior eſt. Dico autem cõſequenter, augmentationem, poſtea alterationem, & diminutionem, & corruptionem: omnes enim poſteriores ſunt generatione. Quare, ſi neque generatio prior latione eſt; neque aliarum vlla mutationum.

Te. 58. ¶ Omnino autem videtᷓ id, quod fit, eſſe imperfectum, & ad principium ire. quo fit, vt quod generatione poſterius eſt, natura prius ſit. vltimò autem latio ineſt omnibus ijs, quæ ſunt in generatione. Quapropter viuentium alia quidẽ omnino immobilia ſunt propter indigentiam inſtrumenti, vt plantæ, & multa genera animalium: alijs autem, cùm perficiũtur, ineſt. Quare, ſi magis ineſt latio ijs, quę magis nacta ſunt naturã; & motus hic primus aliorum erit ſecundùm ſubſtantiam.

Te. 59. ¶ Et ꝓpter hæc, & quia minime motuum id, quod mouetur, dum fertur, ſubſtantia amittit: ſecundùm enim ſolã nihil mutatur ab eſſe: vt, cum, quid alteratur; quale: cum uerò augetur, & diminuitur; quãtum.

Te. 60. ¶ Maximè autem manifeſtum eſt, quòd mouens ipſum ſeipſum maxime ſecundùm hunc mouet propriè, qui ſecundum locũ eſt, & etiam dicimus hoc eſſe eorum, quæ mouentur, & mouent, principium, & primum ijs, quæ mouẽtur, id ſcilicet, quod ipſum ſeipſum mouet.

EXPLANATIONES.

SECVNDVM magnitudinem] .i. *ſecundum quantitatem, quæ uocatur augumentum, & diminutio* [*ſecundũ paſſionem*] .i. *qualitates* [*& quod ſecundum*

dum ſubſtantiam] *id eſt ſubſtantiæ complementum* [*eſſe primam*] *id eſt ſimpliciter* [*omnino immobilia*] *ſcilicet ſecundum locum* [*ſecundum ſubſtantiam*] *id eſt perfectionem ſubſtantiæ.*

Summa, & diuiſio in cap. 9.

OMNES alij motus à locali continuos eſſe non poſſe declarat Ariſt. proponit ſic [*quod igitur latio*] *probat hoc tali ratione* [*omnes enim ex oppoſitis*] *deinde excludit quaſdam obiectiones, prima ubi inquit* [*nihil enim differt contrarias*] *ſecunda* [*nec ſi non neceſſe*] *tertia ibi* [*non oportet autem turbari.*]

QVòd igitur latio primus motuũ ſit, manifeſtum eſt ex his. Quæ autem latio prima ſit, nunc demonſtrandum eſt. ſimul aũt & quod nunc, & quod prius ſuppoſitum eſt, quod contingit quendam motum continuum eſſe, & perpetuum, manifeſtum erit eadem Methodo. Te. 61.
¶ Qui igitur aliorum motuum continuum nullum contingit eſſe, ex his manifeſtum eſt: omnes enim ex oppoſitis ad oppoſita ſunt & motus, & mutationes: vt generationi quidem, & corruptioni ens, & non ens termini ſunt: alterationi autem cõtrariæ paſſiones: augmentationi uerò, & diminutioni aut magnitudo, & paruitas, aut perfectio magnitudinis, & imperfectio. contrarij autem, qui in contraria. id autẽ, quod non ſemper mouetur hac motione, exiſtit autẽ prius, neceſſe eſt prius quieſcere. manifeſtum eſt igitur, quòd quieſcet in contrario id, quod mutatur. Similiter autem & in mutationibus: opponuntur enim generatio, & corruptio ſimpliciter, & ſingularis ſingulari. Quare, ſi impoſſibile eſt ſimul mutari ſecundùm oppo- Te. 62.

ſitas non erit continua mutatio, ſed inter ipſas medium erit tempus: nihil enim differt contrarias, aut non contrarias eſſe, quæ ſecundùm cõtradictionem ſunt, mutationes; ſi modo impoſſibile ſit ſimul eidem adeſſe: hoc enim rationi nihil utile eſt. Nec ſi non neceſſe eſt quieſcere in contradictione, neque eſt mutatio quieti cõtrarium: non enim fortaſſis quieſcit, quod non eſt: corruptio autem eſt in non ens. ſed ſi ſolũ medium ſit tempus: ſic enim non eſt mutatio continua: neque enim in prioribus contrarietas vtilis erat; ſed non cõtingere ſimul eſſe. Nõ oportet aũt turbari, quòd idem pluribus erit cõtrarium, vt motus ſtatui, & motui, qui eſt in cõtrarium: ſed ſolum hoc accipere, quod opponitur quodammodo & motui, & quieti motus cõtrarius; vt æquale & mediocre excedenti, & ei, quod exceditur: & quòd non contingit ſimul

Te. 63. oppoſitos eſſe aut motus, aut mutationes.¶ Amplius autem & in generatione, & corruptione etiam penitus abſurdum eſſe uidebitur; ſi factum confeſtim neceſſe eſt corrumpi, & nullo tempore permanere. Quare ex his utique fides alijs fiet: phyſicum enim eſt ſimiliter ſeſe habere in omnibus.

EXPLANATIONES.

METHODO] .i. ſecundum artificialem conſiderationem [contrariæ paſſiones] .i. paſſibiles qualitates [contrarij] .ſ. ſunt motus [ſimpliciter] .i. communiter [eidem] .ſ. ſubiecto [in contradictione] .i. in aliquo contradictoriorum terminorum.

Summa, & diuiſio in cap. 10.

NVLLVM localem motum, neque rectum, ne

que

que reflexum perpetuò continuum eſſe poſſe, ſed ſolũ circularem oſtenditur. & aliqua de motus reflexi cõtinuitate quæſtiones proponuntur, ac ſoluuntur, & denique quibuſdam rationibus communibus concluditur motum reflexum eſſe continuum non poſſe. nullum motum præter circularem continuum eſſe proponit ibi [quod autem contingit] & probat de motu recto, ubi ait [quod autem id quod fertur] deinde de reflexo dicens [maximè autem manifeſtum eſt] deinde proponit, & ſoluit tres dubitationes. primam ibi [qua propter & ad dubitationem] quam ſoluit his uerbis [non ergo ponendum cum A affuit] ſecunda dubitatio eſt [eodẽ modo occurrendum] ſolutio eſt, ſed prius excludit aliam ſolutionem [ſed verum dicendũ eſt] tertia dubitatio eſt, & ſolutio [manifeſtum eſt autẽ] quæ manifeſtat per exempla dicens [ſit tempus] poſtea aſſerit, quòd tempus non diuiditur in diuiſibilia ſic [ſi verò quod fuerit prius] rationes autem communes demonſtrantes motum reflexum continuum non eſſe, proponit ibi [logicè autem conſiderantibus] & oſtendit hoc & in motu reflexo, & in alijs motibus: in reflexo d[u]abus rationibus, prima eſt [omne enim quod continue] ſecunda [ſimul autem & ex hoc] in alijs motibus adducit tres rationes. prima eſt [ſi enim omne quod mouetur] ſecunda [amplius & hæc ratio] tertia [amplius ſi non continuum.]

QVòd autem contingit eſſe quendam infinitum vnum exiſtentem, & cõtinuum, & hic eſt circularis, nũc dicamus. Omne enim, quod fertur, mouetur aut circulari, aut recto, aut miſto. quare, ſi neque illorum alter continuus eſt; neque illum, qui ex utriſque compoſitus eſt, eſſe ẽſt poſſibile. quod autem id, quod fertur recto, & finito, non feratur cõtinuè, mani- Te. 64.

 feſ-

nifeſtum eſt; reflectitur enim. reflexum autem recto contrarijs mouetur motibus: contrarius enim ſecundùm locum eſt is, qui eſt ſurſum, ei, qui eſt deorſum: & qui eſt in ante, ei, qui eſt in retro: & qui eſt ad ſiniſtra, ei, quod eſt ad dextra: loci enim cõtrarietates hæ ſunt. Quis autẽ eſt unus, & continuus motus, prius definitum eſt quod is, qui eſt unus, & in uno tempore, & in non differenti ſecundum ſpeciem. Tria enim ſunt, & quod mouetur, vt homo, aut Deus: & quãdo, ut tempus: & tertium id, in quo. hoc autem eſt aut paſſio, aut forma, aut locus, aut magnitudo. cõtraria autem differunt ſpecie, & nõ vnum ſunt. loci autem ſunt dictæ differentiæ. Signum autem eſt, quòd motus contrarius eſt, qui eſt ab A ad B ei, qui eſt ab ipſo B ad A, quia ſiſtunt, & ceſſare faciunt ſeinuicem, ſi ſimul fiãt. Et in circulo ſimiliter: vt qui eſt ab A ad B, ei, qui eſt ab A ad C. ſiſtunt enim, ſi cõtinui ſint, & non fiat reflexio; propterea quod contraria mutuo ſe corrumpunt, & impediunt. ſed non

Te. 65. is, qui eſt in latus, ei, qui eſt ſurſum. ¶Maximè autem manifeſtum eſt, quòd impoſſibile eſt eum motum eſſe continuum, qui ſuper recta fit: quia reflexum neceſſarium eſt ſtare, non ſolùm ſuper recta, ſed etiam ſi ſecundùm circulum feratur; non enim idem eſt circulo ferri, & circulum: eſt enim aliquando quidem vt id continuet, quod mouetur, aliquando autem vt in idem profectum, vnde moueri cœpit, reflectatur iterum. Quòd autem neceſſe eſt ſtare, fides eſt non ſolum in ſenſu: ſed & in ratione. Principium autem hoc eſt. tribus enim exiſtentibus, principio, medio, & fine, medium ad vtrunque ambo eſt, & numero quidem vnum;

ratione

ratione verò duo. Amplius autem aliud eſt eſſe potentia, & eſſe actu. Quare rectè quodlibet ſignum eorum, quæ inter extrema ſunt, potentia quidem eſt medium: actu autem non eſt, niſi diuiſerit hanc, & ſuperſtans iterum cœperit moueri. ſic autem medium ipſum principium fit, & finis, principium quidem poſterioris, finis autem prioris. Dico autẽ, vt ſi A, quod fertur, ſtet in B, & iterum feratur in C. cum autem continuè feratur, neque adeſſe, neque abeſſe poteſt A in B ſigno, ſed ſolùm eſſe in ipſo Nũc. in tempore autem nullo, niſi cuius ipſum Nunc diuiſio eſt in toto. Si autem aſſuiſſe ponat aliquis, & abſuiſſe; ſemper ſtabit A, quod fertur. impoſſibile enim eſt ſimul & affuiſſe A in B, & abſuiſſe. in alio ergo, & alio ſigno temporis. tẽpus igitur erit, quod in medio eſt. quare quieſcit A in B. ſimiliter autem & in alijs ſignis: eadem enim ratio eſt & in omnibus. Cum autem vtatur ipſum A, quod fertur, ipſo B medio, & fine, & principio, neceſſe eſt ſtare; propterea quòd duo facit ſimiliter, atque ſi cogitauerit. ſed ab A quidem ſigno abfuit, principio, in C, autem affuit; cum finierit, & ſteterit.

¶ Quapropter & ad dubitationem hoc eſt dicendum; habet enim dubitationem hanc. Si enim ſit ipſa E ipſi F æqualis, & A feratur continuè ab extremo ad C, ſimul autem ſit A in B ſigno, & D feratur ab F extremo ipſius ad G regulariter, & velocitate eadem ipſi A; ipſum D ante veniet ad ipſum G, quam ipſum A ad C. prius enim ſe mouens, & diſcedens prius venire neceſſe eſt. Non ergo ſimul affuit A in B, & abſuit ab eodem. quapropter & poſterius fit: ſi enim ſimul; non poſterius erit, ſed neceſ- Te. 68.

ſe erit ſtare. Non ergo ponendum eſt, cum A affuit in B; ipſum D moueri ſimul ab F extremo: ſi enim affuerit A in B; erit & abſuiſſe, & non ſimul. ſed erat in ſectione temporis, & nõ in tempore. Hic igitur eſt impoſſibile ſic dicere in continuo; ſed in eo, quod reflectitur, neceſſe eſt ſic dicere. Si enim G feratur ad ipſum D, & iterum reflectens deorſum feratur; extremo D fine, & principio vtetur vno ſigno, vt duob. quapropter ſtet neceſſe eſt, & non ſimul affuit in ipſo D, & abijt ab ipſo D. ibi enim ſimul eſſet, & non eſſet in eodem nunc ¶ At verò quæ olim illata fuit, ſolutio non dicenda eſt Non enim contingit dicere, quod eſt in D ipſum G in ſectione neque affuit, neque abfuit: neceſſe enim eſt ad finem venire, qui actu eſt, non potentia. quod igitur in medio eſt, potentia eſt. hoc autẽ actu, & finis quidem à deorſum, principium autem deſurſum. Et motum ergo ſimiliter. neceſſe eſt ergo ſtare quod reflectitur ſuper recta. nõ igitur contingit continuum motum eſſe perpetuum ſuper recta. eodem autem modo occurrendum eſt & ijs, qui interrogant Zenonis rationem. & volunt ſi ſemper dimidium tranſire oportet. hęc autem infinita ſunt: infinita autem tranſire impoſſibile eſſe. Aut vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant, volentes ſimul, cum quid mouetur, dimidium prius numerare, cum adeſt, ſecundùm vnumquodq dimidium. quare, cum pertranſierit totam; infinitum accidit numeraſſe numerum. hoc autẽ in confeſſo eſt impoſſibile eſſe. ¶ In primis ergo de motu ſermonibus ſoluebamus; quia tempus habet in ſeipſo: nihil. n. abſurdum eſt, ſi in infinito tempore infinita tranſit aliquis. ſimiliter

Te. 67. (margin, beside "ſet, & non eſſet in eodem nunc")

Te. 68. (margin, beside "confeſſo eſt impoſſibile eſſe")

autem

autem infinitum & in longitudine eſt, & in tẽpore. Sed hæc ſolutio ad interrogantem quidẽ ſe habet ſufficienter: interrogabatur enim, ſi finito tempore contingit infinita tranſire, aut numerare: ad rem autem ipſam, atque veritatem non ſufficienter. ſi enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogauerit, ſi infinito tempore contingit infinita tranſire; interroget de ipſo tempore hæc (habet enim tempus infinitãs diuiſiones) non amplius ſufficiẽs erit hæc ſolutio: ſed verum illud dicendum eſt, quod quidem diximus in nuper dictis ſermonibus. Si enim aliquis continuam diuiſerit in duo dimidia; hic vno ſigno, tanquàm duobus, vtitur: facit enim ipſum & principium & finem ſic autem facit & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente, neque erit cõtinua linea, neq; motus: continuus enim motus continui eſt. in continuo autem inſunt quidem infinita dimidia; ſed non actu, ſed potentia. Si verò faciat actu; non faciet cõtinuum, ſed ſtabit. quod quidem in numerante dimidia, manifeſtum eſt, quòd accidit: vnum .n. ſignum neceſſe eſt ipſi numerare duo: alterius .n. dimidij principium, alterius autem finis erit; ſi non vnã numeret continuam, ſed duo dimidia. Quare dicẽdum eſt ad interrogantem, ſi contingit infinita tranſire aut in tempore, aut in longitudine, ꝙ eſt quidem ſic, eſt autem non ſic: actu enim ſi ſint, non contingit: potentia autem contingit: qui n. continuè mouetur, ſecundùm accidens infinita tranſiuit, ſimpliciter autem non: accidit enim lineæ infinita dimidia eſſe. ſubſtãtia autem ipſa altera eſt, & eſſe. ¶ Manifeſtum Te. 69.
aũt eſt, & ꝙ, niſi aliquis faciat temporis ſignũ

 (quod

(quod prius,& poſterius diuidit)ſemper poſterioris ad ipſam rē erit ſimul idē ens, & nō ens: & quando factum erit, non erit. ſignum igitur vtriſque commune eſt, & priori, & poſteriori, & idem, & vnum numero, ratione autem non idem: huius enim finis eſt,alterius autē principium: ad ipſam autem rem ſemper poſterioris paſſionis eſt. Sit enim tempus,in quo A C B, res in quo D. hęc in A quidē tēpore alba, in B verò non alba:in C ergo alba,& nō alba.in quolibet enim ipſius A verum eſt dicere albam; ſi toto hoc tēpore erat alba, & in B non albam:C autē in vtriſque. non ergo dandum eſt in toto, ſed præter ultimum nunc, in quo C:hoc autē iam poſterius. & ſi fiebat non album, & ſi corrumpebatur album in toto A, factum eſt,aut corruptum in C. quare album, aut non album primum in illo uerum eſt dicere, aut, cum eſt factum, non erit, & cum corruptum eſt, erit:aut ſimul album, & non album, & omnino ens, & non ens eſſe neceſſe eſt. Si verò qđ fuerit prius non ens, neceſſe eſt fieri ens, & cùm fit, non eſt; non eſt poſſibile in impartibilia tempora diuidi tempus. ſi enim in A tempore fiebat D album, factum eſt autem ſimul & in altero impartibili tempore, ſed contiguo, in B, ſi in A fiebat & non erat, in B verò eſt; generationem oportet eſſe quādam mediam. quare & tempus erat, in quo fiebat. Non enim eadem ratio erit & ijs, quæ non impartibilia dicunt: ſed ipſius temporis, in quo fiebat, factum eſt, & eſt in vltimo ſigno, cui nullum eſt contiguum, aut conſequenter: impartibilia autem tempore conſequenter ſunt. Manifeſtum autem, quod, ſi in A toto tempore fiebat, quòd non eſt maius tē-

pus

pus, in quo factū eſt, & fiebat, quàm id, in quo toto ſolum fiebat. ¶ Quibus igitur aliquis tanquàm proprijs credet rationibus, hæ, & huiuſmodi quædam ſunt. Logicè antem conſiderantibus & ex his uidebitur alicui idem hoc accidere. Omne enim, quod continuè mouetur; ſi à nullo prohibeatur, in quod quidem uenit ſecundùm lationem, de hoc & prius ferebatur. vt, ſi ad B venit, ferebatur ab B: & non, cum prope erat, ſed mox vt cœpit moueri. cur enim magis nunc, quam prius? ſimiliter autem & in alijs. Quod autem ab A ad C fertur, rurſus ueniet ad A, continuè motum. Cum ergo ab A ad C ferebatur; tunc & ad A fertur, eo, qui à C eſt, motu. quare ſimul contrarijs: contrarij enim ſunt, qui ſecundùm rectam fiunt. ſimul autem & ex hoc mutatur, in quo non eſt. ſi igitur hoc impoſſibile eſt; neceſſe eſt ſtetur in C. non eſt ergo unus motus.: qui enim ſtatu intercipitur, non eſt unus. ¶ Amplius autem & ex his manifeſtum eſt vniuerſaliter magis de omni motu. Si enim omne, quod mouetur, moueatur aliquo dictorum motuum, & quieſcat aliqua oppoſitarum quietum: (non enim erat alius præter iſtos:) quod autem non ſemper mouetur ſecundum hunc motum, dico autem quicunque ſunt diuerſi ſpecie, & non ſi qua pars eſt totius; neceſſe eſt prius quieſcere ſecundum oppoſitam quietem; quies enim priuatio motus eſt. Si igitur contrarij quidem motus ſunt, qui ſecundùm rectam fiunt, ſimul autem non contingit moueri contrarijs motibus, quod ab A ad C fertur; non vtique feretur ſimul & ab ipſo C ad A. Quoniam autem non ſimul fertur, mouebitur autem ſecundùm hunc motū; neceſ-

Te. 70.

Te. 71.

neceſſe eſt prius quieſcat apud C. hęc enim eſt oppoſita quies, ei, qui eſt à C, motui. Manifeſtũ igitur eſt ex ijs, quæ dicta ſunt, ꝙ non eſt conti
Te. 72. nuus motus.¶Amplius autem & hæc ratio magis propria eſt ijs, quæ dicta ſunt: ſimul.n.corruptum eſt non album, & factum eſt album. ſi igitur continua alteratio eſt ad album, & ex albo, & non manet aliquo tempore; ſimul corruptum eſt non albũ, & factũ eſt non albũ: trium enim erit idem tempus. Amplius non, ſi continuũ eſt tẽpus; & motus ſed conſequenter. quomodo enim erit vltimũ idem contrariorum, vt dealbationis, & denigrationis?

EXPLANATIONES.

SECVNDVM rectum, & finitum].ſ.magnitudinem[vnius].ſ.ſubiecti[tria enim].ſ. conſiderantur in omni motu [ferri circulo] .i.circulariter ſecundum proprietatem circuli [& ferri ſecundum circulum].i.pertranſire ſuo motu circulum [ipſa E ipſa F æqualis].i.ſint duæ magnitudines ęquales[poſterius rei].i.rei generatæ, aut corruptæ [hoc iam poſterius] ideſt vltimus terminus mutationis.

Summa, & diuiſio in cap. 11.

SOLVM motum circularem continuum eſſe demonſtrat. Ariſt. & primum eſſe. proponit ibi [qui autem ſuper circularem] & probat dupliciter. primò ibi [quod enim ex A mouetur] ſecundò, [& qui in circulo quidem] Poſtea declarat, quòd in nullo alio genere poſſit eſſe aliquis motus continuus dicens [manifeſtum ex hac diuiſione] motum circularem eſſe primum motuum localium probat duabus rationibus. prima eſt [omnis enim latio] ſecunda [amplius motus prior.]

Qui

QVi autem ſuper circularem fit, erit vnus, & continuus: nihil enim impoſſibile contingit. Quod enim ex A mouetur, ſimul mouebitur ad A, ſecundùm idem propoſitū: ad quod enim venier, & mouetur ad hoc: ſed non ſimul mouebitur cōtrarijs, neq; oppoſitis. Non enim omnis, qui eſt ad hoc, ei, qui eſt ex hoc, contrarius eſt, aut oppoſitus. Sed contrarius quidem eſt, qui ſuper recta fit: hic enim eſt contrarius ſecundùm locum, vt qui ſecūdùm diametrum fit: diſtat enim plurimum. Oppoſitus autem eſt, qui eſt ſecūdum eandem longitudinem quare nihil prohibet continuè moueri, & nullo tempore deficere. Circularis enim motus eſt, qui ab eodem in idem: Rectus autem, qui ab eodē in aliud. Et qui in circulo quidem fit, nunquā in eiſdem eſt: qui verò ſecundùm rectam ſæpe in eiſdem. Eo igitur, qui ſemper in alio, & alio fit, contingit moueri continuè: eo verò, qui in eiſdem ſæpe, non contingit: neceſſe enim eſſet ſimul moueri oppoſitis. Quare neq; in ſemicirculo, neq; in alia circunferentia vlla contingit moueri continuè: ſæpe enim neceſſe eſt ſecundum eadem moueri, & cōtrarijs mutari mutationibus: nō enim copulatur principio finis: q autem circuli eſt, copulatur, & ſolus eſt perfectus. Te. 73.

¶ Manifeſtum autē eſt & ex hac diuiſione, ꝙ non alios contingit motus eſſe continuos: in omnibus enim accidit ſecūdum eadem moueri ſæpe: vt in alteratione per media, & in eo, qui eſt quantitatis, per medias magnitudines, & in generatione, & corruptione ſimiliter: nihil enī differt ea pauca, vel multa facere, in quibus eſt mutatio, aut medium addere quippiam, vel auferre: vtroq; enim modo accidit per eadē moueri Te. 74.

ueri ſæpe. Manifeſtum eſt igitur ex his, quòd neque qui de natura differunt, bene dicunt, qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicunt; moueri enim neceſſe eſt aliquo illorum motuum, & maximè ſecundùm illos eſt alterari: fluere enim dicunt ſemper, atque diminui. amplius autem & generationem, & corruptionē, alterationem eſſe dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuerſaliter de omni motu, ꝙ nullo motu contingit moueri continuè, præterquam circulari. quare neque ſecundùm alterationem, neque ſecundùm augmentationem. Quòd igitur neque infinita ſit mutatio vlla, neque continua, præter circularem lationem, tot à nobis dicta ſint.

EXPLANATIONES.

SECVNDVM propoſitum] ideſt ſecundùm eundem proceſſum mobilis eodem ordine partium ſeruato [neque in alia circunferentia] .i. quacunque alia circuli portione [ſecundum eadem].ſ.media [ea pauca, uel multa].i.media [illorum motuum] ſcilicet non continuorum.

Summa, & diuiſio in cap. 12.

MOTVM circularem quibuſdam communibus rationibus, & ex Antiquorum ſententijs primum, continuum ac regularem eſſe comprobat. proponit ibi [rationabiliter autem] & probat tribus rationibus, & auctoritate antiquorum, prima ratio eſt [eius enim qui ſuper rectam] ſecunda [accidit autem econuerſo] tertia [amplius autem & regularem] probat auctoritate antiquorum dicens [quod autem ea, quæ ſecundum locum,

QVòd autem lationum circulatio prima ſit, manifeſtũ eſt. Omnis enim latio, ſicut & prius diximus, aut circularis eſt, aut ſup recta; aut mixta. Hac autem neceſſe eſt priores eſſe illas: ex illis enim conſtat. Recta autem circularis: ſimplex enim, & perfecta eſt magis. in infinitum igitur non eſt ſecundùm rectam ferri: quod enim ſic eſt, infinitum non eſt. ſed neq;, ſi eſſet; moueretur vtique aliquid: non enim id fit, quod impoſſibile eſt: tranſire autẽ infinitã impoſſibile eſt. Ea autem latio, quę ſuper finita recta fit; ſi reflectatur quidem, compoſita eſt, & duo motus: ſi vero nõ reflectatur; imperfecta eſt, & corruptibilis. Prius autem & natura, & ratione, & tempore, quod perfectum quidem eſt, imperfecto eſt; corruptibili autem incorruptibile. Amplius motus prior eſt, quem contingit perpetuũ eſſe, eo, quem non contingit. Circularem igitur contingit perpetuum eſſe, aliorum autem neque corruptionem, neque alium vllum. ſtatum enim oportet fieri. ſi autem ſtatus eſt; corruptus eſt. ¶Rationabiliter autem accidit circularem vnum eſſe, & continuum; & non eũ, qui ſuper recta fit. Eius enim, qui ſuper recta fit, determinatum eſt & principiũ, & medium, & finis, & omnia habet in ſeipſo. quare eſt vnde, id incipiat, quod mouetur, & vbi deſinat: apud enim terminos quieſcit omne, aut vnde aut vbi. Ipſius autem circularis, indeterminata ſunt. cur enim magis quoduis eorum, quæ ſunt in linea, terminus erit? ſimiliter enim vnumquodque & principium, & medium, & finis eſt, vt ſemper quædam ſint in principio, & fine, & nunquam. Quare mouetur, & quieſcit quodammodo ſphæra: eundem enim occupat locum.

Te. 75.

Te. 76.

locum. Cauſa autem eſt, quoniam omnia hæc accidunt ipſi centro: principium enim, & mediũ magnitudinis, & finis eſt. Quare fit, vt, propterea ꝙ hoc extra circunferentiam eſt; nõ ſit, vbi id, quod fertur, quieſcat, quaſi tranſierit: ſemper enim fertur circa mediũ; ſed non ad extremũ. propterea autem ꝙ hoc manet; & ſemper quieſcit quodammodo totum, & mouetur continuè. Accidit autem econuerſo. etenim, quoniã menſura motuum circumlatio eſt; primum neceſſe eſt ipſam eſſe: omnia.n. menſurantur primo. & quia primus eſt; menſura eſt aliorũ. Amplius autem & regularem contingit circularẽ eſſe ſolum: qui.n. ſuper recta fiunt, irregulariter à principio feruntur, & ad finem. omnia. n. quantò plus diſtant ab eo, quod quieſcit, feruntur velocius. circularis autem ſolius neq; principium, neq; finis in ipſo natura eſt, ſed extra.

Te. 77. ¶ Quòd autem ea, quæ eſt ſecundùm locum, latio, primus motuum ſit, teſtantur oẽs, quicunque de motu fecerunt mentionem. principia.n. ipſius tribuunt mouentibus, ſecundùm huiuſmodi motum. Diſgregatio enim, & congregatio motus ſecundùm locum ſunt. ſic autẽ mouent amicitia, & lis: ipſarum. n. hæc diſgregat, illa autem congregat. Atque mentem primum mouentem dicit Anaxagoras diſgregare. Similiter aũt & quicunq; talem quidem nullã cauſam dicunt; ſed propter vacuũ moueri dicunt: etenim hi eo, qui ſecundùm locum eſt, motu naturam moueri dicunt. motus.n. qui propter vacuum fit, latio eſt, & vt in loco: aliorum aũt nullum ineſſe primis, ſed ijs, quæ ſunt ex his, putant: augmentari enim, & diminui, & alterari, cum congregantur, & diſgregantur imparti

bilia

bilia corpora, dicunt. Eodem autem modo & quicunque per denſitatem, aut raritatem conficiunt generationem, aut corruptionem: congregatione enim, & diſgregatione hac diſponunt. Amplius autem & præter hos, qui animã cauſam motus faciunt: ipſum.n.ſeipſum mouens principium eſſe dicunt eorum, quæ mouẽtur. mouet autem animal ſeipſum, & omne animatum eo, qui ſecundùm locum eſt, motu. Et propriè quoq; moueri dicimus ſolum, quod mouetur eo, qui ſecundùm locum eſt, motu. ſi autem quieſcat quidem in eodem, augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur; quodammodo moueri, ſimpliciter autem moueri, nõ dicimus. Quòd igitur ſemper & motus erat, & erit omni tempore, & quodnam ſit principium perpetui motus, adhæc autẽ quis motus primus, & quem motum perpetuum contingit ſolum eſſe, & quòd primum mouens immobile ſit, dictum eſt.

EXPLANATIONES.

HOC extra circumferentiam eſt] .i. *quia principium, & finis circularis magnitudinis eſt extra circulationem.* ſ. *in centro* [*ſed extra*] .i. *in centro*.

Summa, & diuiſio in cap. 13.

POTENTIAM finitam tempore infinito poſſe mouere, neque infinitam potentiam in magnitudine reperiri pro primi motoris vnitate ſic natura probanda demonſtrat Ariſto. ac præterea an proiectorum motus ſint continui: & primum motorem indiuiſibilem eſſe, & impartibilem nullam prorſum habens magnitudinem. ad motum infinitum requiri potentiam infinitam ſic oſtendit. [*Horum aũt unum quidem*

quidem eſt] in magnitudine finita non poſſe eſſe infinitam potentiam declarat dicens [quod autem omnino] nec in magnitudine infinita poſſe eſſe potentiã finitam probat duabus rationibus. prima eſt [ſit igitur id quo A B] ſecunda [eſt autem & ſic demonſtrare.] Motus proiectorum an continuus necne proponit ibi [de ijs autem quæ feruntur] & excludit quandam ſolutionem, quæ dicitur fuiſſe Platonis dicens [ſi autem ſimul mouet] poſtea dat ſolutionem ibi [neceſſe autem eſt] deinde concludit ex præmiſſis talem motum non eſſe continuum, ubi ait [hic igitur in ijs]his narratis accedit ad proprium propoſitum. ſ. ad oſtendendam unitatem primi motoris, & circa hoc agit tria; primò oſtendit unitatem eius ibi [quoniam autem in ijs, quæ ſunt] ſecundò quomodo ab uno motore poſſit eſſe motus continuus, ubi ait [ſi igitur motum ſubiens] & conſequenter declarat motum, qui eſt ab immobili, regularem eſſe ſit [& regularis] tertiò ubi ſit princip. motus continui primi, ubi inquit [neceſſe eſt autem] poſtremò mouet quandam dubitationem[habet autem dubitationem] quam ibi ſoluit[aut enim ipſum.].

Te. 78. QVòd autem hoc neceſſe eſt impartibile eſſe, & nullam habere magnitudinem, nunc dicamus, primum de prioribus ipſo determinantes. Horum autem vnum quidẽ eſt, quòd impoſſibile eſt, vllum finitum mouere infinito tempore. tria enim ſunt, quod mouetur, & mouens, & tertium, in quo, ſcilicet tempus. hæc autem aut omnia infinita ſunt, aut omnia finita, aut aliqua, vt duo, aut vnum. Sit igitur A mouens, quod autem mouetur B, tempus infinitum, in quo D. Ipſum igitur D moueat aliquam partem ipſius B, quæ ſit in

quo

quo E. Non igitur in æquali ipſi C. in maiore enim maius. quare non eſt infinitum tempus illud, quod eſt ipſius F. ſic itaque ipſi D addendo conſumam ipſum A, & ipſi E ipſum B: tempus autem non conſumam, ſemper remouens æquale: infinitum enim eſt, quare totum A totum B mouebit in tempore finito ipſius C. Non ergo poſſibile eſt à finito moueri aliquid ſecundùm infinitum motum. Quòd igitur non contingit finitum infinito tempore mouere, manifeſtum eſt. ¶ Quòd autem omnino non contingit in magnitudine finita infinitam eſſe potentiam, ex his manifeſtum eſt. Sit enim maior potentia ſemper, quæ æquale in minori tempore facit, vt quæ calefacit, aut dulcefacit, aut proijcit, & omnino mouet. Neceſſe eſt ergo & à finito quidem, infinitam autem habente potentiam, pati aliquid patiens, & plus quàm ab alio: maior enim eſt infinita potentia. At verò tempus quidem non contingit eſſe vllum. Si enim ſit in quo A, tempus, in quo infinita vis calefecit, aut pepulit, A B, autem in quo finita quædam, ad hanc, maiorem ſemper accipiẽdo finitam; perueniam aliquando ad id, quod eſt in A tẽpore mouiſſe: ad finitum enim ſemper addens excedam omne determinatum: & auferens ſemper deficere faciam ſimiliter: inæquali ergo tempore mouebunt finita, ac infinita. hoc autem eſt impoſſibile. nullum itaque finitum contingit infinitam potentiam habere: Te. 79.

¶ Neque igitur nec in infinito finitam. attamẽ contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe; ſed adhuc magis in maiori maiorem. Sit igitur id, in quo A B, infinitum. pars igitur B C habet potentiam aliquam, quæ in ali- Te. 80.

quo tempore mouit D, in tempore, ſcilicet in quo E F. Si igitur ipſius B C duplum accipiam; in dimidio mouebit tẽpore ipſius E F: ſit enim hæc proportio. quare in F H mouebit, ergo ſic accipiendo. ſemper ipſum A B nunquam trãſibo: tempore aũt dato, ſemper minus accipiam: infinita ergo potẽtia erit: omnem enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ neceſſe eſt finitum eſſe & tẽpus; ſi enim in quodam tanta, maior in minori quidem, ſed determinato mouebit tempore, ſecundùm conuerſionem proportionis. Infinita autem omnis potẽtia eſt, vt & multitudo, & magnitudo, quæ

Te. 81. excedit omnem finitam. ¶ Eſt autem & ſic demonſtrare hoc. accipiemus enim quandam potentiam, eandem genere ei, quæ eſt in infinita magnitudine, in magnitudine finita exiſtentem, quæ menſurabit eam, quæ in infinita eſt, finitam potentiam. Quòd igitur non infinitam contingit eſſe potentiam in finita magnitudine, neque finitam in infinita, ex his palam eſt.

Te. 82. ¶De ijs autem, quæ feruntur, bene ſe habet dubitare quandam dubitationem primũ. Si enim omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo; quęcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouent aliqua continuè, non tangente eo, quod mouit, vt proiecta. Si autẽ ſimul mouet & aliud quid is, qui mouit, vt aerem, qui, cũ mouetur, mouet; ſimiliter impoſſibile eſt primò non tangente, neq; mouente moueri, ſed ſimul omnia & moueri, & quieſcere, cùm id, quod primùm mouet, ceſſauerit. & ſi facit, quemadmodũ lapis, veluti ſi mouet id, quod mouit. Neceſſe autem eſt, hoc quidem dicere, quòd primũ mouẽs facit, vt poſſit mouere aut aer hic, aut aqua, aut.

aut aliud quid huiuſmodi, quod aptum natura eſt mouere, & moueri: ſed non ſimul ceſſat mouere, & moueri: ſed moueri quidem ſimul: cùm mouens ceſſauerit moueri. mouens aũt adhuc eſt. quapropter mouetur quid alij contiguum. & in hoc eadem ratio eſt. Ceſſat autem, cùm in ipſo cõtiguo minor fuerit virtus, quàm vt moueat. tandem autem ceſſat, cum nõ amplius fecerit prius mouens, ſed motum patiens ſolum. hæc autem neceſſe eſt ſimul ceſſare, hoc quidẽ mouere, hoc autem moueri, & totam motionẽ. Hic igitur in ijs, quæ poſſunt aliquãdo quidem moueri, aliquando autem quieſcere, fit motus. & non cõtinuus, ſed videtur: aut enim exiſtentium conſequenter eſt, aut ſe tangentium; non enim vnum mouens eſt; ſed contingua adinuicem ſunt. Quapropter & aere, & in aqua fit huiuſmodi motus, quem dicunt quidã circum obſiſtentiam eſſe. Impoſſibile autem eſt aliter dubitata ſoluere, niſi dicto modo. Circumobſiſtentia autem ſimul omnia moueri facit, & mouere: quare & ceſſat: nunc autem videtur vnũ aliquid continuè moueri: ab aliquo igitur: nõ enim ab eodem. ¶ Quoniam autem in ijs, quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper motum eſſe continuũ: hic autem unus eſt: neceſſe autem eſt vnum & magnitudinis alicuius eſſe: (non enim mouet quod magnitudine caret:) & vnius, & ab vno: non enim eſſet continuus, ſed contiguus alter alteri, & diuiſus: mouens igitur, ſi vnum eſt, aut ſubiens motum mouet, aut immobile exiſtens. Si igitur motum ſubiens, conſequi oportebit, & mutari ipſum, ſimul autem moueri ab aliquo: quare ſtabit, & perueniet, ad id quod eſt moueri ab immobili: hoc enim non neceſſe eſt ſimul Te. 83.

mutari;ſed ſemper poterit aliquid mouere:nã ſine labore eſt ſic mouere. Et regularis hic motus,aut ſolus,aut maximè:non enim habet mutationem vllam id, quod mouet.oportet autem id,quod mouetur ab illo,non habere mutatio-
Te. 84. nem , vt ſimilis ſit motus . ¶ Neceſſe eſt autem aut in medio,aut in circulo eſſe: hęc enim principia ſunt.ſed celerrimè mouentur quę proxima ſunt mouenti : huiuſmodi autem eſt ipſius
Te. 85. totius motus:illic ergo ipſum mouens. ¶Habet autem dubitationẽ, ſi contingat aliquid , quod mouetur,mouere cõtinuè,ſed non, vt id, quod pellit, iterum & iterum,& eo quod conſequenter ſit, continuè; Aut enim ipſum oportet pellere,aut trahere,uel utrunque,aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio , ſicut dudum dictum eſt in ijs, quæ proijciuntur, ſi, cùm diuiſibilis ſit aer, aut aqua, mouet; ſed ut qui ſemper mouetur. utroque autem modo non poſſibile eſt vnum eſſe;ſed contiguum. Solus itaque is continuus eſt , quo ipſum immobile mouet: ſemper enim ſimiliter ſe habens,& ad id,quod
Te. 86 mouetur ſimiliter ſe habebit,& continuè.¶Determinatis autem his manifeſtum eſt, quòd impoſſibile eſt primum mouens, & immobile habere aliquam magnitudinem : Si enim magnitudinem habet; neceſſe eſt aut finitam ipſam eſſe, aut infinitam. Quòd igitur infinitam non contingat magnitudinem eſſe, oſtenſum eſt prius in Phyſicis. Quòd autem finitam impoſſibile eſt habere infinitam potentiam , & quòd impoſſibile eſt a finita moueri aliquid infinito tempore,demonſtratum eſt nunc: primum autem mouens perpetuo mouet motu,& infinito tempore: manifeſtum itaque eſt , quòd indiui-

ſibile

ibile eſt, & impartibile, & nullam habens magnitudinem.

EXPLANATIONES.

TRIA enim ſunt] ſcilicet in quolibet motu [infinita] ſcilicet quanto [ſic mouere] ſcilicet abſque ſui mutatione [ſimilis] ideſt vniformis [neceſſe eſt, aut in medio] ideſt, quòd primus motor ſit aut in centro [principia] ſcilicet magnitudinis circularis [totius] ideſt firmamenti [illic] ideſt in circulo.

CVRTII MARINELLI QVAESTIONVM

Solutio in Lib. VIII. Phyſ.

Quæ. 1. *QVAERVNT Iand. & Iauel. an ſuppoſito, ꝙ motus ſit æternus: is dependeret à primo mouente, vt ab agente, vel efficiente. pro parte affirmatiua eſt talis ratio: nam ſequeretur quòd numerus mouentium non eſſet ſecundum numerum motuum cœleſtium. pro negatiua, talis. quod efficitur eſt in potentia ad eſſe, & dum efficitur, exiſtit in potentia ad actum. ſed rei æternæ repugnant hæc; quia ſi eſt æterna; ſemper eſt actu, & non poteſt non eſſe. ergo ſibi repugnat habere agens, & efficiens. ſi motus igitur eſſet æternus; ſequeretur, quòd non moueretur ab agente, vel efficiente. ſoluit hanc controuerſiam Iauel. Q. 5. ad mentem Ariſt. Comm. & D. Tho. ſ. ex doctrina philo. in lib. 2. de anima, tex. 57. ſicut actio, ſiue agere eſt duobus modis, ſic & agens: nam quædam eſt actio corruptiua, per quam corrumpitur aliqua forma exiſtens in ſubiecto, ſiue ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis. & huic actioni corriſpondet agens remouens vnum contrarium à ſubiecto, & introducens alterum; vt quando ignis agit in aquam corrumpens frigiditatem, & introducens oppoſitum. & tale agẽs eſt contrarium paſſo, & communicans in materia cũ paſſo. quædam eſt actio, quæ non eſt corruptiua, ſed perfectiua. & dicitur ſic, quia nullum contrarium abijcitur à ſubiecto; ſed ſubiectum actionis alicuius exi-*

exiſtentis in actu recipit aliquid, ad quod erat in potentia. & huic actioni correſpondet agens, quod agit in ſubiectum non corrumpendo contrarium. & hoc modo luminoſum dicitur agens reſpectu Diaphani. & ſicut hæc actio dicitur apud philo. in 2. de anima, tex. 57. ſalus, ſiue perfectio; ſic & hoc agens dicitur perficiens, ſiue actuans. vnde concludit, q̀ ſi daretur motus æternus; dependeret à primo motore ſecundò; ſed non primò. ſic etiam Iand.

NEQVE augeri, neque diminui poſſibile eſt continuè. ſic ait philo. in tex. 23. ſed augmentū non eſſet verè motus; ſi continuus non eſſet, ſed potius mutatio. ſoluit hoc dubium Iand. in Q. 7. ſic, quòd augumentationem eſſe motum continuum poteſt intelligi tripliciter. uno modo quòd ſit perpetuus ſimpliciter, & unus numero: continuitas enim motus accipitur vno modo pro perpetuitate ipſius, & identitate numerali. alio modo poteſt intelligi, quòd augumentatio ſit motus continuus à primo principio, vſque ad vltimum terminum, ita quòd aliquod augumentabile continuè augumentetur ſine quietis interruptione per totum tempus, à cuius principio incepit augeri, & in termino ceſſabit augumentari. alio modo poteſt intelligi, q̀ augumentatio ſit motus cōtinuus, ita q̀ per aliquod tempus duret ſine quietis interuentu. & hæc vocatur continuitas partialis. & his dictis reſpondet, q̀ augumentatio eſt continua tertio modo dicta. Iauel. autem negat augumentum eſſe continuum aliquo horum modorum. & hoc ſecundū opinionem Philo. Auer. & D. Thom. philo. enim aſſimilat motum augumenti motui guttarum ſtillantium, & excauantium lapidem, qui non eſt continuus. & D. Thom. in Comm. ait. non eſt poſſibile aliquid augeri continuè, ita quòd quantitas aucti diuidatur ſecundùm tempus, adeo q̀ in qualibet parte temporis ali- Quæ. 2.

quid eius augeatur; ſed interponitur medium tẽpus poſt augumentum vnius partis, in quo nihil augetur, ſed fit diſpoſitio ad augumentum & ſic etiam Egid. vnde Iauel. in fine ait, ꝙ ratione motus localis concomitantis augumentum, qui eſt verè continuus, poteſt dici augumentum continuum; ſed non eſſentialiter.

Quæ. 3 ET ſicut in augumento non eſt motus continuus, ſic neque in alteratione eodem tex. attamen ſi hoc eſſet verum; ſequeretur, quod aliquod calefaciens approximatum patienti diſpoſito ſecundum conuenientem diſtantiam non calefaceret calefactibile. quod videtur falſum. remouet dubitationem hanc Iand. Q. 8. ſic, ꝙ alterabile, cum ſit corpus, eſt diuiſibile in infinitum, & hoc in 6. huius. deinde alteratio poteſt accipi dupliciter. vno modo pro qualitate fluente, cuius vna pars generatur poſt aliam, quouſque perficiatur. alio modo pro fluxu continuo, quo ipſum alterabile fluit de vna parte ad aliam. item alterationem eſſe diuiſibilem in infinitum poteſt intelligi quantum ad partes ipſius alterabilis, ſic ꝙ pars minor ipſius alterabilis prius tempore recipiat formam ablterante, quàm pars maior. item quòd alterationis ſint partes infinitæ poteſt intelligi de alteratione pro qualitate fluente, & pro fluxu qualitatis. quare alteratio, quæ eſt qualitas fluens eſt diuiſibilis in infinitũ, & ſimiliter quæ eſt fluxus qualitatis continuus eſt diuiſibilis in infinitum in ſuas partes. vltimò alteratio non eſt diuiſibilis in infinitum ſecundùm partes alterabilis, adeo, quòd ſemper prius tẽpore vna pars ſ. minor recipiat qualitatem agentis, quàm maior.

Quæ. 4. DVBITANT multi circa tex. 27. an in animali mouente ſeipſum anima ſit mouens, & pars mota ſit corpus: ait enim Ariſto. mouetur ipſum animal à ſeipſo. tamen inſtatur, quia mouetur ab appetibili. limi-

limitat propoſitionem hanc Tata. dicens, quòd aliquid moueri à ſeipſo multis modis dicitur; primò quando ſecundum ſe totum mouetur aliquo motu. hoc modo animal non mouetur à ſe. Secundò, quando non indiget aliquo motore extrinſeco, nec intrinſeco. & ſic nihil mouetur à ſe. Tertiò ſi componitur ex motore, & moto tanquàm ex partibus, quarum vna eſt mouens, & alia mota. & hoc modo animalia, & grauia, & leuia mouentur à ſe. Quartò aliquid dicitur moueri à ſe; quia poteſt incipere motum poſtquã quieuit, nullo motore extrinſeco, vel particulari mouente concurrente. & hoc modo animal mouetur à ſe localiter. Præterea duplex poteſt eſſe mouens in animali. ſ. mouens quo. quod in animali eſt ipſa anima, ſed in aliis eſt forma ſubſtantialis, vel alia qualitas motiua: & mouens quod, quod eſt ipſum totũ compoſitum, quod mouet, vt dicimus, quod graue mouet ſe tanquàm mouens quod, et grauitas ſua mouet ipſum, & mouens quo. ſimiliter dicitur in animali, quod animal mouet ſe, tanquàm mouens quod, & anima tanquàm mouens quo. eſt etiam ſciendum, quòd animal mouetur ab appetibili in genere cauſæ finalis; non in genere cauſæ efficientis. & ſic patet quid dicendum omnibus inſtantiis. Iauel autem ſentit, quòd anima non eſt, quæ moueat omnes partes animalis; ſed in eo aſſignantur diſtinctæ partes diſtinctarum rationum, & complexionum, eo quòd animal eſt totum ætherogeneum: inter has eſt dare vnam primã ſ, cui primò inſidet anima ſecundùm virtutem motiuam. & hæc pars mouens eſt per calorem, & ſpiritũ communicatum eis ab illa parte primo mouente. & hanc opinionem aſſerit eſſe Ariſtote. in lib. de motu animalium. & ſubdit. anima ſe habet in illa parte ſicut auriga ſuper currum, & ſicut Rex in ciuitate. deinde ait, ꝙ duplex eſt mouens vt quo, & quod: nã

reſpectu-

reſpectu inferiorum, quæ caleſiunt Sole, mouẽs quà lux mouens, & quod eſt ſol. Et differunt hæc duo; quia mouens quo eſt actus, & non propriè dicitur ens in actu, niſi prout diſtinctum ab ente in potẽtia, poteſt dici ens actu. mouens autem vt quod eſt ens actu; quia ſibi debetur exiſtere, & non propriè dicitur actus niſi ſit mouens ſeparatum, vt intelligentia, quæ dicitur actus metaphoricus. item mouens, quo non eſt neceſſe, quòd diſtinguatur ſecundum eſſe à moto; ſed mouens quod. poſtea ad propoſitionem ait, quòd animal eſt mouens ſeipſum; quia anima eſt principium intrinſecum primum quo mouetur animal. deinde animal non eſt mouens ſcipſum; quia animal ſit mouens partes corporis vt quod, ſed quia in animali datur vna prima pars, cui primò communicat anima virtutem motiuam, & per hanc cæteræ partes mouentur.

Quæ. 5. MOTVM animalem naturalem eſſe ſentit philo. eodem tex. ſed omnis motus naturalis tantummodo eſt ad vnam diſtantiam ſecundum locum, vt igni ferri ſurſum: at in animali ad plures differentias loci. gloſſat hanc ſententiam D. Tho. dicens, quòd ſi motus animalis, quo mouet ſeipſum, comparetur ad totũ animal eſt naturalis; quia eſt ab anima, quæ eſt natura, & forma animalis. ſed ſi comparetur ad corpus; contingit huiuſmodi motum & eſſe naturalem, & contra naturam: hoc enim conſiderandum eſt ſecundùm differentiam motus, & elementi, ex quo conſtat animal: ſi enim animal conſtat ex elemento graui prædominanti, & moueatur ſurſum; erit motus violentus quantum ad corpus, & ſic Egi. & Tat. auctoritate Scoti in 4. ſenten. & ſic Burl. verò inquit, q motus naturalis animalis eſt triplex: quidam eſt talis ratione animæ tantùm, quidam ratione corporis, & quidam ratione animæ, & corporis, ſiue ratione ele-

elementi prædominantis. vt ſi aliquis ſaltet ſurſum; ille motus eſt naturalis animalis ratione animæ tantùm. ſi deſcendat deorſum; eſt naturalis ratione corporis. ſi mouetur ad locum elementi prædominantis in eo; eſt naturalis vtroque modo. deinde motus dicitur naturalis dupliciter largè. ſ. & ſtrictè. largè, omnis motus, qui eſt à principio intrinſeco mobilis, dicitur naturalis. vnde motus naturalis ab anima ad quamcunque differentiam poſitionis dicitur naturalis. ſtrictè uerò eſt is, qui eſt propinquiſſimus ei, quod mouetur illo motu. quare ſolùm motus progreſſiuus eſt naturalis animali. Iand. uerò Iauel. & Tat. dicant, quòd naturale multis modis ſumitur: vno modo vt diſtinguitur contra uiolentũ, & dicitur naturale, qđ eſt à principio intrinſeco ſiue actiuo, ſiue paſſiuo: & ex oppoſito dicitur violentum, cuius principium eſt extra. Secundò naturale ſumitur, vt diſtinguitur contra voluntarium, ſeu appetitiuum. & hæc diſtinctio eſt famoſa; colligitur enim ex dictis Ariſto. in libr. 1. cœli. unde dicitur naturalis motus hoc ſecundo modo, qui fit ſine cognitione operantis. dicunt igitur ad dubitationem, quòd motus animalis eſt naturalis ſecundum quod, natura'e diſtinguitur contra violentum. Secundò, quòd ille motus non eſt naturalis, prout naturale diſtinguitur contra voluntarium.

GRAVIA, & leuia non moueri à ſeipſis, vult philo. in tex. 29. ratio tamen eſt contrà: mouentur enim leue ſurſum naturaliter, ergo à ſeipſo: illa enim dicuntur habere principium motus in ſeipſis, quæ à natura mouentur. limitat propoſitionem hanc Scot. vt ait Tat. in 2. ſenten. diſt. 2. Q. 10. dup. primò, quòd non mouentur à ſeipſis, ſicut agens per cognitionem mouet ſe; quia non poſſunt ſe ſiſtere circa centrum, neque moueri diuerſis motibus, vt animalia, quæ poſſunt ſe ſiſtere circa terminum. hinc poteſt haberi, Quæ. 6.

beri,

beri, quòd graue non poteſt eſſe primum moues. illud .n. per cognitionem mouet. dicit ſecundò quòd neceſſario mouentur ab alio, quò ad actum primum ad grauitatem .ſ. vel formam ſubſtantialem. vnde ipſa non reducunt ſe de potentia ſecunda ad actũ ſecundum, niſi prius reducta fuerit de potentia prima ad actũ primum. qua de re ſequitur, quòd licet oẽ graue, & leue moueat ſe effectiuè de potentia ſecunda ad actum ſecundum; mouetur tamen ab aliquo extrinſeco de potentia prima ad actum primum. & Tat. ait, quòd remouens prohibens non mouet graue per ſe; ſed per accidens: immo ipſum graue remouet impediens; quando vincit virtutem impedientis. Burl. autem ait. motus eſt exitus de potentia ad actum; ideò oporteт diſtinguere potentiam, vt intelligatur de qua potentia aliquid poſſet educere ſe, & de qua non. potentia ergo eſt duplex: quædam eſſentialis, & quædam accidentalis. eſſentialis eſt potentia ad formam, quæ eſt principium operationis. accidentalis eſt potentia habentis formam ad operationem ſecundum formam. & ſecundum philo. aliquid poteſt educere ſeipſum de potentia accidentali ad actum; ſed non de eſſentiali. eſt ergo dicendum quòd grauia, & leuia quando mouentur de potentia eſſentiali ad actum; mouentur à generante: vt cum terra eleuatur ſurſum, vt ex ea generetur ignis; generans ignẽ ex terra dat terræ leuitatem, & motum localem ſurſum. verum de hac potentia eſſentiali ad actum non videtur eſſe difficultas; ſed de grauium, & leuium motore, quando ſunt extra propria loca. & etiam ſi mouentur à generante; eſt intelligendum tanquam à motore remoto: habet .n. illas formas, per quas mouẽtur a motore generante. dicendum eſt ergo, quòd mouentur à ſuis grauitatibus, & leuitatibus per ſe. Iauel. autem auctoritate D. Th. aſſerit, quòd moueãtur

imme-

immediate à ſuo generante, quamuis diſtaret, & eſſet corruptum: quoniam ex quo impreſſit grauitatem ſtāte grauitate ſtat mouens uirtualiter. et dato quòd eſſet corruptum ſecundum ſubſtantiā, non eſt corruptū ſecundū virtutem, quā impreſſit in mobili: & quoniā grauitas non diſtat à graui; ideo quandiu ſtat grauitas: ſtat generans ſimul cum graui. à remouente autem impediens mouetur per accidens, etiam ſi immediate. & hæc eſt opinio Ariſtot. in tex. 33. & 4. cœli. tex. 25. dicens; aut à generante, & faciente graue, & leue, aut ab impedientia, & prohibentia ſoluente. & ſic etiam ait Egid. in Comm. alij. dicunt, quod graue in actu in potentia accidentali ad vbi deorſum, non mouet ſeipſum per ſe; ſed per accidens: alij autem, quòd ipſum graue in actu, quando eſt in potentia accidentali ad motum deorſum, non habet in ſe aliquam uirtutem actiuam ſui motus: ſed uirtus actiua huius motus eſt uirtus loci naturalis grauis .ſ. deorſum. & Alex. Achil. in lib. 3. de Elem. ait, quòd elementum, aut eſt in potētia eſſentiali ad motū. aut accidentali. ſi in eſſentiali; indiget elementū generante, quo ducatur in actum. primū igitur mouens eſt generans, ſed ipſum & mouens remotū; quia generando dat formā, quæ eſt principiū immediatū motus. ſi aūt in accidentali ad motum; quod prius mouet, eſt remouens prohibens, & ipſum eſt mouens per accidens. deinde mouet forma elementi. & hac eſt immediatum per ſe, & principale mouens, quod mouet ſe, materiam ſuam, & medium. medium verò vt aer eſt medium adiuuans. & ſic elementum mouet ſe, & adiuuatur. ordo igitur mouentium eſt remouens prohibens, quod licet per accidens moueat elementum; per ſe tamen mouet impedimentum. deinde forma mouet materiam, & totum elementum, et medium. Tertiò totū elementum categorematicè

tice capiendo totum, mouet ſe: ratione tamen partis eſſentialis, & etiam mouet medium. Quartò mediũ adiuuat elementum in motu ſuo. motu autem ſunt impedimentum à remouente prohibens, aut materia mota à generante, & à forma. deinde elementum mouetur, & forma eius à forma, & à generante, & à remouente prohibens. medium mouetur ab elemento, & à ſeipſo: cum ipſum excitatum fuerit ab extrinſeco. prius igitur mouetur medium ab elemento, antequam medium moueat elementum. Et antè dixit auctoritate Auer. 4. cœli. Comm. 22. quòd motor, & motum non diſtinguuntur in actu abinuicem, vt in animali: ſed ſunt idem ſubiecto, & differunt ſecundum modos: grauitas enim in lapide eſt motor ſecundum quòd eſt forma tantùm; & ipſa eſt mota, inquantum eſt in prima materia.

Quæ. 7. SENTIT Ariſto. tex. 42. quod totum animal moueat ſeipſum. attamen multis aliis in locis vt in 7. ait contrà: ſoluit Burl. dicens, quòd in mouente ſeipſum eſt tria conſiderare, ſcilicet mouens actiuè, & motum paſſiuè, & ipſam reciprocationem. quoniam cum dicimus animal mouere ſeipſum, dicimus tria, ſcilicet animal mouere, & animal moueri, & reciprocè, ſcilicet animal moueri à ſeipſo primò. & hoc tripliciter, vel ſecundùm quòd primò refertur ad motum paſſiuè, vel ſecundum quòd refertur ad mouens actiuè, vel ſecundum quòd refertur ad ipſam reciprocationem. primis duobus modis eſt falſum dicere, quòd aliquid mouet ſe primò: quia nec animal, nec cor, nec aggregatum ex animali, & corde eſt primũ mouens, nec etiam ipſum motum. ſi verò. Primò referatur ad reciprocationem; eſt verum, quòd animal mouet ſeipſum. ſic etiam Egid.

Quæ. 8. MOTORES corporum cœleſtium per accidens moueri vult phil. tex. 52. datur tamen inſtantia: nullus

ius enim motor, qui per accidens mouetur, mouet motu æterno, vt vult ipſe Ariſt. ſoluit Egid. quòd moueri aliquid poteſt intelligi dup. per ſe, vel per accidēs. & per accidens dup. vel ſecundum ſe, uel ratione alterius. omnes enim motores mouentium ſeipſa, ut omnes animæ ſunt immobiles per ſe: animæ tamen corruptibilium licet ſint immobiles per ſe; tamē ſunt mobiles per accidens & per ſe, & à ſe. animæ verò cœlorū non ſunt mobiles, nec per ſe, nec per accidens. tamen motores ſphærarum inferiorum motarum diuerſis motibus poſſunt dici moueri per accidens ratione alterius, ſcilicet ſphęræ. Iand. verò ait, quòd aliquid mouetur per accidens dup. vel à ſeipſo, vel per accidens ab altero. non mouetur primo modo, vt aliqui dicunt. ſed conſiderandum eſt, quòd motor orbis inferioris moueri per accidens ab alio poteſt intelligi dup. ut etiam ait Iauel. uno modo, quòd ille motus recipiatur ab ipſo mobili, & vniatur ei ſecundum eſſe accidentaliter, ita quòd per illum motum transferatur de hoc ubi ad aliud ubi. Secundò poteſt intelligi, quòd moueatur per accidens ab alio hoc modo, ſ. quòd ille motus attribuitur ei ratione alterius, cui appropriatur in moto, & ſic dicitur quòd motor orbis inferioris mouetur per accidens ab alio: quia cum talis motor ſit appropriatus tali mobili & mobile moueatur tali motu per accidens. ſ. ab alio motore; motor eius proprius pōt dici moueri per accidēs illo modo.

MOTVM localem eſſe priorem cæteris motib. eſt ſententia tex. 55 ſed, quòd motus localis ſit poſterior cæteris aliis, ſcribit tex. 58. quod. n. generatione poſterius natura prius, limitat hanc ſententiam Iand. auctoritate Ariſt. in tex. dicens, quòd prioritas eſt triplex. vno modo illud dicitur prius, quo non exiſtente non eſſent alia, illud verò ſine reliquis. Secundò prius alio tempore. Tertiò ſecundum ſubſtantiam, Quæ. 9.

ſcilicet

ſcilicet perfectionem. Item motus dup. poſſunt compa rari adinuicem, vel ut ſunt in vno, & eodē ſubiecto, vel vt inueniūtur in diuerſis ſubiectis. quare dicitur ad quæſtionem, quòd ſi motus localis, & alij cōparentur adinuicem prout ſunt in diuerſis mobilibus. ſ. vt motus localis eſt in cœleſtibus, & alij ſunt in iſtis inferioribus, eſt prior primo modo. Secundò ſi compare tur motus localis ad alios motus, prout ſunt in diuer ſis ſubiectis; eſt prior tempore alijs motibus. Tertiò ſi comparetur motus localis ad alios motus, prout inue nitur in eodem ſubiecto; eſt prior ſecundum perfectio nem. & hæc etiam Iauel.

Qu. 10. GENERATIONEM præcedere alterationem, ait phi. in tex. 57. & de prioritate temporis locutus eſt, vt D. Th. & Egi. com. 57. tamen contraria eſt auctoritas multis in locis; quod. n. generatur, prius alteratur. ſoluit Egi. auctoritate Com. quòd generatio ſic præcedit alterationem, ſicut prædicamenta ſe adinuicem ſequuntur. nam ſicut ſubſtantia eſt prior qualitate, ſic generatio, quæ eſt uia in ſubſtantiam eſt prior alteratione. & ſic præcedit per accidens. poſſumus tamen aliter dicere, quòd iſtud præcedere, intelligendū eſt in eodem generabili, & corruptibili, quòd neceſſe eſt prius eſſe per generationem, quàm alterari per al terationem. Bur. verò ait, quòd ſi loquimur de prioritate ſecundum tempus; nec generatio eſt prior alteratione nec contrà. prioritate autem perfectionis ſubſtantia eſt prior.

Qu. 11. IMPOSSIBILE eſſe aliquod finitum moue re ſecundum infinitum tempus, ſentit Ariſt. tex. 78. ratio tamen contraria eſſe cœlum. n. mouet tempore infinito hæc inferiora, & tamen eſt in magnitudine, in qua ſemper eſt uirtus finita. limitat propoſitionem hanc Iauel. Q. 15. primò quòd ſecundum aliquas intētio philo. hoc loco eſt, quòd mouens finitæ potentiæ nō

poteſt

poteſt mouere tempore infinito: vno motu numero per petuo; non inconuenit tamen, quòd moueat tempore in finito perpetuo vno ſecundum ſpeciem, uel ſecundum genus. unde cęlum mouet hæc inferiora tempore infinito motu vno ſecundũ ſpeciem: in inferioribus. n. nõ datur unum mobile numero durãs tempore infinito. alij vero & D. Th. dicũt, quòd intentio phil. eſt, quòd nullum mouens finitum poteſt mouere per tempus infinitum ſi ſit prima cauſa infiniti, ſiue perpetui motus: ſecus autem enim ſi ſit cauſa ſecũdaria accipiens uirtutem mouendi à prima infinita: nam non inconuenit, quòd moueat tempore infinito per reiterationem; & ſic intelligentia finita potentia accipiens uirtutem mouendi à primo motore infinitæ potentiæ, pot eſt mouere orbem ſuum tempore infinito, & cęlum motum ab ea mouere hac inferiora: & ad hoc quòd aliquid ſit cauſa motus infiniti per reiterationem, non oportet quòd habeat virtutem infinitam, ſed ſufficit habere uirtutem immobilem finitam. & ſecundum opinionem D. Thom. in Comm. at Egid. & Burl. in Commen. ait, quòd illa concluſio eſt intelligenda de motore fatigabili, qualis eſt mouens exiſtens in magnitudine corruptibili. ſed de motore infatigabili non eſt verum; quia non maior virtus requiritur in motore infatigabili ad mouendum per duos dies, quàm per unum.

PRIMVM motorem eſſe in medio, aut in circulo narrat philo. tex. 84. attamen multis in locis contrà; in magnitudine enim non eſt. ſoluit D. Thom. quòd dicitur primum mouens eſſe in aliqua parte ſui mobilis, non per determinationem ſuæ ſubſtantiæ, ſed per efficientiam motus; quia ex aliqua parte ſui mobilis mouere incipit. & ideo potius, & dicitur eſſe in cęlo quàm in terra, & potius in Oriente. & ſic etiam Egid. Qu. 12.

Qu. 13. *VVLT philo.quod citius moueantur illa corpora cœleſtia,quæ ſunt proxima mouenti eodem tex.attamen ſaturnus complet curſum ſuum in 30.annorum. ſoluit hoc dubium Egi.& D.Tho. in comm. ſ.quòd in corporibus cœleſtibus inuenitur dup.motus,vnus totius firmamenti, quo.ſ.totum firmamentum reuoluitur ab Oriente in Occidente motu diurno . Et ille eſt primus motus.alius motus eſt,quo ſtellæ mouentur econuerſo ab Occidente in Orientem . & in hoc motu tantò vnumquodque cœleſtium corporum velocius mouetur,quantò propinquius eſt centro,vt volunt Aſtrologi.ſed ſecundum motum totius firmamenti eſt econuerſo:nam quantò aliquod cœleſtium corporum eſt remotius à terra;tantò velocius mouetur:quia pertranſit maiorem magnitudinem in eodem tempore.*

Qu. 14. *DVBITAT Egid.& omnes ſcriptores , an primum mouens ſit infiniti vigoris : ſi.n.eſſent infinitæ potentiæ: moueret in non tempore: nam ait Ariſt.in hoc lib.8.ſi ſemper maior virtus mouet in minori tẽpore;ergo ſi virtus eſſet infinita moueret in inſtanti. contrà ei eſt auctoritas eius.ſ.quòd potentia finita nõ poteſt mouere tempore infinito.at primum mouet tẽpore infinito.ſoluit Egi.auctoritate Com. diſtinguendo inter motorem coniunctum,& ſeparatum ; primũ enim cœlum mouetur à prima cauſa, qui eſt motor ſeparatus mediante motore coniuncto,ut mediãte motore appropriato, qui dicitur eſſe anima ipſius primi cœli.quòd patet ex hoc ſecundum phil.ſi aliqua ſtella adderetur illi orbi;motor ille moueret cum labore, et pena,quòd non eſſet,ſi motus ille eſſet à prima cauſa immediatè tantum.cum ergo dicitur, quòd motus eſſet in inſtanti, verum eſt ſecundum Com.ſi motor primus moueret immediatè corpus cœleſte, & non mediante motore proprio,qu eſt uirtutis finitæ.& & ſi prima cauſa non mediate aliquo motore moueret cœlum,*

lum, non fieret motus in inſtanti; quia contra rationē motus eſt, quod menſuretur inſtanti: dicere .n. motum fieri in inſtanti eſt dicere motum non eſſe motum. & hoc eſt Card. Caiet. & Iauel. auctoritate D. Th. & propter hoc ait Egi. quòd alij conati ſunt ſoluere diſtinguēdo inter agens naturale, & intellectuale: nam agens naturale agit toto ſuo poſſe: tantum .n. agit, quātum agere poteſt. ſed agens intellectuale agit per ſpeciem apprehenſam, & per uoluntatem: non .n. agit, quantū poteſt; ſed quantùm vult, vnde dicebat D. Tho. com. 79. non ædificator tantum ædificat, quantùm poteſt; ſed quantum exigit ratio formæ conceptæ: virtus enim infinita non in magnitudine exiſtens mouet non ſecundum proportionem uirtutis; ſed ſecundū rationem formæ apprehenſæ. i. ſecundum quòd conuenit fini, & naturæ ſubiecti. denique ait Egi. quòd ut prius dicebatur, eſt diſtinguendum inter potentiam primi agentis, & potentia aliorum agentium, ſiue ſint intellectualia, ſiue naturalia.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM Principis, de Cœlo.

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

A tex.1.ad 5.ſcribit Ariſt. quid ſit corpus naturale, & quòd mundus ſit perfectus.
A tex. 5. ad 20. quòd detur corpus rotundum ſimplex, nec graue, nec leue.
A tex.20.ad 33.quòd ſit nec generabile, nec corruptibile, & quòd ſimplicia corpora ſint quatuor.
A tex.33.ad 76.quòd mundus ſit quantitatis finitæ.
A tex.76.ad 99.quòd mundus ſit vnus.
A tex.99. ad 101. quòd extra mundum non ſit nec vacuum, nec plenum
A tex.101.ad finem, quòd mundus non ſit generabilis, nec corruptibilis, diſputat.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

AD ſcientiam naturalem pertinent corpora, & magnitudines, & quæ definitio corporis, & qualis ſit eius perfectio, & denique quo mundus ſit perfectus. quòd Phyſicus cõſiderare debeat corpora, & magnitudines, proponit Ariſt. ibi [ſcientia de natura]. & probat ſic [natura.n.conſtantium] definit corpus

his uerbis [corpus verò quod omniquaque] & declarat omnia eſſe tria tribus rationibus.prima eſt [quem admodum enim] ſecunda[quapropter a natura incipientes.] tertia [aſsignamus autem] perfectionem corporis oſtendit ibi [quapropter quoniam] quomodo autem uniuerſum ſit perfectum oſtendit dicens [ipſum autem omne .]

SCIENTIA de natura ferè plu- Tex. 1.
rima videtur circa corpora, & magnitudines,& horum paſſiones,atque motus,adhuc autem circa principia,quę talis ſubſtantiæ ſunt: natura enim conſtantium hæc quidem ſunt corpora, & magnitudines, hæc autem corpus habent,& magnitudinem, hęc verò principia eorum, quæ habent, ſunt.¶ Continuũ igitur eſt, Tex. 2.
quod diuiſibile eſt in ſemper diuiſibilia: Corpus verò, quod omniquaque diuiſibile eſt:Magnitudinis autem ea quidem, quæ ad vnum,linea:quæ autem ad duo, planum: quæ verò ad tria, corpus.& pręter has non eſt alia magnitudo; propterea quòd ipſa tria omnia ſunt, & ipſum ter omniquaque.;Quemadmodum enim aiũnt & Pythagorei,ipſum omne,& omnia tribus determinata ſunt: finis enim, & medium, & principium numerum habent eum, qui ipſius omnis eſt: hæc autem eum, q trinitatis eſt. Quapropter à natura accipientes, tanquam leges illius,& ad ſacrificia Deorum hoc vtimur numero. Aſſignamus autem & appellationes ad hunc modum: duo enim ambo quidem dicimus,& duos ambos, omnes autem non dicimus: ſed de tribus hãc appellationem dicimus primum.hæc autem,quemadmodum dictum

eſt, ſequimur; propterea quòd natura ipſa ſic
Tex 3. inducit. ¶ Quapropter, quoniam omnia, & omne, & perfectum ſecundùm formam non differunt abinuicē, niſi in ipſo materia, & in quibus dicūtur: corpus vtique ſolum erit è magnitudinibus perfectum: ſolum enim terminatum eſt tribus: hoc autem eſt omne. tripliciter autē cum ſit diuiſibile; omniquaq; diuiſibile eſt. aliorum autem, hoc quidem ad vnum, hoc autem ad duo: vt enim numerum adepta ſunt; ſic & diuiſionem, & continuitatem: hoc enim ad vnū continuum eſt, hoc autem ad duo, hoc verò omniquaque tale.
Tex. 4. ¶ Quacunque igitur magnitudines diuiſibiles ſunt, & continuæ hę ſunt. Si autem & continuæ, omnes diuiſibiles ſint; nondū manifeſtum eſt ex ijs, quæ nunc. Sed illud quidem manifeſtum eſt, quod non eſt in aliud genus tranſitio, quemadmodum ex longitudine in ſuperficiem: ſi in corpus autē, ex ſuperficie; nō enim adhuc talis perfecta erit magnitudo: neceſſe enim eſt fieri egreſſum ſecundùm defectionem. non eſt autem poſſibile perfectum deficere: omniquaque enim eſt. Vnumquodq; igitur corporum, quæ in partis forma ſunt, ſecundum rationem tale eſt: omnes enim habet dimenſiones: ſed ad propinquum tactu terminatum eſt. quapropter modo quodam multa corporum vnumquodque eſt. Ipſum autem omne cuius hæ partes ſunt, perfectū neceſſe eſt eſſe, & quemadmodum nomen ipſum ſignificat omniquaque, & non hac quidem, hac autē non. De ipſius igitur vniuerſi natura, ſiue infinita ſit ſecundùm magnitudinem, ſiue finita ſit ſecundùm totam molem, poſterius conſiderandum eſt.

Summa

Summma, & diuiſio in cap.2.

PRAETER quatuor elementa eſſe aliud corpus oſtendit quinque rationibus.ſed aliqua prius prę ſupponuntur ratione motus, & mobilis conſiderandi,incipit præſupponere illi [omnia enim naturalia] deinde aliqua à parte motus narrat dicens [omnis autem motus]poſtea à parte mobilium ibi[quoniam autem corporum]adducit primam rationem,quæ eſt [ſi igitur eſt ſimplex] ſecunda[amplius ſi motus] tertia [at verò & primam]quarta[atque ſi quis adhuc]ultima eſt[ad hac autem ſi eſt circularis.]

DE ijs autem, quæ ſecundùm ſpeciem ipſius partes ſunt, nunc dicamus, hoc facto principio. Omnia enim naturalia corpora, & magnitudines, ſecundùm ſe, mobiles ſecũdùm locum eſſe dicimus: naturam enim motus principium ipſis eſſe dicimus.Omnis autem motus, qui ſecundùm locum fit, quẽ vocamus lationẽ, aut rectus, aut circularis, aut ex his mistus eſt: ſimplices enim hi duo ſoli.cauſa autẽ eſt, quoniã & magnitudines hæ ſimplices ſolùm ſunt, recta,& circularis.Circularis igitur eſt, qui circa medium fit. Rectus autem, qui ſurſum, & deorſum.Dico autem ſurſum quidem eum,qui à medio:Deorſum vero eum, qui ad medium. ¶ Quare neceſſe eſt omnem eſſe ſimplicem lationem,hanc quidem à medio, hanc vero ad medium,hanc autem circa medium.& videtur ſequi ſecundùm rationem hoc ea, quæ a principio: etenim & corpus perfectũ eſt in tribus, & motus ipſius. ¶ Quoniam autem corporum illa quidem ſunt ſimplicia,hæc autem compoſita ex his:(dico autem ſimplicia quidem,quæcunque

Tex. 5.

Tex. 6.

Tex. 7.

cunque motus principiũ habent ſecundùm naturam, puta ignem,& terrã, & horum ſpecies, & cognata his :) neceſſe eſt & motus eſſe illos quidem ſimplices, hos autem miſtos quodammodo: ſimplicium quidẽ ſimplices, miſtos autem compoſitorum: moueri autem ſecundùm

Tex. 8. prædominans. ¶ Si igitur eſt ſimplex motus, ſimplex autem eſt circularis motus,& ſimplicis corporis ſimplex eſt motus, & ſimplex motus ſimplicis corporis:(etenim, ſi compoſiti ſit, ſecundùm prædominans erit :) neceſſarium eſt eſſe aliquod corpus ſimplex, quod natum eſt ferri circulari motu ſecundùm ſuam ipſius na-

Tex. 9. turam. ¶ Violentia enim contingit illo, qui alterius, & alterius eſt, ſecundùm naturam autem impoſſibile; ſi vnus quidem ſit vniuſcuiuſque ſimplicium motus is,qui ſecundùm na-

Te. 10. turam. ¶ Amplius, ſi motus præter naturam contrarius eſt ei,qui ſecundùm naturam eſt, & vnum vni contrarium;neceſſe eſt,cum ſimplex circularis ſit, ſi non erit ſecũdùm naturam lati corporis, præter naturam ipſius eſſe. Si igitur ignis, aut aliud quippiam talium eſt circulariter latum;contraria,quæ ſecundùm naturam ipſius eſt latio, erit circulari. ſed vnũ vni contrarium eſt,quæ autem ſurſum,& deorſum in-

Te. 11. uicem contrariæ ſunt. ¶ Si uerò alterum eſt corpus, quod circulariter feratur præter naturam; erit ipſius aliquis alius motus ſecundùm naturam. ſed hoc impoſſibile eſt; ſi enim qui ſurſum:ignis erit, aut aer:ſi autẽ qui deorſum;

Te. 12. aqua, aut terra. ¶ At verò & primam quidem neceſſarium eſt eſſe talem lationẽ; perfectum enim prius natura eſt imperfecto. circulus autem perfectorum eſt, recta verò linea nulla: ne

que

que enim infinita : haberet enim terminum, atque finem. neque finitarum vlla : extra enim omnes aliquid eſt augeri : enim cõtingit quancunque. Quare, ſi prior motus prioris ſit natura corporis, circularis autem prior recto : qui verò ſuper recta ſimplicium corporum eſt (& enim ignis ſuper recta ſurſum fertur, terrę verò deorſum ad mediũ) neceſſe eſt, & circularem motum alicuius ſimplicium eſſe corporum : miſtorum enim lationem diximus eſſe ſecundùm prædominans in miſtione ſimplicium.

¶ Ex his igitur manifeſtum eſt, quòd eſſe nata eſt quædam ſubſtantia corporis alia, præter eas, quæ hic ſunt ſunt, cõſiſtentias, diuinior, ac prior his omnibus. Te. 13. ¶ Atque, ſi quis adhuc accipiat omnem eſſe motum, aut ſecundum naturam, aut præter naturam, & eum, qui alij præter naturam eſt, eſſe alteri ſecundùm naturam, quale qui ſurſum, & qui deorſum fiunt, patiuntur: ille enim igni, hic autem terræ præter naturam, & ſecundum naturam eſt. quare neceſſarium eſt & circularem motum (quoniã his præter naturam eſt) alterius cuiuſdã eſſe ſecundum naturam. Te. 14. ¶ Ad hæc autem, ſi eſt circularis alicui latio ſecundum naturam ; palàm eſt, quod erit vtiq; aliquod corporum ſimplicium, ac primorum, quod natum eſt, quemadmodum ignis ſurſum, & terra deorſum, circulariter ferri ſecundùm naturã. Te. 15. Si autem pręter naturam feruntur ea, quæ feruntur circulariter, circulari latione; mirabile, & omnino irrationabile eſt continuum ſolùm hunc motũ, & ſempiternum exiſtentem, præter naturam eſſe : videntur enim in alijs citiſſimè corrumpi quæ pręter naturam ſunt. Quare, ſi eſt ignis id, quod

quod circunfertur, quemadmodum aiunt quidam; non minus ipſi motus iſte præter naturã eſt, quàm qui deorſum: ignis enim motum eũ videmus eſſe, qui à medio ſecundùm rectam.

Tc. 16. ¶. Quapropter ex omnibus his aliquis ratiocinando crediderit, quòd eſt aliquod præter corpora, quæ hic, & circa nos ſunt, alterum ſeparatum, tantò honorabiliorem habens naturam, quanto quidem plus diſtat ab ijs, quæ hic ſunt.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

CORPVS circulare, & ſimplex nec graue, nec leue eſſe docet Ariſto. proponit dicens [quod neque grauitatem, neque] deinde definit graue, & leue, vbi ait [graue igitur ſit] his præſuppoſitis concludit corpus circulariter motum nec graue, nec leue eſſe dicẽs [corpus igitur] & probat ſic [nam ſecundum naturã] deinde excludit quandam obiectionem ibi [quoniam autem ad idem.]

Tc. 17. QVoniam autem eorum, quę dicta ſunt, hæc quidem ſupponuntur, hæc autem oſtenſa ſunt; manifeſtum eſt, quòd neq; leuitatem, neque grauitatem habet corpus omne. Oportet autẽ ſupponere quid dicimus graue, & leue, nunc quidem ſufficienter quo ad in pręſentia eſt opus; diligentius autem rurſus, cum conſiderabimus de ſubſtantia ipſorum. Graue igitur ſit, quod ferri natum eſt ad medium. Leue autem, quod à medio. Grauiſſimum autem, quod omnibus ſubſtat, quæ deorſum feruntur. Leuiſſimum vero, quod omnibus ſupereminet, quę ſurſum feruntur. Neceſſe eſt autem omne, quod fertur, aut deorſum, aut ſurſum,

ſum,aut leuitatem habere, aut grauitatem,aut ambo, non autem ad idem: ad alia enim ſunt grauia, & leuia, vt aer ad aquam, & ad terram aqua.¶Corpus igitur, quod circulariter fertur, impoſſibile eſt habere grauitatem,aut leuitatẽ; neque enim ſecundùm naturam,neque pręter naturam contingit ipſum moueri, aut ad medium,aut à medio. Nam ſecundùm naturam non ineſt ipſi, quæ ſuper recta ſit latio: vna enim erat vniuſcuiuſque ſimpliciũ: quare erit idem alicui eorum,quę ſic feruntur.præter naturam autẽ lato aliquo,ſi qui deorſum ſit; præter naturam eſt,qui ſurſum fit erit ſecundũ naturam.ſi verò qui ſurſum præter naturam, qui deorſum ſecũdùm naturam: poſuimus enim contrariorum, cui alter pręter naturam eſt alterum eſſe ſecundum naturam. ¶ Quoniam autem ad idem fertur totũ, & pars ſecundum naturam, vt tota terra, & parua gleba; accidit primo quidem ipſum, neque leuitatem habere vllam, neque grauitatem: aut enim ad mediũ, aut à medio poſſet ferri ſecundum ſuam ipſius naturam.Deinde,quòd impoſſibile ſit moueri eo, qui ſecundùm locum ſit, motu, aut ſurſum, aut deorſum detractum. ęque enim ſecundùm naturam contingit moueri motu alio,neque præter naturam,aut ipſum,aut particularum vllam: eadem enim ratio eſt de toto, & parte. Te. 18. Te. 19.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

CORPVS circulare ſimplex, nec generabile, nec corruptibile, nec augmentabile, nec alterabile eſſe oſtendit Ariſt. nec præter corpora ſimplicia datur aliud corpus. primam partem proponit ibi [quod

quod ingenerabile &c.]quod ingenerabile ſit, probat ſic[propterea quòd ſit non augumentabile ſic.[at verò & id omne] inalterabile his uerbis [ſi autem eſt inaugumentabile] quòd ſit ingenerabile &c.producit tria ſigna. primum [videtur autem & ratio] ſecundùm [accidit autem & hoc] tertium [uidetur autem] non eſſe alia corpora præter dicta proponit ibi [manifeſtum eſt ex dictis]& probat ſeptem rationibus aperitur, quòd motui circulari non ſit alius motus contrarius. prima eſt[primum quidem] ſecunda[deinde ſi quis]tertia [ſimiliter autem]quarta [ſimiliter autem & ſi quis] quinta [ſi autem & iſta] ſexta [at verò neque ea] vltima[ſi autem circularis circulari.]

Te. 20. Similiter autẽ rationabile eſt exiſtimare de ipſo, & quòd ingenerabile, & incorruptibile, & inaugmentabile, & inalterabile ſit; propterea ꝙ fit quidem omne id, quod generatur, & ex cõtrario, & ſubiecto quodam: & corrumpitur, ſimiliter ex ſubiecto quodam, & à cõtrario, & in contrarium, quemadmodum in primis dictum eſt ſermonibus. contrariorũ autem & lationes contrariæ. Si igitur huic nihil contrarium contingit eſſe, ex eo quia lationi circulari non ſit aliquis contrarius motus; rectè videtur natura id, quod futurum erat ingenerabile, & incorruptibile, exemiſſe à contrarijs, in contrarijs enim eſt generatio, atque corruptio.

Te. 21. ¶ At verò & id omne, quod augmentatur, augetur à cognato adueniente, & reſoluto in materiam. huic autem non eſt, ex quo factum ſit. Si autem eſt & inaugmentabile, & incorruptibile; eiuſdem intelligentiæ eſt exiſtimare & inalterabile eſſe: eſt enim alteratio motus ſecundùm

cundùm qualitatem. qualitatis autem habitus quidem, & diſpoſitiones non ſine mutationibus fiunt, quæ ſecundùm paſſiones fiunt, vt ſanitas, & morbus. ſecundùm autem paſſionem quęcunque tranſmutantur naturalium corporum habentia, videmus omnia & augmentationem, & diminutionem; ut & animalium corpora, & partes ipſorum, & plantarum, ſimiliter autem & elemētorum. ¶ Quare, ſi circulare corpus neque augmentationem habere contingit, neque diminutionem; rationabile eſt & inalterabile eſſe. Quòd igitur ſempiternum, & neque augmentationem habens, neque diminutionem, ſed inſeneſcibile, & inalterabile, & impoſſibile eſt primum corporum, ſi quis ſuppoſitis credit, manifeſtum ex dictis eſt. Videtur autem & ratio ijs, quæ apparent atteſtari: & ea, quę apparent, rationi. Omnes enim homines de Dijs habent exiſtimationem: & omnes eam, qui ſurſum eſt, locum Deo tribuunt, & Barbari, & Græci, quicunque putant eſſe Deos, tanquam uidelicet immortali immortale coaptatum ſit: impoſſibile enim aliter. Si igitur eſt aliquid diuinum, quemadmodum & eſt: & nunc dicta de prima ſubſtantia corporum dicta ſunt bene. Accidit autem & hoc per ſenſum ſufficienter, quo ad humanum dixiſſe fidem: in omni enim præterito tempore ſecundùm traditam inuicē memoriam, nihil videtur tranſmutatum, neque ſecundùm totum vltimum cœlum, neque ſecū dùm partem ipſius propriam vllam. Videtur autem & ipſum nomen ab Antiquis traditum eſſe vſque ad tempus præſens, hoc modo exiſtimantibus, quo & nos dicimus; neque enim ſemel, neque bis, ſed infinities oportet putare Te. 22.

ea

eaſdem peruenire opiniones ad nos. Quapropter tanq̃ altero quodam exiſtente primo corpore pręter terram,& ignem, & aerem, & aquam,æthera appellauerunt ſupremũ locum,à currendo ſemper ſempiterno tempore ponentes ipſi denominationem. Anaxagoras aũt abutitur nomine hoc non bene: nominat.n.æthera

Te. 23. pro igne. ¶ Manifeſtum eſt aũt ex dictis, & cur maiorem impoſſibile ſit eſſe numerũ dictorũ corporum ſimplicium; ſimplicis.n.corporis neceſſe eſt motum ſimplicem eſſe: ſolos aũt hos eſſe dicimus ſimplices, eum, qui circularis eſt, & eũ,qui ſuper recta fit: & huius duas partes, hanc quidem à medio, hanc verò ad medium.

Te. 24. ¶ Quòd autem non eſt circulari lationi contraria alia latio,ex multis vtique quiſpiã accipiat fidem. Primum quidem ꝙ circunflexæ rectã op

Te. 25. poni maximè ponimus ¶ Concauum.n.& conuexum non ſolum adinuicem opponi videtur: ſed recto,cõbinata, adeptaq; compoſitionem. Quare ſi contrarius aliquis eſt; eum, qui ſuper recta fit maximè neceſſariũ eſt contrarium eſſe

Te. 26. circulari motui. ¶ Qui aũt ſuper recta fiunt,inuicem opponuntur propter loca: ſurſum enim,& deorſum & loci eſt differentia, & contrarietas.

Te. 27. ¶ Deinde ſi quis exiſtimet eandem eſſe rationẽ, quę & in recta,& in circunflexa eſt(eam.n.quę ab A ad B fit lationem contrariam eſſe ei, quæ à B ad A) eam,quæ ſuper reſta fit,dicit: hæc,n. finita eſt, circunflexæ autem infinitæ vtiq; erũt

Te. 28. circa eadem ſigna. ¶ Similiter autem & quæ in ſemicirculo vno fit, vt quæ à C ad D, & quæ à D ad C. eadem enim eſt ei,quæ ſuper diametro eſt: ſemper.n. vnumquodque diſtare ſecũdùm

Te. 29. rectam ponimus. ¶ Similiter autem & ſi quis cir

culum

culum faciens,eam, quæ ſuper altero ſemicirculo eſt,lationem contrariam ponat ei, quæ in altero,vt in toto circulo eam,quę ab E ad F,ſemicirculi G,ei quæ ab F ad E,in ſemicirculo H. Si autem & iſtæ ſunt cōtrariæ, at non profectò eæ,quæ ſuper toto circulo fiunt lationes, inuicem propter hoc contrariæ ſunt. ¶ At verò neque ea,quæ ab A ad B eſt,circularis latio, contraria eſt ei, quę ab A ad C. ex eodem enim in idem motus eſt contraria autem latio determinata eſt ex contrario in contrarium eſſe. Te. 30.
¶Si autem circularis circulari eſſet contraria;fruſtra utique eſſet altera: in idem.n.præterea neceſſe eſt quod circulariter fertur,vndecunq; incipit, ad omnia ſimiliter peruenire contraria loca. Sunt autem loci contrarietates ſurſum & deorſum,ante & retro,dextrum & ſiniſtrum: lationis autem contrarietates ſecundùm locorum ſunt contrarietates Te. 31.
¶ Si enim ęquales eſſent; non utique eſſet motus ipſarum. ſi autem alter motus dominaretur; alter vtique non eſſet: quare, ſi ambo eſſent; fruſtra vtique alterum eſſet corpus, non motum ſuo motu: fruſtra enim calceamentum hoc dicimus, cuius non eſt calceatio. Deus autem, & natura nihil fruſtra faciunt. Te. 32.

Summa,& diuiſio in cap. 5.

MVNDVM non eſſe infinitum ratiocinatur. & proponit ibi [vtrum ſit quoddam corpus infinitū] deinde aſſignat rationem intentionis ex diuerſitate, quæ fit propter prædictam poſitionem &c [an hoc ſit vnum] & probat [ſi quidem modica tranſgreſſio] deinde declarat,quo ordine ſit agendum in tractanda hac quæſtione ibi [neceſſe igitur omne corpus] poſtea

ſtea probat, quòd corpus, quod verſatur, non poteſt eſſe infinitum, ſex rationibus. prima eſt [ſi enim infinitum ſit corpus] ſecunda [amplius ſi à finito tempore] tertia [amplius autē ex his] quarta [inſuper quemadmodum lineam] quinta [amplius ſi C ſit centrum] ſexta [præterea ſi infinitum ſit cęlum] oſtendit idem de corpore, quod mouetur motu recto, quatuor rationibus. proponit ita [at verò neque id] prima ratio eſt [contrariæ enim ſunt rationes] ſecunda [amplius ſi ſurſum, & deorſum] tertia [at verò quod ſurſum] quarta [& ad hæc ſi grauitas non eſt infinita] probat quod ſuppoſuerat in hac vltima ratione ibi [patet autem ex his] deinde [amplius ſi maioris corporis] præterea [& inæqualium magnitudinum] & poſtea excludit duas obiectiones, primam [nihil autem refert] ſecundum [nihil autem refert ad demonſtrationem] deinde probat, quòd non poſſit eſſe grauitas infinita. proponit ibi [at verò quod] & præſupponit aliqua neceſſaria, ubi ait [ſi enim tanta grauitas] deinde arguit ita [neceſſe eſt igitur his] & excludit quandam obiectionem, vbi inquit [at verò neceſſe eſt] poſtquam probauit, quod nullum corporum ſit infinitum particulariter; id oſtendit communibus rationibus, tam naturalibus, quàm logicis. ſed primum præmittit aliquas diuiſiones ibi [neceſſe itaque omne corpus] deinde probat tria: primum, quòd non eſt poſſibile corporis ſimilium partium eſſe infinitas ſpecies, ubi inquit [quod igitur non poſſibile eſt] ſecundò nec eſſe corpus infinitum diſſimilium partium ita [at verò ſi ex finitis] tertiò nec ſimilium partium ſic [at verò nec infinitum totum ſimilare] præterea [at verò neq; omnino] & denique adducit vnam rationem communem probantem non eſſe infinitum corpus, ubi inquit [ſit enim in quo A] & excludit quandam obiectionem ibi [at verò & quæcunque quidem corpora] narratio

rariis rationibus Phyſicis, aperit logicas, & proponit ſic [rationibus autem] & primò probat tribus rationibus de infinito continuo, prima eſt [ſed & neque in rectum] ſecũda [amplius ſiue natura habeat motum] tertia [amplius quid eſt id] poſtremò adducit tres rationes probantes non eſſe infinitum etiam ſi non continuam, quarum prima eſt [quo una gleba fertur] ſecunda [præterea ſi grauitatem habet] vltima [præterea ſi ubi præter naturam.]

SEd, qm̃ manifeſtum eſt de his; & de reliquis conſiderandum eſt: Et primũ, vtrũ ſit quoddam corpus infinitum, quemadmodum plurimi Antiquorum Philoſophorũ putauerunt, an hoc ſit vnum quod impoſſibilium: ſic.n. aut illo modo ſe habere, non aliquid parum, ſed totum refert, ac omnino ad eã, quę de veritate eſt, ſpeculationem: ferè. n. hoc eſt principium cõtrarietatum omnibus, qui aliquid de tota natura enunciarunt, & fuit, & erit vtique, ſi quidẽ modica tranſgreſsio à ueritate diſcedentib. fit longè decies millies maior: vt ſi quis minimã quãdam eſſe dicat magnitudinem: hic.n. minimũ introducens, maxima utique amoueret Mathematicorum. Huius aũt cauſa eſt, quia principiũ virtute maius eſt, q̃ magnitudine. quapp quod in principio modicum eſt, in fine fit perq̃ magnum. infinitum aũt & principij, & quantitatis virtutem habet maximam. quare nihil abſurdum eſt, neq; irrõnabile admirabilẽ eſſe rõam ex eo, ꝙ ſumptum ſit, ꝙ eſt aliquod corpus infinitum. ¶ Quapp de ipſo dicendum eſt à principio reſumẽtib. Neceſſe eſt igitur oẽ corpus aut ſimplicium, aut cõpoſitorum eſſe. quare & infinitum aut ſimplex erit, aut cõpoſitum. At verò Te. 18.

& ꝙ finitis ſimplicib. neceſſe eſt finitum eſſe cõpoſitum, manifeſtum eſt: quod. n. ex finitis & multitudine, & magnitudine cõponit̄, finitum eſt & multitudine, & magnitudine: tm̄.n. erit, quanta ſunt, ex quib. eſt compoſitum.

Te. 35. ¶ Reſtat igit̄ videre, vtrum contingat aliqđ ſimplicium infinitum eſſe magnitudine, an hoc impoſſibile. prius itaq;, cum tractauerimus de primo corporum, ſic conſideremus & de reliquis. Quòd igit̄ neceſſe ſit oẽ corpus, qđ circulariter fert̄, finitum eſſe, ex his manifeſtum eſt. Si n infinitũ ſit corpus, qđ circulariter fert̄; infinitę erunt q̄ a medio eijciunt̄. infinitorum autẽ diſtātia infinita eſt. diſtantiam autem dico linearum, extra quam nullam eſt ſumere magnitudinẽ, tangentem lineas. hanc ergo neceſſe eſt infinitã eſſe: finitarum.n. ſemper erit finita. Amplius autem ſemper eſt data maiorem accipere. quare quẽadmodum numerum dicimus infinitum, quia maximus nõ eſt, eadem rõ & de diſtātia. Si igit̄ infinitum non eſt ꝑtranſire, infinito autem exiſtente, neceſſe eſt diſtantiã infinitam eſſe: non vtiq; contingeret cęlum moueri circulariter. cęlum autem videmus circulo ferri. & rõne ẽt determinauimus, ꝙ alicuius eſt circularis motus.

Te. 36. ¶ Amplius a finito tpe ſi abſtuleris finitum tp̄s; neceſſe eſt & reliquum eſſe finitum, & habere principium ſi tp̄s autem inceſſus habet principium; eſt principium ẽt motus: quare & magnitudinis, ſuper qua inceſſit, ſimiliter autem hoc & in alijs. Sit itaq; linea, in qua A C E, infinita ad alteram partem, qua eſt E. alia autem, in qua B B, ad vtramq; partem infinita. Si itaq; deſcribat circulum linea A C E, à centro C feret̄ circulariter linea A C E, ſecans aliqñ lineã B B tpe:

finito:.

finito: totum.n.tp̄s,in quo circulariter latum ē cœlum,finitum eſt:& albatum igitur,quo ſecans ferebat.erit igit̄ aliqđ principium,quo primum lineam A C E lineam B B ſecuit. ſed impoſſibile eſt,non eſt igit̄ circulariter verti infinitum: quare neq; mundum, ſi eſſet infinitus. ¶ Amplius autem & ex his manifeſtum eſt,ꝙ infinitum impoſſibile ſit moueri. Sit.n.linea A, quæ ferat̄ iuxta lineam B,finita iuxta finitā: neceſſe eſt igit̄ ſimul & lineam A à linea B abſolui, & lineam B à linea A. quantum.n.altera acceperit alterius,& altera illius tātum. Si igit̄ ambę moueant̄ in contrarium; velocius vtiq; abſoluent̄. ſi autem iuxta manentem ferat̄; tardius eadem celeritatę moto eo,qđ iuxta fertur. ¶ Sed illud quidem manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile ſit infinitam pertrāſire in tp̄e finito. in infinito ergo: oſtenſum.n.eſt hoc prius in ijs,q̄ de motu. Refert autem nihil, aut finitam ferri iuxta infinitam,aut infinitam iuxta illam: cùm.n.hæc mutatur iuxta illam;& illa mutat̄ iuxta hanc ſimiliter mota,& non mota.verum, ſi moueant̄ ambę;citius abſoluentur: q̄uis aliqñ nihil ꝓhibet eam,q̄ mouetur iuxta quieſcentem, velocius ꝑ tranſire,q̄ eam,quæ contrà mouetur,ſiquis fecerit eas,q̄ contra mouentur, ambas ferri lētè: eam autem,quę iuxta quieſcentem,multò illis ferri velocius. Nullum eſt igitur ad rōnem impedimentum,ꝙ iuxta quieſcentem:qñquidem motam contingit lineam A iuxta motā lineam B tardius trāſire. Si igitur infinitum eſt tp̄s,quo finita,quæ mouetur,abſoluitur, & id in quo infinita ꝑ finitam mota eſt; neceſſe eſt infinitum eſſe. Impoſſibile eſt igit̄ infinitum moueri oīno:ſi.n.ēt per minimam moueatur;neceſſe eſt,

Te. 37.

Te. 38.

vt infinitum fiat tp̃s, at verò cœlum circumit, & vertitur totum circulo in tp̃e finito, quare circumit circuli totam, quæ intus eſt, vt A B, finitam. Impoſſibile eſt igiť id infinitum eſſe, quod
Te. 39. circulo ferť. ¶Inſuper, quemadmodum lineam, cuius finis eſt, impoſſibile eſt eſſe infinitã; ſed, ſi ad longitudinem, & ſuperficiem ſimiliter, quã finis eſt nõ contingit. cùm autem fuerit finita; nusq̃: vt quadrangulum infinitum, aut circulũ, aut ſphæram, quemadmodum neq; pedale infinitum. Si igitur neq; ſphæra, neq; quadrangulum, neq; circulus eſt infinitus, non exiſtente autem circulo; neq; vtiq; circularis latio erit. ſimiliter autem nõ infinito exiſtente, neq; vtiq; erit infinita. ſi verò circulus infinitus non ſit; nõ vtiq; mouebitur circulariter infinitum corpus.
Te. 40. ¶Amplius autem, ſi C centrum ſit, linea autem A B infinita, & linea E ad rectum infinita & linea C D, quæ moueť, nunq̃ abſoluetur à linea E, ſed ſemper ſe habebit quemadmodum linea C E: ſecat.n. qua eſt F. non igiť circulariter ferť
Te. 41. infinita. ¶Præterea, ſi infinitum ſit cœlum, moueatur autem circulo; in tp̃e finito infinitum erit pertranſiens. Sit.n. cœlum quidem, qđ manet infinitum; qđ autem in hoc moueť, ęquale. quare ſi tranſit circulariter, infinitum cum ſit; infinitum æquale ſibi pertranſiuit in tp̃e finito,
Te. 42. ſed hoc erat impoſſibile. ¶Eſt autem conuerſim dicere, ꝙ, ſi finitum eſt tp̃s, in quo reuolutum eſt; & magnitudinem eam, quam pertranſiuit,
Te. 43. neceſſe eſt eſſe finitam: æquale autem ſibi pertranſiuit. finitum igitur & ipſum eſt. ¶Quòd igitur id, quod circulo moueť, non eſt interminatum neq; infinitum, ſed habet finem, manifeſtum eſt.
Te. 44. ¶At verò neq; id, qđ ad medium, neq; quod

qđ à medio ſert, infinitum erit: cõtrariæ. n. ſunt lationes, quæ ſurſum, & q̃ deorſum: contrariæ autem ad contraria loca. contrariorum autem; ſi alterum determinatum eſt; & alterum determinatum erit. medium autem determinatum eſt: ſi. n. vndecunq; feratur deorſum id, qđ ſubſtat, non cõtingit tranſire ultra medium. determinato ergo medio, & eum, qui ſurſum eſt, locum neceſſe eſt determinatum eſſe: ſi vero loca definita ſunt, & terminata; & corpora erunt terminata. ¶Amplius, ſi ſurſum, & deorſum de Te. 45.
finita ſunt; medium neceſſe eſt eſſe definitum: Si. n. non eſt definitum; infinitus vtiq; erit motus. hoc autem ꝙ impoſſibile ſit, oſtenſum eſt prius. determinatum ergo eſt medium; quare & corpus, qđ in hoc aut eſt, aut fore põt. at verò, qđ ſurſum, & deorſum fertur, corpus põt in hoc fore: natum eſt. n. hoc quidem à medio mo ueri, hoc verò ad medium. ¶Ex his itaq; manife Te. 46.
ſtum eſt, ꝙ non cõtingit corpus eſſe infinitum. Et ad hæc, ſi grauitas non eſt infinita; neq; vtiq; horum corporum vllum erit infinitum: neceſſe. n. eſt infiniti corporis infinitam eſſe & grauitatem. Eadem autẽ rõ erit & de leuitate: ſi. n. eſt infinita grauitas, eſt & leuitas, ſi infinitum ſit, qđ ſuperfert. ¶Patet autem ex his. Sit. n. finita, & Te. 47.
ſumatur infinitum quidem corpus, in quo A B. grauitas autem ipſius, in quo C. auferat igit ab infinito finita magnitudo, in qua B D: & grauitas eius ſit in quo E. Ipſum igitur E ipſo C minus erit: minoris. n. grauitas minor eſt. menſuret itaq; minor quotieſlibet: & vt grauitas minor ad maiorem; ita B D ad B F fiat: contingit. n. auferri ab infinito quantumuis. Si ergo proportionales ſunt magnitudines grauitatib. mi-

nor autem grauitas minoris eſt magnitudinis; & maior vtiq; erit maioris. æqualis ergo erit finiti,& infiniti grauitas. Amplius,ſi maioris corporis maior eſt grauitas; ipſius G B maior erit grauitas,q̃ ipſius F B.quare finiti grauitas,q̃ infiniti maior erit.& inæqualium ẽt magnitudinum eadem grauitas erit: inæquale.n.finito eſt

Te. 48. infinitum.¶Nihil autem refert grauitates cõmẽſurabiles ſint,an incõmenſurabiles:etenim, ſi incommenſurabilia ſint;eadẽ erit ratio . ut ſi E tertio menſurans excedat C grauitatem: magnitudinibus.n.B D tribus totis ſumptis maior erit earum grauitas,q̃ ea,in qua C. quare idem

Te. 49. erit impoſſibile. ¶Amplius autem contingit & commenſurabiles ſumere : nihil.n.refert incipere à grauitate,an à magnitudine. Vt ſi ſumat̃ commenſurabilis grauitas ipſi C, ea in quo E, & ab infinito auferatur, id qđ habet grauitatẽ, in quo E.vt B D. deinde vt grauitas ad grauitatẽ B D,ita ad aliam fiat magnitudinem, ut ad B F; cõtingit.n.infinita exiſtente magnitudine quãtumuis auferri: his.n.ſumptis commenſurabiles erunt & magnitudines,& grauitates inuicẽ.

Te. 50. ¶Nihil igit̃ refert ad demõſtrationem magnitudo,ſimilis ſit grauitatis,an diſſimilis.ſemper.n. eſt aſſumere æquè grauia corpora ipſi B D, ab infinito quãtauis aut auferendo, aut addendo. Quare manifeſtũ ẽ ex dictis, ꝙ non erit infiniti corporis finita grauitas.infinita igit̃.ſi ergo hoc impoſſibile eſt; & infinitum aliqđ eſſe corpus

Te. 51. impoſſibile eſt.¶At verò ꝙ infinitam quandam eſſe grauitatem impoſſibile ſit, ex his manifeſtum eſt. Si.n.tanta grauitas per tantum in hoc tpe mouetur;tanta & adhuc in minori. & eam analogiam,quam grauitates habent,tpa ecõtra

rio habebunt.vt,ſi dimidia grauitas in hoc; du-
pla in dimidio huius. ¶ Præterea finita grauitas Te. 52.
oẽm finitam lineam tranſibit in quodam tpe fi-
nito. Neceſſe eſt igitur ex his, ſi qua eſt infinita
grauitas; moueri quidem, quatenus tanta eſt,
quanta finita, & amplius: non moueri autem,
quatenus proportione qdem ſm exceſſus opor
tet moueri: contrariæ autem maiorem in mino
ri. rō autem nulla eſt infiniti ad finitum, mino-
ris autem tpis ad maius finitum; ſed ſemper in
minori: minimum autem non eſt. ¶ Neq;, ſi eſ- Te. 53.
ſet; vtilitas vlla vtiq; eſſet: alia.n.quæpiam fini-
ta maior ſumpta fuiſſet in eadem rõne, in qua
infinita ad alteram eſſet. quare in æquali tpe, p
æquale vtiq; moueret infinita finitæ. ſed impoſ
ſibile eſt. At verò neceſſe eſt, ſi in quãtouis tpe,
finito autem, mouet infinita; & aliã in eodem
hoc finitam grauitatem moueri per quoddam
finitum. ¶ Impoſſibile eſt igitur infinitã eſſe gra Te. 54.
uitatem, ſimiliter autem & leuitatem. & corpo-
ra ergo infinitam habentia grauitatem, & leui
tatem eſt impoſſibile. Quòd igitur non eſt infi-
nitum corpus, palàm eſt & per ea, q̃ particula-
ria ſunt ſpeculantib. hoc modo, & vniuerſali-
ter conſiderantibus, non ſolum ſm rõnes, quæ
in ijs, quæ circa principia dicta ſunt à nobis: de
terminatum eſt.n & ibi vniuerſaliter prius de
infinito quõ eſt, & quõ non eſt, ſed & nunc alio
modo. ¶ Poſt hæc autem conſiderandum eſt ẽt, Te. 55.
ſi infinitum quidem corpus non ſit vniuerſum
ipſum; tm̃ tñ ſit, ut plures ſint cœli. Forte.n.vti-
que quis hoc dubitabit, ꝙ quemadmodum, qui
circa nos, mundus conſtitutus eſt, ita nihil pro
hibeat & alios eſſe plures cœlos, plures qdem
vno, non tñ infinitos. ¶ Primum autem dicamus Te. 56.

vniuerſaliter de infinito. Neceſſe eſt itaq; cor-
pus oē aut infinitum eſſe,aut finitum. &,ſi infi-
nitum;aut diſſimilare oē,aut ſimilare. &,ſi diſſi
milare;aut ex finitis ſpeciebus,aut ex infinitis.

Te. 57. ¶Quod igiť non poſſibile eſt ex infinitis,manife
ſtum eſt;ſi quis nobis ſinat manere primas ſup
poſitiones. Finitis.n. primis motib. exiſtentib.
neceſſe eſt & ſpecies ſimplicium corporum eſ-
ſe finitas: ſimplex.n.eſt ſimplicis corporis mo-
tus.ſimplices autem finiti motus ſunt. neceſſe
autem ſemper eſt motum habere oē corpus na
turale.At verò,ſi ex finitis erit infinitum; neceſ
ſe eſt & partium vnamquamq; eſſe infinitam.
dico autem,vt aquam,aut ignem. ſed impoſſibi
le eſt:oſtenſum eſt.n.ꝙ neq; grauitas,neq; leui

Te. 58. tas eſt infinita.¶Amplius,neceſſarium eſt infini
ta magnitudine, eſſe & loca ipſarum. quare &
motus infinitos oīum eſſe: hoc autem eſt im-
poſſibile,ſi ponamus veras eſſe primas ſuppoſi
tiones,& neq; qđ deorſum ferť in infinitum
poſſe ferri,neq; qđ ſurſum ſm̄ eandem rōnem:
impoſſibile.n.eſt id fieri, qđ non contingit eſſe
factum,ſimiliter in tale,& tanto,& vbi.dico au
tem ſi impoſſibile eſt factum eſſe album,aut cu
bitale,aut in Aegypto eſſe;& fieri aliq̄d horum
impoſſibile eſt.Impoſſibile eſt igitur & ferri il-

Te. 59. luc,quò nullum,qđ ferť,peruenire pōt.¶Præte-
rea,&ſi diſcretę ſunt, nihilominus contingeret,

Te. 60. vtique ex oībus ignem infinitum eſſe ¶Sed cor
pus eſt,qđ vndiq; dimenſionem habet. Quare,
q̄uo poſſibile eſt plura quidem eſſe diſſimilia,
vnumquodq; autem eorum infinitum eſſe? om
ni.n.ex parte vnumquodq; infinitum eſſe opor

Te. 61. tet.¶At vero neq; infinitum totum ſimilare cō-
tingit eſſe.Primum.n.nō eſt alius p̄ter iſtos mo-

tus:

tus: habebit igit vnum horum. ſi autem hoc; ac cidet aut grauitatem infinitam eſſe, aut leuitatem infinitam. at verò non pōt corpus, qđ circulo ferť, eſſe infinitum: impoſſibile. n. eſt infinitū ferri circulo, nihil. n. refert hoc dicere, aut dicere cœlum infinitum eſſe. hoc autem oſtenſum eſt, ꝙ ſit impoſſibile. ¶At verò neq; oīno cōtingit infinitum moueri: aut. n ꝭm naturam mouebitur, aut uiolentia. & ſi violentia; eſt ipſi & qui ꝭm naturam eſt: quare & locus alius proprius, in quē ferať. hoc autem impoſſibile eſt. Te. 62. ¶Quod autem oīno impoſſibile ſit infinitum à finito pati aliquid, aut finitum facere, ex his manifeſtum eſt. Sit. n. infinitum, in quo A, finitum aūt, in quo B, tp̄s autem, in quo mouit aliquid, aut motum eſt, in quo C. ſi itaq; ab ipſo B ipſum A calefactum eſt, aut pulſum, aut aliq̇d aliud paſſum, aut ēt quoduis motum in tp̄e, in quo C, ſit D ipſo B minus, & minus in ęquali tp̄e minus moueat. ſit autem id, in quo E, ab ipſo D alteratum. qđ itaq; eſt D ad B, hoc erit E ad finitū aliquod. Te. 63. ¶Sit itaq; qđ æquale quidem eſt, in æquali tp̄e æquale alterans: qđ autem minus eſt. in ęquali minus: qđ autem maius maius: tm̄ autem, quantum proportionale erit id q̇dem, qđ maius eſt ad minus. Non igiť infinitum ab vllo finito mouebiť in vllo tp̄e: minus. n. aliq̇d in ęquali tp̄e à minori mouebiť ad qđ id, qđ proportionale eſt, finitum erit: infinitum. n. ad finitum in nulla proportione eſt. Te. 64. ¶ At vero neq; infinitum vllo in tp̄e mouebit finitum. Sit. n. in quo A infinitum, B verò finitum, tp̄s, in quo C. igiť D in C minus ipſo B mouebit, ſit F. qđ itaq; eſt B, & F totum ad F, ipſum E eandem rōnem ſit habens ad D. mouebit igiť E ipſum B F in C. fini- Te. 65.

tum

tum igit,& infinitum in ęquali tpe alterabunt. ſed impoſſibile eſt: in minori.n.¦qđ maius eſt ſupponebat,ſed ſumptum tps idem ſemper faciet:quare non erit tps vllum, in quo mouebit. At verò in infinito quidē non eſt mouiſſe,neq; motum eſſe: finem.n.non habet; actio autem,

Te. 66. & paſſio habent.¶Neq; infinitum igit ab infinito contingit aliqd pati.Sit.n.A infinitum, & B, tps autem, in quo paſſum eſt B ab A, in quo C D.Pars igit infiniti,in quo E,quia totum B paſſum eſt nō in tpe ęquali idem.ſupponatur.n.in minori tpe moueri, qđ minus eſt. ſit E motum ab A in tpe D.qđ itaq; eſt D ad C D, hoc eſt ipſum E ad aliquid ipſius B finitum. hoc igit neceſſe eſt ab A motum eſſe in tpe C D. ab eodem .n.ſupponatur in maiori, & minori tpe maius, & minus pati q̄cunq; proportionaliter tpi diuiſa ſunt.

Te. 67. ¶In nullo igit tpe finito poſſibile eſt infinitum ab infinito motum eſſe. in infinito ergo.ſed infinitum quidem tps non habet finem:

Te. 68. qđ autem motum eſt,habet. ¶Si igit oē corpus ſenſibile habet virtutem actiuam, aut paſſiuā, aut ambas;impoſſibile eſt corpus infinitum ſē-

Te. 69. ſibile eſſe.¶At verò & quęcunq; quidem corpora in loco ſunt,oīa ſenſibilia. non eſt igitur vllum corpus infinitum extra cęlum.At verò neque vſq; ad aliquid: nullum igit oīno corpus extra cœlum eſt.Si.n.intelligibile ſit; erit in loco: Extra.n. & Intra locum ſignificant. quare erit ſenſibile. ſenſibile autem nullum eſt nō in

Te. 70. loco. ¶Rationabilius autem eſt aggredi & ſic. Neq;.n.circulo poſſibile eſt moueri infinitum, ſimilare exiſtens;medium.n.infiniti non eſt:qđ verò circulo circa medium mouet. At verò neque ſup recta poſſibile eſt ferri infinitum.oportebit

tebit.n.alterum eſſe tãtum locum infinitum, in quem feretur ſm naturam, & alium tantum, in quem prçter naturam.¶Amplius, ſiue natura habeat motum eundi in rectum, ſiue violentia moueatur; vtroq; modo oportebit infinitã eſſe mouentem potentiam: etenim infinita infiniti eſt, & infiniti infinita vis: quare erit & mouens infinitum. Ratio autem eſt in ijs, quæ de motu, ꝙ nihil finitorum virtutem hẽt infinitã, neque infinitorum quicq̃ virtutem habet finitam. Si igitur erit id, qđ ſm naturam, & præter naturã contingit moueri; erunt duo infinita, & qđ mouet ſic, & qđ mouetur.¶Amplius, quid eſt id, qđ infinitum mouet? Si.n.ipſum ſe ipſum moueat; aĩatum erit. hoc autem quõ poſſibile, infinitum eſſe aĩal? Si autem aliud quid eſt mouens; duo erunt infinita, & mouens, & qđ mouet, dĩa ſm formam, & potẽtiam.¶Si autem vniuerſum nõ ſit continuum; ſed, quemadmodum dicit Democritus, & Leucippus, diſterminata ſunt vacuo; neceſſarium eſt oĩum vnum eſſe motum: diſterminata.n.ſunt figuris. naturam autem eſſe dicunt ipſorum vnam, quemadmodum ſi aurum eſſet vnumquodq;, ſegregatum. Hotũ autem, quemadmodum dicimus, neceſſarium eſt eundem eſſe motum: quò.n.vna gleba, & tota terra fertur, atq; totus ignis, & ſcintilla in eundem locum. quare neq; leue ſimpliciter vllum erit corporum; ſi oĩa habent grauitatem. ſi aũt leuitatem; graue nullum erit. ¶Præterea, ſi grauitatem habet, aut leuitatem; erit aut vltimum quid vniuerſi, aut medium. hoc autem eſt impoſſibile; cum infinitum ſit. oĩno autem, vbi non eſt medium, aut vltimum, neq; hoc qdem eſt ſurſum, hoc autem deorſum, nulluſq; lationis

Te. 71. Te. 72. Te. 73. Te. 74.

nis locus erit corporib. hoc aũt non exiſtente, motus nõ erit. neceſſe.n.eſt moueri aut ſm naturam, aut pręter naturam. hæc autem determi-
Te. 75. nata ſunt locis & proprijs, & alienis. ¶ Pręterea, ſi vbi præter naturã aliquid manet, aut fertur, neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe hunc locum ſecundùm naturam (hoc autem credibile eſt ex inductione) neceſſe ſanè eſt non omnia grauitatem habere, aut leuitatem; ſed hæc quidẽ, hæc verò non. Quòd igitur infinitum non ſit corpus ipſius vniuerſi, ex his manifeſtum eſt.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

MVNDVM vnum tantummodo eſſe numero demonſtrat, & proponit ſic [cur autem neq; plures.] hoc probat tribus rationibus. prima eſt [omnia enim et mouent] ſecunda [præterea neceſſe eſt omnes mundos] & excludit vnam obiectionem ibi [exiſtimare autem] tertia ratio eſt [at verò neceſſe eſt] & excludit aliam obiectionem ſic [ſi autem ſpecie eadem.]

Te. 76. CVR autem neque plures eſſe cœlos poſſibile ſit dicamus: hoc enim diximus conſiderãdũ eſſe; ſiquis nõ putat vniuerſaliter oſtenſum eſſe de corporibus, ꝙ impoſſibile eſt extra mũdum hunc eſſe quoduis ipſorum, ſed ſolùm de indefinitè poſitis dictam eſſe rationẽ. Omnia enim & manẽt, & mouẽt violẽtia, & ſm naturam. & ſm naturã quidẽ, in quo manẽt nõ violentia, & ferũtur, & in quẽ feruntur, & manẽt: in quo autẽ violẽtia, & ferũtur violentia: & in quem violẽtia feruntur, violẽtia & manẽt. Amplius, ſi violẽtia hęc latio ſit; cõtraria ſm naturã.
Te. 77. ¶ Ad mediũ aũt, quod hic eſt, ſi violẽtia feratur terra illinc; hinc feret illuc ſm naturã. &, ſi manet

net hic;motus, q illinc fit,nõ violẽtia fit, & feretur huc ſm naturã:vnus.n.eſt motus ſm naturam. ¶Præterea neceſſe eſt omnes mũdos ex eiſdem eſſe corporibus, ſimiliter aũt exiſtẽtes ſm naturã. At verò & corporũ vnũquodque neceſſarium eſt eandẽ habere potentiam, vt dicò ignem, & terrã, & quæ inter hæc media ſunt. Si .n. æquiuoca hęc ſunt, & nõ ſm eandẽ ſpeciẽ dicũtur ea, quæ illic, & quæ apud nos ſunt; & ipſum vniuerſum æquiuoce dicetur mũdus. Palàm eſt igitur, ꝙ hoc quidẽ à medio ferri natum eſt, hoc aũt ad medium ipſorum; ſi omnis ignis eiuſdem ſpeciei cùm igni eſt, & aliorum vnũquodque, quẽadmodũ &, quæ in hoc ſunt partes ignis. Quòd aũt neceſſe ſit ſic ſe habere ex ijs, quæ circa motus dictæ ſunt, ſuppoſitionibus manifeſtum: nã & motus finiti ſunt: & vnũquodque elementorum dr ſm vnumquemque motũ. ¶Quare, ſi & motus ijdẽ ſunt; & elemẽta neceſſe eſt eſſe ubiq; eadẽ. Natę ſunt igitur ferri & ad hoc quidẽ mediũ terræ partes, quæ in alio mũdo ſunt, & ad hoc quidẽ extremũ, q ibi eſt, ignis. ſed impoſſibile eſt. Si .n. hoc accidat; neceſſe eſt ferri ſurſum quidẽ terram in proprio mũdo, ignem aũt ad mediũ; ſimiliter aũt & eã, quæ hic eſt, terram à medio ferri ſm naturam, dum ad mediũ, quod illic eſt, fertur; propterea quod mũdi ſic poſiti ſunt adinuicẽ. ¶ Aut.n. nõ ponendum eſt eandẽ eſſe naturam ſimplicium corporũ in pluribus cœlis, aut dicentes ſic mediũ vnũ, & extremũ facere neceſſe eſt. hoc autem, cũ ſit abſurdũ, impoſſibile eſt mũdos vno plures eſſe. ¶Exiſtimare aũt aliã eſſe naturã ſim pliciũ corporũ, ſi diſtent minus, aut plus à proprijs locis, irrationabile eſt. quid.n. refert tanta

Te. 77.

Te. 78.

Te. 79.

Te. 80.

Te. 81.

dicere longitudine diſtare, an tãta? differẽt.n. ſm̃ rationẽ eò magis, quò plus: forma aũt eadẽ
Te. 82. eſt. ¶ At verò neceſſe eſt aliquẽ eſſe motũ ipſorum. Quòd.n.mouent, manifeſtum eſt. Vtrum igit vi omnibus moueri, & cõtrarijs dicemus? Sed quod nõ natũ eſt omnino moueri, impoſſibile eſt hoc vi moueri. Si igitur eſt aliquis motus ipſorum ſm̃ naturã, neceſſe eſt eorum, quæ eiuſdẽ ſunt ſpeciei; & ſingulorũ ad vnũ numero locũ exiſtere motũ, vt ad hoc aliquod medium, & ad hoc aliquod extremũ.
Te. 83. ¶ Si aũt ad eadem ſpecie, plura aũt numero, quia & ſingula plura quidẽ ſunt, ſpecie aũt vnũquodq; indifferens eſt; non huic quidẽ partiũ, huic aũt nõ, tale erit, ſed ſimiliter omnibus; ſimiliter .n. omnes ſm̃ ſpeciẽ indifferentes ſunt adinuicẽ, numero aũt altera eſt quæcũq; à quacunq;.
Te. 84. ¶ Dico aũt hoc, quoniã ſi partes, quæ hic ſunt, & quæ in altero mũdo, adinuicem ſimiliter ſe habent; & ſumpta hinc nihil differenter ſe habet ad aliquam earũ partiũ, quę in aliquo alio mundo ſunt, & quę in hoc ipſo, ſed ſimiliter: differunt
Te. 85. .n. nihil ſpecie abinuicẽ. ¶ Quare neceſſariũ eſt, aut dimouere has ſuppoſitiones, aut medium vnũ eſſe, & extremũ. hoc aũt exiſtente, neceſſe eſt & cœlum vnum ſolum eſſe, & non plures, his eiſdem argumẽtis, & eiſdem neceſſitatibus.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

QVONIAM Ariſt. ſuppoſuit in præcedenti capite, quòd naturalia corpora habeant loca determinata, ſed quæ feruntur; nunc oſtendit propoſitum, et opinionem contrariam deſtruit. primum proponit ſic [quod autem ſit aliquid] hoc probat & ratione, & ſigno. ratio eſt [omnino quòd mouetur] ſignum [conie-

Ɛura

ſtura autem eſt] deſtruit opinionem aliorum, qui dicebant, quòd feruntur ab aliquo exteriori. & proponit ibi [at verò neque ab alio] & probat tripliciter primò [tardius enim moueretur] ſecundò [neque uelocius] tertiò [& vnde vi.]

QVòd autem ſit aliquid, quò nata eſt terra ferri, & ignis, palàm eſt & ex alijs: omnino. n. quod mouetur, ex quodã in quiddam mutat͂. & hæc, ex quo, & in quod, ſpecie differũt: omnis. n. mutatio finita eſt: vt quod ſanatur, ex morbo in ſanitatẽ, & quod augmẽtatur, ex paruitate in magnitudinẽ. & quod fertur igitur: etenim hoc fit alicũde aliquo. oportet igitur ſpecie differre, ex quo, & in quo natũ eſt ferri (quẽadmodũ id, quod ſanatur) nõ quò contigerit, neq; quò vult mouẽs. & ignis ergo, & terra nõ in infinitũ ferũtur; ſed ad oppoſita: opponũtur aũt ſm locũ ſurſum, & deorſum; quare iſta ſunt termini lationis. ¶ Quandoquidẽ & q̃ circularis eſt, habet quodãmodo oppoſita ea, q̃ ſm diametrum, vniuerſo aũt nõ eſt contrariũ quicquam: quare & his aliquo modo motus ad oppoſita fit, & finita. Neceſſe eſt igitur eſſe aliquẽ finẽ, & nõ in infinitũ ferri. ¶ Coniectura autẽ eſt nõ in infinitũ ferri, terrã quidẽ, quãto propinquior fuerit medio, velocius ferri; ignẽ aũt quãto ei, quod eſt ſurſum. ſi aũt infinitũ eſſe; infinita vtiq; eſſet & velocitas. ſi verò velocitas; & grauitas, & leuitas: vt. n. quod inferius magis tẽdit velocitate, q̃ alterũ, grauitate vtiq; eſt velox: ſic, ſi infinitũ eſſet huius incremẽtũ; & velocitatis incremẽtũ infinitũ vtiq; eſſet. ¶ At verò neq; ab alio hoc quidẽ ipſorũ ſurſum fert͂, hoc aũt deorſum; neq; vi (quẽadmodũ quidã aiũt) per

Te. 86.
Te. 87.
Te. 88.
Te. 89.

ꝑ extruſionē: tardius.n.moueretur maior ignis ſurſum,& maior terra deorſum: nūc aūt cōtrà ſemper maior ignis velocius fert, & maior terra in ſuum locū. Neq; velocius vtiq; prope finē ferrētur; ſi vi, & extruſione mouerētur: omnia.n.ab eo,quod vim attulit,longius exiſtētia,tardius feruntur; & vndè vi,illuc feruntur non vi.

Summa,& diuiſio in cap. 8.

MVNDVM eſſe unum duplici ratione declarat. prima eſt [præterea autem & per eas] ſecunda [tribus enim exiſtentibus.]

Te. 90. QVare ex his ſpeculātibus eſt accipere fidē de ijs,quæ diximus, ſufficiēter. Prętereа aūt & per eas,quę ex prima Philoſophia ſunt rationes, oſtendet vtiq;, & ex eo,q circulariter fit, motu, quē neceſſariū eſt ſempiternū ſimiliter hic eſſe, & in alijs mūdis.Manifeſtum aūt etiā ſic fiet cōſiderātibus, ꝙ neceſſe eſt vnū

Te. 91. eſſe cœlum. ¶ Tribus.n.exiſtētibus corporeis elemētis, tria erūt & loca elemētorū Vnus qdē ſubſiſtentis corporis,q circa mediū eſt. Alter autē eius,quod circulariter fertur. q quidē eſt extremus.Tertius,q inter hęc medius eſt q medij eſt corporis: neceſſe eſt.n.in hoc eſſe id, quod ſuperfertur: ſi.n.nō in hoc;extra erit.ſed impoſſibile eſt extra:hoc.n.ſine grauitate,hoc aūt habens grauitatē. magis aūt deorſum eſt cuiuſuis corporis grauitatē habentis locus;ſi q in medio eſt,ipſius grauis eſt.At verò neq;præter naturā: alij.n.erit ſm naturā, alij aūt nō eſt.neceſſe eſt igiť vt in medio ſit. huius aūt ipſius qnę ſint differētię,poſterius dicemus.De corporeis igiť elementis,

mẽtis, & quę ſint, & quot, & quis vniuſcuiuſq; locus,inſup aũt omnino quot ſm multitudinẽ ſint ipſa loca, manifeſtũ eſt nobis ex dictis.

Summa, & diuiſio in cap. 9.

PLVRES eſſe mundos impoſſibile eſſe docet. proponit ibi [quòd autem non ſolum vnus] & hoc probat duplici ſyllogiſmo. primus eſt [in omnibus enim] ſecũdus [quorum autem eſt forma] poſtea ſoluit quandam obiectionem, quæ oritur ex præmiſſis ſic [conſiderandum autem rurſus.]

QVòd autẽ nõ ſolùm vnus eſt, ſed & impoſſibile eſſe plures, inſup autẽ ꝙ ſempiternus, cùm incorruptibilis ſit, & ingenerabilis, dicamus, primũ dubitatione facta de ipſo. Te. 92.
¶ Videbit.n.vtiq; ſic cõſiderãtibus impoſſibile vnum, & ſolum eſſe ipſum. In omnibus.n. & q̃ natura, & quę ab arte facta ſunt, & cõſtãt, aliud eſt ipſa p ſeipſam forma, & miſta cum materia: vt ſphęrę aliud forma, & aurea, & ęnea ſphęra: & rurſus circuli alia forma, & ęneus, & ligneus circulus: nam quod quid erat eſſe ſphęrę, aut circulo dicẽtes, nõ dicemus in ratione aurum, aut ęs, tanq̃ nõ exiſtant hęc de ſubſtãtia. ſi verò ęneam, aut auream dicemus; etiam ſi non poſſumus intelligere, aut ſumere aliud aliquid pręter ſingulare: q̃nque.n. nihil ꝓhibet hoc accidere, vt ſi ſolus vnus ſumatur circulus: nihilo .n. minus aliud erit eſſe circulo, & huic circulo. & illud qdem forma, hoc autem forma in materia, & eorum, q̃ ſingularia ſunt. Quoniam igitur cœlum eſt ſenſibile; ſingularium vtiq; erit: ſenſibile.n. omne in materia exiſtit. ſi autem ſingularium; aliud erit eſſe huic cœlo, & cœlo ſim-

pliciter. Alterum igiť eſt hoc cœlum, & cœlum ſimpliciter: & hoc q̃dem vt ſpecies, & forma, il lud autem, vt cum materia miſtum. Quorũ autem eſt forma quædam, & ſpecies, eorum aut ſunt, aut eſſe poſſunt plura ſingularia: ſiue .n. ſint ſpecies, quemadmodum dicunt quidam, ne ceſſe eſt hoc accidere. ſiue etiam ſeparatum nihil talium ſit; non minus: in omnibus .n. ſic videmus, quorumcunq; ſubſtãtia in materia eſt, plura, & infinita eſſe ea, quę eiuſdem ſunt ſpeciei. quare aut ſunt plures cœli, aut contingit plures eſſe. Ex his igiť ſuſpicabitur vtiq; aliquis & eſſe, & contingere plures eſſe cœlos.

Summa, & diuiſio in cap. 10.

MVNDVM conſtare ex tota ſua materia, affirmat Ariſt. & extra cœlum nullum corpus eſſe. de primo ſic agit [Alia] deinde quot modis dicatur cœlum, ait [vno igitur modo] & conſequenter aſſerit de quo, nunc intelligat [tripliciter igitur cum dicatur] probat poſtea, quòd extra cęlum non ſit corpus quatuor rationibus, ſed primò ponit vnam diuiſionem corporum, quæ eſt [ſi enim eſt extra] prima ratio eſt [ſimplicium igitur nullum] ſecunda [præter autem naturam] tertia [ſi autem non ſimplicium] quarta [at verò neque eſſe.]

Te. 93. CONſiderandum autem eſt rurſus quid horum dř bene, & quid non bene. Aliam igitur eſſe formę rationem eam, quæ ſine materia eſt, & eam, quæ in materia eſt, bene dř. ſitque hoc verum. ſed nihilominus nulla neceſſitas eſt ꝓpter hoc plures eſſe mundos; neq; cõtingit eſſe plures; ſi iſte ex tota eſt materia, quemad-

Te. 94. modum & eſt. ¶ Sic autẽ magis fortè erit, quod dici-

dĩ, manifeſtũ. Si.n.ſimitas curuitas eſt in naſo, aut carne,& caro eſt materia ſimitatis,ſi ex oĩbus carnibus vna fiat caro, & exiſtat in hac ſimitas; nihil vtiq; aliud aut eſſet ſimum,aut cõtingeret fieri.ſimiliter autẽ &,ſi carnes, & oſſa materia ſunt in homine,ſi ex omni carne,& oſſibus non potentibus diſſolui homo fieret;non vtiq; cõtingeret alium eſſe hominem.ſimiliter autem & in alijs:omnino.n.quoruncunq; ſubſtantia eſt in ſubiecta quadam materia, horum nihil contingit fieri, non exiſtente aliqua materia. ¶Cœlum aut eſt quidem eorum, quę ſingularia ſnnt, & eorum, quæ ex materia.ſed, ſi non ex parte ipſius conſtat, ſed ex vniuerſa,eſſe quidem ipſius Cœli, & huius Cœli aliud eſt, nõ tamen aut erit aliud,aut vtiq; contingit fieri plures; ꝓpterea ꝙ hoc materiã comprehendit vniuerſam. Hoc igiẽ ipſum reſtat oſtendere, ꝙ ex vniuerſo naturali, & ſenſibili conſtat corpore. Te. 95.

¶ Dicamus autem primùm quid dicimus eſſe Cœlum, & quotupliciter, vt magis nobis manifeſtum fiat,quod quærĩt.Vno igitur modo Cœlum dicimus ſubſtantiã extremæ vniuerſi circumlationis, aut corpus naturale, quod in extrema eſt circumlatione uniuerſi: conſueuimus.n. maximè extremum, & ſurſum vocare Cœlum, in quo & diuinum omne collocatum eſſe dicimus. Rurſus autem alio modo corpus continuum extremæ circumlationi ipſius vniuerſi,in quo Luna,& Sol,& quædam aſtrorum ſunt: etenim hęc in Cœlo eſſe dicimus. Præterea aliter dicimus Cœlum contentum corpus ab extrema circumlatione: totum.n.& vniuerſum conſueuimus dicere Cœlum. Te. 96.

¶ Tripliciter igiẽ cùm dicaẽ Cœlum; totum ab extrema con- Te. 97.

tentum circumlatione neceſſe eſt ex omni cõſtare naturali, & ſenſibili corpore: propterea ꝙ neq; vllum eſt extra Cęlum corpus, neq; contingit eſſe. Si.n. eſt extra extremam circumlationem corpus naturale; neceſſe eſt ipſum aut ſimplicium eſſe corporum, aut compoſitorum, & aut ſm naturã, aut pręter naturam ſeſe habere. Simplicium igit̃ nullum vtiq; erit: quod.n. circulariter fertur, oſtenſum eſt, ꝙ nõ põt permutare ſuum ipſius locum. At verò neque id, quod à medio, eſſe põt, neq; quod ſubſtat: ſm.n. naturã nõ vtiq; erunt: alia.n. ipſorum ſunt propria loca. Præter autem naturã ſi ſunt: alij cuidam erit ſm naturam, q extra eſt, locus: eum .n. q huic pręter naturam eſt, neceſſarium eſt alij eſſe ſm naturam. ſed non eſt aliud corpus præter hæc. Non ergo eſt poſſibile vllũ ſimplicium corporum extra Cœlum eſſe. ſi aũt non ſimplicium; neq; miſtorum: neceſſe eſt.n. & ſimplicia eſſe, miſto exiſtente.

Te. 98. ¶At uerò neq; eſſe eſt poſſibile: aut.n. præter naturam erit, aut ſm naturam, & aut ſimplex, aut miſtum. quare rurſus eadem veniet ratio: nihil.n. refert cõſiderare, ſi eſt, an fore põt. Manifeſtũ eſt igit̃ ex dictis, ꝙ neq; eſt extra, neq; fore cõtingit vllius corporis molem: ex tota.n. eſt propria materia totus mũdus: materia.n. ipſi eſt naturale corpus, & ſenſibile. Quare neq; nunc ſunt plures Cęli, neque fuerunt, neq; contingit fore plures; ſed unum, & ſolum, & perfectum eſt hoc Cœlum.

Summa, & diuiſio in cap. 11.

EXTRA mundum nec uacuum, nec tempus, neque locus eſt. qualia ſint ea, quæ ſunt extra mundũ, oſtendit. primum proponit. ſic [ſimul autem manife- *ſtum*

ctum eſt] de uacuo probat ibi[in omni nunquam loco] de tempore ubi ait[tempus autem eſt]quæ autem ſint ea,quæ extra mundum ſunt,declarat his verbis[quapropter neque quæ illic ſunt.

SImul autem manifeſtum eſt, ꝙ neq; locus, neque vacuum,neq; tempus eſt extra cœlũ: in omni .n.loco corpus eſſe poſſibile eſt.Vacuũ autem eſſe dicunt, in quo non eſt corpus, poſſibile autem eſt eſſe. Tempus autem eſt numerus motus. motus autem ſine naturali corpore non eſt. ¶ Extra autem Cœlum ꝙ neq; eſt neq; cõtingit eſſe corpus, oſtenſum eſt. Manifeſtum igĩt eſt,ꝙ neq; locus,neq;vacuum,neq;tempus eſt extrinſecus. Quapropter neque quæ illic ſunt,nata ſunt in loco eſſe,neq; tempus ipſa facit ſeneſcere, neq; vlla tranſmutatio ullius eorum eſt,quę ſuꝑ extima diſpoſita ſunt latione; ſed inalterabilia, & impaſſibilia, optimam habentia uitam, & per ſe ſufficientiſſimam, perſeuerant toto æuo: etenim hoc nomen diuinè enunciatum eſt ab Antiquis: finis .n. q cõtinet vitæ.vniuſcuiuſq; tempus, cuius nihil eſt extra ſm naturam, æuum vniuſcuiuſq; vocatum eſt. Secundum eandem autem rationem & totius Cœli finis, & finis omne tempus, ac infinitatẽ continens, æuum eſt, ab eo, ꝙ ſit ſemper,ſumpta denominatione,immortale,& diuinũ.vnde & alijs communicatũ eſt, his quidem exactius, his autẽ obſcurius, eſſe, & uiuere.Etenim,quẽadmodum in uulgaribus ſententijs circa diuina ſæpe declaratur rationibus, ꝙ diuinum ipſum intranſmutabile eſſe neceſſe eſt omne, primum,ac maximè ſummum,quod ſic ſe habẽs, atteſtatur ijs,quæ dicta ſunt: neque.n.aliud me- Te. 99. T. 100. T. 101.

lius eſt, quod moueat: illud.n. eſſet vtique diuinius. neq; habet prauitatem vllam, neq; indigẽs ſuorum bonorum ullo eſt. Et inceſſabili vtique motu mouetur rationabiliter: omnia enim quę mouentur, quieſcũt; cùm uenerint in ꝓprium locũ. eius autẽ corporis, quòd circulariter mouetſ, idẽ eſt locus, vnde incœpit, & in quẽ finit.

Summa, & diuiſio in cap. 12.

OPINIONES antiquorũ circa æternitatem mundi narrantur, ac confutantur. & primò proponit opiniones prius aliorum eſſe narrandas, ubi ait [his autem determinatis] & probat tribus rationibus, prima eſt [contrariorum enim] ſecunda [ſimul autem & magis] tertia [nam uideri] deinde narrat tres opiniones. prima eſt Platonis, ubi inquit [ſed genitum hi] ſecunda Democriti, ubi ait [hi autem corruptibilem] ultima Empedoclis Agrigentini. i. [quidã autem uiciſſim] improbat primam duabus rationib. prima eſt [genitum igitur eſſe] ſecunda [amplius autem] & excludit quondam excuſationem opinionis Platonis dicens [auxilium autem] tertiam impugnat ibi [viciſſim autem conſtituere] & ſecundam, quæ eſt Democriti, ſic ſcribit [omnino aut factum corrumpi.]

T. 101. HIs autem determinatis dicamus poſt hæc utrum ſit ingenerabilis, an generabilis, & incorruptibilis, an corruptibilis, narratis prius aliorum opinionibus: cõtrariorum.n. demõſtrationes dubitationes de cõtrarijs ſunt, Simul autem & magis vtiq; credibilia erũt dicenda ijs, q ante audierit dubitatorum ſermonũ iuſtificationes: nam videri in dicta cauſa condẽnare, minus vtiq; nobis inierit: etenim oportet eos arbitros eſſe nõ aduerſarios, q veritatem ſunt

indi-

indicaturi ſufficienter. ¶ Genitum igit̃ omnes T. 102.
eſſe dicunt: ſed genitũ, hi qdẽm ſempiternum:
alij verò corruptibilem, queadmodum quod-
cunq; aliud eorum, q̃ natura cõſtant. Quidam
autẽ uiciſſim, q̃nq; qdem ſic, q̃nq; autem aliter
ſe habere patientem corruptionem, & hoc ſem
per perſeuerare ſic, queadmodum Empedocles
Agrigentinus, & Heraclitus Epheſius. Genitum
igit̃ eſſe, ſempiternum tñ eſſe dicere, impoſſi-
bilium eſt: ſola. n. hac ponenda ſunt rationa-
biliter, quęcũq; in multis, aut omnibus uide-
mus eſſe. de hoc autem accidit contrariorum:
oĩa. n. quę generant̃, & corrumpi vident̃. ¶ Am- T. 103.
plius autem quod nõ habeat principium ſic ſe
habendi; ſed non põt aliter habere prius p om-
ne ęuum, impoſſibile eſt & mutari; erit. n. ali-
qua cauſa, quę, ſi prius eſſet, poſſibile vtiq; eſſet
aliter habere quod impoſſibile eſt aliter ſeſe
habere. Si autem prius ex aliter habentibus cõ-
ſtitutus eſt mundus, ſi quidem ſemper ſic habẽ-
tibus. & impoſſibilibus aliter habere; non vtiq;
factus ẽ. Si autem factus eſt; neceſſe eſt ſcilicet
& illa poſſibilia eſſe aliter habere, & non ſemp
ſic ſe habere. quare & conſtituta diſſoluent̃, &
diſſoluta prius conſtituta fuerunt. & hoc infi-
nities, aut ſic habebat, aut poterat. Si autẽ hoc;
non vtiq; erit incorruptibilis, neq; ſi aliter ha-
beat aliqñ, neque ſi poſſibile ſit aliter habere.
¶ Auxilium autem, quod quidam eorum conã- T. 104.
tur afferre ſibijpſis, q dicunt incorruptibilem
qdem eſſe, ſed factum, non eſt uerum. Simili-
ter. n. dicũt ijs, q deſignationes deſcribunt, &
ſeipſos dixiſſe de generatione, non tanq̃ gene-
rato aliqñ; ſed doctrinæ gratia, tanq̃ qui magis
cognoſcant, ſi, velut deſignationem, viderint fa

T. 105. ctum. ¶Hoc autem eſt, quemadmodū dicimus, non idem: in effectione.n. deſignationum, poſitis oībus eſſe ſimul, idem accidit: in horum aūt demonſtrationibus, non idem, ſed impoſſibile: quę.n. accipiunt prius, & poſterius, ſubcontra-
T. 106. ria ſunt. ¶Ex inordinatis.n. aliqñ ordinata facta eſſe dicunt. ſimul aūt idem inordinatum eſſe, & ordinatum impoſſibile eſt; ſed neceſſe eſt generationem eſſe ſeparantem, & tps. in deſignationibus autem nihil tpe ſegregatum eſt. Quòd igit eſt impoſſibile ſimul ſempiternum eſſe ip-
T. 107. ſum, & factum eſſe, manifeſtum eſt. ¶ Viciſſim autem conſtituere, atq; diſſoluere, nihil aliud facere eſt, q̃ extruere ipſum, ſempiternum q̃dem, ſed mutantem formam: quemadmodum ſi quis ex puero virum factum, & ex viro puerum, qñq; quidem corrumpi, qñq; autem eſſe putet: palam.n. eſt, ꝙ & ſeinuicem elementis conuenientibus, non quiuis ordo ſit, & conſtitutio, ſed idem: pſertim & ſm eos, qui hunc ſermonem dixerunt, qui diſpoſitionis vtriuſque cauſam faciunt ipſum contrarium. Quare, ſi totum corpus continuum exiſtens, qñque q̃dem, ſic, qñq; autem illo modo diſponitur, & gorna-tur, vniuerſi autem conſtitutio mundus eſt, & Cęlum; non vtiq; mundus fiet, ac corrumpet,
T. 108. ſed diſpoſitiones ipſius. ¶ Omnino aūt factum corrumpi, & non reuerti, vno quidem exiſtente, impoſſibile eſt: priusq̃.n. fieret, ſemper exiſtebat, quæ ante ipſum erat, conſtitutio, quam non factam non poſſibile eſſe dicimus traſmutari. infinitis autem exiſtentib. contingit magis. At vero & hoc, vtrum impoſſibile ſit, an poſſibi-
T. 109. le, erit manifeſtum ex ijs, quę poſterius. ¶ Sunt autem quidam, quibus fieri poſſe vr̃, & ingenerabile

rabile quippiam exiſtens corrumpi, & genitum incorruptibile perdurare, ut in Timæo. ibi. n. ait Timæus, Cælum factum quidem eſſe; non tñ eſſe corruptibile, ſed fore quidem reliquo ſemper tempore. ad quos naturaliter quidem de cælo ſolùm dictum eſt, vniuerſaliter autẽ de omni ſpeculantibus erit & de hoc manifeſtum.

Summa, & diuiſio in cap. 13.

NVNC propriam recitat Ariſt. ſententiam. ſed ante præmittit hæc conſideranda, ſcilicet quot modis generabile, & corruptibile, & ingenerabile, & incorruptibile dicatur. proponit igitur [primum autẽ diuidendum eſt] deinde oſtendit quot modis dicitur ingen tum ibi [dicitur autem ingenerabile] & generabile ſic [eodem autem modo] corruptibile ſic [aut enim quòd prius] incorruptibile hoc modo [& de incorruptibili.]

PRimum autem diuidendum eſt, quõ ingenerabilia, & generabilia dicimus, & corruptibilia, & incorruptibilia. Multipliciter. n. cum dicãtur, & ſi nihil refert ad rationem: neceſſe eſt intellectum indeterminatè ſe habere, ſi quis eo, qđ multipliciter diuiditur, tanq̃ indiuiſibili vtatur: im manifeſtum. n. eſt ſm quam naturam ipſi accidit, qđ dictum eſt. ¶Dicit autem Ingenerabile vno quidem modo, ſi ſit aliquid nunc, qđ prius non erat, ſine gñatione, & mutatione, quemadmodum quidã tãgi, & moueri dicunt: non. n. generari dicunt id, qđ tangitur, neq; id, qđ mouetur. Vno autem, ſi quid, quod põt fieri, aut factum eſſe, non eſt: ſimiliter. n. & hoc ingenerabile, quia contingit fieri. Vno verò, ſi qđ oĩno impoſſibile eſt factum eſſe, vt q̃nq; qdem T. 110. T. 111.

ſic

ſit,qñq; autem non . Impoſſibile autem dr̄ du-
pliciter: aut.n.ſimpliciter, quia non verum eſt
dicere,ꝙ factum vtiq; erit:aut quia non facilè,
T. 112. neq; cito,aut bene. ¶Eodem autē modo & Ge-
nerabile.Vno quidem, ſi quod non erat prius ,
poſterius ſit,ſiue genitum,ſiue abſq; generatio
ne qñq; quidem non ſit,rurſus autem ſit . Vno
autem,ſi poſſibile ſit, ſiue ueritate definito poſ
ſibili,ſiue facilitate . Vno verò, ſi gñatio ipſius
ſit ex eo,qđ non eſt,in id, qđ eſt , ſiue iam exi-
ſtente,ſed per gñationem,exiſtente; ſiue etiam
T. 113. nondum exiſtente,verum cōtingente. ¶Et Cor
ruptibile autem,& Incorruptibile ſimiliter.Aut
.n.qđ prius aliquid eſt, poſterius autem nō eſt,
aut contingit non eſſe , corruptibile eſſe dici-
mus,ſiue corruptionem ſubiens aliqñ, & muta
tionem,ſiue non.Eſt autem qñ & qđ per corru
ptionem contingit non eſſe , corruptibile eſſe
dicimus . Et adhuc aliter qđ facilè corrumpit,
quod dixerit aliquis vtique facilè corruptibi-
T. 114. le.¶Et de Incorruptibili eadem ratio.Aut.n.qđ
ſine corruptione qñque quidem eſt , quandoq;
autem non eſt,vt tactus ipſos,qui,cum prius ſi-
ne corruptione ſint;poſterius nō ſunt Aut exi-
ſtens quidem,impoſſibile autem non eſſe . Aut
etiam non futurum aliqñ, nunc autem exiſtēs:
tu.n.es,& tactus nūc, ſed tñ corruptibiles eſtis:
quia erit aliquando, quando neque eſſe verum
erit dicere, neq; hæc tangere . Maximè autem
propriè quod quidem eſt, ſed impoſſibile eſt
corruptum eſſe ſic, vt nunc exiſtens poſterius
non ſit,aut contingat non eſſe. Aut & id, quod
nondum corruptum eſt,contingit autem poſte
rius non eſſe Dicitur autem incorruptibile , &
quod non facilè corrumpitur .

Sum-

Summa,& diuiſio in cap. 14.

QVOT modis dicitur poſſibile, & impoſſibile oſtendit. proponit ibi [itaque ſi hæc] quot modis poſſibile ſit [ſi igitur aliquid] impoſſibile [& vtique ſi quid] excludit quandam obiectionem ibi [nihil autẽ nos] deinde proponit, quæ dicenda ſint ſibi [determinatis autem his.]

ITaque,ſi hæc ſic ſe habẽt,conſiderãdum eſt, T. 115.
quomodo dicimus poſſibile, & impoſſibile. Propriјſſimè.n.dictum incorruptibile eſt eo, ꝙ non poſſit corrumpi.neq; aliqñ qdem eſſe, aliqñ autem nõ.Dicit autẽ & ingenerabile, quod impoſſibile eſt, & quod nõ potens eſt fieri ſic, vt prius qdem non ſit, poſterius autem ſit, vt diametrum commenſurabilem.¶Si igĩt aliquid T. 116.
põt mouere ꝑ ſtadia centum,aut leuare põdus; ſemp ad plurimum dicimus. vt talenta leuare centum,aut ꝑ ſtadia ambulare centum; quamuis & partes, q̃ infra ſunt,poſſit,ſi & exceſſum. tanq̃ oporteat definiri potentiam ad finem exceſſus.neceſſe eſt igitur id, quod ſm exceſſum tot põt,& quæ infra ſunt,poſſe: vt ſi talenta cẽtum leuare:& duo: & ſi ꝑ ſtadia centum,& per duo poſſe ambulare. Potentia autem ipſius exceſſus eſt.Et vtiq; ſi quid non põt tãtum;ſm exceſſum nobis dicentibus, & plura nõn põt:vt non potens per mille ambulare ſtadia, manifeſtum eſt,ꝙ neq; per mille & vnum.¶Nihil autẽ T. 117.
nos turbet.determinet.n.ſm exceſſus finem id, quod propriè poſſe dr̃.Forſitan.n.inſtabit vtiq; quis,ꝙ non neceſſe ſit quod dictum eſt.Videns .n.ſtadium, non vtiq;, quę infra ſunt, videbit magnitudines.ſed contrà potius, potens videre; pun-

punctum, aut paruum audire ſonum, & maiorum habebit ſenſum. Sed nihil refert ad rationem. determinet.n.aut in potētia, aut in re exceſſus: id.n.quod dr̄, manifeſtum eſt: viſus.n.q minoris eſt, excedit: velocitas autem, q̄ eſt ma-
T. 118. ioris. ¶ Determinatis autem his, dicere oportet id, quod deinceps eſt. Si itaq; ſunt quędam poſſibilia & eſſe, & nō; neceſſe eſt tempus aliquod plurimum ipſius eſſe, & ipſius non eſſe determinatum eſſe. dico autem quo poſſibile eſt rē eſſe, & quo poſſibile eſt non eſſe, ſm quodcūq; prædicamentum: vt hominem, aut album, aut tricubitum, aut aliud quodcunq; talium: ſi.n.nō erit quantum quoddam, ſed ſemper propoſito maius, & quo non eſt minus; infinito erit tempore idem poſſibile eſſe, & nō eſſe alio infinito. ſed hoc impoſſibile.

Summa, & diuiſio in cap.15.

OMNE ſempiternum eſſe ingenitum, & incorruptibile declarat. præſupponitur ergo aliquid prius, ubi ait [principium autem] deinde probat propoſitum duabus rationibus. prima eſt [ſi itaque aliquid finito] ſecunda eſt [ſimiliter autem.]

T. 119. PRincipium autem ſit hinc. Nam Impoſſibile, & Falſum non idem ſignificat. eſt autem Impoſſibile & Poſſibile, & Falſum & Verum ex ſuppoſitione qdem: dico autem vt triangulum impoſſibile eſt duos rectos habere, ſi hæc & diameter commenſurabilis eſt, ſi hæc ſunt autem. ſimpliciter & poſſibilia & impoſſibilia, & falſa & vera. Non igit idē eſt, & falſum aliquid eſſe ſimpliciter, & impoſſibile ſimpliciter: te.n.non ſtantem dicere ſtare, falſum qdem eſt; non autem

tem impoſſibile. ſimiliter autem & citharizantem, non autem cantantem cantare dicere, falſum qdem eſt; ſed nõ impoſſibile. ſimul autem ſtare, & ſedere, & diametrum commenſurabilem eſſe non ſolum falſum eſt; ſed & impoſſibile. Non igit idem eſt ſupponi falſum, & impoſſibile. accidit autem impoſſibile ex impoſſibili. Sedendi igitur, & ſtandi ſimul habet potentiam; quia qñ habet illam; & alteram: ſed non ſic, vt ſimul ſedeat, & ſtet; ſed in alio tempore. ¶Si itaq; aliquid infinito tpe plurium habet potentiam; non eſt in alio tpe, ſed hoc ſimul. quare, ſi quid infinito tpe exiſtens, corruptibile eſt; potentiam habebit vtiq;, vt non ſit. Si itaq; infinito tempore eſt, ſit id, quod poteſt, ſ. non eſſe. ſimul igitur & erit, & non erit ſm actum. falſum igitur accidet vtique, quia falſum poſitum eſt: ſed, ſi non impoſſibile eſſet; non vtiq; & impoſſibile eſſet id, quod accidit Omne igitur, qđ ſemper eſt, ſimpliciter incorruptibile eſt. ſimiliter autem & ingenerabile: ſi. n. generabile; erit poſſibile tpe aliquo non eſſe. ¶Corruptibile enim, i. quod prius quidem erat: Nunc aũt non eſt, aut quod contingit aliqñ poſterius nõ eſſe. Generabile autem eſt, quod cõtingit prius non eſſe. Sed in quo, id quod ſemper eſt, poſſibile ſit vt non ſit, nullum eſt tempus aut finitum, aut infinitum: etenim finito tempore poteſt eſſe, ſi & infinito. non igitur contingit unum, & idem ſemper poſſe eſſe, & non eſſe at verò neq; negationem, ceu inquam non ſemper eſſe. impoſſibile eſt ergo & ſemper qdem aliquid eſſe, atq; corruptibile eſſe. Similiter autem neq; generabile: duorum enim terminorum ſi impoſſibile ſit poſteriorem ſine priore exiſtere, ſi hunc impoſſi-

T. 120.

T. 121.

poſſibile exiſtere;& poſteriorem.quare,ſi quod ſemper eſt, non contingit aliquando non eſſe; impoſſibile eſt & generabile eſſe.

Summa, & diuiſio in cap. 16.

COMPARAT ſempiternum ad corruptibile, & genitum, & oſtendit, quòd ſimul eſſe nõ poſſunt. prius præmittuntur aliqua neceſſaria ibi [quoniam autem negatio] quæ probantur dup. ratio prima eſt [vtriuſque enim negatio] ſecunda [ratio autem uniuerſalis] deinde argumentatur ad propoſitum ib: [neq; igitur] & omne ingenitum, & incorruptibile eſſe ſempiternum [nonne igitur.]

T. 122. QVoniam autem negatio eius quidem, ꝙ ſemper poteſt eſſe, eſt, quod nõ ſemper poteſt eſſe: quod aũt ſemper põt non eſſe, contrarium eſt, cuius negatio eſt, qđ nõ ſemper põt non eſſe; neceſſe eſt negationes amborum eidem ineſſe,& eſſe medium eius,qđ ſemper eſt,& eius,qđ ſemper non eſt,id, qđ poſſibile eſt eſſe,& non eſſe: vtriuſque.n. negatio qñque exiſtet: ſi non ſemper ſit. Quare, ſi & quod non ſemper non eſt; erit qñq;, & nõ erit & qđ non ſemper poteſt eſſe ſanè, ſed qñq; eſt ita, vt & non ſit idem igitur erit poſſibile eſſe,& non.

T. 123. & hoc eſt amborum medium.¶Ratio autẽ vniuerſalis hęc eſt.Sint n.A,& B nulli eidem poſſibilia in eſſe: oĩ aũt A,aut C & B,aut D: neceſſe eſt itaq;, cui neq; A ineſt,neq; B oĩ ineſſe C D. ſit itaq; E medium inter A B.contrariorum.n. quod neutrum eſt, medium eſt. huic itaq; neceſſe eſt ambo ineſſe,& D,& C. oĩ.n.aut A,aut C ineſt quare & ipſi E. qm̃ igiť A impoſſibile, ipſum C inerit. eadẽ autem ratio & in ipſo D.

Neque

¶ Neque igitur, qđ ſemper eſt, neq; qđ ſemper T. 124
non eſt, generabile, aut corruptibile eſt Manifeſtum autem eſt, ꝙ, & ſi generabile, aut corruptibile eſt; non ſempiternum eſt; ſimul.n. erit poſſibile ſemper eſſe, & poſſibile non ſemper eſſe. hoc autem ꝙ impoſſibile ſit, oſtenſum eſt prius. ¶ Nonne igiť, ſi & ingenerabile eſt, atque T. 125.
ens eſt hoc; neceſſe eſt ſempiternum eſſe? ſimiliter autem & ſi incorruptibile ſit, atq; ens? Dico autem ingenerabile, & incorruptibile ea, quæ propriè dicunť. Ingenerabile quidē, qđ nūc eſt nūc, & prius non erat verum dicere non eſſe. Incorruptibile autem, qđ nūc exiſtens, poſterius nō verum erit dicere non eſſe. An, ſi hæc quidem adinuicem ſequunť, & ꝙ ingenerabile incorruptibile eſt, & ꝙ incorruptibile eſt ingenerabile; neceſſe eſt & ſempiternum vtrunq; ſequi: &, ſi quid ingenerabile; ſempiternum: & ſi quid incorruptibile; ſempiternum.

Summa, & diuiſio in cap. 17.

Quòd generabile, & corruptibile ſe inuicem conſequantur, demonſtrat, & ingenitum, & incorruptibile. deinde reprobat opinionem Platonis. proponit ibi [manifeſtum autem eſt ex definitione] hoc probat ibi [& ſi generabile] & oſtendit, unde hoc oporteat ſupponi ita [ſin verò non inuicem] deinde probat, quòd genitum, & corruptibile conuertantur [palam eſt ex prioribus] & hanc probat exemplis dicens [ſit enim A] & oſtendit, quòd ingenitum, & incorruptibile conuertantur, ubi ait [ſit itaq; in quo E] aliquid autem eſſe genitum, & non corrumpi, ut putabat Plato, impoſſibile eſſe oſtendit. proponit ibi [dicere autem nihil] & probat duplici uia: primò ex parte potentiæ eius, quod ponitur generari, uel corrumpi: & hoc tripli-

tripliciter . prima eſt [præterea cur potius] ſecunda [amplius autem] tertia[amplius ſi prius] & concludit dicens [manifeſtum eſt] ſecundò ex parte cauſæ ſic [eſt autem & ſic conſiderare] & excludit unam obiectionem dicens [at uerò neque] & denique oſtendit propoſitum principale per rationem naturalem ibi [& naturaliter.]

T. 126. Manifeſtum eſt autem & ex definitione ipſorum: etenim neceſſe eſt, ſi corruptibile ſit; generabile eſſe: aut n. ingenerabile, aut generabile eſt. ſi. n. ingenerabile eſt; & incorruptibile eſſe ſupponitur. &, ſi generabile; corruptibile eſſe neceſſe eſt: aut. n. corruptibile, aut incorruptibile eſt. ſed, ſi incorruptibile; ingenerabile

T. 127. eſſe ſupponebatur . ¶ Sin verò non inuicem ſe ſequuntur incorruptibile, & ingenerabile; non neceſſe eſt aut ingenerabile, aut incorruptibile, ſempiternum eſſe . Quod autem neceſſe eſt ſequi, ex his manifeſtum eſt : generabile. n. & corruptibile ſequuntur ſeinuicem. Palã autem eſt, & hoc ex prioribus: nam inter id, quod ſemper eſt, & quod ſemper non eſt, eſt medium id, quod neutrum ſequitur: hoc autem eſt generabile, & corruptibile : poſsibile enim eſt & eſſe, & non eſſe vtrunq; determinato tempore. dico autem vtrunq; & eſſe, & non eſſe quanto quo-

T. 128. dam tempore. ¶ Si ergo eſt quid generabile, aut corruptibile ; neceſſe eſt hoc medium eſſe Sit enim A, quod ſemper eſt , B autem quod ſemper non eſt, C verò generabile, D autem corruptibile, neceſſe eſt itaque C medium eſſe inter A, & B. horum. n. ad neutrum terminum tempus eſt, in quo aut A non erat, aut B erat. generabile autem eſt neceſſe aut actu, aut potentia

eſſe,

eſſe, ipſis autem A B neutro modo. quanto igitur quodam, & determinato tempore ipſum C & erit, & rurſus non erit. ſimiliter autem & in ipſo D corruptibili. generabile igĩ,& corruptibile vtrunque eſt. ſequuntur igitur ſeinuicem generabile, & corruptibile. ¶Sit itaque, in quo E,ingenerabile; id autem,in quo F,generabile; id verò,in quo G incorruptibile;id autẽ,in quo H, corruptibile. Ipſa igitur F H quòd ſequuntur ſeinuicem, oſtenſum eſt.Quando itaque ſic poſita ſunt,vt hæc,velut F quidem, & H conſequentia; E verò,& F nullum eidem, quodlibet autem horum alterum, ſimiliter autem & ipſa G H, neceſſe eſt & ipſa E G ſequi ſeinuicem. Sit enim E non ſequens G, ipſum igitur F ſequetur: quodlibet enim aut E,aut F.at uerò & H id,quod F;ipſum igitur G ſequetur H.ſed ſupponebatur impoſſibile eſſe. Eadem autem ratio eſt, quod G ſequatur E. ſed ſic ſe habet ingenerabile.in quo E ad generabile, in quo F,vt & incorruptibile, in quo G, ad corruptibile, in quo H. ¶Dicere autem nihil prohibere generatum quippiam eſſe incorruptibile,& ingenerabile exiſtens corrumpi,ſemel exiſtente,huic q̃dem generatione,huic autem corruptione, perimere eſt datorum aliquid: aut enim infinito, aut quanto quodam determinato tempore poſſunt omnia aut agere, aut pati,aut eſſe, aut nõ eſſe. & infinito, propterea quòd determinatum eſt aliquo modo infinitum tempus, quo non eſt maius.quod autem aliquo pacto eſt infinitum,neque infinitum eſt, neque determinatum. ¶Præterea, cur potius in hoc ſigno id, quod ſemper erat prius, corruptum eſt,aut id, quod nõ erat nfinitum,generatum eſt?ſi enim

T. 129.

T. 130.

T. 131.

nihil potius, infinita autem ſint ſigna; palam eſt, quòd infinito tempore erat aliquid generabile, & corruptibile. poteſt igitur non eſſe infinito tempore: ſimul enim habebit potentiam vt non ſit, & ſit, ipſum quidem prius; ſi corruptibile; ipſum autem poſterius, ſi generabile. quare, ſi poſuerimus eſſe quæ poſſunt; oppoſita
T. 132. ſimul erunt. ¶ Amplius autem & hoc ſimiliter in omni ſigno exiſtet. quare infinito tempore exiſtendi, & non exiſtendi habebit potentiam. ſed oſtenſum eſt; quod impoſſibile eſt hoc. Amplius, ſi prius potentia exiſtit actu; omni exiſtet tempore & quod ingenerabile eſt, & non ens infinito tempore. fieri autem poteſt. ſimul igitur non erat, & exiſtendi potentiam habebat, & tunc exiſtendi, & poſterius infinito tem-
T. 133. pore. ¶ Manifeſtum eſt autem & aliter, quòd impoſſibile ſit quod corruptibile eſt, non corrumpi aliquãdo: ſemper enim erit ſimul & corruptibile, & incorruptibile actu. quare ſimul erit poſſibile & ſemper eſſe, & non ſemper. corrumpitur igitur aliquando corruptibile. &, ſi generabile eſt; factum eſt: poſſibile enim eſt fa-
T. 134. ctum eſſe; & non ſemper eſſe. ¶ Eſt autem & ſic cõſiderare, quòd impoſſibile eſt aut factum aliquãdo quippiam incorruptibile perdurare, aut quod ingenerabile eſt, & ſemper prius exiſtens corrumpi: nihil enim à caſu aut incorru-
T. 135. ptibile, aut ingenerabile eſſe poteſt. ¶ Quòd n. à caſu eſt, & quod à fortuna, præter id, quod ſemper, & quod vt plurimum, aut eſt, aut fit. quod autem in finito tempore aut ſimpliciter, aut ab aliquo tempore eſt, aut ſemper, aut vt
T. 136. plurimum exiſtens eſt. ¶ Neceſſe eſt igitur natura talia quandoque quidem eſſe, quandoque

autem

autem non. talium autem eadem potentia eſt contradictionis. & materia cauſa eſt, vt ſint, & non ſint. quare neceſſe eſt ſimul exiſtere actu oppoſita. At verò neque verum eſt dicere nunc quòd eſt in priore anno, neque in priore anno quòd nunc eſt. Impoſſibile ergo eſt id, quod nõ eſt aliquando, poſterius ſempiternum eſſe: habebit enim poſterius & eam, quæ eſt, non exiſtendi potentiam: ¶ Verùm non eam, vt tunc non ſit, quando eſt (exiſtit enim actu ens) ſed in anno priore, & præterito tempore. Si itaque id, cuius habet potentiam, exiſtens actu erit igitur verum dicere nunc, quòd non eſt in priore anno. ſed impoſſibile eſt: nulla enim eſt potentia, ipſius fuiſſe; ſed ipſius eſſe, aut futurum eſſe. ¶ Similiter autem & ſi prius ſempiternum exiſtens, poſterius non eſt: habebit enim potentiam eius, quod actu non eſt. quare, ſi poſuerimus quod poſſibile eſt; verum erit dicere nunc, quòd hoc eſt in priore anno, & vniuerſaliter in præterito tempore. ¶ Et naturaliter autem, & non vniuerſaliter conſiderantibus, impoſſibile eſt, aut quod ſempiternum erat prius, corrumpi poſterius: aut quod prius non erat, poſterius ſempiternum eſſe: corruptibilia enim omnia, & generabilia, & alterabilia ſunt. alterantur autem contrarijs, & ex quibus conſtant, quę natura ſunt, & ab eiſdem ipſis corrumpuntur.

T. 137. T. 138. T. 139. T. 140.

ARISTOTELIS DE COELO,

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

A tex.1.ad tex.51.de circulari corpore tractat.
A tex.41.ad 72. de ſtellis conſiderat.
A tex.72.ad finem de Terra.

Summa, & diuiſio in cap. 1.

DE æternitate cœli agit Ariſto. ſed primò infert concluſionem antea dictam ita[quòd igitur neq;]deinde proponit in genere his uerbis[quia bene ſe habet] & probat cœli motum eſſe finem aliorum motuum, ubi ait[nam & finis]poſtea id aperit in ſpeciali ita [cœlũ autem] & adducit talem rationem [præſens autem] an moueatur ſine labore, declarat ſic[amplius autem ſine labore] & excludit tres opiniones contrarias. prima eſt[quapropter neq; ſecundum] ſecunda[neq; obuolutionem]tertia[& verò nec ab anima.]

Tex. 1. QVòd igitur neq; factum ſit vniuerſum cęlum, neq; contingat ipſum corrumpi, quemadmodũ quidam dicunt, ſed ſit vnum, & ſempiternum, principium quidem, & finem, non habẽs vniuerſi æui, habens autem, & continens in ſeipſo infinitum

finitum tp̄s, & ex dictis licet accipere fidem, & per opinionem eam, quæ ab aliter dicentib & gnantibus ipſum effluxit: ſi.n. ſic quidē ſeſe habere contingat, eo autem modo, quo illi dicūt, non contingat; magnum vtiq; habebit & hoc momentum ad fidem de immortalitate ipſius, & ſempiternitate. ¶Quare bene ſe habet queq; ſibi ipſi perſuadere Antiquos, & maximè patrū noſtrorum veros eſſe ſermones, ꝙ eſt immorta le aliquid, ac diuinum eorum, quę motum quidem habent, talem tñ habent, vt nullus ſit finis ipſius, ſed potius iſte aliorum finis ſit: nam & finis continentium eſt. & hic perfectus exiſtens, continet imperfectos, & habentes finē, ac quietē. ipſe quidem neq; principium vllum habet, neq; finem; ſed inceſſabilis eſt infinito tp̄e. aliorum autem, horum quidem principij cauſa eſt, horum aūt ſuſcipiens quietem. Cœlū autem, & qui ſurſum eſt, locum, Antiqui quidem Dijs attribuerunt, vtpote quod ſolum eſt immortale. Tex. 2.

¶Pręſens autem teſtificatur rō, ꝙ ingenerabile, & incorruptibile. Amplius autē impaſſibile oīs mortalis difficultatis eſt. Amplius aūt ſine labore; ꝓpea ꝙ nulla indiget violēta neceſſitate, quæ ꝓhibens detineat ipſum aptum natura aliter ferri: oē.n. tale laborioſum eſt, quò magis ſempiternū fuerit, & diſpoſitionis optimæ expers. Tex. 3.

¶Quapp neq; ſm Antiquorum fabulā arbitrandum eſt ſeſe habere, qui dicunt Atlante quodā ipſi opus eſſe ad ſalutem: videntur.n. & q hunc conſtituerunt ſermonē, eandē habere opinionē, quā poſteri: nā, quaſi grauitatē haberēt, terreaq; eſſent omnia, quæ ſurſum ſunt corpora, ſubſtituerunt ipſi fabuloſè neceſſitatem animatam: neq; itaq; hoc modo exiſtimandum eſt, Tex. 4.

Tex. 5. ¶Neque ob uolutionem celerioris lationis proprio motu exiſtentem adhuc conſeruari tanto tpe, quemadmodum Empedocles inquit. ¶ At
Tex. 6. vero nec ab aĩa cogente rõnabile eſt manere ſempiternum: Neque.n.poſſibile eſt talem eſſe vitam animæ ſine triſtitia, & beatam: neceſſe .n.eſt motum cum violentia exiſtentem, ſi quidem mouet, cùm ferri aptum natura ſit primũ corpus aliter, & mouet continuè, negotioſum eſſe, & oĩ carente ocio mente concepto. ſi quidem neq; vt aĩæ mortalium aĩalium requies, ineſt ea, quæ circa ſomnum fit, corporis remiſſio; ſed neceſſe eſt Ixionis cuiuſdam fatum detinere ipſam, ſempiternum, & indomitum. Si itaq;, quemadmodum diximus, contingit dicto ſe habere modo de prima latione; non ſolùm de ipſius ſempiternitate ſic exiſtimare melius, ſed & ſolum vtiq; habebimus ſic conſentaneè diuinationi ei, quæ de Dijs eſt, enunciare concordes ſermones. ſed de talibus quidem ſermonibus ſatis ſint, quæ nunc dicta ſunt.

Summa, & diuiſio in cap. 2.

QVAE ſit diuerſitas partium cęli, quæ accipiuntur ſecundum diuerſitatem ſitus in eodem cęlo, demonſtrat. Ariſt. proponit ſic [quoniam autem quidam] & oſtendit quibus corporibus, & quomodo differentiæ corporum inueniantur in illis, vbi ait [determinatum eſt igitur] & differentiæ quomodo ſe habeant ordinatim inter ſe dupl. primò [eſt autem ſurſum quidem] ſecundò [amplius autem aliter] deinde dicit talia non eſſe in omnibus corporibus ibi [quapropter non in omni corpore] & declarat Pythagoricos malè attribuiſſe cęlo tales differentias, ſic [quapropter & Pythagoreos] & hoc quatuor rationibus. prima

ma eſt [nibilo enim] ſecunda [& ſurſum, & deorſum] tertia [ad hac autem] quarta [ad hac autē ſurſum] quomodo autem ſint in cęlo, demonſtrat ibi [nobis autem] & excludit duas obiectiones, quæ ſunt [non enim oportet] quas ita ſoluit [ſed intelligere] deinde ſecundum quam dimenſionem cęli conſideretur ſurſum, & deorſum ſic [dico autem longitudinem] & probat ſic [differentiam enim] poſtremò declarat, quis polorum ſit ſurſum, & quis deorſum, & hoc dup. primò ſic [polorum autem his] ſecundò [verum ſecundæ circumlationis.]

QVoniam autem quidam ſunt, qui dicunt eſſe quippiam cœli dextrum, & ſiniſtrū, quemadmodum vocati Pythagorei (illorum.n.hic ſermo eſt) cōſiderandum eſt, vtrum hoc ſeſe habeat modo, vt illi dicunt, an potius aliter; ſi oportet hæc principia corpori ipſius vniuerſi adiungere: cōfeſtim.n.primum, ſi dextrum exiſtit, & ſiniſtrum, adhuc prius exiſtimādum eſt priora exiſtere principia in ipſo. Determinatum eſt igitur de his, in ijs, quæ circa aīalium motus; ppea ꝙ propria illorum naturæ ſunt: manifeſtè.n.aīalibus ineſſe videntur, his quidem oēs tales partes (dico autem, vt & dextrum, & ſiniſtrum) his autem aliquę, plantis autem ſurſum, & deorſum ſolum. ¶Si autē oportet accommodare cęlo aliquid talium, & quod primum, quemadmodum diximus, in aīalibus ineſt, rōnabile eſt exiſtere in ipſo: nam, cum tria ſint; vnumquodq; veluti principium quoddam eſt. dico autem tria ſurſum & deorſum, & ante & oppoſitum, & dextrum & ſiniſtrum: has.n.diſtantias oēs rōnabile eſt ineſſe corporibus perfectis. Eſt autem ſurſum quidem lon Tex. 7. Tex. 8.

gitudinis principium, dextrũ aũt latitudinis, antè verò profunditatis. Amplius autem aliter ſm̃ motus: principia.n. hæc dico, vnde ijs, quæ hæc habent, motus primum incipiunt. eſt autẽ ab ipſo quidem ſurſum augmentatio, à dextris autem qui ſm̃ locum fit; ab ijs verò, quæ antè ſunt, qui ſm̃ ſenſum. antè.n. dico, in quo ſenſus ſunt.
Tex. 9. ¶ Quapp̃ & non in oĩ corpore ſurſum & deorſum, & dextrum & ſiniſtrum, & ante & poſt quærendum eſt; ſed in ijs, quæ cum aĩata ſint, motus principium in ſeipſis habẽt: in nullo.n. inanimatorũ videmus, vnde eſt principiũ motus: aliqua.n. oĩno non mouentur, aliqua verò mouent quidem, ſed non ab oĩ parte ſimiliter: vt ignis ſurſum ſolum, & terra ad medium.
Te. 10. ¶ Sed in his quidem dicimus ſurſũ & deorſum, & dextrum & ſiniſtrum, ad nos referẽtes: Aut .n. ſm̃ noſtra dextra, quemadmodum diuinatores: aut ſm̃ ſimilitudinem ad noſtra, queadmodum ea, quæ ſunt ſtatuæ: aut quę contrario modo ſe habent poſitione: dextrum.n. id, quod eſt ſm̃ noſtrum ſiniſtrum: ſiniſtrum verò contrarium: & poſt, qđ ſm̃ noſtrum antè. In his autẽ ipſis nullam videmus dr̃iam: ſi.n. ecõtrariò vertantur, contraria dicimus dextra, & ſiniſtra, ſurſum & deorſum, antè, & poſt
Te. 11. ¶ Quapp̃ & Pythagoreos vtiq; quiſpiam admirabitur, ꝙ duo ſola hæc principia dixerunt, dextrum, & ſiniſtrũ: illa autem quatuor omiſerunt, quæ non minus principalia ſunt: nihilo.n. minorem dr̃iam habent, quæ ſurſum ſunt, ad ea, quæ deorſum: & quę antè, ad ea, quę poſt, q̃ dextra ad ſiniſtra in oĩbus animalibus: hæc.n. potentia differunt ſolùm; illa autem & figuris.
Te. 12. ¶ Et ſurſum, & deorſum oĩbus animatis ineſt ſimiliter, & animalibus,

bus,& plãtis.dextrum aũt, & ſiniſtrũ non ineſt in plantis. Præterea aũt vt longitudo latitudine prior eſt;ſi ſurſum magnitudinis principiũ eſt, dextrum aũt latitudinis.prioris aũt principium prius eſt ; ſic prius vtiq; erit ſurſum dextro ſm gñationem;qñq; multifariam dr̃ prius. Ad hęc autem, ſi ſurſum quidem eſt , vnde eſt motus , dextrum aũt,à quo,antè autem,ad quod ; ẽt ſic vtiq; quandam potentiã principis habebit ſurſum ad alias ſpecies.Itaq; & quia omiſerũt maximè propria principia ; iuſtum eſt ipſos increpare, & quia hæc in oĩbus ſimiliter putabant ineſſe. Nobis aũt,qm̃ determinatum eſt prius, ꝙ in habentib.principium, motus tales potẽtia inſunt: ¶ Cœlum aũt aĩatum eſt , & hẽt motus Te. 13. principium ; manifeſtum eſt, ꝙ habet ſurſum, & deorſum,& dextrum,& ſiniſtrum. Nõ enim oportet dubitare ex eo, quia rotunda ſit figura ipſius vniuerſi,qũo erit huius hoc quidem dextrum,hoc aũt ſiniſtrum, ſimilib.exiſtentib.partib.omnibus , & motis oĩ tpe : ſed intelligere , quemadmodum,ſi quis in quib. habeat dextrũ ad ſiniſtrum dĩam,ẽt figuris,deinde circumponat ſphæram:habebit.n.potentiam differentẽ; videbitur autem minimè , pp ſimilitudinem figuræ.Eodem autem modo & de principio motus : etenim, etſi nunq̃ incœpit;principium tñ habeat neceſſarium eſt,vnde incœpiſſet;ſi inciperet qđ mouet,moueri:atque,ſi ſteterit;mouebit vtiq; iterum . ¶Dico aũt longitudinẽ qdem Te. 14. ipſius eam,quæ ſm polos eſt,diſtantiam:& polorum,hunc quidem ſurſum,hunc autem deorſum: differentiam enim in his ſolis hemiſphæriorum videmus; propterea quòd non mouentur poli.Simul autem & conſueuimus dicere

latera in mundo, non qđ ſurſum eſt, & deorſũ; ſed qđ eſt præter polos, tanq̃ hoc longitudo ſit: id.n. ad latus eſt, quod eſt prẹter ſurſum, & deorſum. Polorum autem is quidem, q̃ ſupra nos apparet, ea, quæ deorſum exiſtit, pars eſt: qui
Te. 15. vero nobis immanifeſtus eſt, q̃ ſurſum. ¶ Dextrum.n. vniuſcuiuſq; dicimus, vnde principiũ eſt eius, qui ſm locum fit, motus. circumlationis autem cœli principium eſt, vnde aſtrorum ortus ſunt. quare hoc vtiq; erit dextrum: vbi autem occaſus, ſiniſtrum. Si igit̃ & à dextris incipit, & ad dextra circunfert; neceſſe eſt ſurſum eſſe eum, qui nõ apparet, polum: ſi.n. is erit, qui manifeſtus eſt; ad ſiniſtra erit motus: qđ qdem
Te. 16. non dicimus. ¶ Manifeſtum eſt igit̃, ꝙ immanifeſtus polus eſt ſurſum, & qui illic habitant, in eo ſunt, qđ ſurſum eſt, hemiſphærio, & apud dextra: nos autẽ in eo, qđ deorſum eſt, & apud ſiniſtra, econtrario q̃ vt Pythagorei dicunt: illi .n. nos & ſurſum faciunt, & in dextra parte: illis vero, qui illic ſunt, deorſum, & in ſiniſtra. accidit aũt contrarium. Verùm ſecundæ circunlationis, veluti planetarum nos qdem in ijs, q̃ ſurſum, & in dextris ſumus; illi autem in ijs, q̃ deorſum, & in ſiniſtris: econtrario.n. his principium motus eſt; ꝑpea ꝙ cõtrariæ ſunt lationes. quare accidit nos quidẽ eſſe apud principium, illos autem apud finem. De partibus igitur ſm diſtãtiam, & ſm locum definitis tot dicta ſint.

Summa, & diuiſio in cap. 3.

QVOMODO reperiantur diuerſitates partium in cælo, quantum ad ordinẽ ſphararum: declarat, & quòd non ſit tantùm una ſphara circulariter mota. proponit dubitationem [quoniam autem non eſt contrarius

trarius] & aperit difficultatem ſoluendæ quæſtionis [quanquam animus] dat verò cauſam dup.primò per viam compoſitionis procedendo à primò ad ultimũ, ſecundò per uiam reſolutionis . & circa primum ſex enumerat.primò probat, ſi cœlum eſt æternum, & circulare; oportet eſſe mobile in æternum, ubi ait [ob hoc habet] ſecundò, ſi cœlum mouetur circulariter; id ſit terra, dicens [cur igitur] poſtea ſi eſt terra; eſt ignis ibi [at verò ſi terra] quartò ſi eſt ignis & terra, quòd ſint alia duo ibi [at verò ſi eſt ignis] quintò ſi talia corpora ſunt; neceſſe eſt eſſe generationem, & corruptionem, ubi ait [his autem exiſtentibus] ſextò q ſi eſt generatio; neceſſe eſt eſſe alium motum, dicens [ſi uero generationem] via autem reſolutiua, ubi inquit [nunc autem tantùm.]

QVoniam autem non eſt contrarius circularis motus circulari; conſiderandum eſt, curnam plures ſint lationes: quanq̃ eminus tẽtantib. facere qõnem, longè aũt nõ ab eo loco, ſed multo magis eo, q eorum, q̃ accidnnt ipſis, de admodum paucis habemus ſenſum: attñ dicamus. Cauſa autem de ipſis hinc ſumenda eſt. Eorum vnumquodq;, quorum eſt opus, eſt gratia operis: Dei autem operatio immortalis eſt: hoc autem eſt vita ſempiterna: itaq; neceſſe eſt motum ſempiternum Deo ineſſe. qm̃ autem cęlum tale eſt; (corpus.n.quoddam diuinum eſt) ob hoc habet circulare corpus, qđ natura circulariter moueẽ ſemper. Cur igiẽ non totum cęli corpus tale eſt? qa neceſſe eſt manere aliqd corporis lati circulo, id inquã, qđ in medio exiſtit. illius autem nullam poſſibile eſt manere partẽ, neq; oĩno, neq; in medio. ¶ Etenim motus ipſius ſm naturam eſſet ad medium. natura autẽ circu- Te. 17. Te. 18.

circulariter mouet̃:nõ.n.eſſet ſempiternus motus:nã nihil p̃ter naturã ſempiternum eſt.poſterius autem eſt,qđ p̃ter naturam exiſtit eo, qđ ſm naturã. & exceſſus quidam eſt in gñatione qđ p̃ter naturã eſt eius,qđ ſm naturã. Neceſſe eſt igit̃ terrã eſſe:hæc.n.quieſcit in medio. nũc igit̃ ſupponat̃ hoc, poſterius aũt demonſtrabit̃ de ipſo. At verò,ſi terram ; neceſſe eſt & ignem eſſe:contrariorum.n.ſi alterum natura eſt ; neceſſe & alterum eſſe natura,ſi ſit cõtrarium, & eſſe quandã ipſius naturam: eadem.n.eſt materia contrariorũ. Et priuatione prior affirmatio: dico autem,veluti calidum frigido. quies aũt, & grauitas, dicuntur per priuationẽ leuitatis,
Te. 19. & motus.¶At verò,ſi eſt ignis,& terra ; neceſſe eſt & ea,quæ inter ipſa ſunt,eſſe corpora: contrarietatem.n.habet vnumquodq; elementorũ ad vnumquodq;. ſupponatur autẽ & hoc nũc, poſterius autem tentandum erit oſtendere. His autem exiſtentibus, manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt gñationem eſſe eò,ꝙ ipſorum nihil poſſibile eſt eſſe ſempiternum : patiuntur.n. & agunt contraria à ſeinuicem ; & corruptiua inuicem
Te. 20. ſunt. ¶ Inſuper aũt non eſt rõnabile quippiam mobile eſſe ſempiternum, cuius non contingit eſſe ſm naturam motum ſempiternum. horũ aũt eſt motus. Quòd igit̃ neceſſarium ſit eſſe generationem, ex his manifeſtum eſt: ſi verò gñationem: neceſſe & aliã eſſe lationem, aut vnã, aut plures:ſm.n.eã,quæ totius eſt, ſimiliter neceſſariũ eſt ſeſe habere & elementa corporum ad inuicem : diceẽ autem & de hoc planius in
Te. 21. ſequentibus.¶Nunc aũt tm̃ manifeſtum eſt ꝓp quam cauſam plura ſunt circularia corpora ; quia neceſſe ſit generationem eſſe: gñationem

autem ;

autem;ſi & ignem: hunc aũt, & alia; ſi & terrã: hãc autem; quia neceſſe eſt manere aliqd ſemper, ſi & moueri aliquid ſemper oportet.

Summa, & diuiſio in cap. 4.

COELVM eſt ſphærica figura, & perfectæ proponit ibi Ariſt. [figuram autem ſphæricam] & probat dup. primò [omnis itaque figura] ſecũdò [amplius autem] & oſtendit, quæ ſit prima figurarum corporalium, ubi ait [ſimiliter autem] & narrat opinionẽ aliorum ſic [amplius autem diuidentes] figuram autem circularem conuenire cęlo dupl. demonſtrat, primò [quoniam autem prima] ſecundò [amplius ſi motum] & tertiam adducit rationem probantem cœlum eſſe ſphæricæ figuræ ſupponendo aliqua, ubi ait [ſumet autem utique.]

FIguram autem ſphæricam neceſſe eſt habere cęlum: hęc.n. eſt & maximè propria ſubſtantiæ, & natura, prima. Dicamus autẽ vniuerſaliter de figuris, q̃ prima ſit & in planis, & in ſolidis. Oĩs itaq; figura plana, aut recti linea ẽ, aut circũlari linea: & recti linea qdem à plurib. continetᷣ lineis, circunlari linea autem ab vna. Qm̃ igitᷣ prius natura in vnoquoq; gñe eſt vnũ multis, & ſimplex cõpoſito: prima vtiq; erit planarum figurarum circulus. ¶Amplius autem, ſi perfectum id eſt extra qđ nihil eorum, q̃ ipſius ſunt, poſſibile eſt accipere, quemadmodum determinatum eſt prius: & rectæ qdem appoſitio ſemper eſt, circulari autem nunq̃; manifeſtum eſt, ꝙ perfecta vtiq; erit ea, quæ continet circulum. quare, ſi perfectum prius eſt imperfecto, & ob hæc prima vtiq; erit figurarum, circulus. Similiter autem & ſphæra ſolidarum: ſola.n. il- Te. 22. Te. 23.

la continet vna ſuperficie, recti lineæ autẽ plu-
rib.vt.n.ſe habet circulus in planis, ſic ſphæra
Te. 24. in ſolidis.¶Amplius autem, & diuidẽtes in pla-
na, & ex planis corpora gñantes, teſtes fuiſſe
his vñt: ſolam n.ſolidarum ſphæram non diui-
dunt, tanq̃ non habentem plures ſuperficies q̃
vnam.diuiſio.n.in plana, non vt ſecans quis in
partes diuidet totum, hoc efficit modo, ſed vt
in diuerſa ſpecie.Quòd igit̃ ſolidorum figurarũ
Te. 25. prima ſit ſphæra, palam eſt. ¶ Eſt autem & ſm
numerum ordinem aſsignantib. ſic ponentib.
rõnabiliſſimum, circulum quidem ſm vnum,
triangulum autem ſm dualitatem, qm̃ duo re-
cti ſunt.ſi autem ſm triangulum, vnum, circu-
Te. 26. lus non erit figura. ¶Qm̃ autem prima quidem
figura primi eſt corporis, primum aũt corpus,
qđ in extrema circunlatione; ſphæricũ id vtiq;
erit, qđ circulari circunfert latione. Et qđ igit
continuum illi eſt: ſphærico.n.continuum eſt
ſphæricum.Similiter autem & quæ ad medium
horum ſunt:q̃.n.à ſphærico cõtinentur, & tan-
gunt, tota ſphærica neceſſe eſt eſſe:q̃ autem in-
fra eam, qđ planetarum ſunt, tangunt eam, q̃
ſupra eſt ſphæram. quare ſphærica vtique erit
oĩs:oĩa.n.tangunt, & continua ſunt ſphæris.
Te. 27. ¶Amplius, qm̃ vr̃, & ſupponit̃ circulariter cir-
cumferri ipſum vniuerſum, demonſtratum eſt
autẽ, ꝙ extra vltimam circunlationem neq; va
cuum eſt, neq; locus: neceſſe eſt & pp hæc ſphę
ricum eſſe ipſum. Nam, ſi erit rectilineum: acci
det & locum eſſe extra, & corpus, & vacuum:
nã rectilineum, qđ circulariter vertit, nunq̃ eã-
dem occupabit regionẽ; ſed vbi prius erat cor-
pus, nunc non erit: & vbi nunc non eſt, iterum
erit pp permutationem angulorum. Similiter

autem

autem & ſi quæ alia figura fiat non æquales ha bens eas,q̃ ex medio,lineas,vt lenticularis, aut oualis:in oĩbus.n.accidet & locum,& vacuum eſſe extra lationem:ppea ꝙ non eandem regionem totum occupat. ¶ Amplius autem, ſi motuum qdem menſura eſt cœli latio, quia ſola continua eſt,& regularis, & ſempiterna:in vno quoq; autem mẽſura,qđ minimum: minimus autem eſt motus velociſſimus: manifeſtum eſt, ꝙ velociſſimus vtiq; erit oĩum motuum cœli motus. ¶ At verò eorum, q̃ à ſeipſo ad ſeipſum ſunt,minima eſt circuli linea:ſm autem minĩmam velociſſimus motus eſt. Quare, ſi cœlum circulariter fert,& velociſſimè mouet; ſphæricum ipſum neceſſe eſt eſſe. ¶ Sumet autẽ vtiq; qs & ex his,quæ circa medium collocata ſunt, corporib.hanc fidem. Si.n.aqua quidẽ eſt circa terram,aer verò circa aquam, ignis autem circa aerem, & ſuperiora corpora ſm eãdem rõnem:continua.n.quidem nõ ſunt, tangunt autem hæc:ſuperficies autem aquæ ſphærica eſt: qđ autem ſphærico continuum eſt, aut moueẽ circa ſphæricum; & ipſum tale neceſſarium eſt eſſe:quare& pp hoc manifeſtum fuerit,ꝙ ſphæricum eſt cœlum. ¶ At verò ꝙ aquæ ſuperficies talis ſit, manifeſtum eſt ſuppoſitione, ſumpta ꝙ apta natura eſt ſemper cõfluere aqua ad magis concauum: magis autem concauum eſt,qđ centro propinquius eſt. Ducanẽ igiẽ ex centro linea A B, & linea A C, & producatur, in qua B C. ducta igiẽ ad baſim linea, in qua A D, minor eſt eis,q̃ ex centro. magis concauus igiẽ locus eſt.quare influet aqua,donec vtiq; æquetur. æqualis autem eſt ijs,q̃ ex centro,linea A E. quare neceſſe eſt apud eas,q̃ ex cẽtro, eſſe aquam: tunc

Te. 28. Te. 29. Te. 30. Te. 31.

tunc.n.quieſcet.linea autem,q̃ eas, q̃ ex c ~ ẽro, tãgit,circularis eſt: ſphærica igit aquę ſupficies
Te. 32. eſt, in qua B,E C. ¶Quod igit̃ ſphæricus ſit mundus,palã eſt ex his,& ꝙ cũ diligentia adeo rectè tornatus ſit,vt nihil aut manufactũ ſeſe hẽat ſimiliter , aut aliud q̃ppiã eorũ,quæ apud nos in oculis exiſtit,nihil eorũ,ex quib. conſtitutionẽ accepit,ſic põt regularitatẽ ſuſcipere,& diligentiã,vt primi,quod circum eſt, corporis natura : manifeſtum.n.eſt , quod proportionabiliter ſe habet,quemadmodum aqua ad terram, & elementorum ea,quæ plus ſemper diſtant .

Summa, & diuiſio in cap. 5.

DE modo motus cœli , qui eſt potius ad unam, quàm ad aliam partem proponit quæſtionem ibi[ſed ſi nihil] ſecundò oſtendit difficultatem dubitationis, vbi ait [fortè igitur] tertiò ſoluit ſit [nunc aũt id.]

Te. 33. QVoniam aũt eſt dupliciter in circulo moueri,vt ab A,aliud q̃dẽ ad B, aliud aũt ad C, ꝙ non ſint cõtrarij hi,prius dictũ eſt : ſed,ſi nihil,vt contingit,aut à caſu in ſempiternis eſſe põt,cęlũ uerò ſempiternũ eſt, & circularis latio;ꝑꝑ quàmnã cãm ad altera fertur, ſed non ad alteram ? neceſſe.n. eſt & hoc aut principium eſſe,aut eſſe ipſius principium. ¶Fortè igi
Te. 34. tur de quibuſdam enunciare aliquid tẽtare , & de omnibus, & prætermittere nihil , videbitur vtiq; eſſe ſignum aut multæ amentię, aut multæ promptitudinis,non tñ iuſtum eſt omnes ſimiliter increpare , ſed videre oportet cauſam dicendi,quænam ſit. Præterea quo pacto ſe habeat in credendo,vtrum humano modo, an validius.Certiores igitur neceſſitates qñ quis fue

rit

rit aſſecutus;tunc gratiam habere oportet inuenientibus:nunc autem id,quod videtur, dicendum eſt. Si.n.natura ſemper facit eorũ, quę fieri poſſunt, quod optimum eſt,eſt aũt quemadmodum earum,quę ſuper recta fiunt,lationum ea,quæ ad eum,qui ſurſum eſt,locum,honorabilior (diuinior.n.eſt locus,qui ſurſum eſt,eo, qui deorſum) eodem modo & quæ ad antè fit ea,quæ ad poſt:ſi quidem ſic ſe habent & dextrum & ſiniſtrum, quemadmodum dictum eſt prius. Atteſtatur ẽt dicta dubitatio;ꝙ hẽt prius, & poſterius: hæc.n.cauſa ſoluit dubitationem. ſi enim ſe habet quam poteſt optimè:hæc vtiq; erit cauſa eius,quod dictum eſt:optimum.n.eſt moueri ſimplici motu,& inceſſabili, & hoc ad id,quod honorabilius eſt.

Summa, & diuiſio in cap. 6.

MOTVS cæli quomodo vniformis ſit,narrat, proponit dicens [de motu autem ipſius] probat hãc quatuor rationibus, prima eſt [ſi enim irregulariter] ſecunda [præterea quoniam] tertia [etenim ſi ſit] quarta [adhuc & irrationabile] ſed motus cæli, neq; intẽditur,neq; remittitur:et hoc proponit ibi[at verò neq;] & probat dupli. primò [infinitus enim] ſecundò [amplius ſi quis.]

DE motu aũt ipſius,ꝙ regularis ſit,& nõ irregularis,deinceps poſtea,quæ dicta sũt, erit percurrendum.dico aũt hoc de primo cælo, & de prima latione:in ijs.n.quæ ſubter ſunt,plures iã lationes cõuenerunt in vnum. Si.n.irregulariter mouebitur; manifeſtum eſt, ꝙ intenſio erit, & ſtatus, & remiſſio lationis : oĩs.n.irre- Te. 35.

gularis latio & remiſſionem habet, & intenſio nem; & ſtatum. Status autem eſt, aut vnde ferẽ, aut quò, aut in medio: vt fortè ijs quidem, quæ ſm naturam mouent̃, quo ferunt̃: ijs autem, q̃ p̃ter naturam, vnde: proiectis autem in medio. Circularis autem lationis nõ eſt, aut vnde, aut quò, aut medium: neq;.n. principium, neq; finis, neq; medium eſt ipſius ſimpliciter: tp̃e em̃ ſempiterna eſt, & longitudine ſimul ducta, & minimè interfecta. quare, ſi non eſt lationis ipſius ſtatus; neq; irregularitas erit: irregularitas

Te. 36. .n. fit pp̃ intenſionem, & remiſſionem. ¶ Præterea, qm oẽ, qđ mouetur, ab aliquo mouetur: neceſſe eſt motus irregularitatem fieri, aut pp̃ ipſum mouens, aut pp̃ id, qđ mouetur, aut pp̃ ambo: ſiue.n ipſum mouens nõ eadem virtute moueat, ſiue id, qđ mouet̃, alteret̃, & non permaneat idem, ſiue ambo mutent̃, nihil prohibet irregulariter moueri id, qđ mouet̃. Nihil autem horum poſſibile eſt circa cœlum fieri: nam id, qđ mouet̃, oſtenſum eſt ꝙ primum eſt, & ſimplex, & ingenerabile, & incorruptibile, & oĩno immutabile. ipſum autem mouens multò magis rõnabile eſt eſſe tale: primum.n. primi, & ſimplex ſimplicis, & incorruptibile, & ingenerabile incorruptibilis, & ingenerabilis motiuũ eſt. Qm̃ igit̃ id, qđ mouet̃, non mutat̃, cum ſit corpus; nec id, qđ mouet, mutabit, incorporeũ

Te. 37. exiſtens. ¶ Quare & lationem impoſſibile eſt irregularem eſſe. Etenim, ſi ſit irregularis; aut tota mutat̃, & qñq; quidem fit velocior, qñq; autem tardior rurſus, aut partes ipſius. Partes igit̃ ꝙ non ſunt irregulares, manifeſtum eſt: iã.n. ſacta fuiſſe diſtantia aſtrorum in infinito tp̃e, hoc quidem velocius moto, hoc autẽ tardius. nõ vr̃

autem

autem vllum diſtantijs aliter ſeſe habere. At verò neq; totam contingit mutari: remiſſio enim vniuſcuiuſque fit ꝑ impotentiam: impotentia autem ꝓter naturam eſt: etenim oẽs impotentiæ, q̃ in aĩalibus inſunt, ꝓter naturam ſunt, vt ſenectus, & decrementum: tota.n. fortaſſe aĩalium conſtitutio ex talib. conſtat: q̃ differunt ꝓprijs locis: nulla.n. partium ſuam habet regionem. Si igiť in primis id non eſt, qđ ꝓter naturã eſt (ſimplicia.n. ſunt, & immiſta, & in propria regione, & nihil eſt ipſis cõtrarium) neq; vtiq; impotentia erit. quare neq; remiſſio, neq; inteſio: ſi.n. intenſio fuerit, & remiſſio. ¶ Præterea & irrõnabile eſt infinito tꝑe impotens eſſe id, qđ mouet, & rurſus alio infinito potens. Nihil.n. eſſe vr̃ infinito tꝑe ꝓter naturam: impotentia autem ꝓter naturam eſt. neq; æquali tꝑe ꝓter naturam, & ſm naturam, neq; oĩno potens, & impotens: neceſſe autem eſt, ſi remittatur motus; infinito remitti tꝑe. At vero neque intendi ſemper, aut rurſus remitti poſſibile eſt: infinitus.n. vtiq; erit, & indeterminatus ipſe motus. oẽm autem ex aliquo in aliquid eſſe diximus, & determinatum. ¶ Amplius, ſi quis accipiat eſſe aliqđ tp̃s minimum, quo nõ contingit in minori moueri Cœlum (vt.n. neq; ambulare, neq; citharizare in quouis tꝑe poſſibile eſt, ſed eſt vniuſcuiuſq; actionis determinatum minimũ tp̃s in non excedendo, ſic neq; moueri Cęlum in quouis tꝑe poſſibile eſt.) Si igitur hoc verum ſit; non erit vtiq; ſemper intenſio lationis. ſi autem non erit intenſio; neq; remiſſio: ſimiliter .n. ambo, & alterum, ſi eadem intenditur velocitate, aut maiori, & infinito tꝑe. ¶ Reliquum ẽ itaq; dicere viciſſim ineſſe motui velocius ipſum,

Te. 38. Te. 39. Te. 40.

ſum, & tardius. hoc aũt penitus irrõnabile eſt, & figmento ſimile. Amplius aũt & nõ latere in his rõnabilius eſt: ſenſibiliora.n. ſunt iuxta ſeinuicem poſita. Quòd igitur vnum, & ſolum eſt Cęlum, & hoc ingñabile, & ſempiternum, & in ſup motũ regulariter, hactenus nobis dictũ ſit.

Summa, & diuiſio in cap. 7.

QVALIS ſit natura, & ſubſtantia ſtellarũ narratur. proponit ibi & explanat [rationabiliſſimum itaque] deinde ſtellas non eſſe de natura ignis, ait. ibi [calor autem] poſtea reſpondet tacitæ obiectioni ſic [& hac maximè.]

Te. 41. DE vocatis autem Aſtris conſequens vtique erit dicere, & ex quibus conſtant, & in q-bus figuris, & quinam ſunt ipſorum motus. Rationabiliſſimum itaq; fuerit & ea, quæ à nobis dicta ſunt, conſequens vnumquodq; aſtrorum ex hoc facere corpore, in quo exiſtit, lationem habẽs: qm̃ diximus aliquid eſſe, quod circulariter ferri natura natũ eſt. Vt.n. ignea dicentes eſſe, ob hoc dicunt, qa id, qđ ſurſum eſt, corpus, ignem eſſe dicunt: vtpote, cum rationabile ſit vnumquodq; conſtare ex ijs, in quibus unum-

Te. 42. quodq; eſt, ſic & nos dicimus. ¶Calor autem ab ipſis, & lumen generatũ, attrito aere ab illorum latione: nã natura aptus eſt motus ignire ligna, & lapides, & ferrum. Rationabilius igit̃ eſt id, qđ eſt igni propinquius: propinquius autem eſt aer: ueluti & in ijs, quæ feruntũ, ſagittis. hæ.n. & ipſæ ſic igniuntur, ut plumbei mucrones colliqueſcant. & quoniam hę igniunt̃; neceſſe eſt & eum, q in circuitu ipſarum eſt, aerem hoc idem pati. Hę igit̃ ipſæ incaleſcunt: quia in aere ferũtur,

tur,q ob plagam motu fit ignis. eorum autem, quæ ſurſum ſunt, vnumquodq; in ſphæra fertur, vt ipſa quidem non igniant, aerem autē,cū ſub corporis circulariter moti ſphæra exiſtat, neceſſe eſt, cū illa ferē incaleſcere, & hac maximè, qua Sol extat infixus. quapropter approximante ipſo, & oriente, & ſuper nos exiſtēte, generaē calor. Quòd igiē neq; ignea ſint, neque in igne ferantur, hæc nobis dicta ſint de ipſis.

Summa,& diuiſio in cap. 8.

QVALITER ſtellæ moueantur, declarat Ariſt. & vtrum ex eorum motu ſonus fiat. quò ad primum probat tribus rationibus, quòd ſtellæ per ſe non mouentur. prima per quandam diuiſionem, vbi ait [quoniam autem uidentur] ſecunda [præterea quando ſphæræ] tertia [ad hæc irrationabile] utrum autem ſonus cauſetur à motu ſtellarum. proponit ſic [manifeſtum eſt ex his] poſtea narrat rationem, & reſponſionem Pythagoricorum ſonum affirmantium ibi [videtur autem quibuſdam] & improbat eorum reſponſionem dicens [hæc autem quemadmodum] poſtremò dicit. quòd ſonus non fit ab eis duabus rationibus, proponit ſic [ſed rationabiliter] prima ratio eſt [quæcunq;.n.] ſecunda [veluti id quòd.]

QVoniam autem vñr & aſtra transferri. & totum Cœlum: neceſſarium eſt, aut quieſcētibus vtriſq; fieri mutationē, aut motis, aut altero quidē quieſcente, altero aūt moto. Vtraq; igitur quieſcere impoſſibile eſt, quieſcente qdem terra: neq;.n. fierent, quæ vñr. ſup ponaē autē terram quieſcere. ¶ Reliquum itaq; eſt aut vtraq; moueri, aut hoc qdē moueri, hoc autem quieſcere. Si igiē ambo mouebunē; irrationabile. eſt eaſdem velocitates aſtrorum, & Te. 43. Te. 44.

 cir-

circulorum eſſe:vnũquodq;.n.ęquè velox erit, atq; circulus,in quo fert̃: vñr.n.vnà cum circulis trãsferri rurſus in idem. accidit igit̃ ſimul & aſtrum pertranſiuiſſe circulum,& circulum latum eſſe ſua latione, ſuamq́ue ptrãnſiuiſſe circunferentiam.Non eſt autem rationabile eandem rationem habere velocitates aſtrorum, & magnitudines circulorum:circulos.n.nihil abſurdum eſt, ſed neceſſarium eſt proportionabiliter ſe habere velocitates ad magnitudines: aſtrorum autem eorũ vnumquodq;,quæ in his ſunt,nequaquã rationabile exiſtit.ſi.n.ex neceſſitate illud, quod maiori circulo fert̃, velocius erit;palàm eſt,ꝙ, ſi transferant̃ aſtra in ſuos inuicem circulos;hoc qdem erit uelocius,hoc autem tardius.ſic autem non habebunt vtiq; proprium motum, ſed ferent̃ a circulis.

Te. 45. ¶Si uero à caſu accidit;neq; ſic rationabile eſt,vt in oĩbus ſimul & circulus ſit maior, & latio velocior eius aſtri, qđ in ipſo eſt. Vnum.n.aut duo hoc modo ſeſe habere nihil abſurdum eſt: oĩa autẽ ſimiliter, figmento ſimile eſt. ſimul autem & non eſt in ijs,quę ſunt natura,id, qđ ſit vt accidit: neq; id,qđ vbiq;, & in oĩbus eſt, ſit à fortuna.

Te. 46. ¶At verò rurſus,ſi circuli manent, ipſa autem aſtra mouent̃; eadem & ſimiliter erunt abſurda: accidit.n.velocius moueri quæ ſunt extra, & uelocitates eſſe ſm magnitudines circulorum. Qm̃ igit̃ neq; vtraq; moueri rationabile eſt,neq; aſtrum ſolum;reliquum eſt circulos qdem moueri, aſtra aũt quieſcere,& infixa circulis ferri: ſolùm.n. ſic nullum abſurdum accidet.celeriorem.n.eſſe maioris circuli uelocitatem rationabile eſt circa idem centrum infixis: ut.n.in alijs maius corpus velocius fert̃ propria latio-

latione;ſic & in circularibus: maius.n.& corũ, quæ auferunt ab ijs,quæ ex centro,maioris cir culi ſegmẽtum. ¶Quare rationabiliter in æqua Te.47. li tẽpore maior circunferet̃ circulus.& non diuelli Cœlum pp hoc accidet, & quia oſtenſum eſt totum ipſum continuũ eſſe. ¶ Præterea, qm̃ Te.48. ſphærica ſunt aſtra, quemadmodum & alij dicunt, & nobis conſentaneum dicere,ex illo q̃dem corpore generantibus, corporis aũt ſphærici duo motus ſunt p ſe,volutatio,& uertigo,ſi mouerent̃ aſtra p ſeipſa;altero vtiq; horum mo uerent̃. ſed neutro vñr. Si.n.uertigine agerent̃; vtiq; manerent in eodẽ, & non mutarent locũ: qđ & vr̃, & oẽs dicunt. Amplius autẽ oĩa quidẽ rationabile eſt eodem motu moueri. ſolus aũt aſtrorum Sol hoc facere vr̃, oriens,& occidens: & iſte non p ſe, ſed ob elongationem noſtri uiſus: viſus.n.porrectus longè uoluitur pp imbecillitatem.quæ forte cauſa eſt, vt ſcintillare videantur ſtellæ fixæ, planetæ autem non ſcintillare: planetę.n.propè ſunt. quare uiſus, potens exiſtens,ad ipſos peruenit; ad manentes autem tremit,pp longitudinem porrectus longè valde. tremor autẽ ipſius facit aſtri uideri eſſe motũ: nihil.n.refert moueat̃ viſus, an id, qđ vr̃. ¶ At Te. 49. uerò ꝙ non uoluant̃ aſtra, manifeſtum eſt: qđ .n.voluit̃, uerti neceſſe eſt: Lunæ autem ſemp id patens eſt, qđ vocat̃ facies. quare, qm̃ ea q̃dem, quæ p ſeipſa mouent̃, ꝓprijs moueri motibus rationabile eſt, his autẽ non vñr moueri; palàm eſt, ꝙ non mouebunt̃ p ſeipſa. ¶ Ad hæc irrationabile eſt nullum organum ipſis ꝓbuiſſe naturam ad motum (nihil.n.vt contingit facit natura) neq; curam q̃dem animalium habuiſſe, q̃ autem tã precioſa ſunt, deſpexiſſe. ſed vr̃

tanq̃ ex induſtria abſtuliſſe oĩa, ꝑ quę continge bat progredi ꝑ ſeipſa, & quamplurimum ſemo-
Te. 51. uiſſe ab ij, quæ organa ad motũ habent. ¶ Quapp & rationabiliter vtiq; videbit̃, & totum cœlum ſphæricum eſſe, & aſtrorum vnumquodq;: ad eum.n. q in eodem fit, motum ſphæra figurarum maximè utilis eſt: ſic.n. utiq; velociſſimè mouebit̃, & maximè occupabit eũdem locum. ad eum autem, q in antè fit, ineptiſſima: nequaq̃.n. ſimilis eſt ꝑ ſeipſa motiuis: nihil.n. depreſſum habet, neq; eminens, ut rectilineum, ſed plurimum à figura corporum, q̃ progrediunt̃ diſtat. Qm̃ igit̃ oportet Cœlum quidem moueri eo, qui in ipſo eſt, motu, alia autẽ aſtra non procedi ꝑ ſeipſa; rationabiliter utiq; utrunq; erit ſphæricum: ſic.n. maximè hoc q̃dem mouebit̃, hoc autem quieſcet.
Te. 52. ¶ Manifeſtum eſt autẽ ex his, ꝙ & dicere fieri his latis harmoniam, tanq̃ conſonis factis ſonis, lepidè quidem, ac egregiè ab ijs, qui dixerunt, dictum eſt; non tñ ſic ſe ſe veritas habet. Vr̃ autem quibuſdam neceſſarium eſſe tantis latis corporibus fieri ſonũ: qm̃ & iis, quæ ſunt apud nos, neq; moles habẽtibus æquales, neq; tali uelocitate, qualis eſt Solis, & Lunę, latis. Amplius autem, tot aſtris multitudine, tantiſque magnitudine latis uelocitate tanta latione, immenſum quendam magnitudine ſonum non fieri eſt impoſſibile. ſupponens autem hæc, & uelocitates ex ſpatijs habere conſonantiarum rationes, vocẽ fieri dicunt harmonicã, latis circulariter aſtris. Qm̃ autem irrationabile videbat̃ nos uocẽ hanc non audire, cauſam huius dicunt eſſe, genitis confeſtim ad eſſe ſonum, ut non ſit manifeſtus ad contrariũ ſilentium: inuicem.n. vocis, & ſilentij eſſe diju

dica-

dicationem. quare quemadmodum fabris fer-
rarijs pp conſuetudinem nihil vr̃ intereſſe, &
hoĩbus idẽ accidere.hęc aũt,queãdmodũ dictũ
eſt prius, cõcinnè dicũt,& muſicè, impoſſibile
eſt aũt hoc ſeſe habere modo. ¶ Nõ.n.ſolũ hoc Te. 53.
nihil audire, abſurdũ eſt,de quo ſoluere conã-
tes cãm illã afferunt, ſed & illud nihil pati ſine
ſenſu:excedẽtes n.ſoni deſtruunt ẽt inaĩatorũ
corporũ moles,vt ſonus tonitrui lapides,& cor
pora validiſſima diſſipat.tot aũt latis,& ſono p-
tranſeũte ad eam,quę fert,magnitudinem, mul
tiplicem magnitudinẽ neceſſariũ eſt, & perue-
nire huc, & ingens eſſe robur uiolentiæ. ¶Sed Te. 54.
rationabiliter neq; audimus,neq; pati vñr cor-
pora violentam vllam paſſionem, qa nullus fit
ſonitus.ſimul autem erit & cauſa horum mani
feſta, & teſtimonium dictorum à nobis ſermo-
num, ꝙ ſint veri.Id autem, qđ dubitatum eſt,
fecitque Pythagoreos dicere fieri conſonantiã
illis latis, nobis erit indicium.quæcunq; .n.per
ſeipſa ferunt, faciunt ſonum, & plagam:q̃cun-
que autẽ in eo, qđ fert,infixa ſunt, aut inſunt,
vt in naui partes, non eſt poſſibile ſonare:neq;
ipſam nauim,ſi ferat in fluuio.¶Quãuis eiſdem Te. 55.
rationibus utiq; licebit dicere,ꝙ abſurdum eſt,
ſi tantę nauis malus latus, & puppis non facit
ſonum multum,aut rurſus ipſa nauis mota: qđ
autem fert in eo, qđ nõ fert,facit ſonum:in eo
autem, qđ fert continuè, & non facit plagam,
impoſſibile eſt ſonare. ¶ Quare hic dicendum Te. 56.
eſt,ꝙ ſi ferent corpora horũ,ſiue in aeris mul-
titudine fuſa per uniuerſum, ſiue ignis,quem-
admodum omnes dicunt; neceſſarium eſſet,vt
facerent ingentem magnitudine ſonum: hoc
autẽ facto, & huc peruenire,ac deſtruere. Qua-

re,q̄m non vr̄ hoc accidere; neq; animata,neq; violenta ferer̄ latione vllum ipſorum,veluti id, qđ futurum erat.prouidente natura,ꝙ non hoc modo ſeſe habente motu, nihil vtiq; eſſet eorum,quę ſunt circa hic exiſtentem locum,ſimiliter ſe habens. Quòd igir̄ ſphærica ſint aſtra,& ꝙ non mouenr̄ per ſeipſa,dictum eſt.

Summa, & diuiſio in cap.9.

QVOMODO ſtellæ ſint ordinatæ inter ſe, & figuræ ſphæricæ, & hoc ibi [de ordine autem ipſarum] quid circa hoc pertineat ad conſiderationem naturalis,inquit[accidit autem] quòd autem ſint figuræ ſphæricæ duabus rationibus proba'. proponit ſic [figuram autem] prima ratio eſt[quoniam enim] ſecunda [amplius autem.]

Te. 57. DE ordine aūt ipſorum , quo quidem modo ſingula diſponunr̄, vt quædam ſint priora, quędam verò poſteriora,& quomodo ſpatijs ſe habeant ad ſeinuicem,ex ijs,quę circa Aſtrolo-
Te. 58. giam,conſideret̄:dr̄.n.ſufficienter.¶Accidit autem ſm rationem fieri vniuſcuiuſq; motus ipſis ſpatijs,vt alij quidem ſint velociores,alij autem tardiores. Q̄m.n.ſupponit̄ extremam Cœli circulationē & ſimplicem eſſe , & velociſſimā, eas autem, q̄ aliorum ſunt,& tardiores, & plures; (vnumquodq; .n.contra fert̄ Cœlo in ſuo ipſius circulo) rationabile iam eſt propinquiſſimum quidem ſimplici , & primæ circulationi in plurimo tp̄e pertranſire ſuum ipſius circulū, longiſſimè autem diſtans in minimo,aliorū autem ſemper propinquius in maiori, longius autem diſtans in minori: propinquiſſimum.n.maximè ſuperatur:qđ autē longiſſimè abeſt oīum

mini-

minimè, pp diſtantiam : media aũt ſm rationẽ iam diſtantiæ, vt etiam oſtẽdunt Mathematici. ¶Figuram autem vniuſcuiuſq; aſtrorum ſphæricam eſſe maximè vtiq; quis rationabiliter exiſtimabit. Qm̃.n.oſtenſum eſt, ꝙ neq; natura ſunt apta moueri per ſe ipſa: natura autem nihil abſq; ratione, fruſtraq; facit; palam eſt, ꝙ & figuram talem dedit immobilibus, q̃ minimè eſt motiua. minimè autem motiua eſt ſphæra; ꝓpterea ꝙ nullum habet organum ad motum. quare patet, ꝙ ſphærica vtiq; erunt mole. Amplius autẽ ſimiliter quidem oĩa, ac vnum. Luna autem oſtendit per ea, q̃ circa uiſum, ꝙ ſphærica ſit: non.n.vtiq; fieret accreſcens, & decreſcens, plurimum quidem altera ex parte curua, altera concaua, aut vtrinq; curua, ſemel autem bipartita. Et rurſus per Aſtrologica: quia non vtiq; eſſent Solis eclypſes, lunulæ ſpeciem præſe ferentes. quare, ſi unum eſt tale; palam eſt, quòd & alia vtique erunt ſphærica. Te. 59.

Summa, & diuiſio in cap. 10.

MOVET philo. duas quæſtiones, deinde ſoluit eas. prima eſt [amplius autem] deinde probat, quod ſuppoſuit dicens [manifeſtum autem] & manifeſtat ordinem planetarum ibi [ſimiliter & de alijs] ſecunda dubitatio ita [atque hoc merito] & oſtendit difficultatem talium quæſtionum ibi [de his igitur] primam difficultatem ſoluit aliqua prius ſupponendo [uidetur autem optimè] ſecundam ibi [de dubitatione aũt] quam probat tribus rationibus, prima eſt [ob. unũ quidẽ] ſecũda [erit aũt] tertia [et inſuper ob hoc.

DVabus autem exiſtẽtibus dubitationibus, de quibus merito quilibet dubitauerit, tẽtan- Te. 60.

tandum eſt id dicere, qđ vř, veneratione dignã eſſe, magis q̃ temeritate reputantes promptitudinem illam; ſiquis pp Philoſophiæ ſitim, etiã paruas in ijs ſufficientias amet, de quibus maximas habemus dubitationes. Amplius autem, cùm multa ſint huiuſmodi, non minus exiſtit mirabile, pp q̃ cauſam non ſemper ea, q̃ plus diſtant à prima latione, moueanť pluribus motibus: ſed media plurimis. Rationabile.n.eſſe vi debiť, primo corpore vna latione lato, propinquiſſimum pauciſſimis moueri motibus, veluti duobus, contiguum autem tribus, aut aliquo alio tali ordine. Nunc autem accidit contrariũ: paucioribus.n.Sol, & Luna mouenť motibus, q̃ errantium aſtrorum nonnulla; q̃uis longius à medio, & propinquius primo corpori ſint, q̃ ipſa. Manifeſtum autem hoc de quibuſdam ẽt viſu factum eſt. Lunam.n.vidimus bipartitam q̃dem exiſtentem, ſubintraſſe ex aſtris illud, qđ eſt Martis, qđ occultatum quidem fuit ſm nigrum illius, exiuit autem ſm clarum, & lucidum. Similiter autem & de alijs dicunt aſtris. qui dudum ea obſeruauerunt à plurimis annis Aegyptij, Babylonij, à quibus multam fidem

Te. 61. habemus de unoquoq; aſtrorum. ¶Atque hoc merito dubitauerit utiq; aliquis, & pp q̃ cauſam in prima quidem latione tanta ſit aſtrorum multitudo, vt ex ijs, q̃ numerari nequeunt, eſſe videať totus ordo: in alijs autem vnum ſeorſum ſingulare, duo autem, aut plura non videanť in eadem infixa latione. De his igiť quærere quidem bene ſe habet & ad eam, quę ad plura ſe diffundit, intelligentiam, q̃uis paruas habeamus cauſas, tantaque elongatione diſtemus ab ijs, q̃ circa ipſa accidũt: ſit tñ ex talibus contem-

contemplamur; nihil vtiq; irrationabile videbit id eſſe, quod nunc dubitatur. ſed nos de ipſis, vt corporib. ſolùm, & vnitatibus, ordinẽ q. dem habentib. inanimatis aũt oĩno cogitamus. oportet autẽ, ac ſi participarẽt actione, & vita, exiſtimare: ſic. n. nihil, id eſſe videbitur præter rõnem, quod accidit. ¶ Videt̃ aũt optimè quidẽ ſe habenti ineſſe ipſum bonum ſine actione: propinquiſſimo aũt per paucam, ac vnã: ijs aũt, quæ longiſſimè abſunt, p plures. Quẽadmodum in corpore, hoc quidẽ neq; exercitio vtens, bene ſe habet: hoc verò, ſi modicum deambulauerit: huic autem & lucta eſt opus, & curſu, & pugna: rurſus aũt alij, neq; quantumlibet laborãti hoc quidem adhuc inerit bonum: ſed aliud aliquid. ¶ Eſt aũt difficile aut multa, aut ſæpe rectè agere, veluti multos tallos Coenſes proijcere difficile eſt: ſed vnum, aut duos, facile. Et rurſus, qñ hoc quidem opus fuerit huius gratia facere, hoc aũt alterius, & hoc alterius; in vno q. dem, aut duob. facile eſt adipiſci: quãtò autem vtiq; per plura, difficilius. Quapp oportet putare & aſtrorum actionem eſſe talem, quali aĩalium eſt, ac plantarum. etem̃ hic hoĩs actiones plurimæ ſunt: multa. n. bona põt adipiſci, ita vt multa agat, & aliorum gratia. ¶ Ei autem, qđ q̃ optimè ſeſe habet, nihil actione eſt opus: eſt. n. ipſum id, cuius gratia. Actio verò ſemper eſt in duobus, cùm & cuius gratia ſit, & qđ huius gratia. aliorum aũt aĩalium pauciores: plantarum autẽ parua quædã, ac una fortaſſe: aut. n. vnum aliquid eſt, quod aſſequitur, quemadmodũ & homo, aut etiam ipſa multa omnia prçuia ſunt ad optimum ipſum. Hoc igitur habet, & particeps eſt optimi: illud autem peruenit propè per

Te. 62.

Te. 63.

Te. 64.

pauca:

pauca: aliud verò per multa: aliud autem ne aggreditur quidem: ſed ſatis eſt ad id, quod eſt ꝓpè vltimum, peruenire. ut, ſi ſanitas ē finis, hoc quidem ſemper ſanum eſt, aliud verò attenuatum, aliud autem cum cucurrit, & attenuatum eſt, aliud autem ēt alio quopiā facto currendi
Te. 65. gratia. quare plures ſunt motus. ¶Aliud autem non pōt ad ſanitatem peruenire: ſed ad hoc ſolum, vt currat, aut attenuet: & horum alterum
Te. 66. finis eſt ipſis. ¶Maxime. n. eſt optimum oībus illum ſortiri finem. ſi autem nō ſemper; melius eſt, quanto propinquius fuerit optimo. Et ob hoc terra qdem oīno nō mouetur, propinqua verò, paucis motib. nō n. perueniunt ad ipſum vltimum, ſed quouſq; diuiniſſimum illud principium ſortiri poſſunt. Primùm autem cœlum ſtatim ſortitur per vnum motum: quæ autem ſunt in medio primi, ac ultimorum, perueniūt quidem: ſed per plures motus.

Summa, & diuiſio in cap. 11.

OPINIONES, ac rōnes falſæ circa ſitum, quietē, & motū, & figurā terræ. declarat ergo Ariſt. prius opinionem de ſitu terræ, ubi ait [de poſitione igitur] narrat rationes dicens [honorabilisſimo] poſtea [amplius autem] & hanc rationem ſoluit his uerbis [tanquā medium.] De motu, & quiete ait eſſe duas opiniones. prima [non. n. eodem modo] ſecunda [quidam autem in centro] opiniones de figura narrat ibi [ſimiliter autem] & ſcribit duas rationes ſecundæ opinionis, quæ aſſerebat terram habere figuram timpani. prima eſt [faciunt aūt] ſecunda [ſed adhuc.]

Te. 67. DE dubitatione autem, ꝙ in prima quidem, quæ vna eſt, latione aſtrorum magna multitudo

titudo conſiſtat, aliorum autem ſingulatim vnũ quodq; acceperit ꝓprios motus. ¶Ob vnum q- dem vtiq; quis primum rationabiliter exiſtima uerit hoc eſſe. Intelligere.n. oportet vitę & principij vniuſcuiusq; multũ eſſe exceſſum primi ad alia. ¶ Erit autem vtiq; hic accidens ſm rationem: prima.n. vna exiſtẽs multa mouet corporum diuinorum: multæ autẽ exiſtentes vnũ ſolum vnaquęq;: errãtium.n. vnumquodq; pluribus fert̃ lationibus. Sic igit̃ exæquat natura, & ordinem quendam facit, vni quidem lationi multa tribuendo corpora, vni vero corpori multas lationes ¶Et inſuper ob hoc vnum habent corpus aliæ ſphærę; quia multa corpora mouent eæ, quæ ſunt ante vltimam, & eam, quæ unum aſtrum habet: in multis.n. ſphæris ultima ſphæra fert̃ innexa: unaquæq; autem ſphæra corpus exiſtit. Illius igit̃ commune erit opus: hæc enim eſt propria quæq; per naturam latio. ¶Hæc autem velut adiacet. omnis autem finiti corporis ad finitum potentia eſt. Sed de aſtris quidem circulari motu latis dictum eſt, qualia nam ſecundum ſubſtantiam ſint, & ſecundum figuram, & de latione, & ordine ipſorum.

Te. 68.

Te. 69.

Te. 70.

Summa, & diuiſio in cap. 12.

NARRANTVR rationes impropriæ, & inconuenientes antiquorum aſſerentium terram quieſcere. mouet dubitationem Ariſt. his uerbis [dubitaſſe igitur] inſufficientiam rationum oſtendit dicens [circa autem huius ſolutiones] deinde narrat quinque ſolutiones prædictæ dubitationis. prima eſt [ſi enim ob hac] ſecunda [alij autem in aqua] hac probat tribus rationibus, prima eſt [tanquam non eadem] ſecunda [amplius autem] tertia [præterea ſi tota] poſtea demon-

monſtrat earum defectus dicens [verum uidentur] tertiã eſt [Anaximenes autem] quam improbat tribus rationibus. prima eſt [primum igitur ſi non lata] ſecunda[quamuis quietis] tertia [omnino autem] quartam ſolutionem recitat ſic [quia autem monet] quam improbat dup. primò[at neq; vertigine] ſecundò tres rationes adducit. prima eſt [abſurdũ autem] ſecunda [præterea propter quã]tertia[at verò] quintam ſolutionem ſcribit dicens [ſunt autem quidam, & improbat quinque rationibus. prima eſt [hoc aũt lapidem] ſecunda[at verò non eſt neceſſarium]tertia [abſurdum eſt] quarta [mirabile autem eſt [quinta [at verò.]

Te. 72. Reliquum autem eſt de Terra dicere, & vbi poſita ſit, & vtrum de ijs ſit, quæ quieſcũt, an ex ijs, quæ mouent̃, & de figura ipſius. De poſitione igĩt non eandem omnes habent opinionem. ſed cùm plurimi, q totum cœlum finitum eſſe aiunt, in medio iacere dicant: contrà qui circa Italiam incolunt, vocanturq; Pythagorei, dicunt: in medio.n.ignem eſſe inquiunt: terram autem aſtrorum vnum exiſtentem, circulariter latam circa medium, noctem, & diẽ facere. Amplius autem oppoſitam aliam huic conficiunt terram, q̃ antiththona nomine vocant: non ad apparentia rationes, & cauſas quęrentes; ſed ad quaſdam opiniones, & rationes ſuas apparentia attrahentes, & tentantes adornare.

Te. 73. ¶Multis autem, & alijs videbit̃ non oportere terræ medij regionem aſſignare, fidem nõ ex ijs, quæ apparent, cõſiderantibus, ſed potius ex rationibus. honorabiliſſimo.n.putant conuenire honorabiliſſimam competere regionẽ. eſſe autem ignem quidem terra honorabiliorem

rem, terminum autem medijs ipſis. extremum autem, & medium terminum eſſe. quare, ex his ratiocinantes, ipſam nō putant in medio ſphæræ iacere, ſed magis ignem. Amplius autem Pythagorei quidem, propterea ꝙ maximè conuenit id ſeruari, qđ eſt principaliſſimum ipſius vniuerſi, medium autem eſſe tale (quem Iouis carcerem nominant) hāc habere regionem ignē. ¶ Tanq̃ medium ſimpliciter diceret, & magnitudinis medium, & rei medium eſſet, atq; naturę: quis quemadmodum in animalibus non idem eſt animalis, & corporis medium; ſic exiſtimandū eſt magis & circa totum cœlum. Propter hāc igiť cauſam, nihil eos oportet turbari circa vniuerſum, neq; adducere carcerem ad centrum: ſed illud quærere medium ipſum quale quid eſt, & vbi natura aptum eſt eſſe: illud.n. medium principium eſt, & honorabile: loci aūt medium aſſimilať extremo magis, q̃ principio: qđ.n. determinatū eſt, medium eſt: qđ vero determinať, finis eſt. honorabilius autem eſt continens, & finis, q̃ finitum: hoc.n. materia eſt, illud autem ſubſtantia conſtitutionis eſt. ¶De loco igiť terræ hanc habent quidam opinionem. Similiter autem & de quiete, & motu Non.n. eodem modo omnes exiſtimant: ſed quicunq; quidem non in medio iacere aiunt ipſam, moueri circulariter circa medium: non ſolum autem hanc, ſed & antichthona, quemadmodum diximus prius. Quibuſdam aūt vť & plura corpora talia poſſe ferri circa medium, nobis immanifeſta ꝑꝑ obiectū terræ. Quapropter & Lunę eclypſes plures, q̃ Solis fieri inquiunt: eorū .n. quæ feruntť, vnūquodq; occultare ipſam, ſed non ſolum terram: qm̄ cum terra non ſit cen-

Te. 74.

Te. 75.

trum; ſed diſtat per totum ipſius hemiſphæriũ, nihil prohibere putant ea, quæ apparent, accidere ſimiliter non habitãtibus nobis in centro, ſicut, ſi in medio ẽt eſſet terra: nihil.n.neq; nũc efficere inſigne per dimidium diſtantibus diametri. Quidam autem & iacentem in centro dicunt ipſam volui, & moueri circa ſemper ſtatũ polum, quemadmodum in Timæo ſcriptũ eſt.
Te. 76. ¶ Similiter autem & de figura ambigit̃. Alijs.n. terra eſſe vr̃ ſphęrica, alijs verò lata, & figura tympano ſimilis. faciunt autem indicium (quia occidens, & oriens Sol rectam, & nõ circularẽ occultationem ſub ipſa terra facere vr̃: tanquã oporteat, ſi ſit ſphęrica, circularem fieri abſciſſionem) non attendentes & diſtantiam Solis ad terram, & circunferentiæ magnitudinem, quomodo in apparentibus paruis circulis recta apparet à longe. Propter hanc igit̃ apparentiã nihil ipſos non credere oportet non rotundã molem eſſe terræ. Sed adhuc addunt, atq; dicunt, pp quietem eſſe neceſſarium ipſam figurã hãc habere: etenim de motu, & quiete dicti modi
Te. 77. multi ſunt. ¶Dubitaſſe igit̃ oĩbus contigiſſe neceſſarium eſt: forſitan.n. mentis fuerit irrationabilioris non admirari, quonammodo parua quidem terræ particula, ſi eleuata dimittat̃, fertur, & manere non vult, & maior ſemper velocius, totam autem terram, ſi quis dimittat, cùm eleuauerit, nõ vtiq; ferat̃, nunc verò quieſcit tãta grauitas. At verò, ſi quis ẽt latis particulis ipſius, anteq̃ cadant, ſubtrahat terram; ferentur
Te. 78. deorſum nullo obſiſtente. ¶Quare dubitare q̃dem oĩbus, vt philoſopharẽt, meritò cauſa fuit, Circa autem huius ſolutiones, ꝙ non magis ab ſurdę videant̃ eſſe dubitatione ipſa, mirabit̃ vtique

que aliquis: Quidā.n.ob hæc infinitam inferiorem terræ partem eſſe aiunt, in infinitum ipſam radicatam eſſe dicentes, quemadmodum Xenophanes Colophonius, ne negotia habeant quærentes cauſam. Quapropter & Empedocles ſic increpauit dicēs: *Immenſum ne pateant terræ ima, ac largior æther, Vt fruſtra lingua multorū dicta fuere, Ore effuſa hominum de toto pauca videntum*. Alij autem in aqua iacere: hunc.n. antiquiſſimum accepimus ſermonem, quem dixiſſe aiunt Thalem Mileſium: tanq̃ ex eo, quia natans ſit, ipſa maneat, quemadmodum lignum, vel aliquid tale aliud: etenim horum ſuper aerem quidem nihil natura aptum eſt manere, ſed ſuper aquā. ¶ Tanq̃ nō eadem ſit ratio de terra, & aqua vehente terrā: neq; .n. aqua nata eſt manere ſubleuata: ſed ſuper aliquid eſt. Amplius autem, quemadmodum aer aqua leuior eſt; ſic & aqua terra. quare quonam modo poſſibile eſt id, qđ leuius eſt, deorſum magis iacere eo, qđ grauius eſt ſm naturam? Præterea, ſi tota nata eſt manere ſuper aq̃; manifeſtum eſt, ꝙ & particularum ipſius vnaquæq;. nunc autem non vř hoc fieri; ſed quælibet particula ferť in fundum, & velocius maior. ¶ Verùm vñr uſq; ad aliquid q̃rere; ſed non quouſq; dubitari poſſibile eſt; oībus.n. nobis hoc conſuetum eſt nō ad rem quæſtionē facere; ſed ad contraria dicentē; etenim ipſe in ſeipſo quęrit, quo ad nō amplius habeat ipſe ſibi ipſi contradicere. Quapropter bene q̃ſiturum, per proprias in genere inſtantias ad inſtandum idoneum eſſe oportet. hoc autem eſt ex eo, ꝙ oēs contemplatus ſit differentias. ¶ Anaximenes autem, & Anaxagoras, & Democritus latitudinem cauſam manendi ipſam eſſe di-

Te. 79.

Te. 80.

Te. 81.

dicunt: non.n.diuidere; ſed eum, qui ſubtus eſt aerem obturare. qđ corpora, quæ latitudinem habent, vñr facere: hæc.n.& ad uentos cum difficultate mobilia ſeſe habent ꝑꝑ reluctantiam. Hoc igiť ipſum facere latitudine terrã ad ſuppoſitum aerem, hunc autem non habentem, quò transferať, locum ſufficientem, totum ſimul deorſum quieſcere, quemadmodũ in clepſydris aqua. Quòd autem poſſit multam grauitatem ferre cõprehenſus, & manens aer, indicia multa dicunt. Primum igiť, ſi non lata figura terræ

Te. 82. ſit; ꝑꝑ hoc quidem non quieſcet ¶Quamuis quietis non latitudo cauſa ſit ex ijs, quę dicunt; ſed magnitudo magis; ꝑꝑ coarctationem.n.nõ habens tranſitum, aer manet ob multitudinem: multus autem eſt aer; propterea ꝙ à magnitudine multa terræ comprehẽdiť. quare hoc erit, & ſi ſphęrica quidem fuerit terra, tanta autem ſm magnitudinem: manet.n.ſm illorum rationem.

Te. 83. ¶Omnino autem ad eos, qui ſic dicunt de motu, non eſt de partè dubitatio; ſed de toto quodam, ac vniuerſo; à principio.n.determinãdum eſt, utrum ſit aliquis corporibus natura motus, an nullus: & vtrum natura quidem nõ eſt, uiolentia autem eſt. Qm̃ autem de ijs determinata ſunt prius, quęcũq; pro ea, quæ aderat, facultate habebamus, vtendum eſt vt exiſtentibus. Si.n.nullus natura motus ſit ipſorum; neque uiolentus erit. ſi autem neq; natura, neq; violentia eſt; nihil omnino mouebiť: nam & de his ꝙ neceſſarium ſit accidere determinatum

Te. 84. eſt prius ¶Et inſuper ꝙ neq; quieſcere continget vt.n motus exiſtit aut violentia, aut natura; ſic & quies. At uero, ſi eſt motus aliquis ſm naturam; non vtiq; violentia erit latio ſolum, neque

que quies.¶Quare ſi uiolentia nunc terra quie- Te. 85
ſcit; & ſimul venit ad medium lata, pp uertiginem: hãc.n.cauſam omnes dicunt ex ijs, quę in liquidis ferunt, & circa aerem accidunt: in his .n.ſemper ferunt maiora, grauioraq; ad mediũ conuerſionis. Quapropter terram omnes, quot quot cœlum generant, ad medium conueniſſe dicunt. Quia autem manet; quærunt cauſam. Et dicunt qdam hoc modo, ꝙ latitudo, & magnitudo ipſius cauſa eſt. Alii autem, quemadmodum Empedocles, cœli lationem circulariter circuncurrentem, & velocius latam terrę lationem prohibere: quemadmodum aqua, q̃ in cyathis eſt. etenim hæc, circulariter cyatho lato, cùm plerunq; ſub ęre ipſo exiſtat; tamen nõ fert deorſum nata deorſum ferri, pp eandem cauſam.¶At, neq; uertigine prohibente, neque Te. 86
latitudine, ſed aere qui ſubijt; quonam feret̃ nam, ſi mouet̃ uiolentia ad medium; & manet uiolentia. ẜm naturam autem neceſſarium eſt eſſe aliquam ipſius lationem. Hęc igit̃ vtrũ ſurſum, an deorſum, an vbi eſt? eſſe .n. quandã eſt neceſſarium. Si autem nihilo magis deorſum, q̃ ſurſum, aer autem, qui ſurſum eſt, non prohibeat eam, quæ ſurſum fit, lationem; neq; vtiq; q̃ ſub terra eſt, prohibebit eam, quæ deorſum: eaſdem.n. eorundem neceſſarium eſt eſſe cauſas eiſdem. ¶Amplius autem ad Empedoclem Te. 87
illud ẽt quiſpiam dixerit. qñ.n. elementa ſtabãt ſeparatim per litem; quę cauſa ipſi terrę quietis erat? non.n.& tunc vertiginem in cauſa eſſe dicet. Abſurdum autem eſt & nõ intelligere, ꝙ prius quidem pp vertiginem ferebant̃ partes terrę ad medium, nunc autẽ pp q̃ cauſam oĩa grauitatem habentia ferunt̃ ad ipſam; non.n.

Te. 88. vertigo appropinquat ad nos. ¶ Præterea pp ꝙ cauſam & ignis ſurſum fert? non.n.pp vertiginem.ſi aũt his ferri aliquo natus eſt; manifeſtũ
Te. 89. eſt, ꝙ & terram exiſtimandum eſt. ¶At verò neque vertigine graue, & leue determinatum eſt: ſed, prius exiſtentibus grauibus, & leuibus, illa qdem ad medium veniunt, hæc verò ſuperemi nent pp motum. Erat igit̃, & anteꝗ fieret vertigo, hoc quidem graue, illud vero leue. Quę quo nam determinata ſunt, & quo pacto ſunt apta natura ferri, aut quò?infinito.n.exiſtente, impoſſibile eſt eſſe ſurſum, & deorſum; determi-
Te. 90. nata autem ſunt his graue, & leue. ¶Plurimi igitur circa cauſas has immorant̃. Sunt autem qui dam, qui pp ſimilitudinem dicunt ipſam manere, vt ex antiquis Anaximander: nihilo.n. magis ſurſum, ꝗ deorſum, aut ad latera id ferri conuenit, qđ in medio collocatum eſt, & ſimiliter ad extrema ſeſe habet. ſimul autẽ impoſſibile eſt ad contraria fieri motum. quare ex neceſſitate
Te. 91. manet. ¶Hoc autem lepidè quidem, nõ verè tamen dr̃. Secundum.n. hanc rationem neceſſarium eſt omne, quodcunq; ponat̃ in medio, manere. quare & ignis quieſcet: qđ.n.dictum eſt,
Te. 92. non eſt proprium terrę. ¶At vero non eſt neceſſarium: non.n.ſolùm vr̃ manere in medio; ſed & ferri ad mediũ: quo.n.quęuis fert̃ particula ipſius, eo totam ẽt ferri eſt neceſſarium: quo autem fert̃ aliquid ſm naturam, & ibi manere ſm naturam. Non igit̃, ꝓpterea ꝙ ſimiliter ſeſe habet ad extrema: hoc.n.oĩbus eſt commune: fer
Te. 93. ri autem ad medium proprium terrę. ¶Abſurdum autem eſt & hoc quidem quærere, curnã terra manet in medio; non quærere autem cur ignis in extremo: Nam, ſi & illi natura locus ex-

tremus

tremus eſt; manifeſtum eſt, ꝙ neceſſarium eſt eſſe quendam & terrę natura locum. Si autem non huic eſt hic locus, ſed ꝑ ſimilitudinis neceſſitatem manet; (quemadmodum de capillo eſt ſermo valido quidem; ſed ſimiliter vndique extenſo, ꝙ non diſrumpet: & de eſuriente, ac ſitiente vehemẽter quidem, ſimiliter autem & ab eſculentis, & poculentis æqualiter diſtante: etenim hunc quieſcere neceſſarium eſt:) quærẽdum eſt ipſis de ignis quiete in extremis. Mirabile autem eſt & de quiete quidem quęrere: de latione verò ipſorum non quęrere, ꝓpter q̃ cauſam hoc quidem ſurſum fertur, hoc autem deorſum ad ipſum medium nullo impediente.

¶ At verò neq; verum eſt, qđ dr: ſm accidens tamen hoc verum eſt, ꝙ neceſſarium eſt manere in medio omne, cui nihil magis huc, q̃ illuc moueri conuenit. Sed ꝓpter hanc rationem non manet; ſed mouebit: non tñ totum, ſed diſcerptum. ¶ Eadem.n.congruet ratio & in igne: neceſſe.n.&, ſi ponat, quieſcere ſimiliter, atq; terram: ſimiliter.n.ſeſe habebit ad ſignorum extremorum quodcunq;. attamen feret à medio, quemadmodũ & vr ferri (niſi quid prohibeat) ad extremum, verùm non totum ad unum ſignum: hoc.n.neceſſariũ eſt ſolùm accidere ex ratione, q̃ de ſimilitudine fit: ſed proportionalis particula ad proportionalem extremi partẽ. dico autem veluti quarta pars ad quartam continentis ipſius partem: nullum.n.corporum pũctum eſt. vt autem & ex magno venire in minorem locum poteſt condenſatum; ſic & ex paruo in maiorem, rarius factum. quare & terra hoc modo moueret à medio, ꝓpter ſimilitudinis rationem; ſi non natura terrę locus iſte eſſet Quę

Te. 94. Te. 95.

cunq; igitũ ſunt & de figura ipſius exiſtimata, & de loco, & quiete, & motu ferè hęc ſunt.

Summa, & diuiſio in cap. 13.

SCRIBIT Ariſt. de quiete, & ſitu terræ ueritatem, & opinionem propriam proponit ſic [nos autem dicamus] deinde oſtẽdit, quòd impoſſibile eſt terram ſic moueri tribus rationibus, & dictis aſtrologorum. prima eſt [quòd autem impoſſibile] ſecunda [præterea omnia] tertia [præterea latio partium] & circa hoc mouet quandam dubitationem ſic [dubitabil autem] quam ſic ſoluit [neceſſe eſt itaq;] deinde probat, quòd corpora grauia mouentur ad medium, ubi ait [quòd autem ferantur] dicta aſtrologorum producit ibi [atteſtantur autem his.]

Te. 96. NOs autem dicamus primùm, vtrum habeat motum, an maneat. Nam, vt diximus, alij quidem ipſam vnum aſtrorum eſſe faciunt, alij autem, in medio ponentes, volui, & moueri dicunt circa medium polum. Quòd autem impoſſibile ſit, manifeſtum eſt ſumpto principio, ꝙ, ſi ferũ ſiue in medio exiſtens, ſiue extra medium; neceſſariũ eſt ipſam uiolentia moueri hoc motu: non.n. ipſius terrę eſt: etenim particularum vnaquæq; hanc haberet lationem: nunc autem ſuper recta oẽs ferunũ ad medium. quapropter, cùm uiolentia ſit, & pręter naturam; non poſſibile eſt ſempiternam eſſe: mundi autem ordo

Te. 97. ſempiternus eſt. ¶ Pręterea oĩa, quę feruntũ latione circulari, ſubdeficere vñr, ac moueri plurib. vna latione, præter primam ſphæram: quare & terram neceſſarium eſt, ſiue circa medium, ſiue in medio poſita ferañ, duabus moueri lationib. Si autẽ hoc acciderit; neceſſarium eſt fieri mutationes, ac cõuerſiones fixorum aſtrorum. hoc

autem

autem non uſ fieri: ſed ſemper eadem apud eadem loca ipſius & oriunt, & occidunt. ¶ Præterea latio partium, & ipſius totius ſm naturam ad medium eſt vniuerſi: ob hoc.n.ēt exiſtit poſita nunc in centro. ¶ Dubitabit autem aliquis, cum idē ſit amborum medium; ad utrum ferātur ea, quę grauitatem habent, & partes terræ ſm naturam. utrum, quia uniuerſi eſt medium, an quia eſt terrę? Neceſſe eſt itaq; ad id, qđ eſt vniuerſi: etenim leuia, & ignis, quę in contrariū grauitatibus terrę ferunt, ad extremum loci cō tinentis medium ferunt. ¶ Accidit autem idem medium eſſe terræ, & vniuerſi: ferunt.n.& ad terræ medium; ſed ſm accidens, quatenus medium habet in ipſo uniuerſi medio. Quòd autē ferant & ad terræ medium, ſignum eſt, ꝙ lata pondera ad hanc non ęquè diſtātia ferunt; ſed ad ſimiles angulos. quare ad unum mediū, & illud, qđ terrę eſt, feruntur ¶ Manifeſtum eſt igitur, ꝙ neceſſe eſt in medio terrā eſſe, & immobilem, & ꝓpter dictas cauſas, & quia pondera, quę ſurſum uiolentia proijciunt, ad perpendiculum rurſus ferunt in idem, ēt ſi in infinitum uis illa proijciat. Quòd igit neq; moueat, neque extra medium iaceat, manifeſtū eſt ex his. ¶ Ad hęc autem manifeſta eſt ex dictis cauſa quietis. Si.n. natura nata eſt ferri vndiq; ad medium, quemadmodum uſ, & ignis rurſus à medio ad extremum; impoſſibile eſt latam eſſe quamcūque ipſius particulam à medio, nō vim paſſam, una.n. latio vnius eſt, & ſimplex ſimplicis, ſed non contrariæ: quæ autem à medio fit ei, quæ ad mediū, eſt contraria. Si igit quamcunq; partem impoſſibile ſit latam eſſe à medio; manifeſtum eſt ꝙ & totam adhuc impoſſibilius: ad qđ enim

Te. 98. Te. 99. T. 100. T. 101. T. 102.

enim pars nata eſt ferri, & totum illuc natũ eſt. Quare, ſi impoſſibile ſit moueri, niſi à potiore uirtute; neceſſarium utiq; erit eam manere in

T. 103. ipſo medio. ¶Atteſtanẽ autem his & ea, quæ à Mathematicis dicta ſunt circa Aſtrologiam. ea, enim quæ apparent, accidunt tranſlatis figuris, quibus determinatus eſt aſtrorum ordo, tanquàm in medio poſita terra. De loco igitur, & quiete, ac motu, quomodo ſeſe habent, tot dicta ſint de ipſa.

Summa, & diuiſio in cap. 14.

TERRAM eſſe ſphæricæ figuræ oſtendit. proponit dicens [ipſam autem figuram] & probat & rationibus naturalibus, & mathematicis. naturales ſunt duæ. prima eſt [vnaquæque enim] & excludit duas obiectiones contra præmiſſam rationem, primò ubi ait [quod igitur] ſecundò [quod. n. utique] ſecunda ratio eſt ibi [at quia omnia grauia] rationes autem aſtrologicæ ſunt tres. prima [præterea quoque per ea] ſecunda [præterea per aſtrorum apparentiam] tertia [mathematicorum etiam.]

T. 104. IPſam autem figuram habere ſphæricam neceſſarium eſt; vnaquęq; enim particularum grauitatem habet ad medium vſque. & minor à maiori pulſa nõ poteſt intumeſcere; ſed cõprimi magis, & cedere altera alteri, donec veniat ad medium. Oportet autem intelligere id, quod dicitur, perinde atq; ſi facta eſſet eo modo, quo & Phyſiologorum aliqui factam eſſe dicunt. Verùm illi quidem violentiam cauſam ponunt eius, quæ deorſum fit, lationis. Melius tamen eſt ponere veritatem, & dicere hoc accidere propterea, quòd naturam habet id, quod gra-

grauitatem habet, vt ad medium ferat̃. In potẽ tia igit̃ exiſtente miſtura, diſgregata ferebanẽ ſimiliter vndiq; ad medium. Siue igit̃ ſimiliter ab extremis diuiſæ partes conueniant ad medium, ſiue aliter ſeſe habentes, facient idem. ¶ Quòd igitur ſimiliter vndique ab extremis latorum ad medium neceſſarium ſit ſimilem fieri omni ex parte molem, manifeſtum eſt: ęquali enim omni ex parte appoſito, æqualiter eſt neceſſe diſtare medio extremum: hæc autem figura ſphæræ eſt. Nihil autem refert ad rationem, etiam ſi non undique ſimiliter conueniant ad mediũ partes ipſius: maiorem .n. ſemper minorem, quæ ante ſe eſt, propellere neceſſarium eſt, ad medium vſque propenſionem habentibus ambobus, & grauiori impellente vſque ad hoc minus pondus. ¶ Quòd enim vtiq; quis dubitauerit, eandem habet cum his ſolutionem. nam, ſi terra exiſtẽte in medio, & ſphærica, multiplex grauitas addatur ad alterum hemiſphærium; non idem erit ipſius totius, & terræ medium. quare aut non manebit in medio: aut, ſi manebit, quieſcet quidem, etiam non habens medium, quo & nunc moueri eſt nata. ¶ Quod igitur dubitatur, hoc eſt. Videre autem non eſt difficile modicum inſiſtentes, & diuidentes, quomodo cenſemus quantamuis magnitudinem grauitatem habentem ad medium ipſum ferri: manifeſtum enim eſt, quòd non quouſque tangat centri extremum; ſed oportet pręualere, quod eſt maius, donec vtiq; ſuo ipſius medio medium ipſum acceperit: hucuſq; enim propenſionem habet. Nihil igitur refert hoc dicere in gleba, & parte quauis, aut in tota terra: non enim propter paruitatem, aut magni-

T. 105. T. 106. T. 107.

tudinem dictum eſt id, quod accidit; ſed de omni propenſionem habente ad medium. quare, ſiue tota alicunde ferebatur, ſiue ſecundum partem, neceſſarium eſt eouſque ferri, donec vtique vndecunque ſimiliter ſumat medium, coactis minoribus à maioribus propulſione

T. 108. propenſionis. ¶ Siue igitur facta eſt, hoc neceſſarium factam eſſe modo. quare manifeſtum eſt, quòd ſphærica generatio ipſius: ſiue ingenerabilis ſemper manens, eodem modo ſe habere, quo & ſi genita primùm genita fuiſſet. Et ſecundùm hanc itaque rationem neceſſarium eſt figuram ipſius ſphæricam eſſe, & quia omnia grauia ad ſimiles angulos; ſed non æquè diſtantia feruntur. hoc autem aptum eſt ad id, quod natura ſphæricum eſt. Aut igitur eſt ſphærica, aut natura ſphærica. oportet autem vnumquodque tale dicere eſſe, quale quod natura ſolet eſſe, & quod eſt; ſed non quod vi, ac præter

T. 109. naturam. ¶ Præterea quoque & per ea, quæ apparent ſecundum ſenſum; neque enim Lunæ eclypſes tales haberent deciſiones: nunc enim in ijs, quæ ſecundùm menſem fiunt, figurationibus omnes accipit diuiſiones: etenim recta fit, & vtrinque curua, & concaua. circa autem eclypſes ſemper curuam habet definientem lineam. Quare, quoniam eclypſim patitur propter terræ obiectionem, terræ circunferentia,

T. 110. ſphærica exiſtens figuræ cauſa erit. ¶ Præterea per aſtrorum apparentiam non ſolùm manifeſtum eſt, quòd rotunda; ſed & quòd magnitudine non magna ſit. Paruo enim facto nobis tranſitu ad meridiem, & Vrſam, manifeſtè alter fit Horizon circulus, ita, vt aſtra, quæ ſunt ſuper caput, magnam habeant mutationem, &

non

non eadem appareant & ad Vrſam, & meridiē tranſeuntibus. quædam enim in Aegypto quidem ſtellæ uidentur, & circa Cyprum, in ijs autem, quæ ad Vrſam vergunt, regionibus, non vidētur. & aſtrorum ea, quæ ſemper in ijs, quæ ad Vrſam vergunt, apparent, in illis locis occidunt. Quare non ſolum ex his manifeſtum eſt, rotundam eſſe figuram terræ; ſed & ſphæræ non magnæ: non enim tam celeriter inſigne quippiam faceret, trāſlatis nobis adeò parum. ¶Quapropter exiſtimantes eum, qui circa Herculeas columnas eſt, locum coniungi ei, qui circa Indicam, & hoc modo mare vnum eſſe, non admodum incredibilia exiſtimare videntur. Dicunt autem, coniectantes etiam ex elephantibus, quòd circa vtraque loca extrema exiſtentia genus eſt ipſorum, tanquàm extremis (quia ſibiinuicem coniunguntur) hoc paſſis. ¶ Mathematicorum etiam, qui circunferentiæ magnitudinem ratiocinari tentant, ad quadringenta eſſe dicunt ſtadiorum millia. ex quibus coniectantibus non ſolùm ſphæricam eſſe terrę molem neceſſarium eſt; ſed & non magnam, ad aliorum aſtrorum magnitudinem. T. 111. T. 112.

ARISTOTELIS DE COELO,

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

Prima, veluti exordium eſt totius libri, dicta commemorans, dicendaq; proponens.

Secunda Antiquorum ſententia de generatione & corruptione rerum naturalium enunciat.

Tertia ſermonē deſtruit dicentem, partem dari indiuiſibilem per propoſitiones naturales, alias à propoſitionibus Mathematicis, de quibus in Phyſicis.

Quarta Generationem non omnibus, ſed aliquibus naturalium corporum ineſſe poſſe exponit.

Quinta ſcrutatur cauſas Generationis in Cōpoſitis.

Sexta Generationem in Elemētis eſſe oſtēdit, & hāc ſecundum partem, non ſecundum totum.

Septima Elementorū Generationē nō ex vno corpore, nec ex non corpore, ſed ex alterutris eſſe oſtendit.

Octaua Antiquorum ſermones de mutua Elementorum Generatione refellit.

Tex. 1. DE primo igitur cęlo, & partib. inſuper autem de aſtris in ipſo ſatis, & ex quibus conſtant, & qualia natura ſunt, ad hæc autē & ꝙ ingenita ſunt, & incorruptibilia, ꝑcurrimus prius. Qm̄ aūt eorum, quæ natura dicunt̄, hæc q̄dem ſunt ſubſtātiæ, illa verò opera, & paſſiones harum: (dico aūt Subſtantias q̄dē, ſim-

ſimplicia corpora, vt ignem, & terram, & q̃ ſũt eiuſdem cum his ordinis, & q̃cunq; ex his, velu ti & eorum cęlum, & partes eius, & rurſus aĩa- lia, & plantas, & partes horum. Paſſiones aũt, & opera, & motus horum vniuſcuiuſq;, & aliorũ, quorum cauſæ ſunt hæc elementa ſm virtutẽ ſuam, inſuper autem alterationes, & inuicem tranſitiones: manifeſtum, ꝙ plurimã accidit de natura hiſtoriam de corporibus eſſe: oẽs.n. naturales ſubſtantiæ, aut corpora aut cum corpo rib. generanť, ac magnitudinib. hoc autem ma- nifeſtum eſt & ex eo, ꝙ determinatum eſt, quæ ſint natura, & ex ſingulorum contemplatione. De primo igiť elementorũ dictum eſt, & quale quid eſt ſm naturam, & ꝙ incorruptibile, ac in generabile. Reliquum eſt autem de duob. dice- re. ſimul autem accidet de his dicentib. & de ge neratione, & corruptione conſiderare.

Summa Secunda. Antiquorũ ſententias de Generatio ne, & corruptione rerum Naturalium enunciat.

GEneratio.n. aut oĩno non eſt, aut ſolum in his eſt elemẽtis, & ijs, quæ ex his ſunt. hoc autem ipſum primum fortè eſt contemplandũ, vtrum ſit, an nõ ſit. Ij igiť, qui prius philoſopha ti ſunt de veritate, & in ijs, quos nunc nos dici- mus, ſermonib. & inuicem diſcrepantes fuere. Quidã enim ipſorum auferebant oĩnõ gñatio- nem, & corruptionẽ: nihil.n. eorum, quę ſunt, aut generari aiunt, aut corrumpi: ſed ſolum vi- deri nobis, vt Meliſſo, atq; Parmenidi, quos, & ſi alia dicunt bene: non tñ oportet putare natu raliter dicere: eſſe.n. entium quædam ingñabi- lia, & omnino immobilia, magis eſt alterius, at que prioris, q̃ naturalis conſiderationis. Illi ve- rò, quia nihil quidem aliud præter ſenſibilium Tex. 2.

ſub-

ſubſtantiam exiſtimauerunt eſſe, tales aũt quaſdam naturas intellexerunt primi, ſi aliqua cognitio, aut prudẽtia erit, ſic trãſtulerunt ad hęc

Tex. 3. illinc rõnes. ¶ Alij aũt, quaſi de induſtria, cõtrariam his habuerunt opinionem. Sunt. n. quidã, qui aiunt nullam rerum ingenerabilem eſſe; ſed oẽs generari: generatas verò, has quidẽ incorruptibiles permanere, alias autẽ rurſus corrumpi, maxime quidem Heſiodus, deinde & aliorum ij, qui primi de natura diſſeruerũt. Alij autem oĩa alia aiunt generari, & fluere, eſſe verò fixè nihil: vnum autem quoddam ſolum pſiſtere, ex quo hæc omnia trãsfigurari nata ſunt: qđ quidem vident velle dicere, & alij multi, & Heraclitus Epheſius. Sunt autem quidã, qui & oẽ corpus generabile faciunt, componentes ex ſuperficiebus, ac diſſoluentes in ſuperficies.

Summa Tertia, quæ destruitur ſermo, dicens partem dari indiuiſibilem per propoſitiones Naturales, alias a propoſitionibus Mathematicis, de quibus in Phyſico auditu.

Pars prima. Impoſsibilia Mathematicis conſequentia, & naturalibus conſequi, nõ autem econtrario.

Tex. 4. DE alijs igitur alter erit ſermo. his verò, qui hoc modo dicunt, & oĩa corpora cõſtituũt ex ſuperficieb. quæcunq; qdem alia accidit dicere cõtraria ipſis diſciplinis, promptum eſt videre. attñ iuſtum erat, aut non amouere, aut ipſa credibilioribus rõnibus, q̃ ſuppoſitiones ſint,

Tex. 5. amouere. ¶ Deinde manifeſtum eſt, ꝙ eiuſdem eſt rõnis ſolida quidem ex ſuperficieb. cõponi, ſuperficies aũt ex lineis, has aũt ex punctis. ſic aũt his ſeſe habentib. non eſt neceſſe lineę partem lineam eſſe. De his aũt conſideratum eſt

prius

prius in iis, quæ de motu; ſermonibus, ꝙ longitudines non ſunt indiuiſibiles. ¶Quęcunque verò de naturalibus corporibus impoſſibilia accidit dicere faciētibus indiuiſibiles lineas, pauſulum nunc quoque conſideremus: quę.n. impoſſibilia in illis accidunt, & naturalia ſequuntur: quæ verò hæc, in illis non oīa; ppea ꝙ hæc quidē ablatione, Mathematica, Phyſica verò appoſitione dicunt. ¶Multa autem ſunt, quę indiuiſibilibus ineſſe non poſſunt, naturalibus aũt neceſſarium eſt. veluti, ſi quid eſt indiuiſibile: in indiuiſibili.n. diuiſibile eſſe impoſſibile eſt. paſſiones autem oēs diuiſibiles dupliciter ſunt: aut.n. ſm ſpeciem, aut ſm accidens. ſecũdum ſpeciem quidem, veluti coloris album, & nigrum. ſecundùm accidens autē, ſi id, cui ineſt, diuiſibile ſit. quare paſſionum quæcunq; ſimplices ſunt, omnes ſunt diuiſibiles hoc modo. Tex. 6. Tex. 7.

Pars Secunda. Contradicit dicentibus generationem fieri ex ſuperficiebus.

Caput Primum. Impoſſibilia, ita dicentes comitātia, enumerat.

Quapropter impoſſibile ipſum in talibus eſt conſiderandum. Si itaq; impoſſibilium eſt, vtroq; nullā habente grauitatē, ambo habere grauitatē: ſenſibilia aũt corpora, aut oīa, aut aliqua grauitatē habēt, veluti terra, & aqua, vt & ipſi dixerint, ſi punctum nullā hēt grauitatē; manifeſtum eſt, ꝙ neq; lineæ. ſi aũt nō hæ; neq; ſuperficies: quare neq; corporum vllum. ¶At verò, ꝙ Pũctum nō poſſibile ſit grauitatē habere, eſt manifeſtum, graue.n. oē, & grauius, leue verò leuius cōtingit aliquo eſſe. grauius aũt, aut leuius fortè non neceſſe eſt graue, aut leue eſſe. quemadmodum & magnum quidē, eſt maius; Tex. 8. Tex. 9.

maius aũt non oĩno magnum: multa n.ſunt,q̃, cum ſint parua ſimpliciter; maiora quibuſdam alijs ſunt. Si itaq; id, qđ cum graue ſit, grauius eſt, neceſſe eſt grauitate maius eſſe; & graue oẽ diuiſibile vtiq; erit: punctum aũt indiuiſibile

Te. 10. ſupponit eſſe ¶Præterea, ſi graue qdem deſum quid, leue aut rarum qd eſt: denſum aũt hoc à raro differt, ꝙ in æquali mole plura inſunt. Si igit eſt punctum graue, & leue; erit, & denſum, & rarum. ſed denſum qdem eſt diuiſibile, pun-

Te. 11. ctu aũt indiuiſibile. ¶Si vero oẽ graue, aut molle eſſe, aut durum eſt neceſſe; facile eſt ex his impoſſibile aliqđ colligere: nã Molle eſt, qđ in ſeipſum cedit: Durũ vero, qđ nõ cedit: qđ autẽ

Te. 12. cedit, diuiſibile eſt. ¶At vero neq; ex ijs, q̃ grauitatem nõ habent, erit grauitas: in quot.n. accidet hoc, & in qualib. aut quõ determinabũt nõ uolẽtes fingere? Et, ſi oĩs grauitas grauitate maior, grauitate maior eſt; accidet & vnumqđq; impartibilium grauitatẽ habere. Si.n. quatuor puncta grauitatem habent; qđ aũt ex plurib. cõſtat, q̃ hoc eo, ꝙ eſt graue, grauius exiſtit. quod aũt graui grauius eſt, graue ſit, eſt neceſſe, quẽadmodum & albo albius eſt albũ; qđ maius eſt vno puncto, grauius erit, ablato ęquali. quare &

Te. 13. vnum punctum grauitatẽ habebit ¶Præterea, ſi ſupficies ſolũ ſm lineã cõtingit cõponi; abſurdum eſt: queẽadmodũ.n. & linea ad lineã vtroq; modo cõponit, & ſm longitudinẽ, & ſm latitudinẽ; oportet & ſuperficiẽ cũ ſupficie eodẽ modo. linea aũt põt cum linea cõponi ſm lineã ſuperpoſitã, non ſolũ appoſitã. At verò, ſi & ſm latitudinẽ cõtingit cõponi; erit aliqđ corpus, qđ neq; eſt elementum, neq; ex elemẽtis, cõpoſi-

Te. 14. tum ex ſic cõpoſitis ſuperficieb. ¶Pręterea, ſi ſu

perfi-

perficierũ multitudine grauiora ſunt corpora; queadmodũ in Timęo determinatũ eſt manifeſtũ eſt, ꝙ habebit & linea, & punctũ grauitatẽ: ꝓportionabiliter.n. inuicẽ ſe habẽt, queadmodũ & prius diximus. Sin vero nõ hoc differunt modo, ſed ex eo, q̃a terra q̃de grauis eſt, ignis verò leuis; erit & ſuperficieru hęc q̃dẽ leuis, illa verò grauis, & linearũ itaq;, & punctorũ ſimiliter: nã terræ ſupficies erit grauior, q̃ q̃ ignis. Oĩno aũt accidit nullã vnq̃ eſſe magnitudine, aut poſſe tolli; ſi ſimiliter ſe hẽt punctum quidem ad lineam; linea verò ad ſuperficiem, hoc autẽ ad corpus: oĩa.n.ſi in ſeinuicem reſoluant; in prima reſoluent.quare continget vtiq; puncta ſola eſſe, corpus autem nullum. ¶Ad hæc autẽ &, Te. 15.
ſi tp̃s ſimiliter ſeſe habeat; auferet vtiq; aliqñ, aut cõtinget auferri: ipſum.n. Nunc indiuiſibile eſt, veluti punctum lineæ. ¶ Idẽ autẽ accidit Te. 16.
& ijs, qui ex numeris cõponunt Cœlum: quidã .n.naturam ex numeris conſtituunt, quemadmodum & Pythagoreorum q̃dam. ¶Nam natu Te. 17.
ralia corpora vident grauitatem habere, ac leuitatem: vnitates autẽ neq; corpus facere poſſunt compoſitæ, neq; grauitatem habere.

Caput Secundum. Omne corpus in rectum mobile, graue eſſe, aut leue, aeremq; neceſſarium eſſe motibus, & naturali, & violento.

QVòd aũt neceſſarium ſit motũ aliquẽ ſimplicib. corporibus oĩbus natura ineſſe, Te. 18.
ex his eſt manifeſtum. Qm̃.n. moueri vñr, vi moueri ſanè eſt neceſſarium, ſi propriũ non habẽt. uiolentia aũt, & pręter naturam idẽ. At verò, ſi præter naturam eſt aliquis motus; neceſſe eſt eſſe & ſm naturam, præter quem ille eſt. Et, ſi multi præter naturam; vnum, qui ſecũdum naturam:

turam : ſm naturā.n.ſimpliciter, præter natur

Te. 19 verò multos habet unumquodq; .¶ Amplius autem & ex quiete manifeſtum eſt; etenim quieſcere neceſſarium eſt, aut ui, aut ſm naturam. ui autem ibi manet, quo & fert̄ vi: & ſm naturam, quò ſm naturam. Qm̄ igit̄ vr̄ aliquid manere in medio, ſi q́dem ſm naturam; manifeſtū eſt, ꝙ & latio, quę huc fit, ſm naturam ipſi ineſt. Si autem vi, ǭuid ferri prohibet? Si.n. quieſcit, eundem reuoluemus ſermonem : neceſſe.n. eſt aut ſm naturam eſſe primum quieſcens, aut in infinitum abire : qđ quidem eſt impoſſibile. Si verò mouet̄ id, qđ prohibet ferri, queādmodū Empedocles inquit; terram ob virtiginem quieſcere. aliquò ſanè ferret̄, cū in infinitum ſit impoſſibile : nullū.n. fit impoſſibile. infinitum autem tranſire impoſſibile eſt : quare neceſſe eſt, vt ſtet alicubi, qđ fert̄, & ibi non ui maneat, ſed ſm naturam. Si autem eſt ſm naturam quies; eſt & motus ſm naturam, ea, quę ad hunc locū

Te. 20. fit, latio. ¶ Quapp̄ & Leucippo, & Democrito dicentibus ſemper moueri prima corpora in uacuo, & in infinito, dicendum erat quo motu & quis ſm naturam ipſorum motus. Si.n. elementorum aliud ab alio mouet̄ violentia; & ſm naturam neceſſe eſt aliquem vniuſcuiuſq; motū eſſe, præter quē is eſt, qui eſt uiolentus: & oportet primum mouentem non vi mouere, ſed ſm naturam: in infinitum.n. abibit, ſi non erit quippiam ſm naturam mouens primum; ſed ſemp̄

Te. 21. qđ prius vi mouet̄, mouebit. ¶ Hoc autem idem accidere neceſſarium eſt, & ſi, quemadmodum in Timæo ſcriptū eſt, anteq̄ factus eſſet mūdus; mouebant̄ elementa inordinatè : neceſſe.n. eſt aut violentum eſſe motum, aut ſm naturam. Si

autem

autem ſm naturam mouebant;neceſſe eſt mūdum eſſe, ſi quis uelit cum diligentia contemplari:tunc.n.primum mouēs neceſſe eſt mouere, ipſum ſubiens motum ſm naturam: & quæ mouent non uiolentia, in proprijs quieſcentia locis, eum facere, quem nunc habēt ordinem, ea quidem, quæ grauitatem habent, ad mediū: quæ aūt leuitatem, à medio. hanc autem mundus habet diſpoſitionem.¶Præterea tantum inſup percunctabitur aliquis, vtrum poſſibile erat, an non poſſibile, quæ mouent inordinatè, etiam miſceri talibus miſtionibus aliqua, ex quibus conſtant ea, quæ ſm naturam conſtituunt corpora,(dico aūt, veluti oſſa, & carnes) quēadmodū Empledocles inquit fieri in amicitia.dicit.n. Te. 22.

Multa quidem ſine collo capita emerſerunt.

¶His autem, qui infinita in infinito ea, quę mouent, faciunt, ſi unum quidem eſt id, qđ mouet; neceſſe vna latione ferri; quare non inordinatè mouebūt. Si autem infinita ſint ea, quę mouēt; & lationes infinitas eſſe eſt neceſſe. Si.n.finitę ſint; ordo aliquis erit: non.n.ex eo, quia non ferunt in idem, inordinatio accidit: neq; .n.nunc in idem ferunt oīa; ſed quę eiuſdem ſunt generis ſolùm.¶Pręterea inordinatio nihil eſt aliud, q̃ qđ præter naturam: ordo.n.eſt propria ſenſibilium natura. At verò & hoc abſurdum eſt, ac impoſſibile, qđ infinitum eſt inordinatum habere motum: eſt.n.natura illa rerum, q̃ habent plures, & pluri tpe. Accidit igit ipſius contrariū, inordinationem qdem eſſe ſm naturam, ordinem uerò, & mundum præter naturam: quanq̃ nihil, ut contingit, fit eorū, quæ ſm naturā.¶Vt autem hoc ipſum Anaxagoras rectè accepiſſe; ex immobilibus.n.inchoat mūdū facere. Tētāt Te. 23. Te. 24. Te. 25.

autem & alij cōgregantes, aliquo modo rurſus mouere, ac ſegregare. ex diſtantib. autē, & motis non eſt rōnabile facere gñationem. Quapp & Empedocles pter mittit eum, qui eſt in amicitia: neq;.n. potuiſſet conſtituere Cęlum, ex ſeparatis quidem conſtituens, congregationē autem faciens per amicitiam: ex ſegregatis.n. elementis mundus eſt cōſtitutus. quare neceſſa

Te. 26. rium eſt, ut fiat ex uno. & congregato. ¶Quòd igit ſit naturalis quidam motus vniuſcuiuſque corporum, quo non vi mouent, neq; pręter naturam, ex his eſt manifeſtum, Quod autem ſit neceſſarium quædam habere propenſionē grauitatis, & leuitatis, ex his patet: moueri.n. dicimus eſſe neceſſarium. ſi autem id, qđ mouet, nō habebit natura propenſionem; impoſſibile erit moueri aut ad medium, aut à medio. Sit.n. hoc quidem, in quo A, non graue. illud verò in quo B, graui atem habens. ferat autem non graue p lineam C D: ipſum verò B, in æquali tpe per lineam C E: per maius.n. feret id, qđ grauitatem habet. Si itaq; diuidat corpus habens grauitatē, ut linea C E ad lineam C D (pōt.n ſic ſeſe habere ad aliq̄ earum, quæ in ipſo ſunt, partium) ſi totum fert per totam lineam C E; partem neceſſe eſt in eodem tpe per lineam C D ferri. quare per æquale feret non graue, & grauitatem habens: qđ quidem eſt impoſſibile. Eadem autem

Te. 27. eſt ratio & in leuitate. ¶Præterea, ſi erit aliquod corpus, qđ mouet, neq; leuitatem, neq; grauitatem habens; neceſſe eſt vi moueri. qđ autem vi mouet, infinitum facit motum. Cum.n. potētia quædam ſit ea, quę mouet, quod autē minus eſt, ac leuius, ab eadem potentia plus moueat; ſit motum, hoc quidem, in quo A, nō graue per

lineam

lineam C E: illud verò, in quo B, grauitatem habens in æquali tpe per lineam C D. Diuiſo igitũ eo, qđ grauitatẽ habet corpore, vt linea C E ad lineam C D, accidit id, qđ auferẽ à corpore grauitatem habente, per lineam C E ferri in æquali tpe: q̃m totum ferebatũ per lineam C D: nam velocitas minoris ſeſe habebit ad eam, q̃ eſt maioris, vt maius corpus ad minus. Per æquale igitur non graue fereẽ corpus, & grauitatem habens in eodem tpe. hoc autem eſt impoſſibile. Quare, q̃m, oĩ propoſito, per maius mouebiẽ interuallum; ꝙ graue non eſt, per infinitum vtiq; mouebiẽ Manifeſtum eſt igiẽ, ꝙ eſt neceſſe corpus oẽ definitum grauitatem habere, aut leuitatem. ¶Q̃m aũ natura quidem ẽ, qđ in ipſo eſt motus principium, potentia autem qđ in alio eſt, quatenus aliud eſt: & oĩs motus, alius qdẽ ſm naturam, alius aũt violentus; eum quidem, qui eſt ſm naturam, veluti lapidi eum, qui deorſum fit, velociorem faciet id, qđ ſm potentiã: eum autem, qui p̃ter naturam oĩno ipſa. ad ambo autem, tanq̃ inſtrumento, vtiẽ aere: natus eſt.n. hic & leuis eſſe, & grauis. Eam igitur, quæ ſurſum eſt, faciet lationem, quatenus leuis eſt, cum pulſus fuerit, ac ſumpſerit principium ab ipſa potẽtia: eam vero, q̃ deorſum, rurſus, quatenus grauis eſt: veluti. n. imprimens tradit vtriq;. Quapropter & non ſequente eo, quod mouit, fertur quod vi motum eſt: ſi.n.nõ tale aliquod corpus eſſet; non vtique eſſet, qui vi fit, motus. & eum quoque, qui ſecundùm naturam vniuſcuiuſq; eſt, motum promouet eodem modo Quòd igitur omne, aut leue, aut graue ſit, & quomodo præter naturã ſeſe habeant motus, ex his manifeſtum eſt. Te. 28

Summma Quarta. Generationem non omnibus, ſed aliquibus naturalium corporum ineſſe poſſe.

Te. 29. QVòd autem neq; oĩum ſit generatio, neq; ſimpliciter nullius, patet ex dictis: impoſſibile.n.eſt uniuerſi corporis eſſe generationem; ſi non & uacuum eſſe aliqđ ſeparatum poſſibile ſit: in quo.n. erit loco, qđ genera͞t, qñ factum eſt, in hoc prius vacuum eſſe eſt neceſſarium, corpore nullo exiſtẽte: aliud.n.ex alio corpus fieri eſt poſſibile, ut ex aere ignem, oĩno autem ex nulla alia præexiſtente magnitudine eſt impoſſibile: maximè. n.ex corpore, potentia exiſtente, & actu fiet corpus. ſed, ſi id qđ potentia eſt corpus, nullum eſt aliud corpus actu prius: vacuum ſeparatum erit.

Summa Quinta. Scrutatur cauſa Generationis in compoſitis, & ſunt ipſa clementa.

Quæſitum primum. Compoſitorum corporũ eſſe principia, atque elementa.

Te. 30. REliquum autem eſt dicere & quorum ẽ corporum generatio, & pp quid eſt. Qm̃ igitr in oĩbus cognitio eſt per prima: prima autem eorum, q̃ ſunt, elementa ſunt; cõſiderandum eſt, quęnam ſint talium corporum elementa, & pp

Te. 31. qd ſint, deinde poſthęc, & quot, & qualia. ¶Hoc autem erit manifeſtum, ſupponentibus quęnã ſit elementi natura. Sit itaq; Elementum, illud corporum, in qđ alia corpora diuidunt, qđ ineſt potentia, aut actu: hoc .n.utro modo, adhuc ambiguum eſt. ipſum autem eſt indiuiſibile in diuerſa ſpecie: tale quid.n.elementum oẽs & in

Te. 32. oĩbus volunt dicere. ¶Si itaq; qđ dictũ ẽ, elemẽtum ſit; neceſſe eſt eſſe aliqua talia corporũ: in carne.n.& ligno, & vnoquoq; taliũ ineſt poten-

Te. 33. tia ignis, ac terra. ¶Manifeſta autẽ ſunt hæc, ex

illis

illis ſegregata. in igne autē caro, aut lignum nō ineſt neq; ſm potentiam, neq; ſm actum: ſegregaret. n. vtiq;. Similiter autem neq;, ſi vnum aliqđ ſolum ſit tale, impoſſibile eſt: neq; . n. ſi erit caro, aut os, aut cæterorum quodcunq;, ſtatim dicendum eſt ineſſe potentia: ſed prius eſt conſiderandum, quiſnam ſit generationis modus.

¶ Anaxagoras autem contrario, q̃ Empedocles, modo dicit de elementis: hic. n. ignem, & terrã, & ea, quæ eiuſdem cum his ſunt ſeriei, elementa inquit eſſe corporum, & componi oĩa ex his. Anaxagoras vero contrarium: ea n. quæ ſunt ſimilaria, elementa. dico autem, ueluti ligna, carnem, os, & vnumquodq; talium, aerem autē, & ignē miſturam, horum, & aliorum ſeminum oĩum. eſſe. n. vtrunq; ipſorum ex indiuiſibilib. ſimilarib. oĩbus congregatis: qu pp & fieri oĩa ex his: ignem. n. & ætherem appellat idē. Te. 34.

¶ Qm̃ autem oĩs naturalis corporis eſt motus ꝓprius, motuum aũt alij qdem ſimplices ſunt, alij autē miſti, & miſti qdem miſtorum, ſimplices autē ſimplicium ſunt; manifeſtum eſt, ꝙ erunt quædam corpora ſimplicia: ſunt. n. & motus ſimplices. Te. 35.

¶ Quare patet & ꝙ ſint elementa, & pp quid ſint. Vtrum autem finita ſint, an infinita: & ſi finita, quot numero, cõſequens erit conſiderare. Te. 36.

Quæſitum Secundum. Principia, & Elementa finita eſſe.

Primùm igitur, ꝙ non ſint infinita, quemadmodum putant quidam, eſt contēplandum. Et primum eos in medium afferamus, q oĩa, q̃ ſimilaria ſunt, elementa faciunt, quemadmodum Anaxagoras: nullus. n. eorum, qui ſic cenſent, rectè accipit elementum. Videmus. n. multa ēt miſtorum corporum in ſimilaria diuidi. di- Te. 37.

eo autem, vt carnem, & os, & lignum, & lapidẽ: quare ſi compoſitorum non eſt elementum; nõ oẽ, qđ ſimilare eſt, erit elementum, ſed indiuiſibile in diuerſa ſpecie, quemadmodum dictum eſt prius. Præterea, neq; ſic ſumentes elemẽtũ, neceſſe eſt facere infinita: oĩa.n. hæc reddent, ẽt finitis exiſtẽtib. ſi quis ſumat. idem.n. faciet, & ſi duo, aut tria ſolum ſint talia, quemadmodum conatur & Empedocles. Qm̃.n.& vt ipſis accidit nõ oĩa facere ex ſimilaribus (faciẽ.n. nõ ex faciebus, neq; aliud quicq̃ eorum, quæ ſm naturam figurata ſunt) manifeſtum eſt, ꝙ logè melius eſt finita facere principia: & hæc, q̃ minima, ſi eadem quidem oĩa demonſtranda ſint, quemadmodum cenſent & qui in Mathematicis verſantur: ſemper.n. finita ſumunt principia, aut ſpecie, aut quantitate. Præterea, ſi corpus à corpore alterum dr̃ ſm proprias differentias, corporum autem differentiæ ſunt finitæ (differunt.n. ipſis ſenſibilibus, hæc autem finita ſunt, oportet autem hoc oſtendi) manifeſtum eſt, ꝙ neceſſe eſt & elementa finita eſſe. At verò neq; vt alij quidam dicunt, vt & Leucippus, & Democritus Abderites, rõnabilia ſunt, quæ accidunt. primas.n. magnitudines, multitudine quidem infinitas, magnitudine aũt indiuiſibiles eſſe dicunt: & neq; ex vna multa fieri, neque ex multis vnum; ſed harum complexione, ac amplexu oĩa generari. Nam quodam modo & iſti oĩa entia faciunt numeros, & ex numeris: etſi .n. non manifeſtè declarant; hoc tñ volunt dicere. Ad hæc etiam, qm̃ differunt corpora figuris, infinitæ autem ſunt figuræ; infinita & ipſa ſimplicia corpora aiunt eſſe. qualis autem, & quęnam ſit elementorum cuiuſq; figura, nihil inſu

pec

per determinauerunt;ſed ſolùm igni ſphærã aſ ſignauerunt;aerem aũt,& aquã, & alia magnitudine,& paruitate diuiſerunt: q̃a ſit ipſorum natura,veluti ſemen elementorum oĩum. ¶Primum igit̃ idem eſt & his error,nõ finita ſumere principia;cũ cuncta eadẽ dicere liceret. Pręterea,ſi non ſint infinitæ elementorum differẽtiæ; patet,ꝙ nõ erunt elementa infinita. Ad hęc aut necesſe eſt.vt ij repugnent Mathematicis ſciẽtijs, q̃ induiſibilia corpora dicũt,& multa ꝓbabiliũ, & apparentium ſm ſenſum perimant,de quib. dictum eſt prius in ijs,quæ de Tpe,ac Motu diximus. ¶Simul aũt & cõtraria dicere ipſos ſibiipſis neceſſe eſt: impoſſibile.n eſt, ſi indiuiſibilia ſint elementa;magnitudine,paruitateq; differre aerẽ,& aquã,& terrã: nõ.n eſt poſſibile ex ſeinuicẽ fieri:deficient.n.ſemper maxima corpora;ſi ſegregent̃ eiusmodi aũt ſic fieri aquã,& aerem, & terrã ex ſeinuicem. ¶Præterea neq; ſm horum opinionem videbunt̃ infinita fieri ipſa elementa;ſi corpora q̃dem differunt figuris, figuræ aũt oẽs componunt̃ ex pyramidibus, recti linea q̃dem ex rectilineis, Sphæra vero ex octo partibus: neceſſe.n.eſt aliqua eſſe principia figurarum.quare,ſiue unum,ſiue duo, ſiue plura ſint,& ſimplicia corpora tot erũt multitudine. ¶Præterea, ſi vnicuiq; quidem elementorum eſt aliquis ꝓprius motus,& qui ſimplicis eſt corporis, ſimplex eſt: non ſunt autem ſimplices motus infiniti;quia neq; ſimplices lationes plures ſunt duab. neq; loca infinita ſunt: neq; vtique ſic erunt infinita ipſa elementa.

Te. 38. Te. 39. Te. 40. Te. 41.

Quæſtio tertia. Elementa uno plura eſſe declarat.

QVoniam autem neceſſe eſt finita eſſe, reſtat conſiderare, vtrum plura erunt, an vnum. Te. 42.

vnum. Quidā n. vnum ſolum ſupponunt. & horum hi quidem aquam, illi verò aerem, alij aūt ignem, nonnulli aqua q̄dem ſubtilius, aere veꝛo denſius. quod, cùm ſit infinitum; oēs cœlos continere aiunt. Quicunq; igiẽ vnum hoc faciunt, aerem, aut aquam, aut aqua quidē ſubtilius. aere aūt denſius, deinde ex hoc raritate, & denſitate alia generant: latet eos ſeipſos aliud qppiam prius elemēto facere: eſt. n. ex elementis gñatio, compoſitio, vt aiunt, q̄ autem eſt in ipſa elementa, reſolutio. quare neceſſe eſt id prius eſſe natura, q̄d eſt ſubtilium magis partium. Q̄m igiẽ aiunt oīum corporum ignē ſubtiliſſimum eſſe; primùm vtiq; erit natura ignis. refert autem nihil: neceſſe. n. eſt, vnum aliquod aliorum eſſe primum, & nō medium. ¶ Præterea

Te. 43. raritate quidem, ac denſitate alia gñare nihil refert, an ſubtilitate, & groſſitie: ſubtile. n. rarum: craſſum verò volunt eſſe denſum. rurſus verò ſubtilitate, & craſſitie idem eſt, q̄d & magnitudine, & paruitate. Subtile. n. eſt, quod paruarum eſt partium: Craſſum verò, q̄d magnarū partium. q̄d. n. extenſum eſt ad multum, ſubtile eſt. tale autem eſt, q̄d ex paruis partib. conſtat. quare ipſis accidit magnitudine, & paruitate diuidere aliorum ſubſtantiam. Sic autem determinantib. oīa accidet dicere ad aliquid, & nō erit ſimpliciter hoc quidem ignis, hoc verò aqua, hoc aūt aer; ſed idem ad hoc quidē ignis, ad aliud verò quippiā aer. Quod q̄dem & ijs accidit, q plura quidem ipſa elementa dicunt, magnitudine verò, ac paruitate differre aiunt: nā, cum quantitate determinatum ſit vnumquodque; erit aliqua rō magnitudinum ad ſeinuicē. Quare eorum, q̄ hanc habent rōnem ad ſeinui-

cem;

cem; neceſſe eſt hoc quidē aerem eſſe, hoc verò ignem, hoc autem terram, hoc antem aquam; ppea ꝙ maioribus rationes minorum inſunt. ¶ Quicunq; autem ignem ſupponunt elementum ipſum, hoc quidem effugiunt, alia verò ipſi, irra ionabilia accidere eſt neceſſarium. Quidam n. ipſorum figuram coaptant igni, vt ij, qui pyramidem faciunt Et horum alij quidem ſimplicius dicunt, ꝙ figurarum quidem maximè in ciſiua eſt, corporum autem ignis. ¶ Alij verò pſuaſibilius dicunt, ꝙ corpora quidem oīa componunt ex eo, ꝙ eſt ſubtilium maximè partiū, figurę verò ſolidæ ex pyramidibus . quare, qm̄ corporum quidem ignis ſubtiliſſimum eſt, figurarum verò pyramis; maximè paruarnm eſt partium., ac prima. prima autem figura primi corporis eſt, pyramis vtiq; erit ipſe ignis. ¶ Alij autem de figura nihil enunciant, ſubtiliſſimarum autem partium ſolum elementum faciunt: deinde ex hoc compoſito aiunt fieri alia, quemadmodum ſi ex conflata auri arena . Vtriuſq; autem eadem accidunt difficilia. Si. n. indiuiſibile primum corpus faciunt, rurſus venient prius dictæ rationes ad eandē hanc ſuppoſitionē. ¶ Prę terea non contingit hoc dicere naturaliter volentibus cōſiderare. Si. n. omne corpus corpori cōparabile ſit ſm quantitatem , habent autē ſic ꝓportionaliter magnitudines, & ſimilium partium ad ſeinuicem, & elemētorum, velut oēs aquæ ad omnem aerem, & elementi ad elementum, ſimiliter autem & in alijs : aer autem maior eſt aqua, & omnino id , qd' eſt ſubtiliorum partium, eo, ꝙ eſt craſſiorum; manifeſtum eſt, ꝙ & elementum aquę minus erit, q̄ aeris. Si igitur minor magnitudo ineſt maiori; diuiſibile vtiq; erit

Te. 44. Te. 45. Te. 46. Te. 47.

erit aeris elementum, ſimiliter autem & ipſius
Te. 48. ignis, & oīno ſubtiliorū. ¶Si verò diuiſibile ſit;
ijs quidem, q̄ figurant ignem, accidit ignis partem non eſſe ignem: propterea ꝙ non componitur pyramis ex pyramidibus. Præterea non omne corpus eſſe aut elementum, aut ex elementis: pars.n.ignis, neq; ignis eſt, neq; alterum
Te. 49. elementum ullum. ¶Ijs vero, qui magnitudine determinant prius aliquid elemēto elemētum eſſe, & hoc in infinitum abire, ſi omne corpus diuiſibile ſit; & qđ minimarum eſt partium ele
Te. 50. mentum. ¶Præterea & his ēt accidit dicere, ꝙ idem ad hoc q̄dem ignis eſt, ad aliud vero aer,
Te. 51. & rurſus terra, & aqua. ¶Commune autem ijs oībus peccatum eſt, qui unum elementum ſupponunt, unum ſolum motum facere naturalē, & oīum eundē: videmus.n. omne naturale corpus motus habere principium. Si igiť oīa corpora vnum quid ſunt; oīum vtiq; erit vnus motus. & hæc eo magis neceſſarium eſt, quāto q̄dem maiora fiunt, moueri, quemadmodum & ignis, quāto quidem vtiq; maior ſit, ferť uelocius ſurſum ſua ipſius latione. accidit autem multa deorſum ferri uelocius. Quare, & ꝑꝑ hæc, & præterea q̄m determinatum ē prius, ꝙ plures ſunt naturales motus; manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt unum eſſe elementum.

Summa Sexta. Generationem in ſimplicibus eſſe corporibus, elementis ſcilicet, & hoc ſecundùm partes, ſecundū totum autem minimè.

Te. 52. Cum autē neq; infinita ſint, neq; vnum; neceſſe eſt plura eſſe, atq; finita. Conſiderandum autem eſt primùm, vtrum ſempiterna ſint, an generata corrūpanť: hoc.n. oſtenſo, manifeſtum erit, & quot, & qualia ſint. Sempiterna igitur

tur eſſe eſt impoſſibile: videmus.n.& ignem, & aquam, & unumquodq; ſimplicium corporum diſſolui. Neceſſe eſt autem aut infinitam eſſe, aut ſtare diſſolutionem. Si igit̃ infinita ſit; erit & tp̃s diſſolutionis infinitum, & rurſus compoſitionis: vnaquæq; n partium in alio tp̃e diſſol uit̃, & componit̃. quare accidet extra infinitum tp̃s aliud eſſe infinitum; cum tp̃s compoſitionis infinitum ſit, & inſuper prius hoc, q̃d diſſolutionis ita, vt extra infinitum fiat infinitum. q̃d qui dem eſt impoſſibile. Si autem ſtabit alicubi diſſolutio; aut indiuiſibile erit corpus, in quo ſtat̃: aut diuiſibile quidem, non t̃n vnquã diuidetur, quemadmodum v̾r Empedocles velle dicere. Indiuiſibile igit̃ non erit pp prius dictas rationes. Verùm neq; diuiſibile quidem erit, nunq̃ autem diſſoluendum: minus.n.corpus facilius corruptibile eſt maiore. Si igit̃ & maius corrum pit̃ ſm hanc corruptionem, vt diſſoluat̃ in minora; adhuc q̃d minus eſt, hoc pati magis eſt rationabile. Duabus autem modis videmus corrumpi ignem: nam & à contrario corrumpitur extinctus, & ipſe à ſeipſo marceſcens hoc aũt patit̃ minor à maiore, & velocius, quanto vtiq; fuerit minor. quare neceſſe eſt corruptibilia, & generabilia eſſe elementa corporum.

Sũma Septima. Elementorũ generationẽ nec ex nõ corpore, nec ex alio corpore, ſed ex alterutris eſſe docẽt.

QVoniã aũt gñabilia ſunt; aut ex nõ corpore, Te. 53.
aut ex corpore erit gñatio. &, ſi ex corpore; aut ex alio, aut ex ſeinuicẽ. ¶ Qui igitur Te. 54.
ex incorporeo generat ſermo; facit vacuũ. Omne.n.quod fit, in aliquo fit, & aut incorporeum erit id, in quo ẽ generatio, aut habebit corpus. Et, ſi habebit corpus, duo ſimul erunt corpora

in eodem, id, quod fit, & id, qđ præexiſtit. Si autem incorporeum; neceſſe eſt vacuum eſſe ſeparatum. hoc autem, ꝙ impoſſibile ſit, oſtẽſum
Tc. 55. eſt & prius. ¶ At verò neq; ex corpore aliquo cõtingit fieri elemẽta: accidet. n. aliud corpus elementis prius eſſe. hoc autem, ſi grauitatem habebit, aut leuitatem; elemẽtorum erit aliquod. nullam autẽ cum habeat propenſionem; immobile erit, & mathematicum. tale autẽ cum ſit: nõ erit in loco: in quo. n. quieſcit, in hoc & moueri põt. &, ſi vi; ꝑter naturam: ſi autem non vi; ſm naturam. Si igitur erit in loco, & alicubi; erit aliquod elementorum. Si autem nõ erit in loco; nihil ex ipſo erit: quod. n. fit, & ex quo fit, neceſſe eſt ſimul eſſe. Qm̃ autem neq; ex incorporeo fieri eſt poſſibile, neq; ex alio corpore; ex ſeinuicem fieri relinquitur.

Summa Octaua. Antiquorum Sermones de mutua Elementorum generatione refellit.

Caput Primum. Contradicit dicentibus generationem Elementorum eſſe per modum ſegregationis, & exitus.

Tc. 56. RVrſus igitur eſt conſiderandum quiſnã generationis ex ſeinuicem modus ſit: vtrum, vt Empedocles dicit, & Democritus; an vt ij, q in ſuperficies reſoluunt, an alius ꝑter hos aliqs modus ẽ. Empedocles igit̃, & Democritus ignorant ipſi ſeipſos non gñationem ex ſeinuicem facere; ſed apparentem gñationem: nam vnumquodq;, qđ ineſt, ſegregari inquiunt, tanq̃ ex vaſe ſit gñatio, ſed non ex quadam materia, ne-
Tc. 57. que gñari, mutato aliquo. ¶ Deinde, & ſi ſic; non minus ſunt abſurda, quæ accidunt: eadem. n. magnitudo non vr̃ per conſtrictionem fieri grauior. Neceſſe autem eſt hoc, dicant, q aiunt aquam,

aquā, quæ ineſt, ſegregari ex aere: cùm.n.aqua ex aere facta eſt; grauior eſt. ¶Præterea mixto- Te. 58.
rum corporum alterum ſeparatum non neceſſe eſt maiorem locum obtinere: cum autem ex aqua aer fit; maiorē occupat locum: qđ.n.ſubtiliorum eſt partium, in maiori loco fit. Manifeſtum eſt autem hoc quidem & in ipſa tranſitione: euaporante.n.humido, ac intumeſcente, rumpunt vaſa, quæ moles continent, pp loci anguſtiam. Quare, ſi oīno nō eſt vacuum, neq; extendunt corpora, quemadmodum aiunt hoc dicentes; manifeſtum eſt, ꝙ eſt impoſſibile. Si autem eſt vacuum, & extenſio; irrationabile eſt ex neceſſitate ſemper ampliorē locum id occupare, quod ſeparat. ¶ At neceſſe eſt & deficere Te. 59.
eam, q̄ ex ſeinuicē eſt, gñationem; ſi in magnitudine finita non inſunt infinita finita. Cum.n. ex terra aqua fit; ablatum eſt aliquid ipſius terræ, ſi quidem ſegregatio generatio: & rurſus, cum ex derelicta; ſimiliter. Si igit̄ ſemper hoc erit; accidet in finito infinita ineſſe. quoniā autem hoc impoſſibile eſt; non vtiq; ſemper fient ex ſeinuicem. Quòd igitur non erit ſegregatione in ſeinuicem tranſitio, dictum eſt.

Caput Secundum. Inuehitur contra ponentes elementorum compoſitionem eſſe ex triangulis, in eoſq; hæc ipſa reſolui.

RElinquitur autem in ſeinuicem trāſmutata Te. 60.
fieri. Hoc autem dupliciter: aut.n.transfiguratione, quemadmodum eadē cera fiet ſphæra, & cubus: aut diſſolutione in ſuperficies, queadmodū quidā aiunt. Si igit̄ trāsfiguratione fiunt; accidit ex neceſſitate indiuiſibilia dicere corpora: diuiſibilibus.n.exiſtentibus, non erit ignis

pars ignis neq; terræ terra; ppea q neq; pyramidis pars oĩno pyramis eſt, neq; cubi cubus.
Te. 61. ¶Si autem ſuperficiei diſſolutione; primũ quidem abſurdum eſt non oĩa generare ex ſeſe in uicem. qđ quidem ipſos dicere eſt neceſſe, atq; dicunt. Neq;.n. rõnabile eſt unũ ſolum expers fieri tranſitionis, neq; vr ſm ſenſum; ſed ſimiliter oĩa trãſmutari in ſeſe inuicem. Accidit autem eos de apparentib. dicentes, non conſentanea dicere ijs, quæ apparent. Huius autem cauſa eſt nõ bene ſumere prima principia: ſed oĩa velle ad quaſdam determinatas opiniones reducere: oportet.n. fortaſſis ſenſibilium quidem ſenſibilia, ſempiternorũ verò ſempiterna, corruptibilium autem corruptibilia eſſe principia, atque oĩno eiuſdem generis cum ijs, quę ſubijciuntur. Hi verò pp horum amorem idem facere vñr, qđ ij, qui poſitiones in ſermonib. ſeruãt: oẽ.n. ſuſtinent, qđ accidit, tanq̃ vera habentes principia, pinde quaſi nulla iudicare oporteat ex ijs, q̃ eueniunt, & maximè ex fine. Finis autem Effectiuæ quidem ſcientiæ eſt opus ipſum: Naturalis verò id, qđ ſemp propriè ſm ſenſum
Te. 62. apparet. ¶Accidit autem ipſis terram maximè elemẽtum eſſe, & ſolam incorruptibilem; ſi id, qđ indiſſolubile eſt; & incorruptibile ſit, & elementum: terra.n. ſola indiſſolubilis eſt in aliud
Te. 63. corpus. ¶At verò neque in ijs, quæ diſſoluuntur, triangulorum iuxta eleuatio rationabilis eſt. accidit autem & hoc in ea, quæ in ſeſe inuicem fit, tranſitione; propterea quòd ex inæqua-
Te. 64. libus multitudine conſtant triangulis. ¶ Præterea neceſſe eſt ijs, qui hæc dicunt, non è corpore facere generationem: cum enim ex ſuperficiebus factum fuerit; nõ è corpore erit factũ.

Caput

Caput Tertium. Vniuerſaliter refellit dicentes eſſentiales differentias, quibus diuerſificantur elementa, eſſe figuras.

AD hæc neceſſe eſt non omne corpus eſſe diuiſibile dicere; ſed repugnare certiſſimis ſcientijs: nam Mathematicæ ipſum quidem intelligere accipiunt diuiſibile. Hi verò neq; ſenſibile oē concedunt; ppea φ conſeruare ſuppoſitionem ipſam volunt. Neceſſe.n.eſt eos, qui figuram faciunt vniuſcuiuſq; elementorum, & hac determinant ſubſtantias ipſorum, indiuiſibilia facere ipſa: pyramide.n.aut ſphæra diuiſa aliquo pacto, qđ relinquit, ſphæra, aut pyramis non erit. quare aut pars ignis, ignis non eſt, ſed erit quid prius elemento; ppea φ oē aut elemẽtum eſt, aut ex elementis, aut non oē corpus diuiſibile eſt. ¶Oīno autem tentare ſimplicia corpora figurare, irrationabile eſt. Primò quidem, quia accidet non repleri toto: nā in planis tres figuræ vñr implere locū, Triangulus, & Quadratum, & Sexāgulus. in ſolidis verò duæ ſolum, Pyramis, & Cubus. Neceſſe autem eſt plures his ſumere; ppea φ plura faciūt elemēta. ¶ Deinde oīa qdem ſimplicia corpora figuram accipere à continente loco vñr, maxime autem aqua, & aer. Permanere igit elementi figuram eſt impoſſibile: non.n.totum tangeret omni ex parte id, qđ continet. At verò ſi trāsformet; non amplius erit aqua, ſi figura differebat. Quare manifeſtum eſt, φ nō ſunt determinatæ figuræ ipſorum. Sed vr̄ natura hoc ipſum declarare nobis, qđ & ſm rationem eſt: quemadmodum.n. & in alijs ſine ſpecie, & forma oportet ſubiectū ipſum eſſe (maximè enim ſic poterit formari, quemadmodum in Timæo ſcriptū eſt, id, quod

Te. 65.

Te. 66.

Te. 67.

omnia ſuſcipit)ſic & elementa oportet putare, vt materiam eſſe compoſitis.quapropter & poſſunt transmutari in ſeinuicem, ſeparatis ijs,
Te. 68. quę ſecundùm paſſiones, differentijs. ¶ Ad hæc autem,quo pacto contingit fieri carnem, & os, aut quodcunq; compoſitorum corporum?neq; .n.ex ipſis elementis poſſibile eſt : propterea ꝙ non fit continuum ex compoſitione, neque ex ſuperficiebus compoſitis:elementa enim generantur compoſitione,& non ea,quæ ex elementis conſtant. Quare, ſi quis exactè loqui uoluerit,& non in tranſitu rationes ſuſcipere elemēti; ipſas videbit gñationem auferre ex entibus.
Te. 69. ¶ At verò & ad paſſiones, & virtutes, & motus figurę nō ſunt congruę corporibus, ad quę maximè reſpicientes ſic diſtribuerunt. veluti quoniam ignis facilè mobilis eſt, & calefactiuus,& exuſtiuus; alij quidem fecerunt ipſum ſphærā, alij autem pyramidem.hæc enim facillimè quidem mouentur; propterea ꝙ minima tangunt, minimèq; ſtabilia ſunt. maximè verò calefactiua ſunt, & maximè exuſtiua; quia illa quidem tota eſt angulus, hæc autem acutiſſimi anguli. exurūt autem, & calefaciunt,vt aiunt,angulis.
Te. 70. ¶ Primum igitur circa motum vtriq; peccauerunt: nam etſi ſunt figurarum hæ facillimè mobiles : non tū ipſius ignis motu facilè mobiles ſunt: motus enim ignis ſurſum fit, & ſecūdùm rectam, hæ autē facilè mobiles circulo ſunt eo
Te. 71. motu, qui volūtatio appellatur.¶Deindè, ſi eſt terra cubus,propterea quòd ſtabilis eſt, ac manet, manet autem non vbiuis, ſed in ſuo ipſius loco,ex alieno verò fert̨ non prohibita, & ignis etiam,& alia ſimiliter ; patet, quòd & ignis, & vnumquodq; elementorum in alieno quidem

loco

loco ſphęra eſt, aut pyramis, in proprio verò cu bus. ¶Amplius autem ſi calefacit, & vrit ignis Te. 72. ꝑ angulos; oĩa elementa erunt calefactiua, ma gis autem forſitan alterum altero: omnia enim habent angulos, veluti id, quod octo ſedium, & id, quod duodecim ſedium. Democriti autem etiam ſphæra, tanq̃ angulus quidam exiſtens, vrit. quare different ipſo magis, & minus. hoc aũtem, ꝙ ſit falſum, manifeſtum eſt. Simul aũt accidet & mathematica corpora vrere, & cale-facere (habent enim & illa angulos, & inſunt in ipſis indiuiſibilia, & ſphæræ, & pyramides) præſertim ſi ſint indiuiſibiles magnitudines, ſi-cuti dicunt. Nam, ſi hæc quidem vrunt, illa verò non; dicenda eſt differentia. ſed non ſimpliciter ſic dicendum eſt, vti dicunt. ¶Præterea, ſi id, qđ Te. 73. vritur, ignitur, ignis autem ſphæra eſt, aut py-ramis; neceſſe eſt id, quod vritur, fieri ſphæras, aut pyramidas. Incidere igitur, & diuidere ſic ſit ſm rationem accidens figurę ex neceſſitate autem pyramidem facere pyramidas, aut ſphę ram ſphęras, penitus eſt irrationabile, & ſimile eſt, atq; ſi quis cenſeat gladium in gladios diui-di, aut ſerram in ſerras. ¶Pręterea ridiculum eſt Te. 74. ad diuidendum ſolùm aſſignare figurã igni: vr̃ enim magis congregare, & cõterminare, quàm ſegregare: ſegregat enim ea, quę non ſunt eiuſ-dem generis, congregat aũt ea, quæ ſunt eiuſ-dem generis. Et congregatio quidem per ſe eſt: conterminare enim, & vnire ipſius ignis eſt. ſe-gregatio autem per accidens: congregans enim id, quod eiuſdem eſt generis, ſeparat alienum. Quare, aut ad ambo oportebat aſſignare, aut magis ad congregandum. ¶Adhæc autem, Te. 75. quoniam calidum, & frigidum contraria ſunt

 potentiam;

potentiam; aſſignare frigido figuram aliqua m: eſt impoſſibile; quia oportet quidem contrariũ id eſſe, quod aſſignatur. nihil autem eſt contrarium figuræ. quapropter & omnes omittunt. & tamen decebat omnia determinare figuris, aut

Te. 76. nihil. ¶ Quidam autem de potentia ipſius tentantes dicere, cõtraria dicũt ipſi ſibijpſis. Aiunt enim frigidum id eſſe, quod magnarum eſt partium; propterea quòd conſtringit, & non tranſit ꝑ meatus. manifeſtum eſt igitur & quòd calidum erit tranſiens: tale autẽ id eſt, quod ſubtilium eſt partium. quare accidit paruitate, & magnitudine differre calidum & frigidum; ſed non figuris. Præterea, ſi inæquales ſunt pyramides; magnę non ignis erunt, neque erit figura cauſa vrendi, ſed contrarium. Quòd igiť non figuris differant elementa, manifeſtum eſt ex

Te. 77. dictis. ¶ Quoniam autem proprijſſimæ differẽtię corporum ſunt quę ſecũdùm paſſiones, & opera, & potentias ſumuntur (vniuſcuiuſque enim eorum, quæ natura conſtant, & opera, & paſſiones, & potentias eſſe dicimus) erit dę his dicendum; vt, cùm conſiderauerimus hæc, vniuſcuiuſque ad vnum quodque differentias ſumamus.

ARISTOTELIS DE COELO,

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

Prima de Antiquorum Sermone circa Graue & leue inquirit.

Secunda cauſam docet, qua quædam ex ſimplicibus leuia ſint, & quædam grauia.

Tertia oſtendit quid graue ſit, & quid leue; & quæ ſint corpora, quibus hæc inſunt; quotq́; numero, & accidentium eorum cauſas enunciat.

Summa Prima, Caput Primum. Huius libri propoſitum declarat.

DE Graui autem, & Leui quid vtrunq; eſt, & quęnā eſt natura ipſorum, conſiderandū eſt, & pp quam cauſam has potentias habent: eſt.n.de ipſis contemplatio ſermonib. de motu propria. ¶ Graue.n.& leue, qa moueri aliquo modo naturaliter pōt, dicimus: Actionibus aūt ipſorum nomina poſita nō ſūt, niſi qs putet propenſionē ipſam eſſe tale. Quia verò naturalis eſt tractatio de motu, hęc autem Tex. 1. Tex. 2.

habent in ſeipſis veluti ſuſcitamenta quędā motus; oēs quidem vtunt̄ potentiis ipſorum; nō tñ determinauerunt, p̄ter paucos. Viſis igitur primum ijs, quæ ab alijs dicta ſunt, & diſquiſitis ijs, quæcunque ad conſiderationem hanc diuidere neceſſarium ſit, ſic & quod videtur nobis, dicamus de ipſis.

Caput Secundum. De Graui, & Leui, quotupliciter eorum vnumquodq; dicatur, & Antiquos de horum tantum altero ſermonem feciſſe.

Tex. 3. Dicitur itaq; hoc qdem ſimpliciter Graue, & Leue, illud verò ad alterum. eorū.n.quæ grauitatem habēt, dicimus aliud quidē eſſe leuius, aliud verò grauius, vt ligno æs. De ijs igit, quæ ſimpliciter dicunt̄, nihil dictum eſt à prioribus, ſed de ijs, q̄ ad alterum: non.n.dicunt qd eſt ipſum graue, & quid ipſum leue; ſed quid ipſum grauius, & quid ipſum leuius in habentib.

Tex. 4. grauitatem. ¶ Magis aūt erit manifeſtum qđ dicimus ſic Nā hæc quidē ſemper nata ſunt à medio ferri, illa verò ſemper ad mediū horum aūt id quidē, qđ à medio fert̄, ſurſum dicimus ferri; deorſum verò id, ꝙ ad medium. Abſurdum .n. eſt non arbitrari in cęlo aliquid eſſe, qđ quidem ſurſum ſit, aliud aūt deorſum, quēadmodum quidā cenſent: non.n. eſſe aliud quidē ſurſum, aliud verò deorſum dicunt; ſi oī ex parte ſimile eſt, & vndiq; oppoſitis pedib. ambulabit vnuſquiſq; ipſe ſibi. Nos aūt ipſum vniuerſi extremum ſurſum dicimus, qđ & ſm poſitionem eſt ſurſum, & natura primum. ¶ Qm̄ aūtē aliqd

Tex. 5. ipſius cœli extremum eſt, & medium; patet, ꝙ erit & ſurſum, & deorſum, quemadmodum & multi aiunt, verum nón ſufficienter. Huius aūt

cauſa

cauſa eſt, quia putant non eſſe ſimile vndiq; cœlum; ſed vnum eſſe ſolum, quod ſupra nos eſt, hemiſphærium. quū exiſtimãtes & circulariter eſſe tale, & medium ſimiliter ſeſe habere ad vniuerſum; hoc quidem ſurſum dicẽt eſſe, medium autem deorſum. ¶ Simpliciter igitur Leue dicimus, qđ ſurſum ferẽ, & ad extremum. Graue autẽ, qđ ſimpliciter deorſum, & ad medium. Ad aliud autem leue, & leuius, quod duob. habentib. grauitatem, atq; molem æqualem, deorſum altero alterum natura velocius fertur ¶ Eorum itaq;, qui prius ad eam, quæ de his eſt, cõſiderationem venerunt, plurimi ferè de hoc modo grauibus, & leuib. dixerunt ſolis, quorũ ambobus habentibus grauitatem, alterum eſt leuius. ſic autem, cùm pertractauerint, putant determinatum eſſe, & de ſimpliciter leui; & graui. ratio autem ipſis non congruit. Tex. 6. Tex. 7.

Caput Tertium. Antiquorum, veterum ſcilicet & iuniorum d. Graui, & Leui ſententias commemorat, & eorundem fallacias.

MAnifeſtum aũt erit hoc magis ijs, qui vlterius ꝓceſſerint. Dicũt.n. grauius, & leuius nõnulli quidem, quemadmodum in Timæo exiſtit ſcriptum. Grauius quidem, quod ex plurib. eiſdem conſtat: Leuius autem, quod ex paucioribus, quemadmodum plumbo plumbum maius grauius eſt, & æs ære: ſimiliter autem & aliorum eiuſdem ſpeciei vnumquodque: nam in exceſſu æqualium partium grauius vnumquodque exiſtit. eodem autem modo, & ligno plumbum aiunt: ex quibuſdam enim eiſdem eſſe omnia corpora, & vna materia. ſed non videri. Sic autem determinatis, non Tex. 8.

Tex. 9. eſt dictum de ſimpliciter leui, & graui. ¶ Nunc .n. ignis quidem ſemp leuis eſt, & ſurſum fert; terra aũt, & terrea oĩa deorſum, & ad mediũ. Quare, non pp paucitatẽ triangulorum, ex quibus conſtare aiunt vnumquodq; ipſorũ, ignis ſurſum ferri natus eſt: nam maior minus vtiq; ferret, & grauior eſſet; ex plurib. cum ſit triãgulis. Nunc aũt vr contrarium; quantò.n. fuerit maior, leuior eſt, & ſurſum fert velocius. & deſup ẽt paucus citius deorſum feret ignis, multus aũt tardius.

Te. 10. ¶ Adhęc autem, qm̃ qđ pauciora quidem habet ea, q̃ ſunt eiuſdem gñis, leuius eſſe dicunt: qđ autem plura grauius; aerem aũt, & ignem, & aquam ex eiſdem eſſe triangulis, ſed differre paucitate, ac multitudine; quapp hoc quidem ipſorum eſſe leuius, hoc autẽ grauius; erit aliqua multitudo aeris, quæ grauior aqua erit. Accidit autem totum contrarium: nã & ſemper maior aer ſurſum fert magis, & oĩno quælibet pars aeris ſurſum ex aqua fert.

Te. 11. ¶ Nonnulli igit hoc modo de leui, & graui determinauerunt. Alijs autem nõ ſatis viſum eſt ſic diſtinguere; ſed q̃uis Antiquiores eſſent ea, q̃ nunc eſt, ætate; nouo magis modo de ijs, quæ nunc ſunt dicta, intellexerunt: vñr.n. corporum q̃dã mole quidem minora; exiſtentia aũt grauiora. Patet igitur, ꝙ non ſatis eſt dicere ex æqualib. ipſis primis ea componi, quę aquè grauia ſunt:

Te. 12. ęqualia.n. eſſent mole. ¶ Prima autem, & indiuiſibilia ijs quidem, qui plana dicunt eſſe, ex quibus conſtant grauitatem habentia corpora, abſurdum eſt dicere: ijs verò, qui ſolida, magis cõtingit dicere ipſorum maius eſſe grauius. Compoſitorum autem, qm̃ nõ vr hoc vnumquodq; ſeſe habere modo; ſed multa grauiora videmus

mus minora mole eſſe, quemadmodũ lana æs, aliam eſſe cauſam & putant quidam, & dicunt: ¶ Vacuum.n.cõprehenſum corpora leuia reddere aiunt, & facere interdum maiora leuiora: plus.n.habere vacui: ob hoc.n.& mole eſſe maiora, compoſita ſæpe ex æqualibus ſolidis, aut minoribus; oĩno autem & oĩs leuioris cauſam eſſe plus ineſſe vacui. dicunt igitur hoc modo. Te. 13.
¶ Neceſſe autem eſt addere, ſic determinantib. non ſolum vacui habere plus, ſi leuius ſit; ſed & ſolidi minus: ſi.n. excedet talem proportionẽ; non erit leuius. Ob hoc.n.& ignem eſſe aiunt leuiſſimum; quia plurimum habet uacui. accidet igiẽ multum aurum plus habens vacui, mo dico igne eſſe leuius; niſi & ſolidũ habebit multiplex. quare hoc eſt dicendum. Te. 14.
¶ Quidam igiẽ eorum, qui non dicunt eſſe vacuum, nihil determinauerunt de leui, & graui, vt Anaxagoras, & Empedocles, Qui verò determinauerunt quidem, non autem dicunt eſſe vacuum, nihil dixerunt, cur corporum hęc qdem ſimpliciter leuia ſunt, illa verò grauia, & ferunẽ hæc quidem ſemper ſurſum, illa aũt deorſum. Præterea de eo, ꝙ corporũ quędam maiore mole exiſtentia, leuiora minorib. ſunt, nihil meminerũt, neq; manifeſtũ eſt, quo pacto ex ijs, q̃ ſunt dicta, cõſentanea apparentib. dicere ipſis accidet. Te. 15.
¶ Neceſſarium aũt eſt & eos, q de ignis leuitate, multum vacui habere, cauſam dicunt eſſe, ferè in eiſdẽ hærere difficultatibus: minus.n. habebit ſolidi alijs corporibus, & vacui plus. attñ erit quædã ignis multitudo, in qua ſolidũ, ac plenũ excedit ſolida cõtẽta in aliqua modica multitudine terrę. Si aũt dixerint & vacui; quõnã pacto definient ipſum ſimpliciter graue? Aut enim ex Te. 16.

co,

eo,qa plus ſolidi hẽt,aũt qa minus vacui.Si igiẽ hoc dicẽt;erit q̃dã multitudo terrę adeo pauca, in qua ſolidi erit minus,q̃ ĩ magnamultitudine ignis. Similiter aũt &,ſi vacuo definierint; erit aliqd,qđ ſemp̃ deorsũ ferẽ,leuius leui ſimpliciter,& lato ſemp̃ ſurſum.hoc aũt eſt impoſſibile:ſimpliciter.n.leue sẽper leuius ĩjs eſt,q̃ graui tatẽ habẽt,ac feruntẽ deorſum.Leuius aũt nõ sẽper leue eſt:p̃pea q̃ dr̃ in habentib.grauitatẽ alterum altero leuius,vt aqua terra. At verò neq; hoc,vacuũ. ſ.ꝓportionabiliter ſe habere ad plenum, ſufficiẽs eſt ad ſoluendã nunc dictã dubitationẽ.Accidet.n.& hoc modo dicentib.ſimiliter impoſſibile:nã ĩn maiore igni, atq; ĩn minore eandẽ habebit rõnem ſolidĩ, ac vacuũ. ferẽ aũt velocius ſurſum maior ignis minore,& deorſum rurſus ſimiliter maius aurũ, & plũbum, ſimiliter aũt & aliorum vnumquodq; habẽtiũ grauitatẽ.nõ oportebat aũt hoc accidere;ſi hoc

Te. 17. definitum eſt graue,ac leue.¶Abſurdum aũt eſt & ſi ob vacuum qdẽ ſurſum ferunẽ; vacuũ aũt ĩpſum nõ.At verò, ſi vacuum qdẽ ſurſum natũ eſt ferri,deorſum aũt plenũ, & p̃p hoc alijs cauſæ ſunt lationis vtriuſq;:nihil de cõpoſitis oportebat cõſiderare, p̃p quid corporum quadã leuia ſunt,q̃dã verò grauia : ſed de his ipſis dicere,p̃p qd aliud quidẽ leue eſt, aliud autẽ habet grauitatẽ:p̃terea q̃ cã eſt,vt nõ diſtent plenum,

Te. 18. & vacuum.¶Irrationabile autẽ eſt & regionem vacuo facere, tanq̃ ipſum regio q̃dam non ſit. Neceſſarium autẽ eſt,ſi mouet vacuum,eſſe ipſius quendã locum,ex quo mutaẽ,& in quẽ. Ad hæc autem quęnã motus cauſa eſt? Nõ.n.eſt vacuum ipſum:nõ.n.ipſum mouet ſolum : ſed &

Te. 19. ĩpſum ſolidum.¶Similiter autẽ accidit, & ſi aliquis

quis aliter definiat magnitudine, & paruitate, faciẽs grauiora, & leuiora alia alijs, & alio quo cunq; modo conficiens, ſolum autem eandem materiã oĩbus reddens, aut plures qdem, ſub-contrarias tñ: vna n. exiſtente non erit ipſum ſimpliciter graue, ac leue, quemadmodum ex triãgulis conſtituentib. contrarias verò, quẽad-modum q vacuum, & plenum, non erit dicere pp quã cauſam ea, q̃ ſunt media inter ſimpliciter leuia, & grauia, grauiora, & leuiora inter ſe, & ijs, q̃ ſimpliciter ſint. ¶ Magnitudine autem, & paruitate definire ficto quidẽ aſſimilaẽ magis, q̃ q̃ prius. quia autẽ contingit ſm vnũquodque facere drĩam quatuor elementorũ; tutius ſe hẽt ad priores dubitationes. Ei verò, q vnã facit naturã eorum, q̃ magnitudine differunt, neceſſarium eſt idẽ accidere, qđ vnã facientib. materiã: & neq. ſimpliciter eſſe aliquid leue, neq; ferri ſurſum; ſed aut poſterius latum, aut extru ſum, & multa parua paucis magnis eſſe grauiora. Si autem hoc erit; accidet multum aerẽ, & multum ignem aqua eſſe grauiorẽ, & terra pau ca. hoc aũt impoſſibile eſt. Quę igiẽ ab alijs ſunt dicta, hæc ſunt, & hoc dicuntur modo. Te. 20.

Summa Secunda. Cauſam docet, qua quadam ex ſimplicibus Leuia ſint, & quadam Grauia.

NOs autem primùm dicamus determinantes id, de quo maximè dubitant quidã, pp quid corporum quædam ſurſum, quædam verò deorſum feruntur ſemper ſecundùm naturã, quædam autem & ſurſum, & deorſum. Poſt hęc autem de graui, & leui, & accidentib. circa hæc paſſionibus, propter quam cauſam quæque fiunt ¶ De hoc igiẽ, quòd in ſuum ipſius locum fertur vnumquodque, ſimiliter eſt exiſtimandum, Te. 21. Te. 22.

dum,

dum,quemadmodum & circa alias gñationes, mutationeſq;.Cum.n. ſint tres motus, vnus q̃dem ſm magnitudinem, alter verò ſm formã, tertius autem ſm locum; in vnoquoq; horum mutationem videmus fieri ex contrarijs in contrarla,& media, & nõ in quoduis eſſe cuiuſuis mutationem. Similiter aũt neq; motiuum cuiuſuis quoduis;ſed vt alterabile, & augmẽtabile diuerſum eſt,ſic & alteratiuum,& augmẽtatiuum.Eodem itaq; modo exiſtimãdum eſt, & qđ eſt ſm locum motiuum,& mobile, nõ cuiuſuis quoduis eſſe.Si igĩ ad ipſum ſurſum,& deorſum motiuum quidem eſt ipſum graueſactiuum,ac leueſactiuum,mobile aũt ſit qđ potentia graue eſt,atq; leue;in ſuum locũ ferri vnũquodq;,ad ſuã formã eſt ferri.Et ſic magis vtiq; quis exiſtimabit id, qđ dicebãt Antiqui, quod ſimile ferĩ ad ſimile:hoc.n.nõ accidit oĩno: nõ .n.ſi quis trãſponat terrã,vbi nunc eſt Luna;fereĩ partium vnaquæq; ad ipſam, ſed ad eum locum,vbi & nunc exiſtit. Oĩno igĩ ſimilibus, & nõ differentib. ab eodem motu neceſſe eſt hoc accidere. quare quò nata ẽ vna aliqua ferri particula,& totum.

Te. 23. ¶Qm̃ autem locus eſt ipſius cõtinentis finis, continent autem oĩa, q̃ mouenĩ ſurſum,& deorſum,& extremum,& medium; hoc aũt modo quodã fit forma contẽti,in ſuum locum ferri,ad ſimile ferri eſt: quæ.n.deinceps ſunt,ſimilia ſunt inuicem, vt aqua aeri, & hic igni. Econuerſo autem dicere in medijs quidẽ eſt,in extremis autem nõ, vt aerem quidem aquæ,aquam autem terrę;ſemper.n.qđ ſuperius eſt ad id,qđ eſt ſub ipſo, vt forma ad materiã, ſic ſe habent ad ſeinuicem.

Te. 24. ¶ Quærere vero ꝑꝑ quid ferĩ ignis ſurſum,& terra deorſum, idem

eſt,

eſt,& ꝑꝑ quid ſanabile,ſi moueat̃,& mutet̃ quã tenus eſt ſanabile, in ſanitatem venit; ſed non in albedinem.ſimiliter autem& oĩa alia alterabilia. At vero & augmentabile,cum mutat̃,quã tenus eſt augmentabile; nõ in ſanitatem venit, ſed in magnitudinis exceſſum. Similiter autem & horum vnumquodq;, hoc quidem in qualitate,hoc autem in quantitate mutat̃,& in loco: leuia q̃dem ſurſum, grauia autẽ deorſum; niſi ꝙ hæc q̃dem in ſeipſis vnr̃ habere principium mutationis(dico quippe graue,& leue) illa aũt non; ſed extrinſecus, ut ſanabile,ac augmentabile: quanuis qñq; & hęc ex ſeipſis mutent̃, & paruo facto in ij, q̃ extra ſunt, motu, alterũ q̃dem in ſanitatem venit,alterum verò in augmentum Et, qm̃ idem eſt ſanabile,& ægritudinis ſuſceptiuum,ſi moueat̃;quatenus eſt ſanabile,in ſanitatem fert̃:ſi autem quatenus ægrotabile;in ægritudinem.Magis autem his graue, & leue in ſeipſis habere vnr̃ principium; ꝓpea ꝙ proximè ad ſubſtantiam horum materia ſit. Signum autem eſt, ꝙ latio abſolutorum eſt, & gñatione ultima motuum. Quare primus utiq; erit,& ſm ſubſtantiam hic motus. ¶Cùm igitur ſit ex aqua aer,& ex graui leue; venit ad ipſum ſurſum,ſimul autem eſt leue, & nõ amplius ſit, ſed ibi eſt.Manifeſtum eſt itaq; ꝙ potentia ens, in actum ueniens,proficiſcit̃ illuc,& ad tãtum, & ad tale, vbi eſt actus & quãti,& qualis,& vbi. Eadem aũt cauſa eſt, vt ea,quæ iam exiſtunt,atque ſunt terra, & ignis, moueant̃ in ſua loca, nullo impediente: etenim nutrimentum, cùm ꝓhibens,& ſanabile,cùm detinens non fuerit; fert̃ cõfeſtim,& mouet ẽt: & id, qđ à principio fecit, & id,qđ ſubtraxit,aut vnde reſiliuit,quẽadmo- Te. 25.

admo-

admodum dictum eſt in primis ſermonibus, in quibus determinauimus, quòd nihil horum ipſum ſeipſum mouet. Ob quã igitur cauſam fertur eorum, quę feruntur vnumquodque, & ferri in ſuum locum, quid ſit, dictum eſt.

Sũma Tertia, oſtẽdens quid Graue ſit, & quid Leue, & quæ ſint corpora, quibus hæc inſunt, quotq; numero, & accidentium eorum cauſas enuncians.

Caput Primum. Definit Graue, & Leue ſimpliciter.

Tc. 26. Differentias autem, & ea, quę accidunt circa ipſa, nũc dicamus. Primùm igiť definitum ſit, quemadmodum vř oĩbus, Graue quidẽ ſimpliciter id eſſe, qđ oĩbus ſubſidet: Leue autẽ, qđ oĩbus ſupereminet. Simpliciter autẽ dico, & ad genus reſpiciens, & ea, in quib. ambo nõ inſunt: vt ipſius qdem ignis quęuis magnitudo ſurſum ferri vř; niſi quippiam aliud fortè ſit ꝓhibens: terra verò deorſum. eodẽ autem modo

Tc. 27. & velocius, quod maius eſt. ¶Aliter autẽ graue, & leue, quib. vtraq; inſunt: etem ſupereminent quibuſdã, & ſubſtãt, quemadmodum aer, & aqua: ſimpliciter.n. neutrum horum leue eſt, aut graue: nã terra ambo leuiora ſunt: ſupereminet .n. ipſi quæuis ipſorum particula; igni autẽ grauiora: ſubſtat.n. ipſorum quantauis vtiq; fuerit particula. ad ſeipſa verò ſimpliciter vnum quidem graue eſt, alterum autem leue: aer enim, quantuſcunque ſit, ſupereminet aquæ: aqua autem, quantacunque ſit, aeri ſubſtat.

Caput Secundũ. Cauſam aſſignat, quæ aliqua compoſitorum corporum ſint Leuiora in vno loco, quàm aliud corpus, & Grauiora eadem, in alio loco.

Tc. 28. Quoniam autem & aliorum hæc quidem habent grauitatem, hęc autem leuitatẽ; mani-

manifeſtum eſt, ꝙ horum quidem oſum cauſa eſt, quæ in compoſitis eſt, differentia: ſm.n.ꝙ ſortita ſunt illa, hoc quidem plus, illud autem minus, erunt corporum alia leuia, alia verò grauia. Quare de illis dicendum eſt: alia.n.ſequent prima. quod quidem dicebamus oportere facere & eos, qui ob plenum graue eſſe dicunt, & ob vacuum leue. ¶ Accidit itaq; non vbique eadem grauia eſſe videri, & leuia propter primorum differentiam. dico autem ut in aere quidem grauius erit talenti vnius lignum plumbo vnius libræ; in aqua autem leuius. Cauſa autem eſt, quia omnia grauitatẽ habent pręter ignem, & leuitatem, præter terram. Terram igitur, & quæ terræ habent plurimum, vbique grauitatem habere eſt neceſſarium: Aquam autem vbique, præterquàm in terra: Aerem verò, præterquam in aqua, & terra. ¶ In ſua enim regione omnia grauitatem habent, præter ignem, etiam aer ipſe. Signum autem eſt; quia trahit plus inflatus vter, quàm uacuus. Quare, ſi aliquid plus habet aeris, quàm terræ, & aquę; in aqua quidem contingit leuius eſſe, in aere verò grauius: aeri enim non ſupereminet, aquę verò ſupereminet. Te. 29. Te. 30.

Caput Tertium. Explanat inuenta eſſe corpora ſimpliciter Grauia, & ſimpliciter Leuia, quæque ea ſint.

QVòd aũt eſt aliqd ſimpliciter graue, & ſimpliciter leue, ex his eſt manifeſtum. Dico autem ſimpliciter leue, qđ ſemꝑ ſurſum, & graue, qđ ſemper deorſum natum eſt ferri, nõ ꝓhibitum: talia.n.ſunt aliqua, & non, quemadmodum putant quidã, omnia grauitatem habent. Te. 31.

Te. 32. ¶Graue.n.eſſe vr̃ quibuſdam ẽt alijs, & ſemper ferri ad medium. Eſt autem ſimiliter, & Leue; videmus. n. quemadmodum dictum eſt prius, ꝙ terrea oĩbus ſubſtant, & feruñt ad medium. at verò determinatum eſt medium ipſum. Si igitur eſt aliquid, qđ oĩbus ſupereminet, quemadmodũ vr̃ ignis ẽt in ipſo aere ſurſum ferri, aer autem quieſcere; patet, ꝙ hic ferṫ ad extremũ ipſum. quare non eſt poſſibile ipſum grauitatẽ vllam habere: ſubſtaret.n.alij. Si autẽ hoc; eſſet vtiq; aliquid aliud, qđ ferreṫ ad extremum ipſum, qđ oĩbus, q̃ feruntur, ſupereminceret. nunc autem nullum vr̃. Ignis igitur nullã habet grauitatem, neq; terra leuitatem vllam; ſi ſubſtat quidem oĩbus, & qđ ſubſtat fertur ad medium.

Te. 33. ¶At verò ꝙ medium ſit, ad quod latio ſit habentib. grauitatem, & à quo leuib. manifeſtum eſt ex multis. Primum quidem, quia in infinitum ferri contingit nihil: quemadmodum.n.nõ eſt vllum impoſſibile, ſic neq; fit. Latio aũt gñatio eſt alicunde aliquò. Deinde ad ſimiles vr̃ angulos ignis quidem ſurſum ferri, terra autem deorſum, & oẽ, quod grauitatem habet. quare neceſſe eſt ferri ad medium. Hoc autem vtrum accidit ad ipſum terræ medium, an ad vniuerſi, quoniam idem ipſorum eſt, alius ſermo eſt.

Caput Quartum. Cauſam oſtendit, qua danda ſunt Graue, & Leue ſimpliciter, & etiam in comparatione, traditq́; illorum differentias, materiarum, formarumq́; ratione.

Te. 34. QVoniam autem id, quod oĩbus ſubſtat, ferṫ ad medium; neceſſe eſt id, qđ oĩbus ſup̃eminet, ferri ad extremum regionis, in qua faciunt motum: cõtrarium.n.eſt medium

extre-

extremo: quod autem ſubſtat, eſt, quod ſupereminet. Quapp & rõnabiliter graue. & leue duo ſunt: etenim loca duo ſunt, medium, & extremum. Eſt itaq; quippiam & inter hęc medium, quod ad vtrunq; ipſorum dr̄ alterum: eſt.n.vt extremum, & medium amborum, quod inter medium eſt: ob hoc eſt aliquid ēt aliud graue, & leue vt aqua, & aer. ¶ Dicimus aũt id qdem, qđ continet, formæ eſſe, quod autem continet̃, materiæ. Eſt autem in oĩbus generib. hæc dr̄ia: etenim in qualitate, & quantitate eſt hoc quidem, vt forma magis, hoc autem, vt materia: & in ijs, quæ ſm locum, ſimiliter; ſurſum quidem determinati eſt, deorſum verò materiæ. Quare & in ipſa materia, quę eſt ipſius grauis, & leuis, quatenus quidem tale eſt potẽtia, eſt ipſius grauis materia: quatenus vero tale, leuis. & eſt q. dem eadem, eſſe autem non idem: quemadmodum idem eſt corpus, & ęgrotabile, & ſanabile; eſſe autem non idem. ¶ Quod igitur talẽ habet materiam, leue eſt, & ſemper ſurſum, quod verò contrariam, graue, & ſemper deorſum. quæ autem diuerſas quidem ab ijs, habentes autem ſeſe ſic adinuicem, vt hę, ſimpliciter & ſurſum, & deorſum feruntur. Quapp aer, & aqua habẽt & leuitatem, & grauitatem, vtraq;. & aqua quidem, p̃ter terram, oĩbus ſubſtat; aer autem, p̃ter ignem, oĩbus ſupereminet. ¶ Qm̃ autem eſt vnũ ſolum, quod oĩbus ſupereminet, & unum ſolum, quod oĩbus ſubſtat; neceſſe eſt duo alia eſſe, quę & ſubſtant alicui, & alicui ſupereminẽt. Quare neceſſe eſt & materias tot eſſe, quot hęc ſunt, quatuór. ſic autem quatuor, vt vna quidem oĩum ſit cõis, præſertim ſi fiunt ex e inuicem; ſed eſſe alterum eſt. ¶ Nihil.n.prohibet, vt in-

Te. 35. Te. 36. Te. 37. Te. 38.

inter contraria ſit & vnum, & plura, quemadmodum in coloribus: multis enim modis dicitur, quod eſt inter, & medium ipſum.

Caput Quintum. Elementa omnia grauitatem habere in ſuo loco, præter ignem.

Te. 39. IN ſua igitur regione vnumquodque eorum, quæ grauitatem habent, ac leuitatem, grauitatem habet (terra autem in omnibus habet grauitatem) leuitatem autem non habet, niſi in ijs, quibus ſupereminet. Quapropter ſi ſubtrahatur, fertur in id, quod deinceps eſt, deorſum, aer quidem in regionem aquæ, aqua autem in eam, quæ eſt terræ: ſurſum autem in eam quę ignis eſt ablato igni, non feretur aer, niſi vi, quemadmodum & aqua trahitur, cùm fuerit ſuperficies vna, & velocius traxerit qui ſurſum, quàm ſit latio, qua fertur aqua deorſum: neque aqua in eam, quæ aeris, niſi vti nunc dictum eſt. terra autem hoc non patitur: quoniam non eſt vna ſuperficies. quapropter aqua quidem in vas ignitum trahitur, terra autem non. Quemadmodum autem neque terra ſurſum, ſic neque ignis deorſum fertur, ſublato aere: nullam enim habet grauitatem in ſua regione, quemadmodum neque terra leuitatē. Feruntur autem deorſum duo, ſi infera ſubtrahantur: quoniam hoc quidem ſimpliciter graue eſt, quod omnibus ſubſtat; hoc autem ad aliquid graue exiſtens in ſuam regionem, aut eorum, quibus ſupereminet, propter materiæ ſimilitudinem fertur.

Cu-

Caput Sextum. Declarat iam dictas cauſas de Graui, & leui ſimpliciter, & quòd materiæ cuiuſque eorum intuitu ſoluuntur dubitationes contingentes his, quæ vnam, & eandem eorum eſſe materiam ponunt, veluti dicentes vacuum, & plenum.

QVòd autem ſit neceſſarium facere æquales differentias ipſis, eſt manifeſtum. Si enim vna eſt materia omnium, ut aut vacuum, aut plenum, aut magnitudo, aut trianguli; aut omnia ſurſum, aut omnia deorſum ferentur, altera autem latio non amplius erit. Quare leue nihil erit ſimpliciter, ſi omnia inclinantur magis; eò quòd ex maioribus ſunt corporibus, aut ex pluribus, aut quia ſunt plena. hoc autem & uidemus, & oſtẽſum eſt, quòd ſimiliter & deorſum ſemper, & ubique feruntur, & ſurſum. Si vero uacuum ſit, aut aliquid tale, quod ſemper ſurſum; non erit, quod ſemper deorſum. & intermediorum: itaque quędã erunt deorſum citius, quàm terra: in multo enim aere trianguli plures, aut ſolidi, aut parui erunt. non videtur autem vlla particula aeris deorſum ferri. Similiter autem & in leui, ſi illud fecerit aliquis ſuperabundare materia. ¶ Si autem duæ ſint; intermedia quomodo erunt facientia, quæ faciunt, aer, & aqua? veluti, ſi quis dixerit eſſe vacuum, & plenum. Ignem igitur vacuum, quapropter & ſurſum: terram verò plenum, quapropter & deorſum: aerem autem plus ignis habere, aquam autem terræ: erit enim quædam aqua, quæ plus ignis habebit pauco aere; & aer multus plus terræ pauca aqua. quare oportebit aeris quandã multitudinem velocius ferri deorſum, quàm

Te. 40.

Te. 41.

quàm aqua pauca: hoc autẽ videtur nullo modo vnquam. Neceſſe eſt igitur quemadmodum & ignem ſurſum, quia hoc habet, putà uacuum, alia autem non, & terram deorſum; quia plenum habet,& aerem in ſuum ipſius,& ſuperius quàm aqua ſit, quia hoc quippiam habet,& aquam deorſum,quia tale. Si autem ſint aut unum aliquid ambo,aut duo, ambo autem inſint hęc vtrique; erit aliqua multitudo vtriuſque, qua excedet, & aqua aerem paucum ipſo ſurſum,& aer aquam ipſo deorſum, quemadmodum ſæpe dictum eſt.

Caput Septimum. Docet, quamuis figuræ non ſint cauſa Grauis, & Leuis, eas tamen velocitati, & tarditati in motu coadiuuare.

Te. 42. Figuræ autem non ſunt cauſæ,vt ferãtur ſimpliciter aut deorſum,aut ſurſum; ſed vt velocius,aut tardius. propter quas autem cauſas non eſt difficile videre. Dubitatur enim nunc, cur lata ferramenta, & plumbum innatant ſuper aquam, alia autem minora, & minus grauia, ſi rotunda ſint, aut longa, vt acus, deorſum feruntur. Et, cur aliqua propter paruitatem natant in aere,vt auri arena, & alia terra, & pulueruleuta. De his igitur omnibus putare quidem cauſam eſſe, quemadmodum Democritus,non rectè ſe habet. Ille enim inquit ea calida, quæ ſurſum feruntur ex aqua, ſurſum pellere ex habentibus grauitatem ea, quæ lata ſunt, ſtricta verò decidere: pauca enim eſſe, quæ repugnant ipſis. ¶ Oportebat autem in aere adhuc magis hoc facere, quemadmodum inſtat & ille ipſe. ſed, cum inſtitit, ſoluit molliter:

Te. 43.

ter: aut enim non in vnum, impetum facere ſun, vocans ſun motum eorum, quæ ſurſum feruntur, corporum. ¶ Quoniam autem continuorum hæc quidem ſunt facilè diuiſibilia, hæc autem minus; & diuiſiua etiam eodem modo, alia quidem magis, alia autem minus, has eſſe cauſas putandum eſt. Facile igitur diuiſibile eſt, quod bene terminabile exiſtit: & magis, quod magis. ¶ Aer autem magis, quàm aqua talis eſt: aqua autem, quàm terra. & minus itaque in vnoquoque genere magis facilè diuiſibile eſt, & diſtrahitur faciliu.. Quæ igitur habent latitudinem, quia multum comprehendunt, ſuprà manent; propterea quòd non facilè diſtrahitur quod maius eſt. Quæ verò contrario modo ſeſe habent figuris, quia pauca comprehendunt; feruntur deorſum: propterea quòd diuidunt facilè: & in aere multo magis, quantò facilius diuiſibile eſt, quàm aqua. Quoniam autem & grauitas habet quandam virtutem, ſecundùm quam fertur deorſum, & continuam vt non diſtrahatur; hæc oportet ad ſe inuicem comparere. Si enim excedat virtus grauitatis eam, quæ eſt in continuo, ad diſtractionem, & diuiſionem; per vim feretur deorſum velocius: ſi autem debilior ſit; ſupernatabit. De graui igitur, & leui, & ijs, quæ circa hæc accidunt, determinatum ſit nobis hoc modo.

Te. 44.

Te. 45.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM Principis de Generatione, & Corruptione

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

In prima de Generatione, & alteratione ſermonem facit.

In ſecunda de Augmentatione.

In tertia de Tactu, *de ipſo Agere, &* Pati, *& de Miſtione.*

Summa prima, caput primum. Quæ ſit libri intentio, Deque generatione, & alteratione Antiquorum ſententiæ.

Tex. 1. DE Generatione autem, & Corruptione eorum, quę natura generant, & corrumpunt, ſimiliter de oībus & cauſas diuidendum, & rōnes eorum determinandum: amplius autem de Alteratione, & Augmentatione, qd vtrunq; : & vtrum exiſtimādum ſit eandem eſſe naturā gnātionis, & alterationis, an ſemotā, vt diſtinctum eſt & nominibus. Antiquorum igitͤ hi quidem vocatā ſimplicem gnātionem eſ

ſe inquiunt alterationem: hi verò alterã gñatio nem, & alterationem. Quicunq;.n. vnum aliqđ dicunt eſſe vniuerſum, & oĩa ex vno generant, his quidem vtiq; neceſſe eſt gñationem alterationem dicere, & quod propriè fit alterari. Quicunq; aũt plures materias vnà ponunt, vt Empedocles, & Anaxagoras, & Leucippus, his alterũ. Sed tñ Anaxagoras propriã vocẽ ignorauit: dicit.n. ꝙ fieri, & deſtrui, idẽ cõſtituit ipſi alterari, multa aũt eſſe dicit elementa, quemadmodum & alij. Empedocles.n. corporea qdem quatuor, oĩa autem cum mouentib. ſex numero. Anaxagoras autem, & Leucippus, & Democritus infinita. Hic.n. ea, q̃ ſunt ſimilium partium, elemẽta ponit, vt os, carnem, medullã, & alia, quorũ vniuſcuiuſq; vniuoca pars eſt. Democritus aũt, & Leucippus ex corporib. indiuiſibilib. alia cõponi inquiunt. hæc aũt infinita & multitudine & formis eſſe, ipſa autẽ à ſeipſis differre his, ex quib. ſunt, & poſitione, & ordine horum. Contrariè aũt videnẽ dicere Anaxagorici Empedocleis. Hi.n. inquiunt ignem, & aquã, & aerẽ, & terram elementa quatuor, & ſimplicia eſſe magis, q̃ carnẽ, & os, & talia ſimilium partium. Illi autem hæc quidẽ ſimplicia, & elemẽta eſſe, terram autem, aquã, & ignem, & aerem cõpoſita: ſeminarium.n. eſſe horum. Ijs igit̃, qui ex vno omnia cõſtituunt, neceſſe eſt dicere generationem, & corruptionem alterationem: ſemper.n. ſubiectum manere vnum, & idem: tale autẽ alterari dicimus. Ijs autem, qui genera multa faciunt, differre à gñatione alterationem: coeuntib. enim, & diſſolutis, generatio contingit, & corruptio. Ideo dicit Empedocles hoc modo, *quòd nullius natura eſt; ſed ſolũ miſtio, & fœdus miſtorum.*

ſtorum. Quòd igitur proprius ſit ſermo eorũ ſup poſitioni ita loqui, manifeſtum eſt, & ꝙ dicunt hoc modo. Neceſſe autem eſt & his dicere gñationem eſſe aliquid pter alterationem: impoſſibile tñ eſt ſm ea, q̃ ab eis dicunt. Hoc autem, ꝙ dicimus rectè, facile eſt videre. quemadmodũ .n. videmus, quieſcente ſubſtantia, in ea trãſmutationem fieri ſm magnitudinem, q̃ vocat augmentatio, & diminutio; ſic & alterationem ſed tñ, ex quib. dicunt, plura principia faciẽtes vno, impoſſibile eſt alterari: paſſiones.n. ꝑ quas hoc dicimus contingere, dĩſe, elementorum ſunt. dico autem, vt calidum, frigidum, album, nigrũ, ſiccũ, humidũ, molle, durum, & aliorum vnum quodq;. vt inquit Empedocles, *Solem album videri, & calidum vndiquaque: Imbrem aũt in omnibus caliginoſum, & rigidum*. ſimiliter autem determinat & in reliquis. Quapp, ſi non ſit poſſibile ex igne fieri aquam, neq; ex aqua terrã; neq; ex albo nigrum erit aliquid, neq; ex molli durũ. eadem autem rõ & de alijs. hoc autem erat alteratio. An & manifeſtum eſt, ꝙ ſemper vnã cõtrarijs ſupponendum materiam, ſiue trãſmutetur ſm locum, ſiue ſm augmẽtationem, & diminutionem, ſiue ſm alterationem. Amplius autem ſimiliter eſt neceſſe eſſe hoc & ſm alteratione: ſi.n. alteratio eſt; ſubiectum vnum elementum, & vna oĩum materia habentium adinuicẽ trãſmutationẽ: &, ſi ſubiectum vnum eſt; alteratio

Tex. 2. eſt. ¶Empedocles igitur ipſe vr̃ contraria dicere & ad apparentia, & ad ſeipſum. Simul.n. non dicit alterum ex altero fieri elementorum vllum; ſed alia oĩa ex his: ſimul autem, in vnum cùm iunxerit naturam oẽm, pter litem, ex vno fieri rurſus vnumquodq;, ita, vt ex vno aliquo, per

diſſe-

differentias.ſ.quaſdam ſeparatis, & paſſiones, factum ſit, hoc quidem aqua, illud autẽ ignis, quemadmodum dicit Solẽ album, & calidum: Terram autem graue, & durum. Ablatis igitur his differentijs (ſunt.n.auferibiles genitæ) manifeſtũ eſt, ꝙ neceſſe eſt fieri & terram ex aqua, & aquã ex terra. ſimiliter autem & aliorum vnumquodq;: & nõ tunc ſolùm: ſed & nunc, cum trãſmutant paſſionib. Sunt.n.ex quib dicit Empedocles, poſſibile aduenire, & ſeparari rurſus, pſertim aduerſantib. adinuicem adhuc lite, & amicitia, ideoq; & tunc ex vno gñata ſunt: non.n.ignis, & terra, & aqua, exiſtẽtia adhuc, vnum erat oẽ. ¶ Incertum aut, & vtrum principium ipſorũ ponendum vnum, an multa. dico aũt ignẽ, & terram, & coordinata horum: ſm id.n.quod vt materia ſupponit, ex quo mutata per motum fiunt ignis & terra, & aqua, vnum eſt elemẽtum: ſm id autem qđ hoc quidem ex compoſitione fit, coeuntib. illis, illa autem ex diſſolutione, magis elementa quatuor illa, & priora natura. Tex. 3.

Caput Secundum. De quo tractandum ſit in hoc libro. Quòd nõ dentur indiuiſibiles magnitudines. Quod Generatio non neceſſariò fiat per congregationem, & ſegregationem: & ideo generationem non eſſe alterationem.

OMnino itaq; de Generatione, & Corruptione ſimplici dicendũ eſt, vtrum eſt: aut non eſt, & quõ eſt, & de alijs ſimplicib. motib. puta de Augmentatione, & Alteratione. Tex. 4. ¶ Plato igitur ſolũ de gñatione ſcrutatus eſt, & corruptione, quõ exiſtant in rebus: & de gñatione nõ oĩ ſed de ea, quæ eſt elementorum: quõ autẽ carnes, aut oſſa, aut aliorũ quid talium, nihil. Amplius, Tex. 5.

neq; de alteratione, neque de augmentatione quō exiſtāt in reb, Oīno autem p̄ter ea, q̄ ſuperficietenus, de nullo aliquis inſtituit, p̄ter Democritum. hic autem vr̄ quidem de oībus curaſſe, iā verò in eo, qđ eſt qūo, differt. De augmentatione. n. nullus quidem determinauit (vt dicimus) qđ nō & quiuis dicat, ꝙ adueniente ſimili augmentat̄. quō aūt hoc facit nō vltra. neq; de miſtione, neq; de aliorum, vt ita dicā, vllo, vt de ipſo agere, aut ipſo pati, quō hoc quidem agit, illud verò patit̄ ſm̄ naturales factiones. Democritus autem, & Leucippus, facientes figuras, alterationem, & gn̄ationem ex his faciunt; ſegregatione quidem, & cōgregatione gn̄ationem, & corruptionem; ordine autem, & poſitione alterationem. Qm̄ autem exiſtimabāt verum eſſe in apparendo, cōtraria autem, & infinita ſunt ea, q̄ apparēt; figuras infinitas fecerunt ita, vt trāſmutationib. ipſius compoſiti idem contrarium videat̄ alij, & alij, tranſmutet̄ paruo immiſto, & oīno aliud appareat vno tranſmutato: ex eiſdem. n. Tragœdia, & Comœdia fit literis. ¶ Qm̄ autem vr̄ ferè oībus eſſe aliud gn̄ationem, & alterationem. & generari quidem, & corrumpi; q̄ congregant̄, & diſgregant̄, alterari aūt mutatis paſſionib. de his inſtituentes ſpeculari oportet. Dubitationes autem habent hęc, & multas, & rōnabiles. Nam, ſi generatio eſt congregatio; multa accidunt impoſſibilia. Sunt autē rurſus rōnes aliæ cogentes, nec faciles, vt diſſoluant̄, ꝙ non contingit aliter ſeſe habere, ſi gn̄atio nō ſit congregatio, aut oīno non eſt gn̄atio: aut, ſi eſt, alteratio eſt. An, etſi hoc diſſoluere ſit difficile, tentandum eſt.
Tex. 7. ¶ Principium autem horum oīum eſt, vtrum ſic & generant̄, & alterant̄, & aug-

augmentant ea, q̃ ſunt, & his cõtraria patiũtr, primis magnitudinib. exiſtentib. principijs omnium entium indiuiſibilib. aut nulla eſt magnitudo indiuiſibilis: differt.n. hoc plurimum: Et rurſus, ſi magnitudines impartibiles, vtrum, vt Democritus, & Leucippus, corpora hę ſunt, an, vt in Timæo, plana. Hoc igĩt ipſum, vt & in alijs diximus, irrõnabile eſt vſq; ad plana diſſoluere. quapp magis rõnabile fuerit corpora eſſe indiuiſibilia. Sed & hæc multã habent irrõnabilitatem, atñ & hos alterationem, & gñatione cõtingit facere, vt dictum eſt, verſione, & cõtactu tranſmutantes idem, & figurarum differentijs. qđ quidẽ facit Democritus, quapp & colorem non dicis eſſe: verſione.n colorari ijs autẽ, q in plana diuidunt, non amplius: nihil.n. fit præter ſolida ex compoſitis ẜm latitudinẽ: paſſionẽ.n. non poſſunt gñare aliquam ex ipſis. Cauſa aũt, quare minus poſſunt confeſſa videre, inexperientia eſt. quapp quicunq; magis verſati ſunt in naturalib. magis poſsũt ſupponere talia principia, quib. multa poſſunt complicare. qui autẽ ex multis rõnibus minimè contemplatiui exiſtentium ſunt, ad pauca inſpicientes, facilius enunciãt. ¶Videbit autem quis & ex his, quantum differunt qui Naturaliter, & qui Logicè cõſiderant. De eo.n. quod eſt indiuiſibiles eſſe magnitudines, hi quidem inquiunt, quòd ipſe triangulus multa erit. Democritus autem videbitur vtique proprijs, ac naturalibus rationibus perſuaderi. Manifeſtum autẽ erit, quod dicimus, procedentibus. Habet enim dubitationem, ſi quis ponat corpus quoddam eſſe, & magnitudinem omniquaq; diuiſibilem, & hoc poſſibile, quid enim erit, quod diuiſionem effugit? Tex. 8.

fugit?Si.n.omniquaq; diuiſibile eſt,& hoc poſſibile ſit,ſiue ſimul ſit hoc oīno diuiſum (etſi nō ſimul diuiſum ſit)ſiue hoc ſiat: nullum erit vtique impoſſibile.quapp & ſm ipſum medium ſi militer.& oīno ēt,ſi oī ex parte natura eſt diuiſibile, q̄uis ſit diuiſum; nullum erit impoſſibile factum:qm̄ neq;,ſi in decem millia decies millies diuiſa fuerint,nullum eſt impoſſibile : & ſi forſitan nullus vtiq; diuidet. Qm̄ ergo oīquaq; tale eſt corpus;diuidatur.quid igiť erit reliquū? magnitudo?non.n.eſt poſſibile : nam erit quippiam non diuiſum: erat autem oīquaq; diuiſibile.At verò,ſi nullum erit corpus, neq; magnitudo,diuiſio aūt erit;aut ex punctis erit, & ſine magnitudine ea erunt, ex quib.componiť, aut nihil prorſus.quare,& ſi gn̄abitur ex nihilo , & corpus erit compoſitum, & ipſum vtiq; vniuerſum nihil,niſi apparens . Similiter autem &,ſi fuerit ex punctis;non erit quantum:.qn̄.n.tangebant ſe in vna magnitudine , & vna erat magnitudo, & ſimul erant , nihil faciebant maius ipſum totum:diuiſo.n.in duo,vel plura, neque maius, neq; minus eſt ipſum totum , q̄ prius. quare,ſi ēt oēs ſimul poſitæ fuerint; nullam facient magnitudinem.Sed & ſiquid, veluti raſura,diuiſo corpore.fit, & ſic ex magnitudine corpus quoddam abit,idem ſermo, illud qn̄o diuiſibile . Si verò non ſit corpus,ſed forma aliqua ſeparabilis,aut paſſio, quod receſſit , & eſt ipſa magnitudo puncta, vel tactus hoc patiētes ; inconueniens eſt ex non magnitudinib. magnitudinem eſſe. Amplius autem vbi erunt & immobilia,aut mota puncta ? tactusque ſemper vnius duorum quorundam,tanq̄ exiſtente aliquo præter tactum,& diuiſionem,& punctum. Si itaq;

quis

quis ponat quoduis, aut quãtumuis corpus oĩquaq; diuiſibile;hæc oĩa accidunt. Amplius ſi, cum diuiſero, compoſuero lignum,aut aliquid aliud;rurſus æquale, & vnum erit.igit̃ ſic ſe habet,vt patet, ẽt ſi incidero lignum ſm quodcũque ſignum, oĩquaq; igit̃ diuiſum eſt potentia. quid ergo erit præter diuiſionem? Si.n.& eſt ali qua paſſio; at quomodo in hęc diſſoluunt̃, aut gñant̃ ex his,aut quomodo ſeparant̃ hæc? Quapropter,ſi quidem eſt impoſſibile ex tactibus,aut punctis eſſe magnitudinem;neceſſe eſt corpora indiuiſibilia eſſe, atq; magnitudines.At vero & hæc ponentibus non minus accidit impoſſibile.conſideratum autem eſt de his in alijs. ¶Sed hæc ſoluere tentãdum eſt:quapp rurſus à principio dubitationem dicere oportet.Oẽ igit̃ corpus ſenſibile, eſſe diuiſibile ſm quodcunq; ſignum,& indiuiſibile,non eſt abſurdum:hoc.n. potentia diuiſibile, illud uerò actu exiſtit: eſſe autem ſimul omniquaq; diuiſibile potentia im poſſibile uidebit̃ eſſe. Si.n.poſſibile,& ſi fiat;nõ tamẽ vt ſit ſimul ambo actu indiuiſibile,& diuiſum, ſed diuiſum ſm quoduis ſignum.nihil igi tur erit reliquũ, & in incorporeum corruptum erit ipſum corpus, & gñabit̃ vtiq; rurſus aut ex pũctis. aut omnino ex nihilo. & hoc quomodo erit poſſibile? At verò ꝙ diuidat̃ in ſeparabiles, & ſemper in minores magnitudines. & in ſemotas, & ſeparatas,manifeſtum eſt Neq; itaq; ſucceſſiuè diuidenti erit infinita in minutas par tes ſectio, neq; ſimul poſſibile eſt eſſe diuiſum ſm omne ſignum;(non enim poſſibile eſt:) ſed uſq; ad aliquid. Neceſſe eſt igit̃ inſecabiles ineſſe magnitudines inuiſibiles; & præſertim, ſi erit generatio,& corruptio,hęc quidem ſegregatione,

Tex. 9.

gatione, illa uerò congregatione. Ratio igiꝛ quę cogere vi͂ eſſe magnitudines inſecabiles, hęc ē. Quòd autem latet obratiocinans, & qua latet di camus Qm̄.n. non eſt punctum puncto contiguum eſſe oi͂quaq; indiuiſibile: eſt quidem ut ineſt magnitudinibus, eſt autem ut non. Vi͂ aūt, qn̄ hoc poſitum fuerit, & ubiq;, & oi͂ in parte pūctum eſſe. quare neceſſe eſt diuiſam eſſe magnitudinem ad nihil: ubique.n. eſſe punctum: quare aut ex tactibus, aut ex punctis eſſe. Hoc autem, ut ineſt, in omni parte eſt: quia vnum ybiq; eſt, & oē vt vnumquodq;. plura autē vno non ſunt: conſequenter.n. non ſunt. quare non oi͂ in parte. Si.n. ſm medium eſt diuiſibilis; & ſm cōtiguum punctum erit diuiſibilis. hoc autem non: non.n. eſt contiguum ſignum ſigno, aut punctum puncto: hoc autem eſt diuiſio, aut compoſitio. Quare eſt & congregatio, & ſegregatio, ſed neq; in impartibilia, & ex impartibilibus (multa n. ſunt inconuenientia) neq; ita, vt oi͂ in parte diuiſio facta ſit: (ſi.n. eſſet contiguum punctum puncto; hoc vtiq; eſſet:) ſed in parua, & minora eſt ſegregatio, & congregatio

Te. 10. ex minoribus. ¶ Sed non ſimplex, & perfecta generatio congregatione, & ſegregatione determinata eſt, vt quidam inquiunt: eam verò, quę in continuo eſt, tranſmutationem, alterationē. Sed hoc eſt, in quo erant omnia: eſt.n. gn̄atio ſimplex, & corruptio non congregatione, & ſegregatione; ſed cùm mutatum fuerit ex hoc in hoc tot. Alij autem putant alterationē eſſe oēm talem mutationem. Hoc autem differt: nam in ſubiecto, hoc quidem eſt ſm rationem, illud autem ſm materiam. Qn̄ igit in his fuerit tranſmutatio; gn̄atio erit, aut corruptio: quando autem

tem

tem in paſſionib.& ſm accidens;alteratio.Quę autem ſegregãtur, & congregant,facilè corruptibilia fiunt: ſi.n.in minores aquas aqua diuiſa ſit; citius aer generatur: ſi autem cõgregata ſit;tardius.Magis autem erit manifeſtum in ſequentib. nunc autem tantum determinatum ſit,ꝙ impoſſibile eſt generationem eſſe cõgregationem,qualem quidam inquiunt.

Caput Tertiũ. Quæ ſimpliciter,quæve ſecundũ quid, aut ſecundum partem Generatio; atq; Corruptio dicenda ſit: & cur vtraq; perpetuo duret.

DEterminatis aũt his, primò ſpeculandum, vtrũ ſit aliqd,qđ gñatur ſimpliciter, & corrumpit,an ꝓpriè qdem nihil; ſemꝑ aũt ex aliquo,& aliqd.dico aũt ut ex laborãte ſanum, & laborãs ex ſano,aut paruum ex magno, & magnum ex paruo,& oĩa alia hoc modo. Si.n.ſimpliciter erit gñatio; ſimpliciter vtiq; fiet ex nõ ente.quare verum fuerit dicere, ꝙ ineſt qbuſdã ipſum nõ ens:q̃dã.n.gñatio,ex non ente aliquo;vt ex nõ albo,aut ex nõ bono: ſimplex aũt ex ſimpliciter nõ ente. ipſum aũt Simpliciter, aut primum ſignificat ſm vnumquodq; p̃dicamentorum ipſius entis,aut uniuerſale,& oĩa cõprehendens. Si igit̃ primum; ſubſtãtiæ erit gñatio ex non ſubſtãtia.cui verò non ineſt ſubſtantia,neq; hoc, manifeſtum eſt, ꝙ neq; aliorum vllum p̃dicamentorũ;vt neq; quale,neq; quantum,neq; ipſum vbi:ſeparabiles.n.eſſent paſſiones à ſubſtãtijs. Si autem nõ ens oĩno; negatio erit uniuerſaliter oĩum,quare ex nihilo neceſſe eſt id gñari,qđ generat̃.De his igit̃ in alijs dubitatum eſt,atq; determinatum ſermonibus amplius; breuiter autem & nũc dicendum eſt, quòd aliquo quidem modo ex non ente ſimpliciter. Te. 11.

citer generatᷣ, modo aũt alio ex ente ſemper: ipſum.n.potẽtia ens, actu aũt non ens neceſſe eſt pexiſtere, dictum vtroq; modo. Quòd autem & his determinatis admirabilẽ hẽt dubitationẽ, rurſus diligenter eſt inquirendum, quõ eſt ſimplex gñatio, ſiue ex potentia ente, ſiue ẽt quodã

Te. 12. modo aliter, ¶Dubitabit.n.aliquis, an ſit ſubſtãtiæ gñatio, & huius; ſed nõ talis, & tanti, aut ipſius vbi. eodem autem modo & de corruptione. Si.n.quid gñatur; manifeſtum eſt, ꝙ erit potentia ſubſtãtia aliqua, actu aũt nõ, ex qua gñatio erit, & in quã neceſſe eſt id trãſmutari, qđ corrumpitᷣ. Vtrum igitᷣ inerit qd huic aliorũ actu? dico aũt vt nunqd erit quantum, aut quale, aut vbi id, qđ potẽtia ſolũ eſt hoc, & ens; ſimpliciter aũt nõ hoccine, neq; ens. Si.n.nihil, ſed oĩa potentia: & ſeparabile accidet id eſſe, qđ ſic eſt nõ ens: & inſuper (qđ maximè timentes erãt, q primi philoſophati ſunt) ex nullo gñari pexiſtẽte. Si aũt hoc quidem, eſſe hoc aliquid, aut ſubſtantiã, non exiſtet, ſed aliorũ quippiã pdicamẽtorum: erunt, queadmodum diximus, ſeparabi

Te. 13. les paſſiones à ſubſtãtijs. ¶Et de his igitᷣ quantũ fieri põt tractãdum eſt, & q̃ cã ſit, vt gñatio ſem

Te. 14. per ſit, & q̃ ſimpliciter, & q̃ ſm partẽ. ¶ Cũ autẽ ſit cã, vna qdem, vnde principiũ motus eſſe dicimus, vna aũt, materia, talẽ cãm dicere oportet: de illa.n.dictum eſt prius in de motu ſermonibus, ꝙ eſt illud quidem immobile per oẽ tps, hoc verò, qđ mouetᷣ ſemper. horum aũt, de immobili qdem principio diſtinguere, prioris eſt Philoſophiæ. De eo autem, quod, ppea ꝙ continuè mouetᷣ, alia mouet, poſterius aſſignandum eſt, q̃ talis eorum, q̃ ſingularia dicunt, cauſa eſt.

Te. 15. ¶Nunc aũt ea, q̃ vt in materiæ ſpecie ponitᷣ, cau ſam.

ſam dicamus, ob q̃ ſemper gñatio, & corruptio nõ dificiunt ſm naturam: ſimul.n.forſitan hoc fiet manifeſtum & de eo, quod nunc dubitatũ eſt, quonam pacto oporteat dicere de ſimplici gñatione, & corruptione. ¶Habet autem dubitationem idoneam; & quæ cauſa ſit, vt connectatur gñatio; ſiquidem qđ corrumpitur ad non ens abit, non ens autem nihil eſt: neq; .n.quid, neq; quale, neq; quãtum, neq; vbi ipſum non ens. Si igĩ ſemper aliquid eorum, q̃ ſunt, abit; cur non conſumptum eſt iamdudum, & inane ipſum vniuerſum? ſiquidem finitum eſt id, ex quo fit, eorum, q̃ generanĩ vnumquodq;. Non .n.ppea ꝙ infinitum id ſit, ex quo gñatur, non deficit: hoc.n.eſt impoſſibile: actu.n.nullum infinitum, potentia autem ad diuiſionem. Quare oportebat hanc eſſe ſolam non deficientẽ: qm̃ gñatur quiddam ſemper minus. nunc aũt hoc non videmus. ¶Quocirca, ppea ꝙ huius corruptio alterius eſt gñatio, & huius gñatio alterius eſt corruptio; inceſſabilem neceſſe eſt transmutationem eſſe. De eo igiĩ, qđ eſt gñationem, & corruptionem ſimiliter ſemper eſſe circa vnũquodq; entium, hanc exiſtimandum eſt ſufficiẽtem oĩbus cauſam. ¶Propter quid autẽ hæc quidem ſimpliciter dicunĩ gñari, & corrumpi, illa autem non ſimpliciter, turſus conſiderandum: ſiquidem idem gñatio quidẽ huius, corruptio autem huius, & corruptio quidem huius, gñatio aũt huius. quærit.n.hoc aliquã rõnem. Dicimus.n.ꝙ corrumpiĩ nunc ſimpliciter, & nõ ſolum hoc: & hæc quidem eſt gñatio ſimpliciter, hæc autẽ corruptio. hoc aũt gñatur quidem aliquid, non aũt ſimpliciter gñatur: dicimus.n.diſcentem fieri quidẽ ſcientem: fieri aũt ſimplici

Te. 16.

Te. 17.

Te. 18.

ter non. Quẽmadmodum igiť determinauimus ſepe, dicentes, ꝙ hoc quidem ſignificat hoc ali quid, hoc autẽ non pp hoc contingit, qđ q̃ritur. Differunt.n.ea, in q̃ tranſmutatur id, qđ tranſmutat: puta fortè q̃ in ignem eſt via gñatio ſimpliciter, corruptio autem alicuius eſt, puta terrę: terrę aũt generatio, aliqua gñatio, generatio autem non ſimpliciter, corruptio autẽ ſimpliciter, puta ignis; ſicut Parmenides dicit, duo, ipsũ ens, & non ens inquiens, ignẽ, & terrã. Hæc autem, aut alia talia ſupponere nihil differt: modum.n.q̃rimus, ſed non ſubiectum. In non ens igiť ſimpliciter eſt corruptio ſimplex, in ſimpliciter aũt ens generatio ſimplex. quib. igiť determinata ſunt, ſiue ignis, & terr, ſiue alijs qbuſdã, horum erit hoc quidem ens, hoc autem nõ ens. Vno igiť modo differet in hoc, ſimpliciter .ſ. generari, & corrumpi a non ſimpliciter. Alio autem modo, materia, qualiſcunq; vtiq; ſit. Cuius.n. magis dñæ hoc aliquid ſignificãt, magis ſubſtantia eſt; cuius autẽ priuationẽ, non ens, puta, ſi calidum p̃dicamentum aliqđ, & forma, frigiditas autẽ priuatio: differunt autẽ ignis, &

Te. 19. terra his dñijs. ¶ Vř autẽ multis magis, ſenſibili, & non ſenſibili differre: qñ. n. in ſenſibilẽ trãſmutata fuerit; materiã generari inquiunt: quãdo autẽ in non manifeſtã; corrumpi: ens.n.& non ens, eo ꝙ ſentiať, & non ſentiať, determinant: quemadmodum ſcibile q̃dem ens, ignotum autẽ non ens: ſenſus.n. ſcientiæ hẽt virtutem. Quemadmodum igiť illi ipſo ſentire, vel ipſo poſſe, viuere, & eſſe exiſtimãt: ita & ipſas res, modo quodã proſequẽtes veritatẽ, idem autẽ dicentes non verum. Contingit itaq; ẽm opinionẽ, & ẽm veritatẽ; aliter & generari ſimplici-

pliciter, & corrumpi: ſpiritus.n.& aer ſm ſenſum qdem minus ſunt: ideo & q̃ corrumpunt ſimpliciter, in hęc trāſmutatione corrūpi dicūtur; generari autē, quādo in tangibile, & in terrā trāſmutata fuerit. ſm veritatē autem magis hoc aliquid, & forma hæc ſunt, q̃ terra. ¶ Eſſe igitū ſimplicem generationem corruptionē exiſtentē alicuius, corruptionem autem ſimplicē generationem exiſtentem alicuius, dicta eſt cā; pp materiam.n.differre, aut eo, q ſubſtātia eſt, aut non: aut q hæc qdem magis, illa verò non; aut eo, q hæc qdem magis ſenſibilis eſt materia, ex qua, & in quam, illa verò minus eſt. q autem dicantur hæc quidem ſimpliciter generari, illa autem aliquid ſolum, non ex mutua generatione, ſm quem diximus nunc, modum, nunc.n.tantum determinatum ſit, quare oī generatione exiſtente corruptione alterius, & oī corruptione exiſtente alicuius alterius generatione, nō ſimiliter attribuimus generari, & corrumpi ijs, q̃ adinuicem tranſmutant. qđ autem poſt dr, non q̃rit hoc; ſed quare diſcens quidē non dr ſimpliciter generari, ſed quid generari ſciens; qđ autem pullulat, generari. hæc autem diſtincta ſunt prædicamentis: hæc enim hoc aliquid ſignificant, hæc autem quale, hæc autem quantum. Quæcunq; igitur non ſubſtantiam ſignificant, non dicuntur ſimpliciter generari: ſed aliquid fieri. ſed tamen ſimpliciter fieri in omnibus generatio quidem ſecundùm ea, quæ in alio ordine, dicitur: puta in ſubſtantia quidem, ſi ignis: ſed non ſi terra: in quali autem, ſi ſciens; ſed non, quando neſciens. De eo igitur, quod eſt hæc ſimpliciter generari, hæc autem ſecundùm quid, & vniuerſaliter, & in ſubſtan- Te. 20.

tijs ipſis dictum eſt: & cur gñatio continuè ſit cauſa, vt materia, ſubiectum eſt; qm̃ trãſmutabile eſt in contraria, & eſt alterius gñatio ſemper in ſubſtãtijs alterius corruptio, & alterius cor-
Te. 21. ruptio alterius gñatio. ¶ At verò neq; dubitare oportet, quare gñatur aliquid ſemper, deperditis. Quemadmodum.n.& corrumpi ſimpliciter inquiunt, qñ ad inſenſibile uenerit, & nõ ens: ſimiliter & gñari ex non ente inquiunt, qñ ex inſenſibili. Siue igit̃ exiſtente aliquo ſubiecto, ſiue non; gñatur ex non ente. quare ſimiliter & gñatur ex non ente, & corrumpit̃ in non ens. meritò igit̃ non deficit: gñatio.n. entis eſt corruptio non entis: corruptio aũt entis gñatio non
Te. 22. entis. ¶Sed hoc non ens ſimpliciter, dubitauerit aliquis vtrum alterum contrariorum eſt: vt terra, & graue non ens, ignis autẽ, & leue ens. An non; ſed eſt terra ens, ille verò nõ ens, materia terræ, & ignis ſimiliter. Et an altera vtriuſque materia. An non vtiq; fierent ex ſe inuicẽ, neq; ex cõtrarijs (his enim exiſtunt contraria igni, terræ, aquæ, aeri,) An eſt quidem vt eadem, eſt autem vt altera: quod enim quandoq; exiſtens ſubijcitur, idem; eſſe autem non idem. De his igitur in tantum dictum ſit.

Caput Quartum. Quo differant generatio, atq; corruptio ab alteratione.

Te. 23. DE gñatione autem, & alteratione dicamus quid differunt: dicimus.n. has eſſe alteras tranſmutationes abinuicem. Qm̃ igit̃ eſt aliqđ ſubiectũ, & aliud ipſa paſſio, q̃ de ſubiecto nata eſt dici, & eſt trãſmutatio vtriuſq; horum. Alteratio quidem eſt, qñ manente ſubiecto, ſenſibili exiſtente, tranſmutet̃ in eius paſſionib aut contrarijs, aut medijs exiſtentibus. vt corpus ſanum

num eſt,& rurſus laborat,manens idem : & æs qñq; rotundum,qñq; autem angulare, idẽ exiſtens.Qñ autem totum tranſmutet̃, non manẽte aliquo ſenſibili,vt ſubiecto eodem,ſed vt ex genitura tota ſanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere oĩ aqua;Generatio iam hoc tale,huius aũt Corruptio.¶Maximè autem, ſi trãſmutatio fiat Te. 24. ex inſenſibili inſenſibile,aut tactu, aut omnib. ſenſibus:vt qñ aqua generat̃, aut corrumpit̃ in aerem:aer.n.mediocriter inſenſibilis eſt.In his aũt,ſi aliqua maneat paſſio eadem contrarietatis in generato,& corrupto,vt qñ ex aere aqua, ſi ambo tranſparentia,aut frigida;non oportet huius alteram paſſionem eſſe, in quam trãſmutat̃.ſi autem non;erit alteratio : vt muſicus homo corruptus eſt,homo aũt immuſicus generatus eſt,homo aũt manet idem.Si igit̃ huius paſſio nõ eſſet ſm ſe muſica,& immuſica; huius quidem eſſet gñatio, huius autem corruptio. ideo hoĩs quidem hæ ſunt paſſiones, hoĩs aũt muſici,& hoĩs immuſici gñatio, & corruptio : nunc autem paſſio hæc manentis:ideo alteratio, talia. Quando igit̃ ſm quantum fit tranſmutatio contrarietatis;Augmentatio eſt, & Diminutio: quando autem ſm locum;Latio: quando verò ſm paſſionem,& quale; Alteratio:quando autẽ nihil permaneat,cuius altera paſſio eſt, & accidens;oĩno Generatio, huius autem Corruptio. Eſt aũt & materia maximè quidem, & propriè ſubiectum gñationis, & corruptionis ſuſceptibile,modo autem aliquo & in alijs tranſmutationibus;qm̃ oĩa ſubiecta ſuſceptiua ſunt contrarietatum aliquarum. De generatione igit̃,& corruptione,ſiue eſt,ſiue non,& quo modo eſt, & de alteratione, determinatum ſit hoc modo.

Summa Secunda. De Augmentatione.

Caput Primum. Quomodo Augmentatio ab alijs differat motibus.

Te. 25. DE augmẽtatione autem reliquum eſt dicere, & quonã differt à generatione, & alteratione, & quõ augmentaꝰ vnumquodq; eorum, q̃ augmentanꝰ, & diminuiꝰ quodcunq; eorum, q̃ diminuunꝰ. Scrutandum itaq; primo, vtrum ſolum in ipſo, circa qđ eorum adinuicem dr̃ia eſt, vt ꝙ quidem ex hoc in hoc trãſmutatio, vt ex potentia ſubſtãtia in actu ſubſtãtiã, generatio eſt: q̃ autem circa magnitudinem, augmẽtatio, & diminutio: q̃ autẽ circa paſſiones, alteratio: vtraq; autẽ ex potentia exiſtentib. in actum trãſmutatio dictorum eſt. An ẽt modus differt trãſmutationis: vr̃.n. id quidem, qđ alteraꝰ, non ex neceſſitate tranſmutari ſm locum, neq; qđ generatur. qđ autem augmentaꝰ, & diminuiꝰ: alio autẽ modo ab eo, ꝙ fertur. qđ.n. fertur, totum mutat locum: qđ autem augmentaꝰ, quemadmodum qđ extenditur: hoc.n. manente, particulæ tranſmutantur ſm locum, non quemadmodum quæ ſphæræ: hæ.n. in æquali loco, toto manente, tranſmutãtur: quæ autem eius, quod augetur, ſemper in ampliorem locum, in minorem autem quæ eius, quod diminuitur.

Caput Secundum. Quæ ſit Augmentationis materia.

Te. 26. QVòd igitur differt non ſolum in ipſo circa quod, ſed & ſic, trãſmutatio eius, qđ generatur, & alteratur, & augmẽtaꝰ, manifeſtum eſt. Circa qđ autem eſt tranſmutatio augmentationis, & diminutionis (circa magnitudinem autem vr̃ eſſe) augeri, & diminui vtro modo accipiendum

Te. 27. ¶ Vtrum ex potentia q̃dem magnitudi-

tudine,& corpore,actu aũt incorporeo, & ſine magnitudine gñari corpus, & magnitudo. Et, cùm hoc dupliciter cõtingat dicere; vtro modo augmentatio fit, vtrum ex ipſa ſeparata ẽm ſe materia,an exiſtente in alio corpore. An impoſſibile vtroq; modo: ſeparata.n.exiſtens aut nullum poſſidebit locum,velut punctus aliqs, aut vacuum erit,aut & corpus nõ ſenſatum. horum autem hoc qdem nõ cõtingit,hoc autem neceſſe eſt in aliquo eſſe: ſemper.n. alicubi erit, qđ gñatur ex eo: quapp & illud aut ſcđm ſe, aut ſcđm accidens. ¶ Sed,ſi in aliquo inerit,ſi qdem ſeparatum ita,vt aut non illius ſcđm ſe, aut ſecundùm accidens aliqd ſit;cõtingent multa,& impoſſibilia. Dico autem vt,ſi gñatur aer ex aqua; nõ aqua erit transmutata, ſed ppea ꝙ, vt in uaſe aqua ineſt, materia eius: infinitas.n.nihil prohibet materias eſſe: quapp & generari actu. Amplius neq; ſic vř generari aer ex aqua, vt exiens à manente. ¶ Melius ergo eſt facere oĩbus inſeparabilem eſſe materiã, vt exiſtentẽ vnã,& eandem numero: rõne autem nò unam. At verò neq; puncta, neque lineas ponendum corporis materiam pp eaſdem cauſas. illud autem,cuius hæc vltima, materia erat,quam nunquam ſine paſſione poſſibile eſt eſſe, neq; ſine forma. ¶ Generatur igitur ſimpliciter alterum ex altero,quemadmodum & in alijs determinatum eſt,& ab aliquo quoque actu exiſtente,aut eiuſdem generis, aut eiuſdem ſpeciei, vt ignis ab igne,aut homo ab homine: aut ab actu: durum enim à non duro generatur. ¶ Quoniã autem eſt & ſubſtantiæ corporeæ materia,corporis autem iam talis (corpus enim cõmune nullum) eadem & magnitudinis & paſſionis eſt,ratione

Te. 28. Te. 29. Te. 30. Te. 31.

tione quidē ſeparabilis; loco autem nō ſeparabilis, niſi & paſſiones ſint ſeparabiles. Manifeſtum itaq; ex dubitatis, ꝙ non eſt augmentatio trāſmutatio ex potentia magnitudine; actu aūt nullā habente magnitudinem: ſeparatum.n.eſſet qđ cōe. hoc aūt ꝙ impoſſibile ſit, dictum eſt prius in alijs. Amplius aūt talis trāſmutatio nō augmētationis propria, ſed generationis oīno: Augmentatio.n. eſt exiſtentis magnitudinis additamentum: Diminutio aūt minoramentum. ideo oportet habere aliquā magnitudinem id, quod augeť. Quapp non ex materia ſine magnitudine oportet eſſe augmentationem in actum magnitudinis: generatio.n. erit magis corporis, Te. 32. non augmentatio. ¶ Accipiendum itaq; magis, velut tangentes qōnem à principio, qualinam exiſtente ipſo augmentari, & diminui, cauſas quærimus. Videť itaq; eius, quod augetur, quæcunq; pars aucta eſſe: ſimiliter autem & in diminutione minor generata eſſe: amplius autē adueniente aliquo augmētari, & recedente diminui. Neceſſe aūt ut incorporeo augmentari, aut corporeo. Si igiť incorporeo; erit ſeparatum vacuum. impoſſibile aūt eſt à magnitudine materiā eſſe ſeparatā, ſicuti dictum eſt prius. Si aūt corporeo; duo corpora in eodem loco erunt, & qđ augeť, & qđ auget. eſt aūt & hoc impoſſibi-
Te. 33. le. ¶ Sed neq; ſic cōtingit dicere fieri augmentationē, & diminutionē, ut cū ex aqua aer: tūc.n. maior moles eſt generata: non.n. augmentatio hoc; ſed gñatio quidem eius, in qđ tranſmutať, erit; corruptio aūt contrarij, augmentatio autē neutrius. Sed nullius, aut, ſi quid cōe amborum exiſtit, eius, qđ generať, & eius, quod corrūpiť, vt ſi corpus. aqua aūt nō aucta eſt, neq; aer; ſed hoc

hoc q̃dem deperijt, hoc aũt gñatum eſt: corpus aũt, ſi q̃dem auctum eſt. Sed & hoc impoſſibile: oportet.n. ſaluare rõnẽ & inexiſtentiã eius, qđ augetᷓ, & diminuitᷓ. Hęc autem ſunt tria, quorũ Vnum q̃dem eſt, q uãcunq; partem maiorẽ fieri eius, q̃ augetᷓ, magnitudinis; ut, ſi caro, carnis: Et aduenienteᷓ aliquo: Et tertium, vt ſaluetᷓ qđ augetᷓ, & permaneat. Cum.n. generatᷓ aliq̃d ſimpliciter, aut corrumpitᷓ; nõ permanet: cum autẽ alteratᷓ, aut augetᷓ, aut minuitur; permanet idẽ, quod augetur, aut alteratur; ſed hic q̃dem paſſio, ibi autem magnitudo eadem nõ permanet. Si itaq; erit quę dicta eſt, augmentatio; continget nullo adueniente, neq; permanente augeri, & nullo recedente diminui, & non permanere quod augetur. ſed hoc ſaluare oportet: ∴ ſupponitur enim augmentatio, tale.

Caput Tertium. Quid ſit id, quod augetur.

DVbitabit aũt aliquis, q̃d ſit qđ augetᷓ, vtrum cui apponitᷓ aliq̃d; vt ſi crus augeat, ipſum ſit maius, qđ autẽ auget, nutrimentũ, non. Quare igitᷓ nõ ambo aucta ſunt? maius.n. & quod, & quo: quemadmodum qñ miſcueris aquæ vinũ: ſimiliter.n. plus vtrunq;. An qm̃ huius quidem manet ſubſtãtia, huius autem nõ, vt ea, q̃ nutrimenti: qm̃ & ibi dominãs dr̃ in miſtione, vt qđ vinum: facit.n. vini opus, ſed nõ aquæ, vniuerſa miſtura. Similiter & in alteratione, ſi manet caro exiſtens, & qđ aliquid eſt, paſſio autẽ aliqua exiſtit earum, q̃ ẜm ſe, q̃ prius non exiſtebat; alteratum eſt hoc. Quo autem alteratum eſt, hoc qñq; quidem nihil paſſum eſt, qñq; autem & illud. Sed alterãs eſt principium motus in eo, qđ augmentatᷓ, & alteratᷓ: in his.n. mouens: qm̃ & ingrediens fieri poterit aliq̃n maius, & qđ fruitᷓ Te. 35.

ipſo

ipſo corpus, vt, ſi ingrediẽs fiat ſpiritus, ſed corruptum eſt hoc patiens, & mouens non in hoc.

Te. 35. ¶Qm̃ autem dubitatum eſt de his ſufficienter, oportet & ſolutionem dubitationis tentare inuenire, ſaluantes, manente eo, qđ augeť, & adueniente aliquo augeri, recedente autẽ minui: adhuc aũt, qđcunq; ſignũ ſenſibile, aut maius, aut minus factum eſſe, & non vacuum eſſe corpus, neq; duas magnitudines in eodẽ loco, neq; incorporeo augeri. Suſcipiendũ autem cãm, cũ determinauerimus primum, vnum qdem, ꝙ ea, q̃ ſunt diſſimilium partium, augenť; quia ea, q̃ ſunt cõſimilium partium, augenť: componitur .n. ex his vnumquodq;. Deinde, ꝙ caro, & os, & vnaquæq; talium partium eſt duplex, quẽadmodum & aliarum in materia formã habentium: etenim materia dr̃, & forma, caro, aut os. Quamcunq; igiť partem augmentari, & adueniente aliquo ſm formã quidem eſt poſſibile, ſm mate

Te. 36. riã autem non eſt. ¶Oportet .n. intelligere, quẽadmodum, ſiquis menſurabit eadem menſura aquã: ſemper .n. alia & alia, quę gñatur: ſic vtiq; augmentať materia carnis. & non cuiuſq; partium aliquid adijcitur; ſed hoc qdem defluit, hoc autem aduenit, figuræ autem, & formę, cuicunq; particulę.

Te. 37. ¶In his aũt, q̃ ſunt diſſimilium partiũ, hoc magis manifeſtũ, vt manu, ꝙ ꝓportionaliter aucta eſt: materia .n. altera exiſtens, manifeſta eſt magis ipſa forma hic, q̃ in carne, & his, q̃ ſimilium partium. ideo & mortui magis videnť eſſe adhuc caro, & os, q̃ manus, & brachium. Quapp eſt quidem, vt q̃cunque pars carnis aucta ſit, eſt autem vt non: ſm formã .n. cuicunq; acceſſit, ſm materiã verò nõ.

Te. 38. ¶Maius autem totum gñatum eſt, adueniente aliquo quidem,

qdem, qđ vocaт̃ nutrimentum, & contrarium, tráſmutato autē in eãdem formã, vt ſi ſicco adueniret humidum. cum autem aduenerit: tranſmutaretur, & generaretur ſiccum: eſt. n. vt ſimile ſimili augmentetur, eſt autem, vt diſſimili.

Caput Quartum. Quale ſit id, quod augetur. Quo pacto fiat Augmentatio. De differentia inter Augmentationem, & nutritionem: & quid ſit ipſa Corruptio.

DVbitabit autem aliquis, quale oportet eſſe id, quo augeт̃. Manifeſtum vtiq;, ꝙ potẽtia illud: vt, ſi caro; potentia carnẽ, actu igiт̃ alterũ. corruptum aũt hoc, caro gñatum eſt. nõ igiт̃ ipſum ſm̃ ſe: generatio. n. eſſet, nõ augmentatio. ſed qđ augetur, in hoc. Quid igiт̃ patiens ab hoc auctum eſt? An miſtum? quemadmodum ſiquis vino ſuperinfundat aquã: hic aũt poſſit vinum facere qđ miſtum: & quemadmodum ignis tangens vrenda vrit; ita in eo, qđ augeт̃, & exiſtente actu carne, qđ ineſt augmentatiuũ, adueniente potentia carne fecit actu carnem. Ergo ſimul exiſtente: ſi. n. ſeorſum; generatio: eſt. n. ita ignẽ facere, ad exiſtentem adiungentẽ ligna. ſed ſic qdem, augmentatio eſt: qñ autem ipſa ligna accenſa fuerint, generatio. ¶ Quantum autem vniuerſale qdem nõ generaт̃: quemadmodum nec aĩal, qđ nec homo, nec aliqđ eſt ſingularium: ſed, vt hic vniuerſale, ita & illic quantum. Caro igiт̃, & os, aut manus, aut nerui, & horum ea, q̃ ſunt ſimilium partium, adueniente quidem aliquo quanto, ſed non carne quãta. ¶ Secundùm igitur ꝙ potentia compoſitum ex vtroq; eſt, vt quãta caro, ſic quidem auget: etenim quãtum oportet generari, & carnem. ſm̃ autem quòd ſolum caro eſt, nutrit: etenim ſic differunt nutri-

Te. 39.

Te. 40.

Te. 41.

trimentum,& augmentatio,rõne. Ideo nutrit quidem,quouſq; ſaluum fuerit,& ſi diminuat: augmentat autem nõ ſemper.Et nutrimentum augmentationi id idem qdem eſt,ipſo autẽ eſſe aliud: ſm.n.q̃ eſt id, qđ aduenit potentia quãta caro, augmentatiuum carnis eſt: ſm autem q̃ ſolum potentia caro,nutrimẽtum . Hæc autem forma ſine materia , vt immaterialis potentia q̃dam,in materia eſt. Si autem aliqua aduenerit materia,exiſtens potentia immaterialis, habens & quantum potentia , hę erunt maiores

Te. 42. immateriales.¶Si autem amplius facere nõ poſſit, ſed vt aqua vino , ſemper amplius miſta ; in ſine aquoſum facit,& aquam;tunc diminutionem facit quanti;forma autem manet .

Summa Quarta,De Tactu, de ipſo Agere, & Pati, & de Miſtione.

Caput Primum . Proponitur ſermo de Elementorum generatione, at de aliis,de quibus prius agere neceſſe eſt .

Te. 43. QVoniam autem oportet primum de materia , & de vocatis elementis dicere , & ſi ſunt,& ſi non, & vtrum ſempiternum ſit vnum quodq;,aut gñetur aliquo modo : &,ſi gñetur ; vtrum ex ſeinuicem generent oĩa eodẽ modo, aut aliqđ primum eorum vnum ſit ; neceſſe eſt prius vtiq; dicere, de quib. indeterminatè dicit nunc.Oẽs.n.qui elementa generant,& qui ea,q̃ ex elementis,ſegregatione vtunt, & congregatione,& ipſo facere, & pati. Eſt autem cõgregatio miſtio.Qũo autem miſceri dicimus, non eſt determinatum manifeſtè. Sed neq; alterari poſſibile eſt,neq; ſegregari,neq; congregari,nullo faciente,neq; patiente.Etenim plura elementa facientes generant,faciendo,& patiendo abinuicem;

uicem; quanuis ex vno neceſſe ſit dicere factio nem. Et hoc rectè dicit Diogenes, ꝙ, ſi nõ eſſent ex vno oĩa, non eſſet facere, & pati abinuicem, vt calidum infrigidari, & hoc calefieri rurſus: non.n. tranſmutant̃ caliditas, & frigiditas in ſeinuicẽ; ſed manifeſtum eſt, ꝙ ſubiectum. Quapp in quib. facere eſt, & pati, neceſſe eſt horum vnã eſſe ſubiectã naturã. Oĩa igit̃ talia eſſe dicere nõ verum eſt; ſed in quibuſcunq; ipſum abinuicẽ eſt. Sed, ſi de ipſo facere, & pati, & de miſtione vidẽdum ſit, neceſſe eſt & de tactu: neq; .n. facere hæc, & pati poſſunt propriè, quæ nõ eſt poſſibile ſeinuicem tangere: neq; nõ tãgentia ſeinuicem aliqualiter contingit miſceri primum. Quapropter de tribus his determinandũ eſt, quid Tactus, & quid Miſtio, & quid Factio, principium autem accipiamus hoc. Neceſſe enim entium, quibuſcunque eſt miſtio, eſſe hæc adinuicem tangibilia. &, ſi aliquid facit, hoc autem patit̃ principaliter, & in his ſimiliter; ideo primùm dicendum eſt de Tactu.

Caput Secundum. De Tactu.

Erè igit̃, vt & aliorum noĩum vnumquodq; dr̃ multifariã, & hæc qdem ęquiuocè, hæc aũt altera ab alteris & priorib. ſic ſeſe habet &. de tactu. ſed tñ propriè dictum inexiſtit habẽtibus poſitionem: poſitio aũt, quib. & locus: etẽm mathematicis ſimiliter reddendus eſt tactus, & locus, ſiuę eſt ſeparatum vnumquodq; ab ipſis, ſiuę alio modo. Si igit̃ eſt, vt determinatum eſt prius: Tãgere vltima habere ſimul, hęc vtiq; tãgent ſeinuicẽ, q̃cunq; determinatas magnitudines, & poſitionẽ habẽtia, ſimul habent vltima. Qm̃ aũt poſitio qdem quibuſcunq; & locus inexiſtit: prima aũt dr̃ia loci ſurſum, & deorſum, Te. 44.

&

& talia oppoſitorum: oĩa ſeinuicē tangentia grauitatem vtiq; habebunt, aut leuitatem, aut ambo, aut alterum. talia autē paſſibilia, & actiua. Quapp manifeſtum eſt, ꝙ hęc tāgere nata ſunt ſeinuicem, quorum diſtinctis magnitudinibus ſimul vltima ſunt, exiſtentibus motiuis, & mo-
Te. 45. bilibus adinuicem. ¶ Qm̄ autem mouens non ſimiliter mouet, qđ mouet, ſed hoc quidem neceſſe eſt motum & ipſum mouere, hoc autē immobile exiſtens, manifeſtum eſt, ꝙ in faciente dicemus ſimiliter. Etenim mouens facere aliqđ inquiunt, & faciens mouere, ſed tñ differunt, & oportet determinare. Non.n.poſſibile eſt mouens oē facere, ſi faciens opponemus patienti: hoc autem, in oĩb. in qbus motus paſſio. paſſio autem eſt, ſm ꝙ alterat ſolum, vt album, & calidum. ſed mouere in plus eſt ipſo facere. Illud igit manifeſtum eſt, ꝙ eſt qdem, vt mouentia mobilia tangāt, eſt autem vt non. Sed determinatio ipſius tāgere vniuerſaliter qdem eſt poſitionem habentium, & huius qdem motiui, huius autem mobilis, adinuicem autem motiui, & mobilis, in qbus exiſtit facere, & pati. eſt igit, vt plurimum tāgens, id, qđ tangit, tangēs: etenim mouent, mota oĩa ferè, q̄ coram ſunt qbuſcunque neceſſe, & apparet tangēs tangere, qđ tangit. Eſt aūt, vt aliqñ inquimus, mouēs tāgere ſolum id, qđ mouet: qđ autē tangit, nō tāgere qđ tangit: ſed quia mouent mota ea, quæ eiuſdem generis, neceſſe uidetur eſſe, quod tangitur tāgere. Quapropter, ſi quid mouet immobile exiſtens, illud quidem tanget ipſum mobile, illud autem non, inquimus.n.aliquando triſtantem tangere nos, ſed nos non eum. De tactu igitur, q in naturalibus, determinatum ſit hoc modo.

Ca-

Caput Tertium. Antiquorum opiniones, quæ ſint ea, quæ agunt, & patiuntur, ac earum confutatio.

DE ipſo aūt Facere, & Pati dicendum conſe- Te. 46.
quenter. Suſcepimus.n.à priorib. ſubcōtra
rios adiuuicem ſermones. Multi.n.concorditer
hoc dicunt, ꝙ ſimile qdem à ſimili oē impaſſibi
le eſt, ppea ꝙ nō magis actiuum, ꝙ paſſiuum ſit
alterum altero, oīa.n. ſimiliter exiſtunt eadem
ſimilib. Diſſimilia aūt, & dr̄ia facere, & pati ad
inuicem nata ſunt; etenim qn̄ minor ignis à ma-
iori corrumpit, pp cōtrarietatem hoc inquiunt
pati: contrarium.n.eſſe multum pauco. ¶ Demo Te. 47.
critus autem vltra alios propriè dixit ſolus. in-
quit.n. idem, & ſimile eſſe faciens, & patiens:
non.n.contingere altera, & differentia pati ab-
inuicem. Sed, ſi altera exiſtentia faciunt aliquid
adinuicem, non ſm ꝙ altera, ſed ſm ꝙ idem ali
quid inexiſtit, ſic accidere hoc eis. Quę igiť dicū
tur, hæc ſunt. ¶ Vn̄t autem hoc modo dicentes Te. 48.
ſubcontraria apparere dicere. Cauſa autem cō
trarij ſermonis eſt; qn̄, cum oporteat aliqđ to-
tum inſpicere, partem aliq̄ dicunt ambo. Simi-
le.n. & oīquaq; indifferens rationabile eſt non
pati à ſimili aliquid. Cur.n.magis alterum erit
actiuum, ꝙ alterum? Atque, ſi à ſimili pati aliqd
poſſibile eſt, & ipſum à ſeipſo. Proinde, his ita
ſe habentibus, nihil utiq; erit aut incorruptibi
le, aut immobile, ſi ſimile ſm ꝙ ſimile, actiuū:
ipſum.n. ſeipſum mouebit omne. ¶ Et omnino Te. 49.
alterum, & nullatenus idem, ſimiliter: nihil e-
nim patietur albedo à linea, aut linea ab albedi
ne, præterquam ſecundùm accidens, puta, ſi ac
cidat albam, vel nigram eſſe lineam: non enim
extrudunt ſe ipſa à natura, quæcunque neque
contraria, neque ex contrarijs ſunt.

Caput Quartum. Quid ſit ipſum Agere, & Pati. Quæ ſint ea, quæ verè agunt, & patiuntur. Propter quid: Et quomodo.

Te. 50. SEd qm̄ nō quodcunq; natum eſt pati, & facere, ſed q̄cunq; aut cōtraria ſunt, aut cōtrarietatem habent; neceſſe eſt & patiens, & faciens gn̄e qdem ſimile eſſe; & idem, ſpecie aūt diſſimile, & cōtrarium; natum.n.eſt corpus qdem à corpore, ſapor aūt à ſapore, color verò à colore pati: oīno aūt qđ eiuſdem gn̄is ab eo, qđ eiuſdē

Te. 51. gn̄is. ¶Huius autem cā eſt, ꝙ contraria in eodē gn̄e ſunt oīa. faciunt autem, & patiunt̄ contraria abinuicem: quapp neceſſe eſt, aliquo quidē modo eadem eſſe & faciens, & patiens, aliquo aūt modo altera, & diſſimilia abinuicem. Qm̄ aūt faciens, & patiens gn̄e quidem eadē, & ſimilia, ſpecie vero diſſimilia, talia aūt contraria ſunt; manifeſtum eſt, ꝙ actiua, & paſſiua adinuicem ſunt contraria, & media. etem̄ oīno gn̄atio, & corruptio in his & ex his. Ideo & rōnabile iā ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & oīno actiuum aſſimilare ſibijpſi patiens; faciens.n. & patiens contraria ſunt: & gn̄atio in contrarium quapp neceſſe eſt patiens in faciēs trāſmutari. ſic.n.erit in contrarium generatio.

Te. 52. ¶Et ſm rōnem quoq;, non eadem ſunt dicentes; ambo tñ eſt tangere naturam. Dicimus.n. pati qn̄q; quidem ſubiectum, vt ſanari hoīem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo: qn̄que autem calefieri quidem frigidum, ſanari autem laborans. ambo autem ſunt vera. ¶Eodem modo & de faciente. qn̄que.n. hoīem calefacere inquimus, qn̄que aūt calidum. eſt.n.vt materia ꝙ patitur, eſt autem vt contrarium. Ad illud igit̄ reſpicientes, idem oportere habere

exi-

exiſtimauerunt faciens, & patiens; ad alterum autem, contrarium. ¶ Eãdem quoq; rõnem exiſtimandum eſt de ipſo facere, & pati, quã & de ipſo moueri, & mouere. Dupliciter. n. dĩ & mouẽs. in quo. n. eſt principium motus, vĩ hoc mouere; (principium. n. prima cauſarũ eſt:) & rurſus vltimum ad id, quod mouet̃ ad gñationem. Similiter autem & de faciente: nam medicum ſanare dicimus, & vinum. Primum igĩ mouẽs nihil prohibet in motu q̃dem immobile eſſe, in quibuſdã aũt & neceſſarium: vltimum aũt ſemper mouere, motum. In actione aũt primũ quidẽ impaſſibile eſt, vltimum aũt & ipſum patiens eſt. Quæcunq;. n. non habent eandẽ materiam, faciunt impaſſibilia exiſtentia, vt Medicatiua. ipſa. n. faciens ſanitatem, nihil patĩ ab eo, qui ſanat̃. cibus aũt faciẽs & ipſe patĩ: aut. n. calefit, aut infrigidat̃, aut aliud quid patĩ, ſimul faciens. Eſt aũt Medicatiua quidẽ, vt principiũ, cibus aũt vltimum eſt, & tangens. ¶ Quæcunq; igitur actiuorum nõ in materia habent formã, hæc quidem impaſſibilia ſunt: q̃cunq; autẽ in materia, paſſibilia. Materiã. n. dicimus ſimiliter eãdem, vt ita dicã, eſſe cuilibet oppoſitorum, vt genus exiſtens. potens aũt calidum eſſe, p̃ſente calefaciente, & approximãte, neceſſe eſt calefieri. Ideo, quemadmodũ dictũ eſt, factiuorũ hæc quidẽ impaſſibilia, hæc aũt paſſibilia. Et queadmodum in motu, eodẽ modo res ſeſe habet & in factiuis: illic. n. primò mouens immobile eſt; & in factiuis primò faciens, impaſſibile eſt. ¶ Eſt. n. effectiua cã, vt vnde principium motus: cuius aũt gratia, nõ effectiua. Ideo ſanitas non eſt effectiua, niſi ſm trãſlationem: etẽm faciens cũ inerit, generatur aliquid ipſum patiens. habiti-

Te. 53.

Te. 54.

Te. 55.

bus autem p̄ſentib: nō amplius generat; ſed eſt iā, formæ aūt, & fines habitus quidā ſunt: materia aūt ſm ꝙ materia, paſſiuum. Ignis igit̄ habet in materia caliditatē, ſi aūt aliqua eſſet ſeparata caliditas, hæc nihil vtiq; pateret. Hāc igit̄ forſitan impoſſibile eſt ſeparabilem eſſe. ſi autem ſunt quædam talia, in illis, vtiq; erit, quod dr̄, verum. Quid igit̄ ſit facere, & pati, & quib. inſit, & quare, & quō, determinatum ſit hoc modo.

Caput Quintum. Variæ adducuntur Antiquorū opiniones, quo pacto fiant Agere, & Pati, earumq; examinationes, ac confutationes.

Te. 56. QVomodo aūt pōt hoc accidere, rurſus dicamus. His igitur vr̄ pati vnumquodq; per quoſdā meatus, ingrediente faciente vltimo, & principaliſſimo: & hoc modo videre, & audire nos inquiūt, & ſm alios ſenſus ſentire oēs. Amplius videri ꝑ aerem, & aquam, & ꝑ tranſparentia, quia meatus habent, inuiſibiles quidem ꝓꝑ paruitatem, ſpiſſos autem, & ſm ordinē: & magis habere trāſparentia magis. Hi igitur in quibuſdā determinauerunt ita, quemadmodum & Empedocles, non ſolum in patientib. & facientib, ſed & miſceri ea inquiunt, quorumcunque meatus adinuicem ſunt cōmenſurabiles.

Te. 57. ¶ Via aūt maximè & de oīb. uno ſermone determinauerunt Leucippus, & Democritus, principiū cū fecerint ſm naturā qđ eſt. Quidā. n. Antiquorū opinati ſunt ex neceſſitate ens vnū eſſe, & imobile: uacuū. n. eſſe nō ens: moueri aūt nō poſſe, nō exiſtēte uacuo ſeparato. neq; rurſus multa eſſe, non exiſtente ſegregāte.

Te. 58. ¶ Hoc aūt nihil differre, ſi quis exiſtimet non cōtinuū eſſe uniuerſum, ſed tangere diuiſim ab eo, qđ eſt dicere

fore

fore multa,& non vnum eſſe, & vacuum. Si.n. oĩquaq; diuiſibile,nihil eſſe vnum,quapp neq; multa,ſed vacuum oẽ. Si autem tum diuiſibile quidem,tum aũt nõ, figmento alicui hoc vtiq; aſſimilari.quouſq;.n. & pp q̃d ipſius totius hoc quidem ita ſe habet,& plenum eſt,illud autem diuiſum? Amplius ſimiliter dicere neceſſarium non eſſe motum.Ex his igitur rõnibus,trãſcendentes ſenſum,& deſpicientes eum, ac ſi conueniat rõnem ſequi,ipſum oẽ eſſe vnũ, & immobile,& infinitum quidam dicunt: finem.n.finire vtiq; ad vacuũ. Hi ergo ita,& pp has cauſas enunciauerunt de veritate.¶Amplius autem in rõnibus quidem videntur hæc cõtingere, in rebus autem dementiæ ſimile eſt opinari ita:nullum.n.dementium egredi tantum, vt ignẽ vnũ eſſe exiſtimet,& glaciem: ſed ſolum bona, & apparentia pp aſſuetudinem, hęc quibuſdã pp dementiã nihil videnť differre. ¶Leucippus aũt exiſtimauit habere rõnem,q̃ ad ſenſum cõfeſſa dicentes,non deſtruent neq; gñationem, neq; corruptionem, neq; motum, & multitudinem entium cõfeſſus aũt hæc quidem apparentib. conſtituentib.autem vnum, vt non exiſtat motus ſine vacuo,vacuumq; nõ ens, & entis nihil non ens inquit eſſe.q̃d.n.propriè ens oĩplenum exiſtens;ſed eſſe tale,non vnũ, ſed infinita multitudine, & indiuiſibilia pp paruitatem moliũ: hæc aũt in vacuo ferri.vacuum.n.eſſe,& cõgregata quidem gñationem facere, diſſoluta autẽ corruptionem,facere autem,& pati, ſm q̃ exiſtunt tangentia:ſecundùm.n.id,nonvnum eſſe, & compoſita,& circumplicata, generare. ¶ Ex vno autem ſecundùm veritatem non vtique generari multitudinem, neq; ex verè multis v-

(margin: Te. 59. — Te. 60. — Te. 61.)

num: ſed eſſe hoc impoſſibile. Sed ut Empedocles, & aliorum aliqui inquiunt pati, per meatus, ita & oēm alterationem, & oē pati. hoc modo gñari per vacuum. facta diſſolutione, & corruptione. ſimiliter autē & augmentatione, ſubintrantibus alijs.

Te. 62. ¶Ferè autem & Empedoclem neceſſe ē dicere, vt & Leucippus inquit, eſſe. n. quædam ſolida, ſed indiuiſibilia, niſi oīquaque meatus continui ſint. hoc autē impoſſibile eſt: nullum. n. aliud ſolidum erit pręter meatus; ſed vniuerſum vacuum. Neceſſe eſt igit̄ tangentia quidem eſſe indiuiſibilia, intermedia autem eorum vacua, quos ille dicit meatus. Ita autem & Leucippus dicit de ipſo facere, & pati. Modi igitur, ſm quos hæc quidem faciunt, hæc autem patiunt̄, ferè hi dicunt̄. & de his quidem, & quomodo dicunt, manifeſtum eſt. Et ad eorum poſitiones, quibus vtunt̄, ferè confeſsè vr̄ id, qđ accidit, alijs autem minus: vt Empedocli quonam modo erit gñatio, & corruptio, & alteratio, non eſt manifeſtum. His. n. ſunt indiuiſibilia prima corporum, figura differentia ſolùm, ex quibus primis componunt̄, & in quę vltima diſſoluunt̄. Empedocli autē alia quidem manifeſtum eſt, ꝙ vſq; ad elementa habent gñationem, & corruptionem. ipſorum verò horum quomodo generat̄, & corrumpit̄ coaceruata magnitudo, nec manifeſtum eſt, nec contingit dicere ei, non dicenti & ipſius ignis elementum eſſe. ſimiliter aūt & aliorum oīum, vt in Timæo ſcripſit Plato

Te. 63. ¶ Tantum. n. differt, vt non eodē modo Leucippus dicat, ꝙ hic quidem ſolida, ille autem plana dicit indiuiſibilia: & hic qdem infinitis terminata eſſe figuris indiuiſibilium ſolidorum vnumquodq;, ille aūt terminatis: qm̄ indiuiſibilia

bilia vtriq; dicunt, & terminata figuris. Ex his itaq; gñationes, & ſegregationes, Leucippo quidem duo vtiq; modi eſſent, & per vacuum & p tactum: ob hoc.n.diuiſibile eſt vnumquodque. Platoni autem ſm ſolum tactum: vacuum.n.nõ eſſe inquit. Et de indiuiſibilibus quidem planitiebus diximus in prioribus ſermonibus: de indiuiſibilibus autem ſolidis amplius conſiderare, qđ accidit, relinquat̃ nunc. ¶Vt autem parũ egredientes dicamus, neceſſarium eſt & impaſſibile vnumquodq; dicere indiuiſibilium (non .n.poſſibile eſt pati, niſi per vacuum) & nullius effectiuum paſſionis: neq; .n.durum, neq; frigidum poſſibile eſt eſſe. ¶Quamuis hoc inconueniens ſit, ſolum attribuere circulari figurę calidum: neceſſe.n.eſt & contrarium frigidum alij alicui congruere figurarum. Inconueniens autem eſt, ſi hęc quidem inſint, dico autem caliditas, & frigiditas, grauitas autem, & leuitas, & durities, & mollities nõ inſint. ¶Sed tñ grauius ſm exceſſum dicit eſſe Democritus vnũquodq; indiuiſibilium: quapp & calidius. talia autem exiſtentia non pati abinuicem impoſſibile: vt à multũ excellenti calido remiſsè calidum. ¶Atqui ſi durum, & molle, molle autem iam in patiendo aliquid dr̃.qđ.n.cedit, molle. ¶Sed tamẽ inconueniens eſt, ſi nihil ineſt, niſi ſola figura, & ſi ineſt, vna autem ſola, vt hæc quidem dura, illa autem calida. nec.n.vna aliqua eſſet natura eorum. Similiter autem impoſſibile eſt, & ſi plura vni; indiuiſibile.n.exiſtens in eodem habebit paſſiones. quapropter &, ſi patiat̃ ſm ꝙ infrigidat̃, ſm id & aliquid aliud faciet, aut patiet̃. Eodẽ aũt modo & de paſſionib. alijs. ¶Hoc .n.& ſolida, & plana dicẽtib. indiuiſibilia, cõtin

Te. 64. Te. 65. Te. 66. Te. 67. Te. 68. Te. 69.

git eodem modo: neq; .n. rariora, neq; denſiora eſt poſſibile generari, vacuo non exiſtente in in-
Te. 70. diuiſibilibus. ¶Amplius autẽ inconueniens eſt & parua quidem indiuiſibilia eſſe, magna autẽ non. nũc.n. rõnabiliter maiora magis frangun tur, q̃ parua; hęc.n. diſſoluunt faciliùs paruis, ſcilicet magna: pcedunt n. ex multis indiuiſibilia autem penitus, quare magis, q̃ magnis, in-
Te. 71. exiſtunt paruis? ¶Amplius aũt vtrum vna oĩum ſit natura illorum ſolidorum, aut differunt altera ab alteris: quemadmodum, ſi hæc qdẽ eſſent ignea, illa autem terrea mole. Si.n. vna natura eſt oĩum, qd eſt, qđ ſeparauit? aut quare nõ fiũt, cùm ſe tetigerint vnum? quemadmodum aqua, aquam qñ tetigerit. nihil.n. differt poſterior aqua à priori. Si altera autem, qualia hæc ſunt? Et manifeſtum eſt, ꝙ hęc ponendum eſt principia, & cauſas eorum, q̃ contingunt magis, q̃ figuras.
Te. 72. ¶Amplius autem differentia natura, & ſi fecerint, & ſi paſſa fuerint tangentia adinuicẽ.
Te. 73. ¶Amplius autem quid eſt, qđ mouet? ſi.n. aliud, paſſiuum: ſi autem ipſum ſeipſum vnumquodque, aut diuiſibile erit, ſm aliud qdem mouẽs, ſm aliud autem motum, aut ſm idem contra-
Te. 74. ria inerunt. ¶Et nõ ſolùm materia erit numero
Te. 75. vna, ſed & potentia. ¶Quicunq; igiẽ per meatuũ motum inquiunt paſſiones contingere, ſiquidem & plenis meatibus ſuperfluunt meatus. Si .n. patiẽ aliquid: ſic vniuerſum & ſi non meatus habens, ſed ipſum continuum exiſtens patiet
Te. 76. eodem modo. ¶Amplius autem quomodo contingit de ipſo perſpicere accidere, vt dicunt? neque.n. ſm tactus contingit tranſire per tranſparentia, neq; p meatus, ſi plenus ſit vnuſquiſq; quid.n. differret ab eo, qđ ẽ nõ meatus habere?

oē.n.ſic eſſe plenū. Sed & ſi vacua qdē hęc ſint, neceſſe aūt ſit corpora in ſe habere, idē cōtinget rurſum. Si aūt tāta ſint ſm magnitudinē, vt nō ſuſcipiāt corpus aliqđ, ridiculū ē paruū qdē exiſtimare vacuū eſſe, magnū aūt nō.neq; quātūcunq;, aut vacuū aliqd aliud exiſtimare dicere, pter regionē corporis.quapp manifeſtū ē, φ oī corpori mole æquale erit vacuū. Oīno autē meatus facere ſupfluū. Si.n. nihil facit ſm tactum, neq; p meatus trāſiens faciet.Si aūt tangēdo,& meatib.nō exiſtētibus hęc qdē patienꝷ, illa aūt faciēt eorū, q̄ adinuicē hoc modo nata ſunt.Quòd ergo ita dicere meatus,vt qdā exiſtimāt,aut falſum,& aut vanū ſit,manifeſtū eſt ex his. diuiſibilib. autem oīquaq; corporibus exiſtentibus, meatus facere, ridiculum eſt.ſecundùm.n.quòd diuiſibilia ſunt, poſſunt ſeparari.

Caput Sextum.Quo pacto vere fiant Generatio. & Actio, & Paſſio.

QVo aūt modo inſit Generare entibus, & Facere,& Pati,dicamus, accipientes principium dictū ſæpe. Si.n.ē, hoc qdē poteſtate, hoc aūt actuū tale,natum aūt eſt nō tum qdē pati,t autē nō pati, ſed oīquaq;,ſm φ eſt tale: minus aūt,& magis ſm qđ tale magis eſt,& minus:ſic vtiq; meatus aliqs dicet magis ineſſe, vt in fodiendis metallis ptendunt paſſibiles venæ cōtinuæ.¶Cōtinuum igiꝷ vnumquodq;, & vnū exiſtens, impaſſibile eſt.Similiter autem, & nō tāgentia neque ſeipſa, neque alia,quę facere nata ſunt,& pati.Dico autem,vt nō ſolùm tāgens calefacit ignis,ſed & ſi lōge ſit,(aerem.n. ignis, aer aūt corpus calefacit) natus & facere,& pati. Te. 77. Te. 78.
¶Exiſtimare autem tum pati,tum autem non, cùm determinauerimus in principio hoc dicendum. Te. 79.

dum. Si.n.non oĩquaq; diuiſibilis ſit magnitudo, ſed eſt corpus indiuiſibile, aut latitudo; non vtiq; erit oĩquaq; paſſibile, ſed neq; continuũ vllũ. Si aũt hoc falſum, & oẽ corpus diuiſibile, nihil refert diuiſum qdem eſſe, tãgere aũt, aut diuiſibile eſſe. Si.n.ſegregari põt ſm tactus, ut aiunt quidã, & ſi nondum fuerit diuiſum, erit diuiſum.poſſibile.n.diuiſum eſſe: fit.n.nullum impoſſibile. Oĩno aũt hoc generari modo, ſciſſis corporib. incõueniens eſt. deſtruit.n. hic ſer-
Te. 80. mo alterationem. ¶ Videmus.n.idem corpus, cõtinuum exiſtens, quãdoq; quidem humidum, quãdoq; aũt congelatum, non diuiſione, & cõpoſitione hoc patiens, nec verſione, & tactu, ſicut ait Democritus: neq;.n. tranſductum, neq; trãſpoſitum, neq; mutatum ſm naturã, congelatum ex humido generatũ eſt, neq; nunc ſunt dura, & cõgelata, indiuiſibilia mollib. ſed ſimiliter oẽ humidum quandoq; autem durum, & cõ
Te. 81. gelatum eſt. ¶ Amplius aũt neq; augmentationẽ poſſibile eſſe, & diminutionem: nõ.n. quodcunque erit factum maius, ſi quidem erit appoſitio, & non oẽ mutatũ, aut miſto aliquo, aut ſm ſe mutato. Quid igiť eſt generare, & facere, & generari, & pati adinuicem, & quõ cõtingit, & quõ inquiunt quidam, non contingit autem, determinatum ſit hoc modo.

Caput Septimum. Proponuntur dubitationes de ipſa Miſtione, aliorumq; de his opiniones, ac earum confutationes.

Te. 82. Reliquum autem eſt conſiderare de Miſtione ſecundùm eundem modum methodi. hoc enim erat tertium propoſitorum à principio, Conſiderandum autem eſt, quid eſt Miſtio, & quid

& quid Miſcibile : & quibus exiſtit entium , & quomodo. Amplius autem vtrum eſt miſtio,an hoc falſum . Impoſſibile enim eſt aliquid alterum alteri miſtum eſſe,ſicut dicũt quidam. Exiſtentibus enim adhuc miſtis, & nõ alteratis,nõ magis nũc miſta eſſe inquiunt,quàm prius,ſed conſimiliter ſe habere: altero autem corrupto, non miſta eſſe,ſed hoc quidem eſſe,hoc autem non eſſe : miſtionem autem ſimiliter habentiũ eſſe.Eodem autem modo & ſi, ambobus cõgredientibus, corruptum eſt eodem. quæ miſcentur , vtrunque:non enim eſſe miſta nullatenus exiſtentia . ¶Hic igitur ſermo videtur quærere, vt determinetur , quid differt miſtio à generatione,& corruptione,& quid miſcibile à generabili,& corruptibili. Manifeſtum enim eſt , ꝙ oportet differre , ſi quidem eſt : quapropter his exiſtentibus manifeſtis,dubitata ſoluentur vtique. At verò nec materiam igni miſtam eſſe dicimus , nec miſceri , cùm ardet, aut ipſam ſuis particulis, neque igni: ſed ignem quidem generari , hanc autem corrumpi . Secundùm autem eundem modum , nec corpori nutrimentum, nec figuram ceræ miſtam formare molem, neque corpus , & album , neque omnino paſſiones, & habitus poſſibile eſt miſta eſſe rebus: ſal uata enim videntur.Atqui neque album, & diſciplinam contingit miſceri , nec aliud non ſeparabilium nullum. Sed hoc dicunt non bene, qui omnia quandoq; ſimul eſſe dicunt,& miſta eſſe:non,n. omne omni miſcibile , ſed oportet exiſtere ſeparabile vtrunq; miſtorum. paſſionũ autem nulla ſeparabilis. ¶ Quoniã autem ſunt entium illa quidem potentia,hæc autem actu , contingit miſta,eſſe quodammodo, & nõ eſſe,

Te. 13. (margin, beside "vt determinetur")

Te. 14. (margin, beside "autem nulla ſeparabilis")

actu

igitur non erit miſtio, aut dicendum hoc, quomodo contingit fieri rurſus.

Caput Octauum. Quo pacto fiat ipſa Miſtio, & quæ ſint miſcibilia propriè, & quid ſit ipſa Miſtio.

SVnt itaq; vt dicebamus, entium hæc qdem actiua, illa aũt ab his paſſiua. Hęc igiť couertunť, quorumcunq; eadem materia eſt, & actiua adinuicem, & paſſiua abinuicem; hæc aũt faciunt, impaſſibilia exiſtentia, quorum nõ eſt eadem materia. Horum igiť non eſt miſtio. ideo neq; Medicatiua facit ſanitatem, neq; ſanitas mixta corporib. ¶ Actiuorum aũt, & paſſiuorum q̄cunq: ſunt facile diuiſibilia, multa qdem paucis, & magna paruis compoſita, non faciunt miſtionem, ſed augmentationem dominantis: mutatur.n. alterum in dominans, ideo gutta vini decem millibus congijs aquæ non miſcetur. ſoluitur enim forma, & mutatur in vniuerſam aquam ¶ Quando autem potentijs adęquantur, quodammodo, tunc mutatur quidem vtrunq; in dominans ex ſui ipſius natura. non generatur autem alterum, ſed medium, & commune. Manifeſtum eſt igiť, ꝙ hæc miſcibilia ſunt, quęcunq; facientium, contrarietatem habent: hæc enim ſunt abinuicem paſſiua. Et parua quoq; ſecus parua poſita, miſcentur magis: facilius enim inuicem permutantur, & citius. multum autẽ, & à multo tardius hoc operatur. Ideo & facile terminabilia diuiſibilium, & paſſiuorum miſcibilia ſunt. diuiduntur enim in parua, hæc faciliter. hoc enim erat facilè terminabili eſſe, vt humida miſcibilia maximè corporum; facilè terminabile enim maximè humidum diuiſibilium, niſi viſcoſum fuerit. hæc enim amplio- Te. 87. Te. 88. Te. 89.

rem

rem vtique, & maiorem molem faciunt. Quando autem alterum ſolum paſſiuum erit, aut vehementer, illud autem valde remiſsè, aut nihil amplius quod miſtum eſt ex ambobus, aut parum. quod quidem contingit circa ſtannum, &
Te. 90. æs. ¶ Quædam enim balbutiunt adinuicem entium, & ancipita ſunt videntur enim quodammodo & miſcibilia eſſe remiſsè, & vt alterum quidem ſuſceptibile, alterum autem forma quod & in his contingit. Stannum enim, vt paſſio aliqua exiſtens ſine materia æris, penè euaneſcit, & miſtum recedit, cum colorauerit ſolùm. Idem autem hoc contingit & in alijs. Manifeſtum eſt igitur ex ijs, quæ dicta ſunt, & quòd eſt miſtio, & quid eſt, & propter quid eſt, & quæ miſcibilia entium: quoniam ſunt quædam talia, qualia ſunt abinuicem paſſibilia, & facilè terminabilia, & facilè diuiſibilia: hæc enim neque corrupta eſſe neceſſarium eſt miſta, neque poſſunt eadem ſimpliciter eſſe, neq; compoſitionem eſſe miſtionem eorum, neque ad ſenſum. Sed miſcibile quidem eſt, quando facilè terminabile exiſtens paſſiuum fuerit, & actiuum, & tali miſcibile: ad omiomerum enim miſcibile. Miſtio autem eſt miſcibilium alteratorum vnio.

ARISTOTELIS DE GENERATIONE, & Corruptione

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima elementorum principia, & eorũ numerum inquirit.
In Secunda de Elemẽtorum Generatione pertractat.
In Tertia de Miſtorum generatione ſermonem facit.
In Quarta Generationis, & corruptionis cauſas inueſtigat.
Summæ Primæ Caput primum. De huius libri intentione, de principio materiali generationis. elementorum opiniones, & Antiquorum, & propria.

DE miſtionẽ igiť, & tactu, & de ipſo facere, & pati, dictum ẽ, qũo exiſtunt in reb. q̃ tranſmutanť ſm naturam. Amplius autem de generatione, & corruptione aliqua, ſimpliciter quõ eſt, & cuius, & pp quã cauſã. Similiter aũt & de alteratione dictum eſt quid alterari, & quã habet drĩam eorum vnumquodque. Reliquum autem eſt conſiderare circa vocata Tex. 1.

cata

cata Elementa corporũ: gñatio. n. & corruptio oĩbus natura conſiſtentibus ſubſtantijs, non ſine ſenſibilibus corporibus.¶Horum autem ſub iectam materiam, hi quidem inquiũt eſſe vnũ, vt aerem ponentes, aut ignem, aut aliquid medium horum, & corpus exiſtens, & ſeparabile.

Tex. 2. Hi autem plures ſm numerum vno. hi. n. ignẽ, & terram. hi autem & hæc, & aerem tertium. hi autem & hæc, & aquam, quartum, vt Empedocles: ex quibus cõgregatis, & ſegregatis, aut alteratis ait contingere gñationem, & corruptionem rebus.

Tex. 3. ¶Quòd igitũ prima principia, & elementa bene ſe habet dicere, ſit confeſſum, ex quibus tranſmutatis aut ſm cõgregationẽ, & ſegregationem, aut ſm aliam tranſmutationem contingit gñationem eſſe, & corruptionẽ. Sed facientes qdem unam materiam præter dicta, hãc autem ſeparabilem, & corpoream, peccant; Impoſſibile. n. eſt ſine contrarietate eſſe corpus hoc, ſenſibile exiſtẽs. aut. n. leue, aut graue, aut calidũ, aut frigidum neceſſe eſt eſſe infinitum hoc, qđ quidam dicunt eſſe principium.

Tex. 4. ¶Vt autem in Timæo ſcriptum eſt, nullam habet determinationem. Non. n. dixit manifeſte illud, oẽ recipiens, ſi ſeparatur ab elemẽtis: nec utitur ullo, dicens eſſe ſubiectum aliqđ vocatis elementis prius, vt aurũ, operibus aureis. ſed & hoc non bene dĩ, hoc modo dictum, ſed quorũ quidẽ alteratio eſt ita, quorum autem gñatio, & corruptio, impoſſibile illud appellant, ex quo gñatum eſt: q̃uis, inquit, longè veriſſimum eſſe aurum dicere vnumquodq; eſſe.

Tex. 5. ¶Sed elemẽtis exiſtentibus ſolidis, vſq; ad planities facit diſſolutionem. impoſſibile aũt materiã primam planities eſſe.

Tex. 6. ¶Nos autem dicimus aliq̃ materiam

corpo-

corporum ſenſibilium, ſed hanc non ſeparabilem, ſed ſemper cũ contrarietate, ex qua ĝnantur vocata elementa. determinatum eſt autẽ de his exactius in alijs. Sed tñ qm̃ & hoc modo ſunt ex materia corpora prima, determinãdum eſt & de his principiũ quidẽ, & primũ exiſtimãte, eſſe materiã, inſeparabilẽ quidem, ſubiectã autẽ cõtrarijs: neq;.n. calidum materia eſt frigido, neq; hoc calido, ſed ſubiectum ambobus. Quapp primum quidem potentia corpus ſenſibile principium eſt: ſm aũt primæ contrarietates: dico aũt vt caliditas, & frigiditas: tertiũ aũt iã ignis, & aqua, & talia hæc.n. tranſmutant in ſeinuicem, & non vt Empedocles, & alij dicũt: neq;.n. eſſet alteratio: cõtrarietates aũt nõ trãſmutant: ſed nõ minus &, vt corporis, qualia, & quot dicendũ principia: alij.n. ſupponẽtes vtuntur, & non dicunt quare aut talia, aut tot.

Caput Secundum. Quòd qualitates tangibiles ſint Elementorum principia, primaq; eorum differentiæ.

QVoniã igit̃ q̃rimus ſenſibilis corporis principia, hoc aũt eſt tãgibile, tãgibile autẽ, cuius eſt ſenſus tactus; manifeſtum, ꝙ nõ oẽs contrarietates corporis formas, & principia faciũt, ſed ſolum q̃ ſm tactum: ſm contrarietatẽ.n. differunt, & ſm tangibilẽ contrarietatẽ. Ideo neq; albedo, neq; nigredo, neq; dulcedo, & amaritudo, ſimiliter autem neq; aliarum ſenſibiliũ cõtrarietatum aliqua facit elementum; quamuis prior viſus eſt tactu. quapp & ſubiectum prius. ſed non eſt corporis tangibilis paſſio, ſm ꝙ tangibile, ſed ſecundùm alterum, & ſi fuit natura prius. ¶ Ipſorum aũt tangibilium diuidendum, quales primæ differentiæ, & cõtrarietates. Sunt Tex. 7. Tex. 8.

autem contrarietates ſm tactum hæ, calidum, frigidum, ſiccum, humidum; graue; leue, durũ, molle, lubricum, aridum, aſperum, lene, craſſum, tenue. Horum autẽ, Graue quidẽ, & Leue, neq; actiua, neq; paſſiua; non.n. faciendo aliqd alterum, neq; patiendo ab alio, dicunt. Oportet autem actiua, & paſſiua adinuicem eſſe elemẽta; miſcent.n.& transmutant in ſeinuicem. Calidum autem, & frigidum, & ſiccum, & humidum, illa qdem, quia actiua ſunt, hęc autẽ, quia paſſiua, dicunt. calidum.n. eſt, qđ congregat ea, q̃ ſunt eiuſdem gñis: ſegregare.n. qđ inquiunt facere ignem. cõgregare eſt ea, q̃ eiuſdem gñis ſunt; contingit.n. excipere aliena Frigidum autem, qđ coniungit, & congregat ſimiliter & ea,

Tex. 9. q̃ eiuſdem gñis, & q̃ nõ eiuſdẽ gñis. ¶ Humidum autem, qđ interminabile ꝓprio termino, facilè terminabile exiſtens. Siccum autem, facilè terminabile ꝓprio termino, difficulter autem terminabile.

Te. 10. ¶ Tenue autem, & Craſſum, & Lubricum, & aridum, & durum, & molle, & alię drię, ex his. Qm̃.n. repletiuum eſt ipſius humidi, qa nõ eſt terminatum quidem, facilè autẽ terminabile exiſtens, & quia ſequit tãgens: tenue autẽ repletiuum; ſubtilium.n. partium, & qđ paruarum partium repletiuum: totum.n. totum tangit, tenue autẽ maxime tale eſt: manifeſtum ẽ, ꝙ tenue qdem erit humidi, craſſum autem ſicci

Te. 11. ¶ Rurſum autem lubricum quidem humidi; Lubricum.n humidum aliquid paſſum eſt, ve-

Te. 12. lut oleum. ¶ Aridum autem ſicci: Aridum.n. eſt, qđ perfectè ſiccum, adeò, vt & cõgelatum ſit pp

Te. 13. defectionem proprię humiditatis. ¶ Amplius, molle quidẽ humidi, durum autẽ ſicci; Molle.n. qđ cedit in ſeipſum, & nõ obſiſtit: qđ quidem

facit

facit humidum. & ideo non eſt humidum molle, ſed molle humidi; durum autẽ ſicci. Durum .n.eſt, qđ congelatum eſt : congelatum autem ſiccum eſt. ¶Dicunt autẽ ſiccum, & Humidum multifariam . opponit.n ſicco & humidum, & udum. & rurſus humido, & ſiccum, & congelatum. oĩa autem hæc ſunt ſicci, & humidi primorum dictorum. Qm̃.n. vdo opponit ſiccũ, & Vdũ quidem eſt, quot habet alienã humiditatẽ ſupficietenus: Irrigatum autem, qđ in pfundo, ſiccũ autem priuat hac; palã eſt, ꝙ vdum quidem erit humidi, oppoſitum autem ſiccum primi ſicci. Te. 14.
¶Rurſus autem humidum, & cõgelatum ſimiliter. Humidum.n.eſt, qđ habet propriã humiditatem in profundo. Cõgelatum autem priuatur hac. quapp & horum erit hoc quidẽ ſicci, illud autem humidi. Manifeſtum eſt igit. ꝙ oẽs aliæ drĩæ reducunt ad primas quatuor. hæ autẽ non amplius in minores: neq;.n. calidum, qđ humidum, vel quod ſiccum. neq; humidum, quod calidum, aut quod frigidum. nec frigidum, & ſiccum, nec ſub inuicẽ, nec ſub calido, & humido ſunt. quapp neceſſe eſt quatuor eſſe has. Te. 15.

Caput Tertium. Quot ſint qualitatum primarum coniugationes: Quotusq; Elementorum numerus, Quaternarius ſcilicet.

QVoniã autem quatuor elementa ſunt, ipſorum autem quatuor ſex cõiugationes: contraria autem nõ nata ſunt cõiungi; (calidum.n. & frigidum eſſe idem, & rurſus humidum, & ſiccum, impoſſibile eſt:) manifeſtum eſt, ꝙ quatuor erunt elementorum cõiugationes, calidi & ſicci, & calidi & humidi: & rurſus frigidi, & ſicci, & humidi & frigidi. Et ſecuta ſunt ſm rõnem ſimplicia apparẽtia corpora. & ignẽ. & ae- Te. 16.

rem,& aquã,& terrã.(Ignis.n.calidus,& ſiccus eſt.Aer autem calidus,& humidus:velut euapo ratio.n.aer:Aqua autem frigida,& humida.Terra aũt frigida,& ſicca.)vt rõnabiliter diſtribuãtur drĩæ primis corporib. & multitudo eorum
Te. 17. ſit ẜm rõnem.¶Oẽs.n.qui ſimplicia corpora elementa faciunt, hi quidem vnum, hi autẽ duo, hi autem tria,hi aũt quatuor faciunt.Quicunq; igĩt vnum ſolum dicunt eſſe, deinde denſitatę, & raritate alia generant,his cõtingit duo facere principia,& rarum,& denſum,aut calidum, & frigidum:hæc.n.q̃ operãt:vnum autem ſupponĩt,quemadmodum materia.
Te. 18. ¶Qui aũt mox duo faciunt,vt Parmenides ignem, & terrã,intermedia miſturas faciunt horum,vt aerem, &
Te. 19. aquã.¶Similiter autem & qui tria dicunt,quemadmodum Plato in diuiſionib. medium. n.miſturã facit.Et ferè eadem dicunt, & qui duo, & qui tria dicunt,præterq̃ ꝙ hi quidem in duo diuidunt medium, hi autem vnum ſolũ faciunt. Quidã aũt & mox quatuor dicunt, vt Empedocles.cõgregat aũt & hæc in duo:igni.n.oĩa alia
Te. 20. opponit.¶Nõ eſt aũt ignis, & aer,& vnumqđq; p̃dictorum ſimplex,ſed miſtum. Simplicia aũt, talia quidem ſunt, non tñ eadem,vt qđ ſimile igni eſt,igneum,non ignis;& quod aeri,aerem. ſimiliter autem & in alijs.
Te. 21. ¶Ignis autem eſt ſuperabundantia caliditatis, quemadmodum & Glacies frigiditatis. Congelatio.n.& Exarſio ſuperabundantię q̃dam ſunt,illa quidem frigiditatis,hæc autem caliditatis. Si igitur glacies eſt congelatio humidi,& frigidi;& ignis erit exarſio calidi,& ſicci. ideo nihil ex glacie generaẽ, neq; ex igne.
Te. 22. ¶Exiſtentib.autem quatuor ſimplicib.corporibus,vtrunq;.duorum vtriuſq; locorum

rum eſt: ignis.n.& aer eius, qui ad terminum fert: terra autem,& aqua eius, qui ad medium. Et extrema quidem, & ſincera ignis & terra: media aũt,& miſta magis aqua,& aer. Et vtraque vtriuſq; contraria: igni.n.cõtraria aqua, aeri autem terra. hæc.n.ex contrarijs paſſionibus conſtituta ſunt.¶Sed tñ ſimpliciter quatuor exiſtentia, vnius vnumquodq; eſt. Terra.n.ſicci magis, q̃ frigidi: Aqua autem frigidi magis, quàm humidi: Aer autem humidi magis, quàm calidi: Ignis autem calidi magis, quàm ſicci. Te. 23.

Summa Secunda. De Elementorum generatione.

Caput Primum. De mutua Elementorum generatione facili, atque difficili.

QVoniã autẽ determinatum eſt prius, ꝙ eſt ſimplicib. corporib. ex ſeinuicem gñatio: ſimul autem & ſm ſenſum vñr gñata: (nõ.n.eſſet alteratio: ſm.n.ipſius tactus paſſiones alteratio eſt) dicẽdum eſt, qs modus adinuicẽ trãſmutationis. & vtrum oẽ ex oĩ gñari poſſibile ſit, an hæc quidẽ poſſibile, hæc aũt impoſſibile. Quòd igit̃ oĩa nata ſint adinuicem tranſmutari, manifeſtum eſt: Generatio.n.in contraria, & ex contrarijs: elementa autem oĩa habent contrarietatem adinuicem; quia dr̃iæ ſunt contrariæ. his .n.ambæ contrariæ, vt igni, & aquæ; illud.n.ſiccum, & calidum, hoc autem frigidum, & humidum. illis autem altera ſolum, vt aeri & aquę, illud.n.calidum, & humidum, hoc aũt frigidum, & humidum Quapp vniuerſaliter quidẽ manifeſtum eſt, ꝙ oẽ ex oĩ generari natum eſt. Iã aũt ſecundum vnumquodq; nõ difficile eſt videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. Te. 24.

Te. 25. ¶Differt aũt in ipſo citius, & tardius, & facilius, & difficilius Quæcunq;.n.hñt cognationem ad inuicem, velox horum tranſmutatio eſt: q̃cunq; aũt non hñt, tarda; qa facilius eſt unum, q̃ mul ta tranſmutare. Vt ex igne qdem erit aer, altero tranſmutato. illud. n. erat calidum, & ſiccũ, hoc aũt calidum, & humidũ. quapp ſi vincat̃ ſiccũ ab humido, aer erit. Rurſus aũt ex aere aqua erit, ſi vincatur calidũ à frigido: illud. n. erat calidum, & humidum; hoc aũt frigidum, & humidum. quapp tranſmutato calido aqua erit. Eodẽ quoq; modo ex aqua terra, & ex terra ignis. hñt n. ambo ad ambo cognationem. aqua. n. humidum, & frigidũ. terra aũt frigidũ, & ſiccũ. quapp victo humido, terra erit. Et rurſus qm̃ ignis quidem ſiccus, & calidus; terra aũt frigida, & ſicca; ſi corrumpet̃ frigidum, ignis erit ex terra. Quapp manifeſtum eſt, ꝙ circularis erit gñatio in ſimplicibus corporibus. & facillimus hic mod⁹ tranſmutationis, qa cognatio exiſtit in ijs, quæ

Te. 26. conſequenter. ¶Ex igne quoq; aquam, & ex aere, terram; & rurſus ex aqua, & terra aerem, & ignem contingit qdem gñari, difficilius aũt; qa pluriũ eſt tranſmutatio. Neceſſe.n.eſt, ſi erit ex aqua ignis, corruptũ eſſe & frigidũ, & humidũ. Et rurſus, ſi ex terra aer, corruptum eſſe & frigidum, & ſiccum. Similiter aũt, ſi ex igne, & aere aqua, & terra, neceſſe eſt ambo trãſmutari. hęc

Te. 27. igit̃ tardior gñatio eſt. ¶Si aũt vnuſquiſque alterum corruptum fuerit, facilis quidem erit, non aũt in ſeinuicem tranſitus, ſed ex igne qdem, & aqua erit terra, & aer: ex aere vero, & terra ignis, & aqua. Qñ.n. aquæ corruptum fuerit frigidum, ignis aũt ſiccum, aer erit. relinquitur. n. huius qdem calidum, illius aũt humidũ. Quãdo

autem

autem ignis quidem calidum, aquæ autem hu-
midum, terra. quia relinquit̃, illius quidem ſic-
cum; huius autem frigidum. Similiter autem &
ex aere, & terra ignis, & aqua. qñ. n. aeris corru
ptum fuerit calidum, terrę autem ſiccum, aqua
erit; relinquit̃. n. illius quidem humidum, huius
vero frigidum. Qñ autem aeris humidum, terrę
autem frigidum, ignis; quia relinquit̃, illius q̃-
dem calidum, huius autem ſiccum, q̃ quidem
erant ignis. ¶ Confeſſa autem & ſenſui ignis ge- Te. 28.
neratio. maxime. n. ignis, flamma: hæc autẽ eſt
fumus ardens: fumus autem ex aere, & terra.
¶ In ijs autem, q̃ cõſequenter ſunt, nõ cõtingit, Te. 29.
corrupto in vtroq; altero, elemẽtorum factum
eſſe trãſitum in vllum corporum, q̃a relinquun
tur in ambob. aut eadem, aut contraria: ex neu
tro aũt contingit gñari corpus. vt, ſi ignis qui-
dem corruptum fuerit ſiccum, aeris autem hu-
midum, relinquitur in ambob. calidum. ſi autẽ
ex vtroq; calidum, relinquuntur contraria, ſic-
cum, & humidum. ſimiliter autem & in alijs; in
oĩbus n. ijs, quæ per conſequentiam, ineſt hoc
quidem idem, illud autem contrarium. Qua-
propter ſimul manifeſtum eſt, ꝙ quæ ex vno in
vnum tranſeunt, vno corrupto, generãtur: quæ
autem ex duobus in vnum, pluribus. ¶ Quod er- Te. 30.
go omnia ex omni generantur, & quomodo ad
inuicem tranſitus fit, dictum eſt.

Caput Secundum. Quòd Elementa non ſint naturalium corporum materia, nec alterum alteri.

SEd tñ adhuc, & ſic conſiderabimus de eis. Si Te. 31.
n. eſt naturalium corporum materia, vt ẽt
vr̃ quibuſdam, aqua, & aer, & q̃ talia ſunt; neceſ
ſe eſt aut vnũ eſſe, aut duo hæc, aut plura. Vnũ
itaq; oĩa eſſe non eſt poſſibile, vt aerem oĩa, aut

aquam,aut ignem, aut terrã,ſi quidem trãſmutatio in contraria,& hoc tranſmutat in contrarium: Si.n.erit aer, ſi quidẽ permanet, alteratio erit,ſed non gñatio. Simul autem neq; ita vř, vt aqua ſit ſimul,& aer,aut aliud quodcunq;. Erit igiť aliqua contrarietas, & dĩa, cuius habebit aliq̃ alteram particulam ignis,vt caliditatẽ. Sed tñ nec ignis exit aer calidus:alteratio.n.tale, & nõ vř. Similiter autem rurſus, ſi erit aer ex igne calido,in contrarium tranſmutatio erit. inerit igitur aeri hoc,& aer erit frigidũ aliqd. quapp impoſſibile eſt ignẽ aerem calidum eſſe: ſimul .n.idem calidum,& frigidum erit.aliud aliquid igiť pter ambo idem erit,& aliqua alia materia cõis. Eadem aũt eſt rõ de oĩbus,qđ nõ eſt vnum

Te. 32. horum,ex quo oĩa.¶Sed neq; aliud aliquid pter hæc,velut medium aliqđ aeris,& aquæ, vel aeris,& ignis,his autem craſſius,illis aũt tenuius: erit.n.illud aer,& ignis cum contrarietate: ſed priuatio alterum contrariorum. Quapp nõ contingit illud ſolum eſſe vnquam,vt inquiunt quidam,infinitum,& cõtinens: ſimiliter igiť quod

Te. 33. cunq; horum,aut nullum. ¶Si igiť nullũ eſt ſenſibile prius his:hæc vtiq; erunt oĩa. Neceſſe eſt igiť aut ſemper manentia,& immutabilia inuicem,aut q̃ mutenť,& aut oĩa,aut hæc qdẽ,hæc

Te. 34. autem non, vt in Timæo Plato ſcripſit. ¶ Quòd igiť tranſmutari inuicem neceſſe eſt, demõſtratum eſt prius;& ꝙ non ſimiliter celeriter aliud ex alio,dictum eſt prius.qm̃ habentia quidẽ cognationem citius generanť ex ſeinuicem: non habentia autem tardius. Si igiť cõtrarietas vna eſt,ẜm quã trãſmutanť,neceſſe eſt duo eſſe:materia.n.medium eſt inſenſibilis, & inſeparabilis exiſtens. Qm̃ autem plura vñr eſſe, duæ vtiq;

erunt,

erunt, q̃ minimæ. Duabus autem exiſtentibus, non poſſibile eſt tria eſſe, ſed quatuor, quemad modum vr; tot.n. coiugationes erunt: ſex n. exiſtentibus, duas impoſſibile eſt gñari, qa contrariæ ſunt adinuicē. De his igiť dictum eſt prius.

¶Quod autem, qm̃ tranſmutanť adinuicem, impoſſibile eſt principium aliqd' eſſe horum, aut in extremo, aut medio, ex his manifeſtum. In extremis igiť nō erit, qm̃ ignis, aut terra eſſent oīa. & eadem eſt rō, acſi dicamus ex igne, aut terra eſſe oīa. Quod autem neq; medium, vt vr q̃buſdam, aer quidem & in ignem tranſmutať, & in aquam, aqua autem in aerem, & in terrā. vltima autem non amplius in ſeinuicem. Oportet.n. ſtare, & non in infinitum ire hoc in rectitudine ad vtraque: infinitę.n. contrarietates in uno erunt. Sit.n. Terra, in quo T, Lympha in quo L, Aer, in quo A, Ignis in quo I. Si ergo A tranſmutanť in I, & L, contrarietas erit eorum, quæ A I. ſint hęc albedo, & nigredo. Rurſus, ſi in L & A, erit alia. nō.n idem L, & I. ſint autem ſiccitas, & humiditas, S quidem Siccitas, H. autem Humiditas. Quapp, ſi quidem manet albū, erit lympha humida, & alba. ſin autē nigra erit lympha; in cōtraria.n. tranſmutatio. neceſſe eſt igiť aut nigram, aut albam eſſe lympham. ſit itaq; alba primum. Similiter igiť & ipſi I ipſum S inexiſtet, ſiccitas. erit igiť igni trāſmutatio in lympham: contraria.n. exiſtit: igni.n. primum quidem niger erat, deinde autē ſiccus: lympha autem humida, deinde verò alba. Manifeſtum itaque, ꝙ omnibus ex ſeinuicem erit tranſmutatio & in his, quia & T, terrę inerunt reliqua, & duo cognata, nigrum, & humidum; hęc enim nondum coniuncta fuerunt. Te. 35.

Ca-

Caput Tertium. Quòd in infinitum in rectum non poſſit procedere Elementorum generatio, ſed quòd neceſſariò ipſa ſint finita.

Te. 36. QVòd autem in infinitum non poſſibile eſt ire, qđ oſtenſuri ad hoc prius uenimus, manifeſtum eſt ex his. Si.n. rurſus ignis, in quo I, aliud trāſmutat̃, & nō reflectet̃, ut in P S, contrarietas q̄dam in I & P S alia exiſtet p̄ter prædictas: nulli.n. idem ſupponit̃ T L A I ipſum P S. Sit ergo ipſi quidem I ipſum B ipſi verò P S ipſum M. B ergo oībus inexiſtet T L A I; trāſmutātur.n. in ſeinuicem. Sed hoc quidem ſit nondum demōſtratum. ſed illud manifeſtum, ꝙ, ſi rurſus P S in aliud, alia erit cōtrarietas, & ipſi P S inierit, & I. ſimiliter autem ſemper cum appoſito cōtrarietas aliqua exiſtet ijs, q̄ ante. Quapp ſi infinita, & contrarietates infinitæ vni inexiſtent. ſi autem hoc, nō erit neq; terminatum eſſe aliquid, neq; gn̄ari: oportebit.n. ſi erit aliud ex alio, tot trāſire cōtrarietates, & amplius plures. quapp in aliqua quidem nunq̄ erit trāſmutatio, vt ſi infinita media ſint. neceſſe eſt autē, ſi q̄dem infinita elementa. Amplius autem neq; ex aere in ignem trāſmutatio, ſiquidem infinitę contrarietates. Fiunt autem & oīa vnum. neceſſe.n. omnes exiſtere, in inferiorib. quidem ipſo I eas, quæ ſuperiorum: his autem eas, quæ inferiorum. quapropter omnia vnum erunt.

Caput Quartum. Quòd Elementa cum plura ſint, nō ſint immutabilia, præcipuèq; aduerſus Empedoclem, huius opinionis authorem.

Te. 37. ADmirabitur autem aliquis dicentes plura vno elementa corporum, vt non tranſmutent̃ inuicem, ſicut Empedocles inquit, quō cōtingit eis dicere cōparabilia eſſe elementa. Sed

tamen

tū dicit ſic. Hæc.n.æqualia oĩa. Si ergo ſm quātum, neceſſe eſt idem aliquid eſſe exiſtēs in oĩbus comparabilib. quo menſurant̄. vt ſi ex aquę hemina fuerint heminæ aeris decem, idem aliquid igit̄ erāt ambo, ſi menſurant̄ eodem. Si autem non ſic ſm quātum comparabilia, vt quantum ex quanto, ſed ſm quantum poſſunt. velut ſi hemina aquæ æqualiter pōt infrigidare & decem aeris, & ſic ſm quātum, nō ſm ꝙ poſſunt, aliquid. erit ergo & non quāti menſura cōparare & potentias, & ſm ꝓportionem. v.g. vt hoc calidum, hoc album. Hoc autem, vt hoc ſignificat. in quali quidem ſimile, in quanto autem ęquale. Inconueniens igit̄ vr̄, ſi corpora immutabilia exiſtentia, non ꝓportione comparabilia ſint, ſed menſura potentiarum, & eius, qđ eſt eſſe æquale calidum, aut ſimile ignis tātum, & aeris multiplex: idem.n. plus, quia eiuſdem ſit generis, talem habebit rōnem. ¶Sed neq; augumētatio vtiq; erit ſm Empedoclem, niſi ſm additionem. igne.n. auget̄ ignem. *Auget autem terra ſuum genus, æthera autem æther.* Hæc autem appōnunt̄. vñr autem non ſic augeri ea, q̄ augentur. Te. 38.

¶Multo autem difficilius eſt eidem tradere de gñatione ſm naturam; Ea.n. q̄ gñantur ſm naturam, oĩa fiunt aut ſemper, aut vt multum. Ea autem, q̄ extra ipſum ſemper, & multum, à caſu, & fortuna. Quęnā igit̄ cā exiſtit huius, ex hoĩe hoĩem, aut ſemper, aut vt plurimum, & ex frumento frumentum, ſed non oliuam? Te. 39.

¶ An & ſi ita compoſitum fuerit os. non.n. vt cōtingit cōuenientib. aliquid generat̄, quemadmodum ille inquit; ſed rōne aliqua. Quæ igit̄ horum cā? nō .n. ignis, aut terra. Te. 40.

¶At verò neq; amicitia, neq; lis. congregationis.n. ſolum illa. hoc āt ſegregationis Te. 41.

tionis cā.hoc autem eſt ſubſtantia,q̄ vniuſcuiuſque,non ſolùm miſtio,& fœdus miſtorū,quemadmodum ille inquit.fortuna autem in his nominatur,ſed non rō.eſt autem miſta eſſe, vt cō tingit;natura.n.exiſtentium cā eſt ita ſe habere,& vniuſcuiuſq; natura hæc eſt, de qua nihil dicit. Nihil igiť de natura dicit, ſed tn̄ & bene hoc,& bonum.hic aūt miſtionem ſolū laudat, quāuis & elementa ſegregat non lis,ſed amicitia,q̄ natura priora ſunt Deo.Dij autem & hęc.

Te. 42. ¶Amplius autem de motu dicit ſimpliciter: nō .n.ſufficit dicere,ꝙ amicitia,& lis mouent,niſi hoc erat amicitiæ eſſe,ꝙ motu tali, liti aūt tali. Oportebat igiť aut definiuiſſe, aut ſuppoſuiſſe, aut demonſtraſſe,aut acriter,aut leniter,aut a-

Te. 43. lio quodam modo.¶Amplius autem, qm̄ vn̄r & & ui,& p̄ter naturā moueri corpora, & ſm naturam,vt ignis ſuperius quidem nō vi, inferius autem vi.ei aūt,quod vi,id qđ ſm naturā, contrarium eſt:eſt aūt vi moueri, eſt igiť & ſm naturam moueri.Hoc igiť amicitia mouet,an nō? econtrario.n.eſt terram ſuperius,& ſegregationi aſſimilať.& magis lis cā eſt eius,qui ſm naturam motus,q̄ amicitia.quapp & oīno p̄ter naturam amicitia erit magis.Simpliciter autem,niſi amicitia,aut lis mouet,eorum corporum nul

Te. 44. lus motus eſt,neq; quies,ſed incōueniēs.¶Amplius autem & apparent,q̄ mouenť: ſegregauit .n.lis.latus autem fuit ſuperius æther, non à lite,ſed qn̄q; quidem,inquit, velut a fortuna.*Sic .n.fuit multoties tunc,frequenter autē aliter. Quandoq; autem,* inquit, *natum eſſe ignem ſurſum ferri, Aether autē longis terram ingrediebatur radicibus. Simul autem & mundum ſimiliter habere*, inquit, *in lite nunc, & prius in amicitia.*Quid igitur ē id,

quod

q̃d mouet primum, & cã motus? non.n.amicitia, & lis: ſed cuiuſdam motus hæ cauſæ ſunt: ſi autem ſunt, illud principium. ¶Inconueniens Tc. 45.
autem eſt, & ſi anima ex elementis, aut unum aliqd' eorum: alterationes n.animæ quomodo erunt, vt muſicum eſſe, & rurſus immuſicũ, aut memoria, aut obliuio? Manifeſtum.n.ꝙ, ſiquidem ignis aĩa ſit, paſſiones inerunt ei, quæcunque igni, ſecundum ꝙ ignis. Si autem miſtum, corporales. harum autem nulla corporalis eſt. Sed de his alterius opus eſt contemplationis.

Summa Tertia de Miſtorum generatione.

Caput Primum. Quo pacto Elementa mutuo generentur, & quo pacto ex eis generentur Miſta.

DE elementis autem, ex quib.corpora cõſtituta ſunt, quibuſcunq; quidem vr̃ eſſe aliquid cõe, aut mutari in ſeinuicem; neceſſe eſt, ſi alterum horũ, & alterum cõtingere. Quicunq; aũt nõ faciunt ex inuicẽ gñationẽ, neq; ex vnoquoq;, niſi ſicuti ex pariete lateres, incõueniẽs: q̃uo.n.ex illis erunt, carnes, & oſſa, & aliorum quodcunq;? Habet autem, quod dr̃, dubitationem, & apud eos, qui ex alterutris generãt, q̃uo generatur ex eis aliud aliquid præter hoc. dico autem, vt ſi ex igne eſt aqua, & ex hac generat̃ ignis: eſt.n.aliqd' commune ſubiectũ. ſed vtiq; & caro ex eis generatur, & medulla. hæc autẽ q̃uo generant̃? Illis.n.qui dicunt, vt Empedocles, quis erit modus? neceſſe.n.eſt compoſitionem eſſe, ſicut ex lapidibus, & lateribus paries eſt. miſturaq; hæc ex ſaluatis quidem elemẽtis erit, ſecundũ parua autem adinuicem compoſitis, ſic itaque caro, & aliorum vnumquodque. Tc. 46.

Con-

Te. 47. ¶Cõtingit autem non ex qualibet parte carnis gñari ignem,& aquã, (quemadmodum ex cera gñaretur vtiq;,ex hac quidem parte ſphæra,pyramis autem ex alia aliqua) ſed contingebat ex vtraq; vtrunq; gñari.hoc igitur hoc gñatur modo ex carne,ex quolibet ambo.Eis autẽ,qui illo modo dicunt, non contingit. ſed vt ex pariete lapis,& lateres, vterq; ex alio loco, & parte.

Te. 48. ¶Similiter autem & facientib.vnã eorum materiam habet aliq̃ dubitationem,quõ erit aliquid ex ambobus,vt frigido,& calido,aut igne,& aqua. Si.n.eſt caro ex ambob.& neutrum eorũ, neq; rurſus compoſitio ſaluatorum, quid relinquit, niſi materiam eſſe qđ ex illis eſt? alterius .n.corruptio,aut alterum facit, aut materiam? Nunquid igit̃ qm̃ eſt & magis, & minus calidũ, & frigidum,qñ quidem ſimpliciter fuerit alterum actu,potentia alterum erit:qñ autem non oĩno, ſed vt quidem calidum frigidum, vt autẽ frigidum calidum; quia q̃ miſcent̃,corrumpũt excellẽtias adinuicem; tunc neq; materia erit, neq; illorum cõtrariorum vtrunq; actu ſimpliciter,ſed medium.Secundùm verò,ꝙ eſt potentia magis calidum, q̃ frigidum, vel ecõtrà,ſm hãc rõnem duplo calidum potentia, aut frigidum,vel triplo,vel ſm alium talẽ modũ. Erunt autem miſta alia ex contrarijs, aut ex elemẽtis: & elementa ex illis potentia quodammodo exiſtentib.non ita vero vt materia, ſed ſm prædictum modum.& eſt ita quidem miſtio, illo verò modo materia,qđ generatur.Qm̃ autem patiuntur contraria ſcđm eam,q̃ in primis, determinationem: eſt.n.actum calidum potentia frigidum,& actu frigidum potentia calidũ.quapp ſi non coęquent̃,mutant̃ in ſeinuicem.ſimiliter

autem & in alijs contrarijs. Et primò quidem elemēta ita tranſmutantē, ex his autem carnes, & oſſa, & q̄ talia, calido quidem facto frigido, frigido autem calido, qn̄ ad medium veniunt: hoc.n.neutrum, medium autem multa, & non indiuiſibile. Similiter autem & ſiccum, & humidum, & alia talia ſecundùm medietatem faciunt carnem, & os, & alia huiuſmodi.

Caput Secundum. Miſta omnia ex quatuor conſtare ſimplicibus elementis.

OMnia autem miſta corpora, q̄cunque circa medij locum ſunt, ex oībus cōpoſita ſunt ſimplicib. Terra.n.ineſt oībus, quia vnumquodque eſt maxime, & mul um in proprio loco. Aqua autem; quia indigent terminari ipſa cōpoſita. ſolā autem eſſe ſimplicium facilè terminabilem, aquā. Amplius autem & terra ſine humido non pōt cōſiſtere; ſed hoc eſt, qd' cōtinet: ſi.n.auferatē ex ipſa oīno humidum, decidet vtique. terra igiē, & aqua, pp has inexiſtunt cauſas. Aer autem, & ignis, qm̄ contraria ſunt terræ, & aquæ: terra.n.aeri, aqua verò igni contraria eſt, vt contingit ſubſtāiiam ſubſtantię cōtrariam eſſe. Qm̄ igiē generationes ex contrarijs ſunt, inexiſtunt autem altera extrema cōtrariorum, neceſſe eſt & altera ineſſe. quapp in oī cōpoſito oīa ſimplicia inerunt. Te. 49. ¶ Teſtificari autem vr̄ & nutrimentum vniuſcuiuſq;: oīa.n.nutriuntur ex eiſdem, ex quibus ſunt. oīa verò ex multis nutriuntur: etenim quæcunq; viderenē vno ſolo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur; miſta eſt.n.aquæ terra. ideo agricolæ tentant, cùm miſcuerint, irrigare. Qm̄ autem ęſt nutrimentum quidem materiæ, quod autem nutriē cōprehenſum cum materia, forma, & ſpecies, Te. 50.

ratio-

rationabile iã ſolùm ſimplicium corporum nu
triri ignem oĩum, ex ſeinuicem generatorum.
quemadmodum & priores dicũt: ſolus.n.eſt,&
maximè ipſius formæ ignis, quia natus eſt ferri
ad terminum. vnumquodq; autem natũ eſt ad
ſuam ipſius ferri regionem. forma aũt, & ſpe-
cies oĩum in terminis. Quòd igitͭ oĩa corpora
ex oĩbus cõſtituta ſunt ſimplicibus, dictum eſt.

Summa Quarta. De cauſis Generationis, & Corruptionis.

Caput Primum. Quòd oporteat inquirere cauſas rerum generabilium & corruptibilium vniuerſales. Quot, quæve ſint iſtæ cauſæ: & nonnulli circa ipſos Antiquorum errores.

Te. 51. QVia verò ſunt quædam generabilia, & corruptibilia, & generatio exiſtit in eo, q eſt circa medium, loco; dicendum eſt de oĩ generatione, ſimiliter quot, & quænam eius principia; facilius.n.ſic ſingularia conſiderabimus, qñ de vniuerſalibus acceperimus primum. Sunt igitͭ & numero æqualia, & genere eadem, principia quæ & in ſempiternis, & in primis: illud.n.vt materia eſt, hoc autem, vt forma. oportet autẽ & tertium adhuc adeſſe; nõ.n. ſufficientia ſunt ad gñandum duo: quemadmodum neq; in primis Vt materia igitͭ gñabilibus cã eſt, qđ poſſibile ſit, & non ſit. Hæc.n.ex neceſſitate ſunt, vt æterna, hæc autem non ſunt ex neceſſitate. Horum autem hæc quidẽ impoſſibile eſt non eſſe, hæc aũt impoſſibile eſt, quia nõ contingit circa neceſſarium aliter ſe habere. Quædã verò eſſe, & non eſſe poſſibilia, qđ eſt generabile, & corruptibile; qñq;.n.eſt hoc, qñq; autem non eſt.

Qua-

Quapp neceſſarium eſt generationem, & corru ptionẽ eſſe circa poſſibile eſſe,& nõ eſſe. Ideoque vt materia quidem,hæc eſt cã generabilib. vt autem cuius gratia,forma,& ſpecies, hęc autem eſt rõ vniuſcuiuſq; ſubſtantiæ.¶Oportet autem adeſſe & tertium, qđ oẽs quidẽ ſomniant, dicit autem nullus. Sed hi quidẽ ſufficientẽ exiſtimauerunt cauſam eſſe ad generãdum formarum naturã, quemadmodũ in Phædone Socrates;etenim ille increpans alios, vt nihil dicẽtes, ſupponit,ꝙ ſunt entium hæc qdem formę, hęc aũt participatiua formarum: & ꝙ eſſe quidem vnumquodq; dicit̃ ſm formã, generari autem ſm ſuſceptionem, & corrũpi ſm abiectionem. quapp,ſi hęc vera ſunt,formas exiſtimat ex neceſſitate cauſas eſſe & gñationis, & corruptionis.Hi autem ipſam materiã:ab hac.n.eſſe motum.Neutri autem dicunt bene.Si.n. ſunt cauſæ formæ, quare non ſemper generant continuè,ſed qñq; quidem,qñq; autem non,exiſtentib.& formis ſemper,& participatiuis?Amplius aũt in quibuſdam contemplamur aliã cauſam eſſe: ſanitatem.n.Medicus facit, & ſcientiam ſciens,exiſtente & ſanitate ipſa, & ſcientia, & participatiuis. ſimiliter autem & in alijs ſm potentiam operantis. ¶ Si autem materiã quis inquiat generare pp motum, naturalius vtiq; dicerrt ita dicentibus:alterans enim,& transformans,magis cauſa eſt generari. & in omnibus conſueuimus hoc dicere efficiens, ſimiliter & in ijs,q̃ natura,& in ijs,quæ ab arte ſunt, quod vtique motiuum.Sed tamen,neque hi rectè dicunt: materiæ enim eſt pati,& moueri;& mouere autem,& facere alterius potentiæ. Manifeſtum autem & in ijs,quæ arte,& natura gene

Te. 52.

Te. 53.

rantur: non.n.ipſa facit aqua animal ex ſeipſa, neq; lignum lectum, ſed ars. Quocirca & hi dicunt non rectè ꝑpter hoc, & qm̃ derelinquunt principaliorem cauſam; auferunt.n. quod quid

Te. 54. eſt eſſe, & formam. ¶ Amplius autem & potentias attribuunt corporibus, ꝑpter quas & generant valde inſtrumentaliter, auferentes eã, quæ ſecundùm formam, cauſam. Qm̃ enim natum eſt, vt inquiunt, calidum quidem ſegregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnumquodque, hoc quidem facere, hoc autem pati: ex his dicunt & per hæc, omnia alia generari, & corrumpi. videtur autem & ignis ipſe mo-

Te. 55. tus pati. ¶ Amplius verò ſimile faciunt, vt ſi qs ſerræ, & vnicuiq; inſtrumentorum attribuat cauſam eorum, quæ generantur; neceſſe.n. eſt ſerrante diuidi, & poliente leuigari, & in alijs ſimiliter: Quocirca, ſi quam maximè facit, & mouet ignis, ſed quomodo mouet non vident: quoniam deterius quàm inſtrumenta. nobis autem & vniuerſaliter prius dictum eſt de cauſis; & nunc determinatum eſt de materia; & forma. Amplius autem, quoniam ſecundùm lationem motus demonſtratum eſt, quod eſt perpetuus, neceſſe eſt his exiſtentibus & generationem eſſe continuè. Latio enim faciet generationem inceſſanter, quia adducit, & abducit generatiuum. Simul autem manifeſtum eſt, quod & priora bene dicta ſunt, primam tranſmutationum lationem, ſed non generationem dicere; multum enim rationabilius ens non enti generationis cauſam eſſe, quàm non ens enti ipſius eſſe. quod fertur igitur eſt, quod generatur autem non eſt: propter quod & latio prior eſt generatione.

Ca-

Caput Secundum. Quæ ſit cauſa perpetuitatis Generationis, & Corruptionis. Quòd oporteat deuenire ad vnum primum. Et à quo dicatur motus continuitas.

QVoniam autem ſuppoſitum eſt, & demonſtratum continuam eſſe reb. generationem, & corruptionem, dicimus autem lationem cám eſſe gñationis; manifeſtum eſt, ꝗ vna exiſtente latione nõ contingit fieri ambo; quia contraria ſunt. idem.n.& ſimiliter ſe habens ſemper idem natum eſt facere. quocirca generatio erit ſemper, aut corruptio. Oportet autem multos eſſe, & cõtrarios motus, aut latione, aut inæqualitate: contrariorum.n.cõtrariæ cauſæ. Ideoq; non prima latio cã generationis, & corruptionis eſt; ſed q̃ ſecundum obliquum circulum: in hac.n.& continuum unum eſt, & moueri duob. motib. Neceſſe.n.ſi erit ſemper continua generatio, & corruptio, ſemper aliqd moueri, vt non deficiant ipſæ trãſmutationes: duob. autem, vt nõ ſolùm contingat alterum. Continuitatis igitur, quæ eſt totius, latio cauſa eſt, accedendi vero, & recedendi inclinatio: contingit.n. quandoq; fieri longè, quandoq; verò propè. Inæquali verò diſtantia exiſtente inæqualis erit motus. Quocirca, ſi in aduenìendo, & in propè eſſe generat; & in recedendo, & longe fieri, id ipſum corrumpit. Et ſi in ſæpe aduenìẽdo generat, & in ſæpe recedendo corrumpit; contrariorum.n.contrariæ cauſæ. ¶Et in æquali tp̃e corruptio, & generatio, q̃ ſecundùm naturam. Ideo & tp̃s, & vita vniuſcuiuſq; numerũ habẽt, & hoc modo determinantur: oĩum.n.eſt ordo. Et oẽ tp̃s, & vita menſurantur circuitu. ſed ta-

Te. 56.

Te. 57.

men nõ eadem oĩa, ſed hæc q̃dem minori, hęc autẽ maiori.his.n.annus,his autem maior,alijs
Te. 58. autem minor circuitus eſt menſura.¶ Apparent autem & ſm ſenſum confeſſa his, q̃ à nobis dicta ſunt;videmus.n.ꝙ adueniente quidem Sole gñatio eſt.recedente autẽ corruptio, & in ęqua li tpe vtrunq;:æquale.n.tp̄s generationis,& corruptionis,quæ ſm naturam.Sed contingit ſæpe in minori corrumpi.pp adinuicem confuſionẽ. inęquali.n.exiſtẽte materia, & non vbiq; eadẽ, neceſſe eſt gñationes inæquales eſſe, & has q̃dem celeriores, illas autem tardiores.quocirca accidit pp horum generationem alijs fieri corruptionem. Semper verò,vt dictum eſt,cõtinua erit generatio,& corruptio,& nunq̃ deficiet pp
Te. 59. eam, q̃ diximus, cãm. ¶ Hoc autem rõnabiliter contingit.Qm̃ n.in oĩbus inquimus,qđ melius eſt deſiderare naturam ſemper: melius autem eſſe q̃ nõ eſſe. eſſe autem quot modis dicimus, in alijs dictum eſt: hoc autem in omnibus impoſſibile exiſtere,propterea quòd lõge a principio diſtat: reliquo modo cõpleuit totum Deus, continuam faciens generationem,ita enim maximè continuabitur ipſum eſſe; quia proximè eſt ſubſtantiæ fieri ſemper generationẽ. Huius autem cauſa, vt dictum ẽ ſepe in circulo latio; ſola enim continua.Ideo & alia,quæcunq; trãſmutantur adinuicem ſecundùm paſſiones, & potentias, ut ſimplicia corpora,imitantur circularem lationem; cum enim ex aqua aer generetur, & ex aere ignis,& rurſus ex igne aqua, circulo dicimus reuertiſſe generationem,quia rurſus reflectitur. quocirca & recta latio: imitans
Te. 60. circularem continua eſt. ¶ Simul autem manifeſtum ex,his quod quidã dubitant,quare vnoquo-

quoque corporum in propriam lato regionem, in infiniro tpe nō diſtrahuntur corpora. Cauſa .n. huius eſt adinuicem tranſitio: ſi enim vnum quodque maneret in ſua ipſius regione, & non tranſmutaretur ab eo, quod prope, iam vtique diſtracta fuiſſet. tranſmutantur igitur propter lationem duplicem exiſtentem. quia autē tranſmutantur, non contingit manere vllum eorū in vlla regione ordinata. Quòd igitur eſt generatio, & corruptio, & propter quam cauſam, & quid generabilie, & corruptibile, manifeſtum eſt ex his, quæ dicta ſunt. ¶ Quoniam autem neceſſe eſt eſſe aliquod mouens, ſi motus erit, vt dictū eſt priùs in alijs: &, ſi ſemper quòd oportet aliquid ſemper eſſe: &, ſi continuus, vnum, idem, & immobile, & inalterabile, & ingenerabile: & ſi multi circulares motus, multa quidē, omnia autem quodammodo eſſe hæc neceſſe ſub vno principio: continuo autem exiſtente tēpore, neceſſe motum continuum eſſe, ſi quidē impoſſibile tempus ſine motu eſſe: continui igitur alicuius numerus tempus: circularis ergo, quemadmodum in his, qui in principio ſermonibus, determinatum eſt ¶ Continuus autem motus vtrum, quia id, quod mouetur, continuū eſt, an quia id, in quo mouetur, velut locum dico, aut paſſionem? Manifeſtum itaque quòd, eo ꝙ id, quod mouetur. quomodo enim continua paſſio, niſi quia res, cui accidit, continua eſt? Si autem & eo quod id, in quo, ſoli loco hoc ineſt; magnitudinem enim quandam habet. huius autem quod circulo ſolùm continuum. quocirca ipſum ſibi ipſi ſemper continuum eſt. Hoc igitur eſt, quod facit conttnuum motum, quod circulo fertur corpus: ipſe aūt motum tempus.

Te. 61.

Te. 62.

Caput Tertium. Quo pacto fiat in ipſis rebus conſecutionis, & reuerſionis neceſſitas, ac quo etiam pacto non fiat.

Te. 63. QVoniam autem in his, q̃ continuè mouent̃ ſm gñationem, aut alterationẽ, aut oĩno trãſmutationem, videmus cõſequenter exiſtens, & qđ gñatur hoc poſt hoc, vt non deficiat; cõſiderandum vtrum eſt aliquid, qđ ex neceſſitate erit, an nihil, ſed oĩa cõtingit nõ facta

Te. 64. eſſe. ¶ Quod.n.q̃dam manifeſtum eſt. & mox ipſum erit, & ipſum erit futurum, alterum ꝓpter hoc. Quod.n.verum dicere ꝙ erit, oportet hoc eſſe qñq; verum, qđ eſt. qđ autem nunc verum eſt dicere, qđ futurum eſt, nihil ꝓhibet non factum eſſe: ambulaturus.n.quis non ambulabit.

Te. 65. ¶ Oĩno autem, qm̃ cõtingit q̃dam entium eſſe, & non eſſe, manifeſtum eſt ꝙ & q̃ gñantur, ita ſe habebunt, & nõ ex neceſſitate hoc erit. Vtrũ igit̃ oĩa ſint talia, an non; ſed q̃dam neceſſe eſt

Te. 66. ſimpliciter fieri. ¶ Et eſt, quemadmodum in ipſo eſſe, hęc quidem impoſſibilia non eſſe, hæc aũt poſſibilia, ita & circa gñationem. vt factas eſſe verſiones neceſſe eſt, & non poſſibile eſt, nõ cõ-

Te. 67. tingere. ¶ Si igit̃ qđ prius neceſſe eſt factũ eſſe, & qđ poſterius erit, vt, ſi domus, fundamẽtum; ſi verò hoc, lutum: nunquid, ſi fundamentum factum eſt, neceſſe & domum factã eſſe, an nõ amplius, niſi & illud neceſſe ſit gñatũ eſſe ſimpliciter? ſi aũt hoc, neceſſe &, fundamẽto generato, gñatam eſſe domum: ſic.n.qđ prius ſe habebat ad poſterius. quare, ſi illud erit, neceſſe illud prius gñatum eſſe. Si igit̃ neceſſe gñatum eſſe poſterius, & quod prius neceſſe. & ſi quod prius, & quod poſterius igitur neceſſe: ſed non ꝑ illud, ſed qm̃ ſuppoſitum erat ex neceſſitate futurum.

futurum. In quib. igiť poſterius neceſſe eſſe, in his cōuertiť, & ſemper priori gňato, neceſſe eſt gňatum eſſe poſterius. ¶Si igiť in infinitum ten- dat ad inferius, nō erit neceſſe poſterius hoc ge neratum eſſe ſimpliciter: ſed neq; ex ſuppoſi- tione; ſemper.n.alterū antea neceſſe erit: ideo & illud neceſſe gňatum eſſe. quocirca, ſi non eſt principium infiniti, neq; primum erit aliquod. ꝑꝑ qđ neceſſe erit gňatum eſſe. At verò neq in terminum habētibus hoc eſt dicere verè, ꝙ ſim pliciter neceſſe ſit gňatum eſſe, vt domum, qñ fundamentum generatum fuerit; qñ.n.genera tum fuerit, niſi neceſſe ſemper hoc generari, ac cidet ſemper eſſe, cōtingens non ſemper eſſe. ſed oportet generationi ſemꝑ eſſe: ex neceſſita te.n.eſt eius generatio. ipſum.n.ex neceſſitate, & ſemper ſimul. qđ.n.eſt neceſſe, non poſſibile non eſſe. quo circa, ſi eſt ex neceſſitate, ſempi- ternum eſt: &, ſi ſempiternum eſt, ex neceſſita te, &, ſi generatio, igiť ex neceſſitate, ſempiter- na & generatio huius: &, ſi ſempiterna, ex ne- ceſſitate. Si igiť alicuius ex neceſſitate ſimplici- ter gňatio ſit, neceſſe circumire, & reuerti; ne- ceſſe.n.eſt auť finē habere generationē, aut nō, &, ſi non, aut in rectum, aut circulo. Horū aūt, ſiquidem erit ſempiterna, non in rectum poſſi- bile eſt, quia nequaq̄ eſt principium. neq;, ſi in ferius, vt in futuris accipiamus, neq; ſuperius, vt in generatis. neceſſe autē eſt eſſe principiū, non finita exiſtente, & ſempiternam eſſe. ideo neceſſe eſt circulo eſſe. Conuerti igitur neceſſe erit, ut ſi hoc ex neceſſitate eſt, & quod prius er go. ſed, ſi hoc, & quod poſterius neceſſe gene- rari. & hoc ſemper vtique continuè: nihil enim hoc differt dicere per duo, aut multa. In circu-

Te. 68.

lari igitur motu, & generatione eſt quod ex ne ceſſitate ſimpliciter. &, ſi circulo. neceſſe vnum quodque generari, & generatum eſſe. & , ſi ne-
Te. 69. ceſſe, horum generatio circulo. ¶Hęc itaque rationabiliter: quoniam perpetuus, & alibi apparuit circulo motus, & qui cœli. quoniam hęc ex neceſſitate generantur, & erunt, quot huius motus ſunt, & quot propter hunc. Si enim, qđ circulo mouetur, ſemper aliquid mouet, neceſſe eſt & horum circularem eſſe motum, vt ſuperiori latione exiſtente circulari, Sol ſic. Quoniã autem ſic anni tempora propter: hoc circulo generantur, & reuertuntur. his autem ita generatis quæ omnia ab his.
Te. 70. ¶Quare ergo hæc quidem ita videntur; vt aquę, & aer circulo generari. &, ſi nubes erit, oportet & pluere: &, ſi pluet, oportet & nubem eſſe? homines verò, & animalia non reuertuntur in ſeipſa, vt rurſus generatur idem? non enim neceſſe, ſi pater generatus eſt, te generatum eſſe ſed ſi tu, illum. in rectum autem videtur eſſe hæc generatio. Principium autem conſiderationis rurſus hoc, vtrum ſimiliter omnia reuertuntur, an nõ. ſed hæc quidem numero, hæc autem ſpecie ſolùm. Quorumcunque igitur incorruptibilis eſt ſubſtãtia, quæ mouetur, manifeſtum quòd & numero eadem erunt, motus enim ſequitur, quod mouetur. Quorumcunque autem non, ſed corruptibilis. neceſſe eſt ſpecie, numero autem non, reuerti. ideo aqua ex aere, & aer ex aqua ſpecie idem, non numero Si autem & hæc numero: ſed non quorum ſobſtantia generatur; exiſtẽs talis, qualis poteſt non eſſe.

A R I-

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM

Principis Meteorologicorum

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima declarat ea, quæ, tanquã principia, eorum, quæ in his libris tractantur, cognitionẽ antecedũt.
In Secunda de his, quæ in ſuperiori loco generantur, ſermonem facit.
In Tertia de his, quæ in inferiori loco terræ propinquiori.
In Quarta de Fluminibus, ac Fontibus.

Summa Prima. Caput Primum. Eorum, quę hactenus dicta ſunt, rememoratio, dicẽdorumq; explicatio.

DE primis igitur cauſis naturæ & de omni motu naturali: adhuc autem de rectè diſpoſitis ſm ſuperiorem lationẽ aſtris & de elementis corporalibus, & quot, & quæ, & de ea, q̃ adinuicem, trãſmutatione, & de generatione, & corruptione cõmuni dictũ eſt prius. Reliquum autẽ huius methodi eſt adhuc conſi-

cōſiderandum, quod oēs priores Meteorologiā vocabant. Hęc autem ſunt, quæcunq; accidunt ſm naturam quidem, inordinatiorem tñ, primi elementi corporum, circa locum maximè propinquum lationi aſtrorũ, vt & de Lacte, & Cometis, & ignitis, & motis imaginibus, & q̄cunque ponemus vtiq; aëris eſſe communes paſſiones, & aquæ. Adhuc autē terræ q̄cunq; ſpecies, & partes, & paſſiones partium, ex quibus & de Flatibus, & Terrę motibus cōſiderabimus vtiq; cauſas, & de oībus, quæ fiunt ſm motus horũ: in quibus hęc qdem dubitamus, hæc autem attingimus quodammodo. Adhuc autem de Fluminum caſu, & Vorticibus, & accenſis Turbinibus, & alijs circularibus quæcunq; pp congelationem accidunt paſſiones horum corporum. Cùm autem pertranſiuerimus de his, ſpeculabimur, ſi qd poſſumus ſecundũ inductũ modũ dicere de animalibus, & plantis vniuerſaliter, & ſingillatim. Ferè.n. his dictis, fini vtiq; factus erit totius eius, qđ à principio, nobis propoſitũ.

Caput Secundum. Cælum eorum, quæ circa elementa accidunt, effectricem eſſe cauſam, Elementa verò materialem.

SIc igitur cùm incœperimus dicamus de ipſis primò. Qm̃.n. determinatum eſt prius à nobis, vnum quidem principium corporum, ex q. bus conſtat circulariter latorum corporum natura, alia autem quotuor corpora, pp quatuor principia, quorum duplicem eſſe dicimus motum, hunc quidem à medio, illum autē ad medium: quatuor autem exiſtentibus his, igne, & aere, & aqua, & terra, oībus qdē his ſuperemineus, eſſe ignem, ſubſtans autem terram, duo autē, q̄ ad ipſa his pportionaliter ſe habēt: aer

enim

enim igni eſt ꝓpinquior, q̃ alia; aqua autem terrę. qui itaq; circa terram eſt totus mundus, ex his conſtat corporibus, de quo accidentes paſſiones dicimus eſſe ſumendum. Eſt autẽ ex neceſſitate cõtinuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus: vt oĩs ipſius virtus inde gubernet: vnde.n. motus principium oĩbus ineſt, illã cauſam putandum primam. Adhæc autem hĩc quidem perpetuus eſt & finem motus non habens loco, ſed ſemper in fine: hæc autem corpora oĩa finitis diſtant locis abinuicem. Quare accidentium circa ipſum ignem, & terram, & cognata his, vt in materiæ ſpecie eorũ, q̃ fiunt, cauſas oportet putare: ſubiectum.n.& patiens appellamus hoc modo: cauſa autẽ, vt vnde motus principium, eorum, quæ ſemper mouẽtur, virtus cauſa ponenda. Reſumentes igitũ eas, q̃ à principio, poſitiones, & dictas prius determinationes, dicamus & de Lactis imaginibus, & de Cometis, & alijs, quæcunq; exiſtunt his cognata. Dicimus itaq; ignem, aerem, & aquam, & terram fieri ex ſeinuicem, & vnumquodque horum in vno quoque exiſtere potentia, ſicut & aliorum, quibus vnum aliquid, & idem ſubijcitur, in quod etiam reſoluuntur vltimum.

Caput Tertium. Neque Aerem, neque ignem ſolum, intermedium replere locum.

Primò igitur dubitabit vtiq; quis circa vocatum aerem, q̃ oporteat accipere ipſius naturã in mundo, ambiente terrã, & quomodo ſe habet ordine ad alia dicta elemẽta corporum; Moles.n.terræ quãta ſit ad ambiẽtes magnitudines, nõ immanifeſtũ.iã.n.uiſum eſt ꝑ Aſtrologica theoremata à nobis, ꝙ multo ẽt quibuſdã aſtris minor ẽ. Aquę aũt naturã cõgregatã, & ſeparatam

paratam neq; videmus, neq; cõtingit ſegrega-
tã eſſe ab eo, qđ circa terrã locatum eſt, corpo-
re, vt à manifeſtis, mari, & fluminib. & ſi qd in
ꝓfundo immanifeſtum nobis eſt. Mediũ itaq;
inter terram, & vltima aſtra, vtrum vnum aliqđ
putãdum ſit ſm naturã eſſe corpus, aut plura: Et
ſi plura, quot, & vſq; quo determinata ſunt lo-
cis. Nobis igit̃ dictum eſt prius de primo elemẽ
to, quale ſm virtutem eſt, & quare totus circa
ſuperiores lationes mũdus illo corpore plenus
eſt. Et hanc opin. non ſolùm nos habemus, vr̃
autem Antiqua q̃dam exiſtimatio hæc, & prio-
rum hoĩum: dictus. n. æther antiquam accepit
appellationem. quã Anaxagoras qdem igni idẽ
putaſſe mihi vr̃ ſignificare: ſuperiora. n. plena
igne eſſe. & ille eam, q̃ ibi, potentiã, æthera vo-
care putauit, hoc quidem rectè putans: corpus
. n. ſemper currẽs, ſimul, & diuinum aliquid ſm
naturã niſi ſunt exiſtimare, & determinauerũt
noĩare æthera illud tale, tanq̃ nulli eorum, quæ
ſunt apud nos, exiſtens idem: non. n. dicemus ſe
mel, neq; bis, neq; rarò eaſdẽ opiniones reuer-
ti factas in hoĩbus, ſed infinities. Quicunq: aũt
ignem purum eſſe aiunt id, qđ ambit, & non ſo
lum q̃ ferunt corpora, qđ aut intermedium ter
ræ & aſtrorum, aerem, cõſiderãtes utiq;, q̃ nunc
oſtenduntur per Mathematica ſufficienter, fortè
vtiq; deſiſterent ab hac puerili opinione; valde
. n. ſimplex eſt putare vnũquodq; eorũ, q̃ ferun-
tur, eſſe paruum magnitudinibus, qa vr̃ aſpiciẽ
tib. hinc nobis ſic. Dictum eſt igit̃ & prius in his,
q̃ circa ſuperiorẽ locum, ſpeculationibus: dica-
mus aũt eandem rõnem & nunc. Si. n. & diſtan
tiæ plenæ ſunt igne, & corpora conſtãt ex igne,
pridẽ annihilatũ vtiq; eſſet vnumquodq; alio-
rum

rum elementorum. At verò neq; aere ſolo plena: multum.n.vtiq; excederet æqualitatē cōis proportionis ad coordinata corpora. Et etiam, ſi duob.elementis plenus, q intermedius terrę, & cęli locus eſt: nulla.n.vt ita dicam, particula, terrę moles eſt, in qua cōtenta eſt, & tota aquæ multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem non in tanta magnitudine factum exceſſum molium, cum ex aqua diſgregata aer fit, aut ignis ex aere. Neceſſe autem eſt eandem rōnem habere, quā habet tātilla, & parua ad factum ex ipſa aerem, & tota aqua ad totum. Differt aūt nihil, neq; ſi quis dicat quidem nō fieri hæc ex ſeinuicē, æqualia tñ virtute eſſe: ſm.n. hūc modū neceſſe eſt ęqualitatē virtutis ineſſe magnitudinib. ipſorū, queādmodū ſi facta ex ſe inuicē exiſterēt. Quòd igit̄ neq; aer, neq; ignis ſolū repleuit intermedium locū, manifeſtū eſt.

Caput Quartum. De ordine ignis, & aeris ad ipſum cœlum. Cur in ſuprema aeris regione Nubes non fiant. De caliditate Solis in hæc inferiora.

REliquum autem eſt, cum dubitauerimus dicere, quō ordinata ſunt duo ad primi corporis poſitionē. dico aūt aerem, & ignem. Et pp quā cauſam caliditas à ſuperiorib. aſtris fit his, q̄ ſunt circa terram, locis. De aere igit̄ dicentes primo, ſicut ſuppoſuimus, dicamus ſic & de his iterum. Si itaq; fit aqua ex aere, & aer ex aqua, pp quā quidem cauſam nō coguntur nubes in ſuperiori loco? conueniebat.n. magis, quātò remotior à terra locus, & frigidior: quia neq; ita propè aſtra calida exiſtentia eſt, neque propè radios à terra refractos, qui prohibent prope terram cogi, diſgregantes caliditate conſiſtentias

fiunt

fiunt.n. nubium congregationes, vbi deſinunt iā radij, ppea q́ ſpargunt in immenſum. Aut igitur non ex oī aere nata eſt aqua fieri: aut, ſi ſimiliter ex oī, qui circa terram eſt, non ſolum aer eſt, ſed veluti vapor. quapp rurſus coguntur in aquam. At vero, ſi tantus exiſtens aer oīs, vapor eſt, videbitur vtiq; multum excedere aeris natura, & aquæ. ſi quidem ſuperiores diſtantiæ plenæ ſunt corpore aliquo: & igne quidem impoſſibile; quia exiccarentur vtiq; alia oīa: relinquitur itaq; aere, & q̄ circa terrā totam, aqua: vapor.n. aquę diſgregatio eſt. De his igitur dubitatum ſit hoc modo. Nos autem dicamus, ſimul & ad dicenda determinātes, & ad nunc dicta. Quod.n. eſt ſurſum, & vſq; ad Lunam, dicimus eſſe corpus alterum & ab igne, & aere. quinimo & in ipſo, hoc quidem purius eſſe, illud aūt minus ſincerū, & dr̄ias habere; & maximè quà deſinit ad aerem, & ad eum, qui circa terram, mundum. Cum autem ferī primum elemētum circulo, & corpora, q̄ in ipſo ſunt, id, qđ propinquum eſt, ſemper interioris mundi, & corporis motu diſgregatum accendit, & facit caliditatē. Oportet autem intelligere ſic, & hinc cùm incœperimus; qđ.n. ſub ea, q̄ ſurſum eſt, circumlatione corpus, velut materia q̄dam exiſtens, & potentia calida, & frigida, & ſicca, & humida, & quæcunq; aliæ has ſequuntur paſſiones, fit talis, & eſt & à motu, & immobilitate, cuius cauſam, & principium diximus prius. In medio igit, & circa medium eſt grauiſſimum, & frigidiſſimum ſegregatum, terra, & aqua. circa hæc autem, & attigua his. & aer, & qđ pp conſuetudinem vocamus ignem, non eſt autem ignis. excellus.n. calidi, & ueluti feruor eſt ignis. Sed o-

portet intelligere dicti à nobis aeris id, qđ eſt circa terram, velut humidum, & calidum eſſe: ꝓpea ꝙ vaporet, & exhalationem habeat terrę, qđ autem ſuper hoc, calidum iam, & ſiccum. Eſt.n. Vaporis natura, humidum, & calidũ: Exhalationis autem, calidum, & ſiccum. Et eſt vapor quidem potentia, velut aqua: exhalatio autẽ potẽtia, velut ignis. Cur igitͬ in eo, qui ſurſum eſt, loco non cogantͬ nubes, hanc exiſtimãdum eſt cãm eſſe; quia non ineſt aer ſolum, ſed magis ignis. Nihil autem ꝓhibet & ꝑ circularem lationem ꝓhiberi nubes cogi in ſuperiori loco. Fluere.n. neceſſarium eſt oẽm in circuitu aerẽ, quicunq; non intra circunferentiam capitͬ definientem, vt & terra ſphærica ſit tota: vt.n. & nunc ventorum generatio in ſtagnantib. locis terræ, & non excedunt uenti altos mõtes. Fluit autem aer circulariter: quia ſimul trahitͬ cum totius circulatione: ignis.n. cum eo, qđ ſurſum eſt, elemento; cum igne autem aer continuus eſt. Quare & ꝑ motum ꝓhibetur cõgregari in aquam. ſed ſemper q̃cunq; particula ipſius grauescit, extruſo in ſuperiorem locum calido, deorſum fertur, alia autem, in parte ſimul ſurſum fertͬ cum exhalato igne. & ſic continuè hoc quidem perſeuerat, aere plenum exiſtens, hoc aũt igne: & ſemper aliud & aliud fit vnumquodq; ipſorum. De eo igitͬ, qđ eſt non fieri nubes, neque in aquam cõgregationem, & quõ oporteat accipere de loco intermedio aſtrorum, & terrę, & quo eſt corpore plenus, tot dicta ſint. De facta aũt caliditate, q̃ exhibet Sol, magis quidem ſecundum ſe, & diligenter in ijs, quæ de ſenſu, conuenit dicere; calidum.n. paſſio quædam ſenſus eſt. Propter q̃ aũt cauſam fit, nõ talibus exi-

ſtentibus

ſtentib. illis ſecundùm naturam, dicendum eſt & nunc. Videmus itaq; motum, ꝙ pōt diſgregare aerem, & ignire: vt & q̃ ferunt, liquefieri videant̄ ſæpe. Vt igit̄ fiat tepor, & calor, ſufficiēs eſt efficere ēt Solis latio tantùm. velocem etēm oportet, & non longè eſſe. Quæ igit̄ aſtrorum eſt velox quidem, longè autem: q̃ autem Lunę, deorſum quidem, tarda autem: q̃ autem Solis, ambo hæc habet ſufficienter. Fieri autē magis ſimul cum Sole, ipſo caliditatem rōnabile eſt, ſumentes ſimile ex ijs, quæ apud nos fiunt; etenim hic eorum, q̃ uiolentia ferunt̄, vicinus aer maximè fit calidus. & hoc rōnabiliter accidit, maximè.n. motus ſolidi diſgregat ipſum. Et ꝑ hanc igit̄ cauſam pertingit ad hunc locum caliditas, & quia ambiens ignis aerem ſpargitur motu frequenter, & fert̄ violentia deorſum. Signum autem ſufficiēs, ꝙ qui ſurſum eſt locus, nō ſit calidus, neq; ignitus, eſt ēt diſcurſus aſtrorum. ibi enim non fiunt. deorſum autem: q̃uis quæ magis mouentur, & citius, igniantur citiùs. Ad hæc autem Sol, qui maxime eſſe videtur calidus, uidetur albus, ſed non igneus exiſtens.

Summa Secunda. De his, quæ in ſuperiori loco generantur.

Caput Primum. De Cauſis accenſarum Flammarum, diſcurrentium Syderum, Trabium, & Caprarum.

His autem determinatis, dicamus ꝑ q̃ cauſam, Flammę accenſæ apparent circa cœlum, & diſcurrētia Sydera, & vocari à quibuſdā Trabes, & Caprę; hæc.n. oīa ſunt idem, & ꝑ eandem cauſam: differunt autem ipſo magis, & minus. Principium autem & horum, & multorū

aliorum

aliorū hoc eſt: calefacta.n.terra à Sole, exhalationem neceſſarium eſt fieri, non ſimplicem, vt quidam putant, ſed duplicem, hanc quidē magis vaporoſam, illā aūt magis ſpirituoſam. illā quidem q̄ eius, quod in terra, & ſuper terrā eſt, humidi, vaporem; hāc autem, q̄ ipſius terrę exiſtentis ſiccæ, fumoſam, & harum, ſpirituoſam qdem ſupereminere, pp calidum: humidiorem aūt ſubeſſe pp pondus. Et pptea hoc modo ordinatum eſt, qđ in circuitu: primò.n.ſub circulari latione eſt calidum, & ſiccum, quod dicimus ignem: innominatum.n.eſt, & cōe in oī fumoſa diſgregatione: attñ, qa maximè natum eſt tale corpus exuri, ſic neceſſarium ē vti noībus. Sub hac aūt natura Aer. Oportet aūt intelligere, veluti ſuccenſum fomitē, hoc, qđ nunc diximus ignē, extenſum eſſe circa vltimū ſphæræ, q̄ circa terrā eſt, vt modicum motum ſortiēs exurat̄ ſæpe, ſicut fumus: eſt.n. Flāma ſpiritus ſicci ardor. Quà igit̄ maximè optimè ſe habeat talis cōſiſtētia, qñ à circulatione mota fuerit, aliqualiter exurit. Differt igit̄ ſm ſuccenſi fomitis poſitionem, aut multitudinē; Si.n.latitudinē habeat, & lōgitudinem ſuccenſus fomes, ſæpenumero vr̄ accenta flāma, veluti in area ardente ſtipula. Si autem ſm lōgitudinem ſolummodo, q vocātur Trabes, & Capræ, & Sydera. Et ſi qdem maior ſit ſuccenſus fomes ſm lōgitudinem, q̄ ſm latitudinē, qñquidem quaſi ex ſcintillis, ſimul autem ardens: (hoc autem fit propterea ꝙ ignitur ſm modica quidem, ad principium autem Capra vocatur: quando autem ſine hac paſſione, Trabs. Si verò longitudines exhalationis ſecundùm parua, & multipliciter diſperſæ fuerint, & ſimiliter ſecundùm latitudinem, & pro-

ſundıtatem Sydera,quę uñr uolare,fiunt.Aliqñ igit̃ à motu exhalatio exuſta generat ipſa, aliqñ autem ab aere,ƥƥ frigus coacto,extrudit̃,& ſegregat̃ calidum. quaƥƥ.& latio ipſorum aſſimilat̃ magis proiectioni,ſed non exuſtioni. Dubitabit.n.aliquis,vtrum veluti q̃ ſub lucernis poſita exhalatio à ſuperiori flãma accendit inferiorem lucernam:(mirabilis. n. & huius uelocitas eſt,& ſimilis ꝓiectioni,ſed non vt alius, & alius fiat ignis:)an proiectiones eiuſdẽ corporis ſunt diſcurſus.Vĩ itaq; ƥƥ ambo.etenim ſic,vt q̃ à lucerna fit: & quædam,quia expellunt̃,proijciuntur,veluti ex digitis nuclei, vt & in terrã, & in mare videant̃ cadere,& noctu, & per diem, ſerenitate exiſtente. deorſum autem iaciunt̃; q̃a denſitas deorſum inclinat propellens.quaƥƥ & fulmina deorſum cadũt;oĩum n. horũ gñatio, non exuſtio, ſed ſegregatio ab expulſione eſt: qm̃ & ẜm naturã calidum ſurſum nat̃ũ eſt ferri oẽ.Quæcunq; igitur magis in ſuperno loco cogunt̃,exuſta fiunt exhalatione: quæcunq; autẽ demiſſius,ſegregata,ƥpea ꝙ congregatur, & frigeſcit humidior exhalatio.hæc.n.congregata,& inſpiſſata,deorſum tendens propellit, & deorſum facit calidi proiectionem.Propter poſitionem autem exhalationis, qualitercunq; poſita habeat latitudinẽ, & ꝓfunditatem, ſic ſert̃ aut ſurſum, aut deorſum, aut ad latus, vt plurimũ autem ad latus;ƥpea ꝙ duab.ferat̃ lationib.violentiaqdem deorſum, natura aũt ſurſum: oĩa .n.ẜm diametrũ feruntur talia.quaƥƥ & diſcurrentiũ ſyderũ plurima obliqua fit latio. Oĩum itaq; horum cã, vt materia quidem, exhalatio, vt autem mouens,aliqñ quidem quæ ſurſum latio, aliqñ autem aeris cõcreſcentis coagulatio.

Omnia

Omnia autem hæc ſub Luna fiunt; Signum aũt eſt, apparens ipſorum velocitas, ſimilis exiſtẽs ijs, quæ à nobis proijciuntur: quæ, quia prope nos ſunt, multùm uidentur uelocitate prætergredi & aſtra, & Solem, & Lunam.

Caput Secundum. De imaginum cauſa noctu apparentium.

APparent autẽ aliqñ noctũ ſerenitate exiſtente conſiſtentes multæ imagines in cęlo, veluti Hiatus, & Foueæ, & Sanguinei colores. Cauſa aũt & in his eadẽ; Cum.n.manifeſtus eſt conſiſtens, qui ſurſum aer, vt ignitio fiat & ignitio aliqñ quidem talis fit, vt flamma videatur ardere, aliqñ autẽ veluti trabes ferantur, & ſydera, nullum inconueniens eſt, ſi coloretur idem hic aer cõcreſcens oĩmodis coloribus: per ſpiſſius .n. tranſparens minus lumen, & refractionem ſuſcipiens aer, oĩmodos colores faciet. maximè autem puniceum, aut purpureum; quia hi maximè ex igneo, & albo fiunt, permiſtis ſm ſuperappoſitiones, veluti oriuntia aſtra, & occũbentia, ſi fuerit æſtus, & per fumum punicea apparent. Et refractione ẽt facient, cum ſpeculũ fuerit tale, vt non figuram, ſed colorẽ ſuſcipiat. Quare aũt non multo tpe maneant hæc, cõſiſtẽtia cã eſt, velox exiſtens. Hiatus autem, diſrupto lumine ex obſcuro, & nigro facit, vt videat̃ habere aliquã profunditatẽ. Sępe autem ex talib. & Trabes excidunt, cum concretum fuerit magis, concretum autem amplius, Hiatus vr̃. Oĩno autem in nigro album multas facit varietates; veluti flãma in fumo. Die igit̃ Sol prohibet, nocte autem, excepto puniceo, alij pp ſimilẽ colorationem non apparet. De diſcurrentib. igitur

 aſtris,

aſtris,& ignitis, adhuc autem & de alijs imaginibus talibus,quæcunq; feſtinas faciunt imaginationes,has exiſtimare oportet cauſas.

Caput Tertium. De Cometis, Antiquorum opiniones, ac earum confutationes.

DE Cometis autē, & vocato Lacte dicamus, cū dubitauerimus ad dicta ab alijs primò. Anaxagoras igit̄, & Democritus aiunt eſſe cometas coapparentiā errantium ſtellarum;cum, ppea ꝙ propè veniunt,videant̄ tāgere ſeinuicē. Italicorum autem quidā, vocatorumq; Pythagoreorum vnum dicunt ipſum eſſe errātium ſyderum, ſed poſt multum tp̄s apparitionē ipſius eſſe,& exceſſum ad modicum,qđ accidit & circa Mercurij ſtellam: quia.n. modicum ſuperaſcendit, ſæpe nō apparet,ita vt poſt tp̄s multum appareat.Similiter autem his & qui ſub Hippocrate Chio,& diſcipuло eius Aeſchylo enunciauerunt:ſed comam nō ex ſeipſo aiunt habere, ſed errantem pp locum aliqñ accipere,refracto noſtro viſu ab humore attracto ab ipſo ad Solē. Quia autem ſubdeficit tardiſſimo tp̄e, apparere poſt tp̄s plurimum aliorum aſtrorum, vt cum ex eodem appareat ſubdefeciſſe per totū ſuum circulum. ſubdeficere aūt ipſum,& ad vrſam, & ad auſtrum. In intermedio igit̄ loco tropicorum nō attrahere aquā ad ſeipſum, qa exuſta ē à Solis latione.Ad Auſtrum aūt,qñ ferat̄, copiā qdem habere talis humiditatis. ſed,quia parua ē ſectio circuli,q̄ ſuper terrā, q̄ autem deorſum multiplex,nō poſſe viſum hoīum fractum ferri ad Solem,neq; ipſi tropico appinquāte, neq; in æſtiuis uerſionib.exiſtente Sole.quapp in his qdem locis neq; fieri cometen ipſum. Qñ verò ad

ad Boreã ſubdefecerit, accipere comãm; qa mã gna eſt circunferentia, q̃ eſt ſupra horizontẽ. q̃ autem eſt ſubtus, pars circuli, parua: facilè.n.viſum hoĩum pertingere tunc ad Solem. Oĩbus autem his hæc qdem cõiter accidit dicere impoſſibilia, hęc autem & ſeparatim. Primò igitur dicentib. ꝙ errantiũ eſt vna ſtellarum cometes. Errãtes.n.oẽs, in circulo aĩalium paruorum ſub deficiunt: cometæ autem multi viſi ſunt extra circulum. Deinde & plures vno ſimul facti ſunt ſæpe. Ad hæc aũt, ſi pp refractionem comã hñt, ſicut ait Aeſchylus, & Hippocrates, oportebat aliqñ apparere & ſine coma ſtellã hãc, qm̃ ſubdeficit qdem & ad alia loca, comã autem habet nõ vbiq;. nunc autem nulla viſa eſt p̃ter quinq; ſtellas. iſtæ aũt ſæpe ſimul oẽs eleuatę apparent ſuper horizõtem. Et manifeſtis aũt exiſtentib. ipſis oĩbus, & nõ apparentib. oĩbus, ſed qbuſdã exiſtentib. apud Solem, nihiloĩus cometæ apparent facti ſæpe. At verò neq; hoc verum, ꝙ in loco ad Vrsã fit cometes ſolum, ſimul & ſole exiſtente circa verſiones æſtiuales; Magnus.n.ille cometes factus circa eum, q in Achaia fuit, terræ motũ, & circa fluctus aſcenſum ab occaſib. ęquinoctialib ortus fuit. Et ad auſtrum iã multi facti ſunt. Imperãte aũt Athenis Eucle Molonis, facta fuit comata ſtella menſe Ianuario, Sole exiſtente circa verſiones hyemales. Et qdem tã tã refractionem fieri & ipſi impoſſibilium eſſe aiunt. Cõe autem his, & cõtactum dicentib. primò qdem, ꝙ & nõ errantium comã accipiunt qdã. & hoc nõ ſolum Aegyptijs credere oportet (etem illi aiunt) ſed & nos vidimus. Earum.n.q̃ ſunt in femore canis, ſtella q̃dã habuit comã, obſuram tñ; intendentib.n. ipſam habes fiebat

lumen: adijcientib. autē ſenſim viſum, maius. Adhęc autem oēs, q noſtris tpibus viſi ſunt, ſine occaſu diſparuerunt in loco ſuper horizontē, cōſumpti paulatim, ita, vt neq; vnius ſtellę derelinqueret corpus, neq; pluriū. Qm̄ & magna ſtella, de qua prius meminimus, apparuerit qdem hyeme in gelu, & ſerenitate à veſpera, Ariſtæo imperāte. & prima qdē die nō apparuit, tanq̄ p̄occumbēs ante Solē, ſequenti aūt apparuit, quā tum cōtingit: minimum. n. ſubdefecit, & mox occubuit. lumē aūt ſe extēdit vſq; ad tertiā partē Cœli, veluti ſaltus. quapp & uocata fuit via. aſcēdit aūt vſq; ad zonā Orionis, & ibi diſſoluta fuit. Atq; Democritus concertauit ꝓ opinione ſua: ait. n. apparuiſſe, diſſolutis cometis, & ſtellas quaſdā. Hoc aūt non oportebat aliqn̄ qdem fieri, aliqn̄ autem non, ſed ſemper. Ad hæc aūt & Aegyptij aiunt errātium & ad ſeipſas, & ad nō errātes fieri cōuentus. & ipſi vidimus iam bis ſtellā Iouis in Geminis ſubeuntē quandā, & occultaſſe, ſed nō cometē factū. Præterea aūt & ex rōne manifeſtum. Stellæ. n. etſi maiores, & minores appareāt, attñ indiuiſibiles per ſe eſſe vñr. Quemadmodum igit̄ &, ſi eſſent indiuiſibiles, tāgentes nullam vtiq; facerēt magnitudinē maiorem, ſic & qm̄ non ſunt quidem, vñr autē indiuiſibiles, & coeuntes, nihil videbuntur maiores ſm magnitudinem exiſtere. Quòd igitur dictæ de ipſis cauſæ falſæ exiſtunt, & ſi non per plura, attamen & per hęc ſufficienter patet.

Caput Quartum De Cometarum cauſis, ac eorum differentijs Ariſtotelis opinio.

QVoniā autem de immanifeſtis ſenſui putamus ſufficienter demōſtraſſe ſm rōnē, ſi ad

ſi ad poſſibile reduxerimus, ex iis, q̄ nunc dicun tur, exiſtimabit vtiq; aliquis ſic de his maximè accidere. Supponit.n. nobis mundi eius, q circa terram, quantum ſub circulari eſt latione, eſſe primā partem exhalationē ſiccā, & calidā. Ipſa aūt, & continui ſub ipſa aeris adhuc multum, ſimul circunduciť circa terram à latione, & motu circulari: cum autem fertur, & moueť hoc modo, quacunq; contigerit, bene tēperata exiſtens, ſępe igniť. quapp dicimus fieri & ſparſorū ſyderum diſcurſus. Cum igiť in talem condenſationem inciderit pp ſuperiorem motum prin cipium igneum, neq; ſic multum valde, vt cito, & ad multum exurat, neq; ſic debile, vt extinguať cito, ſed maius, & ad multum, ſimul autē ab inferius accidat aſcendere bene temperatā exhalationem, hoc fit ſtella comata, qualitercunq; exhalatum extiterit figuratum. Si.n. oīquaq; ſimiliter, Cometes; ſi autem in lōgitudinem, vocatur Barbata. Sicut autem talis latio, ſtellæ vř eſſe; ſic & manſio, quaſi ſtellę māſio vř eſſe. Simile.n. eſt id, qđ fit, velut ſiquis in palearum cumulum, & multitudinem impulſerit titionem, aut ignis principium iniecerit modicū: vř.n. ſimilis & ſyderū diſcurſus huic; cito.n. pp aptā diſpoſitionem ſuccēſi fomitis ſuccedit in lōgitudinem. Si itaq; hoc maneat, & nō conſumať pertrāſiens, quà maximè denſatus eſt ſuccenſus fomes, fiet vtiq; principium lationis cōſummatio diſcurſionis. Talis & comata eſt ſtella, vt diſcurſus ſyderis, habens in ſeipſo terminum, & principium. Qñ igitur in ipſo inferiori loco principium cōſiſtentiæ fuerit, per ſe apparet cometes, qñ autem ſub aſtrorum aliquo, aut nō errantium, aut errantium à motu cōſtiterit

exhalatio, tunc cometes fit horum aliquis. Non .n. apud ipſa aſtra coma fit. ſed quemadmodum areæ circa Solem, & Lunā apparent, aſſequentes, ēt ſi trāsferant aſtra, cum ſic fuerit cōdenſatus aer, vt paſſio hæc fiat ſub Solis itinere, ſic & coma aſtris, velut area eſt. Attñ area qdem fit pp refractionem talis ſm colorem, ibi autem in ipſis exhalationib. color apparens eſt. Qñ igit iuxta ſtellā facta fuerit talis cōcretio, eadem neceſſe eſt apparere latione, & moueri cometen, quā qdem fert ſtella cum autem conſtiterit per ſe, tunc tardātes vñr: talis. n. eſt latio mundi, q circa terrā. Hoc. n. maxime indicat non eſſe refractionem quandā cometen, vt area in ſuccenſo fomite puro, ad ipsā ſtellā factā, & nō, vt dicunt Hippocratici, ad Solem, qa & per ſe fit cometa ſæpe, & frequentius, q̄ circa aliquas determinatarum ſtellarum. De area igit cām poſterius dicemus. De eo aūt, qd' eſt eſſe igneā cōſiſtentiā ipſorum, argumentum oportet putare, ꝙ ſignificāt facti plures flatus, & ſiccitates. Palā. n. eſt, ꝙ fiunt, ꝓpterea ꝙ multa eſt talis excretio. quare ſicciorem neceſſarium eſt eſſe aerem, & diſgregari, & diſſolui euaporans humidū à multitudine calidæ exhalationis, ita vt nō cogat facilè in aquā. Manifeſtius aūt dicemus & de hac paſſione, qñ & de flatib. dicendi fuerit tps. Qñ igit crebri, & multi apparent, ſicut dicimus, ſicci, & ſpirituoſi fiūt anni notabiliter. Qñ aūt rariores, & tenuiores magnitudinę, ſimiliter qdem non fit tale. Attñ frequenter fit qdam exceſſus ſpiritus, aut ſm tps, aūt ſm magnitudinē. Qm & qñ in Aegos fluuijs, cecidit lapis ex aere a flatu eleuatus, cecidit per diem. fuit aūt & tunc comata ſtella, facta à veſpera. Et circa magnā ſtellā comatam

matã ſicca erat hyems, & borealis. Et fluctus ꝓpter cõtrarietatem ventorum factus fuit. In ſinu.n. Boreas dominabat̃, extra aũt Auſter flabat magnus. Adhuc autem Nicomacho Athenienſib. p̃ſide factus fuit paucis dieb cometes circa æqnoctialẽ circulũ, nõ à veſpera faciens ortũ; in quo q circa Corinthũ flatus euenit. Eius aũt, ꝙ eſt nõ fieri multos, neq; ſæpe cometas, & magis extra tropicos q̃ intra, cã eſt Solis, & aſtrorum motus nõ ſolùm ſegregans calidum, ſed & diſgregans, qđ conſiſtit. Maxime autem cauſa eſt, ꝙ plurimum in Lactis cõgregantur regionem.

Caput Quintum. De Lacteo circulo Antiquorum opiniones, earumq; confutationes.

QValiter autem, & ꝓpter quã cãm ſit, & qđ eſt Lac, dicamus iã. p̃percurremus aũt & de hoc, q̃ ab alijs dicta ſunt primò. Vocatorum igit̃ Pythagoreorum quidã aiunt viã eſſe hãc. hi quidem excidentiũ cuiuſdã Aſtrorum, ſm dictã ſub Phaethonte lationẽ: hi autem Solẽ hoc circulo delatum eſſe aliqñ aiunt. Velut igitur exuſtum eſſe hunc locum, aut aliq̃ aliã talẽ paſſionem paſſum eſſe à latione ipſorum. Inconueniens autem eſt non cointelligere ꝙ, ſiquidem hæc erat cã, oportebat, & Zodiacum circulum ſic ſe habere, & magis, q̃ eum, qui Lactis; oĩa.n. in ipſo ferruntur errantia, & non Sol ſolus. Manifeſtus autem eſt nobis totus circulus; ſemper enim ipſius manifeſtus eſt ſemicirculus nocte, ſed nihil videtur tale paſſus, niſi ſi qua copulatur pars ipſius ad Lactis circulum. Anaxagorici autem, & Democritici lumen eſſe Lac aiunt aſtrorum quorundam: Solem enim cum ſub terra fertur, non reſpicere quædam aſtrorum.

 Quæ-

Quæcunq; igiť aſpiciunť ab ipſo, horum q̃dem non apparere lumē: ꝓhiberi.n.à Solis radijs. q̃-buſcunq; autem obſiſtit terra, ita ut nō aſpiciã-tur à Sole, horum ꝓpriũ lumen aiunt eſſe Lac. Manifeſtum autem ꝙ & hoc impoſſibile; Lac.n. ſemper idē in eiſdem eſt aſtris: apparet.n. maximus eſſe circulus. à Sole autem ſemp altera, quæ nō aſpiciunť, quia non in eodem manet lo co. oportebat igiť cũ trãsferť Sol, transferri & Lac. nunc aũt nō apparet hoc factũ. Adhæc aũt, ſi, quemadmodum oſtendiť in ijs, q̃ circa Aſtro logiam, ſpeculationib. Solis magnitudo maior eſt q̃ terræ, & diſtantia multo maior aſtrorum ad terrã, q̃ Solis, ſicut Solis ad terrã, q̃ Lunę; nō vtiq; longe alicubi à terra conus, qui à Sole cō-ijciet radios, neq; vtiq; umbra terræ, q̃ uocatur nox, erit apud aſtra: ſed neceſſe Solem oĩa aſtra circunſpicere, & nulli ipſorum terrã obſiſtere. Amplius autem eſt tertia quædã opinio de ip-ſo. Dicũt.n. q̃dam Lac eſſe refractionem noſtri viſus ad Solem, ſicut & ſtellam comatã. Impoſſi bile autem eſt & hoc: Si.n. videns quieuerit, & ſpeculũ, & q̃d vř oē, in eodē ſigno ſpeculi eadē apparebit vtiq; pars imaginis. ſi autem moueatur ſpeculũ, & q̃d vř, in eadē q̃dem diſtantia ad videns, & quieſcens, adinuicem aũt neq; æquè uelociter, neq; in eadem ſemp diſtantia, impoſ ſibile eandē imaginē in eadē eſſe parte ſpeculi. Quę aũt in lactis circulo feruntť aſtra, & Sol, ad quē ſit refractio, mouenť, manētib. nobis, & ſimiliter, & ęqualiter ad nos diſtãtia, à ſeipſis aũt nō æqualiter: aliqñ.n. medijs noctibus Delphin oritur, aliqñ verò diluculo: partes autem Lactis eædē manēt in vnoquoq;. atqui nō oportebat, ſi erat imago, ſed nō in eiſdem adhuc eſſet hęc

paſſio

paſſio locis. Amplius autem noctu in aqua, & talibus ſpeculis Lac qdem illuceſcit aſpicientibus, viſum autem refrangi ad Solem quomodo eſt poſſibile? Quòd igitũ neq; via planetarum vllius, neq; lumẽ eſt aſtrorum, q̃ non vñr, neq; refractio, ex his manifeſtum eſt. ferè autẽ hæc ſolùm ſunt, quæ vſq; nunc tradita ſunt ab alijs.

Caput Sextum. De Lactei circuli eſſentia opinio propria.

NOs autem dicamus, cùm reaſſumpſerimus ſuppoſitum nobis principium. Dictum .n. eſt prius, ꝙ extremum dicti aeris potentiam habet ignis, ita ut motu diſgregato aere, ſegregetũ talis conſiſtentia, qualem & comatas ſtellas eſſe dicimus. Tale itaq; oportet intelligere fieri, qđ in illis, cùm nõ ipſa ꝑ ſe facta fuerit talis excretio, ſed ſub aliquo aſtrorum, aut fixorum, aut errantium; tunc.n. tales vñr cometæ; quia aſſequunũ ipſorum lationem, quẽadmodũ Solẽ talis cõcretio, à qua ꝓꝑ refractionẽ aereã apparere dicimus, cũ ſic fuerit diſpoſitus aer. Quod itaq; ſm vnũ aſtrorũ accidit, hoc oportet accipere fieri circa totũ Cœlũ, & ſuperiorẽ lationẽ oẽm. Rationabile.n.ẽ, ſiquidẽ vnus aſtri motus incendit, & eũ, q oĩum eſt facere tale aliqd, & exufflare & cũ his adhuc. ſm quem locum creberrima, & plurima, & maxima exiſtunt aſtra. Zodiacus igitũ ꝓꝑ Solis lationem, & planetarum diſſoluit talem conſiſtentiam. quaꝓꝑ multi quidem cometarum extra tropicos fiunt. Amplius autem neq; circa Solem, neq; circa Lunam fit coma: citiùs.n. diſgregant, q̃ ut coacta ſit talis cõcretio. iſte aũt circulus, in quo Lac apparet aſpicientib. & maximus exiſtẽs eſt, & poſitu ſitus

ſic.

ſic, vt multum tropicos excedat. Adhæc aũt locus plenus eſt aſtris maximis, & fulgidiſſimis, & adhuc ſparſis vocatis (hoc aũt eſt & oculis videre manifeſtũ) vt & pp hoc cõtinuè, & ſemper hęc oĩs aggraget̃ cõcretio. Signum aũt eſt. Etem ipſius circuli amplius lumen eſt in altero ſemicirculo, habente duplatum: in hoc.n. plura, & crebriora ſunt aſtra, q̃ in altero, tanq̃ nõ ꝑpter alteram aliq̃ cauſam fiat luſtratio, q̃ pp aſtrorũ lationẽ. Si.n. & in hoc circulo fit, in quo plurima ponunt̃ aſtrorũ, & ipſius circuli in eo, qđ magis vr̃ ſpiſſum eſſe, & magnitudine, & multitudine aſtrorum, hanc par eſt exiſtimare couenientiſſimã cãm eſſe paſſionis. Cõſideret̃ aũt & circulus, & q̃ ſunt in ipſo aſtra, ex deſcriptione. Sparſa aũt vocata ſic quidẽ in ſphærã nõ erit ordinare, q̃a nullã hẽt aſſiduè vnũqđq; poſitionẽ manifeſtã: ad cęlum aũt reſpicientib. eſt palã: in ſolo.n. hoc circulorũ intermedia plena talib. aſtris ſunt: in alijs aũt deficiunt manifeſtè. Quare ſiquidẽ, & cur appareant cometæ approbamus cãm, tanq̃ dictã mediocriter, & de Lacte eodẽ modo exiſtimandum eſt ſeſe habere: qđ n. ibi circa vnum eſt paſſio, coma, hoc idẽ circa circulũ quendã accidit fieri. Et eſt Lac, vt ita dicã, veluti definitum, maximi pp ſegregationẽ coma circuli. Quapp, quẽadmodum prius diximus, nõ multi neq; ſępe fiunt cometę, q̃a cõtinuè ſegregata eſt, & ſegregat̃ ſm vnumquẽq; circuitum in hunc locum ſemper talis cõſiſtẽtia. De factis igit̃ in eo, qui eſt circa terram, mundo, cõtinuo ſuperiorib. lationibus, dictum eſt, & de diſcurſu aſtrorum, & ignita flamma, adhuc autem de cometis, & uocato lacte: ferè enim ſunt tot paſſiones apparentes circa hunc locum.

Summa Tertia. de his, quæ in loco inferiori, terræ propinquiori generantur.

Caput Primum. De generatione Vaporis, Nubis, Caliginis, Pluuiæ, Roris, Pruinæ, & Niuis.

DE loco autē, poſitione ſecundo poſt hunc, primo autē circa terram dicamus; iſte.n.locus cōis eſt aquæ, & aeri, & accidentib. circa ſuperiorem gñationem ipſius. ſumendum autē & horum principia, & cauſas oīum ſimiliter. Qđ igit eſt, vt mouens, & ꝑcipuum, & primum principiorum, circulus eſt, in quo manifeſtè Solis latio, diſgregans, & cōgregans, ex eo qa ꝓpè fit, aut lōgius, cauſa gñationis, & corruptionis eſt. Manente autem terra, qđ circa ipſam eſt humidum, à radijs, & ab alia, q̄ deſuper eſt, caliditate euaporans, fert ſurſum. Cum autem caliditas, q̄ duxit ipſum ſurſum, derelinquit, & illa qdem diſperdit ad ſuperiorē locum, hæc autem & extinguit. ꝑpea ꝙ ſuſpendit lōgius in aerem, q eſt ſuper terram, cogit iterum vapor infrigidatus, & pp derelictionem caloris, & pp locum, & fit aqua ex aere: facta autē iterum fert ad terram. Eſt autem, q̄ quidem ex aqua exhalatio, Vapor: q̄ autem ex aere in aquam, Nubes: Caligo autē, nebulæ decidentia, eius, q̄ in aquam concretionis. quapp ſignum magis eſt ſerenitatis, q̄ aquarum: eſt.n. caligo, veluti nebula ſterilis. Fit autē circulus iſte, imitans Solis circulum: ſimul.n ille ad latera permutatur, & iſte ſurſum, & deorſum. Oportet autem intelligere hunc veluti fluuium, fluere circulariter ſurſum, & deorſum, cōem aeris, & aquæ: propè enim exiſtente Sole, vaporis ſurſum fluit fluuius. Cum autem elongatur, aquæ deorſum. & hoc perenne vult

fieri.

fieri, ſm ordinem. Quare, ſi obſcurè dicebant Oceanum priores, fortè vtiq; hunc fluuium dicebant circulariter fluentē circa terrā. Cum aūt eleuat̄ humidum ſemper pp calidi virtutem, & iterum fertur deorſum pp infrigidationem ad terram, propriè noīa paſſionib. imponuntur, & quibuſdam diījs ipſarum: cum.n. ſm modica feratur, Guttæ: cum autem ſm maiores partes, Pluuia uocatur. Ex eo autem, qđ in die euaporat, quantum nō ſuſpenſum fuerit, pp paucitatem ſurſum ducentis ipſum ignis, ad eā, q̄ eleuatur, aquam, iterum cum deorſum feratur, qn̄ infrigidatum fuerit noctu, uocat̄ Ros, & Pruina: Pruina quidem, qn̄ vapor congelat̄ prius, q̄ in aquā concretus fuerit iterum. fit autem hyeme, & magis in hyemalibus locis. Ros aūt, cum cōcretus fuerit in aquam vapor, & neq; ſic fuerit tepor, vt exiccetur ſurſum ductum, neq; ſic frigus, vt congeletur vapor ipſe, ppea φ aut locus tepidior, aut anni tp̄s ſit. Fit.n. magis in temperie, & in temperatis locis: pruina autē, ſicut dictum eſt, econtrario: palam.n. eſt, φ vapor calidior eſt aqua: habet.n. eleuātem adhuc ignē. quare amplioris eſt frigiditatis ipſum congelare. Fiunt autem ambo ſerenitate, & tranquillitate: neq;.n. eleuabuntur, non exiſtente ſerenitate, neq; coacta eſſe vtiq; poterunt, vento flante. Signum autem eſt. φ fiunt hæc, quia nō longè ſuſpendit̄ vapor: in montib.n. nō fit pruina. Cauſa autem eſt, vna quidem hęc, φ ſurſum ducitur ex cauis, & humectis locis. quare, veluti onus portans maius, ſurſum ducens caliditas, q̄ ſm ſeipſam, non pōt eleuare ipſum ad multū locum altitudinis, ſed propè dimittit iterum. Alia autē eſt, quia diffluit maximè aer, exiſtens

in

in altis, q diſſoluit conſiſtentiam talem. Fit aũt ros, vbiq;, auſtralibus, non borealibus, p̄terquã in Ponto. ibi aũt econtrario: borealib. n. fit, auſtralibus aũt non fit. Cauſa autem eſt ſimiliter, ſicut ꝙ temperie quidem fit, hyeme aũt nõ. Auſter. n. temperiem facit, Boreas autem hyemẽ: frigidus. n. eſt. quare ex hyeme exhalationis extinguit caliditatem. In Ponto aũt Auſter qdem non ſic facit temperiem, vt fiat vapor. Boreas aũt, pp frigiditatem circumobſiſtens, calidum cõgregat. quare plus uaporat magis. Sæpe autẽ hoc & in exteriorib. locis eſt videre fieri: vaporant. n. putei borealib. magis, q̃ auſtralibus; ſed borealia qdem extinguunt, anteq̃ coacta ſit aliqua multitudo: in auſtralib. autem ſinĩt congregari exhalatio. ipſa autem aqua non congelat̃ hic, quemadmodum in circa nubes loco. Inde. n. tria veniunt corpora, quæ cogunt̃ pp infrigidationem, aqua, & nix, & grando. Horum autẽ duo quidem proportionaliter, & pp eaſdẽ cauſas fiũt ijs, q̃ inferius, dña ſm magis, & minus, & multitudine, & paucitate. Nix. ñ. & pruina idem, & pluuia, & ros; ſed illud qdem multum, hoc aũt paucum eſt. Pluuia. n. ex multo vapore fit, q infrigidat̃. Huius aũt cã eſt, & locus multus, & tps exiſtẽs, in quo colligit̃, & ex quo. Paucum autem, Ros: diaria. n. eſt conſiſtentia, & locus paruus. manifeſtat aũt gñatio, exiſtens velox, & parua multitudo. Similiter aũt & pruina, & nix: cũm. n. congelata eſt nubes, Nix eſt: cũ aũt vapor, Pruina. Quapp aut tpis anni, aut regionis ſignũ eſt frigidæ: non. n. vtiq; cõgelaret̃, adhuc multa ĩnexiſtente caliditate, ſi nõ ſuperuinceret frigus: in nube. n. adhuc ineſt multum calidum, reſiduum ignis, qui euaporare fecit

ex

ex terra humidũ.Grãdo aũt ibi q̃dem fit : in vaporãte aũt ꝓpinquo terræ hoc deficit. Quemadmodũ.n.diximus,vt quidem ibi nix, hic fit pruina;vt autem ibi pluuia,hic ros;vt aũt ibi grãdo, hic non contra reſpondet ſimile. cauſa autem, cum dixerimus de grandine, erit manifeſta.

Caput Secundum. De grandinis generatione.

OPortet aũt accipere ſimul & accidentia circa gñationem ipſius.& q̃ nõ ſeducunt, & q̃ vĩr eſſe rõnabilia.Eſt.n.grãdo glacies. congelat aũt aqua hyeme.Grãdines aũt fiunt vere quidẽ, & autumno maximè, deinde & maturationis fructuum tpe :,hyeme aũt rarius, & qñ minus fuerit frigus.Et uniuerſaliter fiunt grãdines q̃dem in temperatiorib.locis, niues aũt in frigidiorib.Incõueniens autem eſt & cõgelari aquã in eo,qui eſt ſurſum,loco: neq;.n.congelatã eſſe poſſibile eſt,anteq̃ facta ſit aqua : neq; aquã vllo tpe poſſibile eſt manere eleuatã.At verò neque ſicuti guttæ ſurſum q̃dem inſident ꝑꝑ paruitatem, immorantes aũt in aere.(ſicuti & in aqua terra,& aurum ꝑꝑ paruitatem partium ſæpe ſupernatant)ſic in aere aqua.coeuntib. autẽ multis paruis, magnæ deorſum ferunt̃ guttæ. hoc aũt nõ contingit fieri in grandine : non.n. coaleſcunt congelata,vti humida.Palam igit̃,ꝙ ſurſum tanta aqua manſit: non.n.vtiq; congelata fuiſſet tanta.His igit̃ vĩ paſſionis cauſa eſſe huius,& gñationis, cum expulſa fuerit nubes in ſuperiorem locum,magis exiſtẽtem frigidũ, ꝓpea ꝙ deſinũt ibi refractiones radiorum a terra,& veniens illuc aqua congelat̃. quapropter & æſtate magis,& in tepidis regionib. fieri grãdines,qm̃ amplius calidum ſurſum pellit a ter-

ra nubes. Accidit autem in valde altis minimè fieri grandinem: q̃uis oportebat, quemadmodum & niuem uidemus, in altis maximè fieri. Adhuc autem ſæpe viſæ ſunt nubes delatę cum ſono multo ſecus ipſam terrā, vt terribile eſſet audientib. & videntib. tanq̃ futuro aliquo maiori. aliqñ aũt, & ſine ſono talib. uiſis nubibus, grando fit multa, & magnitudine incredibilis, & figuris no rotunda: ꝑpea ꝙ non multo tpe fit latio ipſius tanq̃ ꝓpè terram facta congelatione, ſed non ſicut illi aiunt. At vero neceſſarium eſt ab ea, q̃ maximè cā eſt congelationis, maximas fieri grandines: glacies. n. grando eſt, & hoc cuicunq; eſt manifeſtum. Magnæ aũt ſunt, q̃ figuris non rotundæ. hoc aũt ſignum eſt, ꝙ ſint congelatæ ꝓpe terram: q̃. n. ferunt̃ eminus, ꝑpea ꝙ ferunt̃ longè, circumfractæ fiunt, & figura rotundæ, & magnitudine minores. Quòd igit̃ non ex eo, ꝙ expellit̃ in ſuperiorem locum frigidum, congelatio accidit, palam. Sed qm̃ videmus ꝙ fit circumobſiſtentia calido, & frigido inuicem (quapp in tpibus frigida ſunt inferiora terræ, & tepida ĩ gelu) oportet putare & hoc in eo, qui ſurſum, fieri loco. Quare in tepidioribus anni tpibus circumobſiſtentiam paſſum intus frigidum, propter eam, q̃ in circuitu eſt, caliditatem, aliqñ quidem cito aquam ex nube facit, aliqñ verò grandinem. quapropter & guttæ multo maiores in tepidis fiunt̃ dieb. q̃ in hyeme, & aquæ impetuoſiores; impetuoſiores. n. dicunt̃, cum congregatiores: congregatiores autem propter celeritatem condenſationis. Hoc autem ipſum fit contrà, q̃ vt Anaxagoras dicit. Hic enim cum in frigidum aerem aſcenderit, ait hoc pati. Nos autem, cum in calidum de-

ſcenderit,& maximè,cum maximè. Cũ aũt adhuc magis circumobſiſtẽtiam paſſum eſt intus frigidum ab exteriori calido, aquã cum fecerit congelauit magis,& fit grando. Accidit autem hoc,cùm citius fuerit congelatio, q̃ aquę latio deorſum.Si.n. fertur quidem, in tanto aũt tpe, frigiditas autem vehemens exiſtens in minori congelauit, nihil prohibet ſublimem exiſtentẽ congelatã fuiſſe,ſi cõgelatio in minori fiat tpe, q̃ quæ deorſum fit latio.Et quanto vtiq; propinquius,& cõgregatior fit cõgelatio, & aquæ impetuoſiores fiũt,& guttæ, & grãdines maiores, ppea q̃ breui ferant loco: & non crebræ guttæ magnę cadunt pp eandem cãm. Minus aũt ęſtate fit,q̃ vere,& autumno,magis tñ q̃ hyeme;q̃a ſiccior ẽ aer æſtate:in vere aũt adhuc humidus: in autumno autem iam humectatur. fiunt autẽ aliqñ,vti dictum eſt, & in maturationis fructuũ tpe grandines,pp eandem cãm. Confert autem adhuc ad celeritatem congelationis & pcalefactam fuiſſe aquam; citius.n. infrigidat. quapp multi, cum aquam infrigidare cito voluerint, ad Solem ponunt primò. Et qui circa Pontum, cum in glacie habitacula faciunt ad piſcium venationes: (venantur.n.intercidentes glaciẽ) aquam calidã arũdinibus circunfundunt, ppea q̃ citius congelatur:vtuntur.n.glacie,tanquam plumbo,vt quieſcant arundines. Calida autem fit citò conſiſtens aqua in regionibus, & tpibus calidius.Fiunt autẽ & circa Arabiam,& Aethiopiam æſtate aquę,& non hyeme,& hę impetuoſæ,& eadem die ſæpe,propter eãdem cauſam: citò.n. infrigidantur per circumobſiſtentiam: quę fit: propterea quòd calida eſt regio valde. De pluuiã igitur,& rore, & niue, & pruina, &

gran-

grandine propter quam cauſam fiunt, & quæ natura ipſorum eſt, tot dicta ſint.

Summa Quarta. de Fluminibus, ac Fontibus.

Caput Primum. De Fluuiorum, ac Fontium generatione.

DE ventis autem, & oĩbus flatibus, adhuc autem de fluuijs, & mari dicamus, primo & de his cum prædubitauerimus ad nos ipſos: ſicut. n. & de alijs, ſic & de his nihil accepimus dictum tale, qđ non & quilibet vtiq; dicat. Sunt autem quidam, qui aiunt vocatum aerem, motum quidem, & fluentem Ventum eſſe: conſiſtentem autem eundem hunc iterum nubẽ, & aquam. tanq̃ eadem natura exiſtente aquæ, & flatus, & ventum eſſe motum aeris. Quapp & eorum qui ſapienter volunt dicere, quidam vnum aiunt ventum eſſe oẽs ventos, quia accidit & aerem motum vnum, & eundem eſſe oẽm: videri autem differre, nihil differentem, pp loca, vnde fuerit fluens ſemper: ſimiliter dicẽtes, quemadmodum vtique ſi quis putet & fluuios oẽs vnum fluuium eſſe. Quare melius multi dicunt ſine inquiſitione, q̃ qui cum inquiſitione ſic dicunt. Si. n. ex vno principio oẽs fluerent, & ibi ſpiritus eodem modo, fortè dicerent vtique aliquid, dicentes ſic. ſi autẽ ſimiliter hic, & ibi, palam ꝙ ornatè dictum hoc erit falſum. Qm̃ hoc quidem optimam habet conſiderationem, quid eſt ventus, & q̃uo fit, & quid eſt mouens, & vnde principium ipſorum, & vtrum quemadmodum ex vaſe oporteat accipere fluentem ventum, & eouſq; fluere, donec vtiq; euacuatũ ſit vas, veluti ex vtribus emiſſum, aut quemadmodũ pictores pingunt, ex ſeipſis principium

 emit-

emittentes. Similiter aũt & de gñatione Fluuiorum vr̃ quibuſdã ſe habere. Eleuatam.n.à Sole aq̃,iterum pluentẽ congregatam ſub terra fluere, vt ex aluo magna, aut oẽs ex vno,aut alium ex alio, & nõ fieri aquam vllã,ſed collectam ex hyeme in talia receptacula hanc fieri multitudinem fluuiorum.Quapp & maiores ſemper hyeme fluere, q̃ æſtate.& hos qdem eſſe ſemp fluẽtes, hoc aũt nõ ſemper fluentes: quorum.n.pp magnitudinem alui multa collecta aqua eſt, vt ſufficiat,& nõ prius cõſumat̃,q̃ ſuperueniat imber,in hyeme iterum hoc qdem ſemper fluẽtes eſſe ſine fine:qbuſcunq; autem minora receptacula ſunt, hi ꝓpter paucitatẽ aquę exiccant̃ anteq̃ ſuperueniat aqua de cœlo, euacuato vaſe. Quamuis manifeſtum eſt, ꝙ,ſi q; velit,cùm fecerit velut receptaculum ꝓ oculis quotidianæ aquæ fluẽti cõtinuè intelligere multitudinem, excedet vtiq; magnitudine terrę molem,vel nõ multum deficiet, q̃ ſuſcipit̃ oĩs fluens aqua per annum. Sed palam, ꝙ accidunt qdem & multa talia in multis locis terrę Enimuero incõueniẽs eſt,ſi qs nõ putet ꝓpter eandem cãm aquam ex aere fieri, pp q̃ quidem ſuper terrã, & in terra. quare ſi & ibi,pp frigiditatem cogit̃ vaporans aer in aquã,& ab ea,q̃ in terra frigiditate;idem hoc oportet putare accidere,& fieri non ſolùm ſegregatã aquam in ipſa,& hãc fluere ſed & fieri cõtinuè. Amplius aũt nõ fiente,ſed exiſtente aqua quotidie, nõ tale eſt principium fluuiorũ, veluti ſub terra ſtagna q̃dam ſegregata,ſicut quidam dicunt,ſed ſimiliter,ſicut & in eo q eſt ſuper terrã,loco paruę cõſiſtũt guttę,& iterũ ipſæ cum alijs, ac tãdem cum multitudine deſcẽdit pluẽs aqua:ſic & in terra ex paruis cõſtillari primo,

mo,& eſſe,veluti ſcaturiēte in vnum terra,prin cipia fluuiorū. Manifeſtat aūt ipſum opus. Qui .n.aquæ ductus faciunt,è cuniculis, & foſſis cō ducunt, quaſi vtiq; ſudante terra ab excelſis. Quapp, & fluxiones fluuiorum ex montib. vñr fluentes.& plurimi, & maximi fluuij fluunt ex maximis montibus. Similiter autē & fontes plu rimi montibus,& locis altis vicini ſunt.in campeſtrib.autem ſine fluuijs pauci fiunt oīno; Mōtana.n.& alta loca,velut ſpongia,ſuperſuſpenſa, ſm modica quidem, in multis autem locis ſcaturiunt,& cōſtillant aquam:ſuſcipiunt.n.deſcendentis aquę magnā multitudinem: (quid .n.differt cōcauā,& ſupinā, aut pnam circunferentiam eſſe,& curuam? vtroq;.n.modo æqualem molē cōprehendet corporis:) & aſcendentem vaporē infrigidant, & cōdenſant iterum in aquam.quapp,quēadmodum diximus,maximi fluuiorum ex maximis vñr fluentes montibus. Palàm autem eſt hoc cōſiderantib.terræ circuitus:hos.n.inquirendo à ſingulis, ſic deſcripſerunt, quoſcunq; nō accidit ipſoſmet vidiſſe, & dicere. In Aſia igit plurimi ex Parnaſo vocato monte vñr fluentes, & maximi fluuij. Hic autē mons dr eſſe maximus oīum, qui ad Orientem hyemalem;illis.n.qui iam tranſcenderit hunc, apparet mare, qđ extra eſt,cuius terminus non palam his, qui hinc. Ex hoc igit fluunt & alij fluuij, & Bactus, & Choaſpes, & Araxes. Ab hoc autem abſcindit Tanais, pars exiſtens in Mæotidem paludem. Fluit autem & Indus ex ipſo, oīum fluuiorum fluxio plurima. Ex Caucaſo autem & alij fluunt multi & ſm multitudinem, & ſecundùm magnitudinem excedentes, & Phaſis. Caucaſus autem maximus mons eſt eq-

rum, qui ad Orientem æſtiualem, & multitudine, & altitudine. Signa autem altitudinis quidem, quia vr. & à vocatis Profundis, & a nauigātibus in ſtagnum. Inſuper illuſtrant Sole ipſius ſummitate vſq; ad tertiā partem, nocte, & ab aurora, & iterum à veſpera. Multitudinis autē, quia multas habet ſedes, in quib. & gentes habitant multæ; & ſtagna eſſe aiunt magna: attn̄ omnes ſedes eſſe aiunt manifeſtas vſq; ad vltimum verticem. Ex Pyrenæo autem, hic autem eſt mons ad Occidentem ęquinoctialem in Gallia, fluunt Iſter, & Tarteſſus, iſte quidem extra Columnas, Iſter autem ꝑ totā Europam in Pontum Euxinum. Aliorum autem fluuiorum plurimi ad Vrſam ex montibus Arcynijs. Hi autem & altitudine, & multitudine maximi circa locū hunc ſunt. Sub ipſa autem Vrſa ſuper vltimam Scythiam q̄ vocant Rhiphę, de quarum magnitudine ſermones, qui dicunt, valde ſunt fabuloſi. Fluūt igit plurimi, & maximi poſt Iſtrum aliorum fluuiorum hinc, vt aiunt. Similiter autem & circa Lybiam, hi qdem ex Aethiopicis montibus & Aegon, & Nyſes. hi aūt maximi diuulgatorum & Chremetes vocatus, qui in exterius mare fluit, & Nili fluxus primus ex Argenteo vocato monte. Eorum autem, qui circa Grȩcum locum, Achelous quidem ex Pindo, & Inachus hinc. Strymo autem, & Neſtus, & Hebrus, omnes tres exiſtentes ex Scombro. Multi autem fluxus & ex Rhodope ſunt. Similiter autem & alios fluuios inueniet quis vtiq; fluentes. ſed teſtimonij gratia hos diximus: qm̄ & quicunq; ipſorum fluunt ex paludibus, paludes ſub montibus poſitas eſſe accidit omnes ferè, aut ſub locis altis ex adductione. Quòd igit nō oportet pu

tare

tare ſic fieri principia fluuiorum, vt ex determinatis aluis, manifeſtum. Neq; .n.vtiq; ſufficiens eſſet locus terræ,vt ita dicam, ſicuti neq; nubium, ſi qđ eſt oporteret fluere ſolùm, & nō hoc qdem recederet, hoc autē orireť;ſed ſemper ab exiſtente diſpenſareť.Et ſub mōtibus eſſe fontes atteſtať,ppea ꝙ, qa conſiuit ad modicum,& paulatim,ex multis humiditatib.diſtribuit locus,& fiunt ſic fontes fluuiorum. Verùm & talia eſſe loca , habētia multitudinem aquę, veluti ſtagna,nihil incōueniens eſt:ſed nō tāta, vt hoc accidat,nihil magis,q̃ ſi qs putet manifeſtos eſſe fontes fluuiorum . ferè.n.ex fontib. plurimi fluunt.ſimile igiť eſt illos,& hoc putare eſſe corpus aquæ totum.Quòd autem ſint tales fauces,& diſtantiæ terræ,manifeſtant abſorpti fluuij.Accidit autem hoc in multis locis terræ, vt Peloponneſi plurima talia circa Arcadiā sūt. Cā autē eſt,qa montoſa exiſtens nō habet effluxus ex alueis in mare: repleta.n.loca, & nō habētia effluxū , ipſa inueniūt trāſitum in ꝓfundū,cogēte deſuper adueniēte aquā. Circa igitur Græciā parua talia oīno ſunt facta . Sed eſt ſub Caucaſo ſtagnū, qđ vocāt q ibi,mare.hoc enim multis fluuijs, & magnis ingrediētibus, nō habēs effluxū manifeſtum, deriuat ſub terra,iuxta Coraxos , circa vocata Profunda Ponti . hæc aūt ſunt infinita quædam maris ꝓfunditas.nullus.n.vnq̃,qui deſcenderit, potuit terminū inuenire.Hic autē longè à terra ferè ad trecenta ſtadia potabilem ponūt aquā ad multū locū, non aūt continuè,ſed in tres partes. Et circa Liguſticā nō minor Rhodano abſorbeť qdem fluuius, & iterum egrediť ſecundùm alium locum Rhodanus autem fluuius eſt nauibus trāſmeabilis.

Caput Secundum. De permutatione, & viciſſitudine aquarum, & continentis: Et de Diluuijs.

NOn ſemp̄ autem eadem loca terræ, neque aquoſa ſunt, neq; arida, ſed permutantur ſm̄ fluuiorum gñationes, & defectus. Quapp̄ & q̄ ſunt circa cõtinẽtẽ, permutanẽ, & q̄ circa mare & nõ ſemp̄ hęc qdem terra, hæc aũt mare pſeuerant oĩ tp̄e, ſed fit mare quidem, vbi arida; vbi autem nunc mare, hic iterum terra. ſm̄ quẽdam tñ ordinẽ putare oportet hoc fieri, & circuitũ. Principium aũt horum, & cã eſt, q̄ & terræ interiora, ſicuti corpora plantarũ, & animalium ſtatum habẽt, & ſenectutem. Sed iſtis qdẽ nõ ſm̄ partem hęc accidit pati, ſed ſimul totum in ſtatu eſſe, & decrementum pati neceſſarium eſt: terræ autem hoc fit ſm̄ partem pp̄ frigus, & caliditatem. Hæc igĩ & creſcunt, & minuuntur pp̄ Solem, & circumlationem. pp̄ hæc autem & virtutem partes terræ accipiunt differentẽ. Quare aliquandiu aquoſa poſſunt permanere, deinde exiccanẽ, & ſeneſcunt iterum. Alia autem loca viuificanẽ, & aquoſa fiunt ſm̄ partẽ. Neceſſe autem eſt, cùm loca fiũt ſicciora, fontes deleri. his aũt accidentibus, fluuios primò qdẽ ex magnis paruos, deinde tandem fieri ſiccos. Cùm autem fluuia trãſmutanẽ, & hinc qdem delenẽ, in alijs aũt ꝓportionabiliter gñanẽ, permutari mari: vbi.n. excitatus à fluuijs ſuperabũdabit, abſcedens, aridã facere neceſſarium eſt. vbi aũt fluxionib. abundans exiccabaẽ, affuſum iterum hic ſtagnare. Sed ppea, q̄ fit oĩs naturalis circa terrã gñatio per ſucceſſionem, & in temporibus lõgiſſimis ad noſtrã vitã, latẽt hęc facta, & prius oĩum gentium interitus fiũt, & corruptiones, q̄ memo-

memoret horum permutatio à principio ad finem. Maximè igit corruptiones fiunt, & citiſſimæ in p̃lijs, aliæ autem morbis, hę autem ſterilitatib. & in his, hę q̃dem magnę, hę autem ſm modicum, vt lateant talium gentium ẽt trãſmigrationes. ꝑpea ꝙ hi q̃dem derelinquunt regiones, hi aũt permanent vſq; ad hoc, donec vtiq; nõ amplius poſſit alere regio multitudinẽ vllã. à prima igit deſertione ad vltimã par eſt fieri longa tp̃a, ita ut nullus meminerit, ſed ſaluatis adhuc his, qui ſunt ſuperſtites, obliuionẽ factã eſſe ꝑ tp̃is multitudinem. Eodem aũt modo oportet putare & habitationes latere, qñ primũ factę ſunt gentibus ſingulis in permutatis, & factis ſiccis ex paludoſis, & aquoſis: etem̃ hic paulatim in multo fit tp̃e incrementũ, vt nõ ſit memoria qui primi, & qñ, & qualiter ſe habentib. locis, venerunt. Vt accidit & circa Aegyptum. Etem̃ hic locus ſemper ſiccior vr̃ fieri, & tota regio fluuij adaggeratio eſſe Nili. ꝑpea autem, ꝙ paulatim & ſiccatis paludib. ꝓpinqua inhabitata ſunt, ex tp̃is longitudine ablatum eſt principium. Vñr igit & ora oĩa, excepto vno Canobico, manufacta, & nõ fluuij exiſtẽtia. Et antiquitus Aegyptus, Thebæ vocatæ. Indicat aũt & Homerus, ſic recẽs exiſtẽs (vt ita dicã) ad tales ꝑmutationes. illius. n. loci facit mentionẽ, tanq̃ non dũ Memphi exiſtente, aut oĩno, aũt nõ tãta. Hoc aũt pars eſt ſic accidere; inferiora. n. loca ſuperioribus poſterius habitata fuere: Paludoſa. n. ad amplius tp̃s neceſſariũ eſt eſſe ꝓpinquiora adaggerationi, ꝑpea ꝙ ſtagnãt in vltimis ſemper magis. permutat aũt hoc, & iterum aptè habet: cùm. n. deſiccanẽ loca, veniũt ad bene habẽdũ. Quę aũt prius bene temperata, cum ſuperexiccantur,

cant, tunc fiũt deteriora. quod quidem accidit Græciæ, & circa Argiuorum, & Mycenæorum regionẽ. Troicorum.n.tpe Argia quidem, quia paludoſa erat, paucos poterat alere. Mycenæa autem bene habebat: quapp honoratior erat. nunc autem contrarium pp dictã cauſam; hæc .n. inutilis facta eſt, & ſicca prorſus; illius autem ea, q̃ tunc, ppea ꝙ ſtagnabant, inutilia erãt, nũc vtilia facta ſunt. Sicut igitur in hoc loco accidit exiſtente paruo, idem oportet putare hoc accidere & circa magna loca, & regiones totas. Qui igitur reſpiciunt ad modicum, cauſam putant talium eſſe paſſionum totius mutationẽ, tanq̃ generato cœlo. quapp & mare minus fieri aiũt, tanq̃ ꝙ exiccetur, quia plura loca apparent hoc paſſa nunc, q̃ prius. Eſt autem horum hoc quidem verum, illud autem non verum. Plura.n. ſunt, q̃ prius aquoſa, nunc aũt continens fiunt. Verum & contrarium: in multa.n. loca conſiderantes inueniemus ſuperueniſſe mare. Sed huius cãm non mundi gñationem putare oportet: ridiculum.n. eſt pp paruas, & momẽtaneas per mutationes mouere ipſum totum. terræ autem moles; ac magnitudo nihil oĩno eſt ad totum cœlum. Sed oĩum horum cauſam exiſtimare oportet, quia fit per tpa finita, vt in tpibus, quæ ſm annum, hyems; ſic circuitu quodã magno magna hyems, & exceſſus imbrium. Hic autem non ſemper ſm eadem loca; ſed quemadmodũ qđ vocat ſub Deucalione diluuium; Etenim hic circa Græcum locum factus fuit maximè, & huius circa Greciã antiquã. hæc autem eſt circa Dodonem, & Acheloum: iſte.n. multis in locis fluxiones permutauit: habitabant.n. Selli hic, & q vocabant tunc quidem Græci, nunc autem

Hel-

Hellenes.Cum igit fiat talis exceſſus imbrium, putare oportet ad multum tps ſufficere.& ſicut nunc eius,qđ eſt fluuiorum,hos quidẽ eſſe ſemper fluentes,hos aũt non:hi quidem aiunt cauſam eſſe magnitudinem ſub terra hiatuũ, nos autem magnitudinem altorum locorũ, & ſpiſſitudinem,& frigiditatem ipſorum: iſta.n.plurimam & ſuſcipiunt aquam, & operiunt, & faciunt. Quibuſcunq; aũt paruæ ſuſpenſæ ſunt montium conſiſtentiæ,aut laxæ,& lapidoſæ, & argilloſæ: hæc p̄deficere ſic putare oportet, in quib.vtiq; facta fuerit talis humidi latio, vt ſẽper fluentes fiant humiditates locorum magis. tpe autem hæc ſicca apparent fieri magis,altera autem minus,q̃ aquoſa ſunt;donec veniat iterũ deſcenſus circuitus eiuſdem. Qm̃ aũt neceſſe eſt totius quidem fieri quandã permutationẽ, non tñ gñationem,& corruptionem, ſiquidem maneat totum, neceſſe eſt quemadmodũ nos dicimus non eadẽ ſemper loca humida eſſe mari,& fluuijs,& ſicca.Manifeſtat autem id, quod fit: quos.n. dicimus Antiquiſſimos hominum eſſe Aegyptios,horum regio tota facta vr̃, & eſſe fluuij opus.& hoc ẽm regionẽ ipſam aſpiciẽti manifeſtum eſt. Et q̃ circa Rubrum mare argumentum ſufficiens:hoc.n.Regum aliqs tentauit perfodere:non.n. paruas vtiq; haberet ipſius vtilitates, ſi fieret nauigabilis totus locus. Dr̃ autem primus Seſoſtris conatus fuiſſe Antiquorum,ſed inuenit mare,exiſtens altius terræ. quapp & ille primò,& Darius poſterius ceſſauit fodere,vt non corrumperetur fluxus fluuij, cõmiſto mari.Manifeſtum eſt igitur, ꝙ mare vnũ hæc oĩa continuum erant. Quapp & q̃ circa Lybiã Ammoniam regionem humiliora vñr, & pro-

profundiora ꝑter rōnem inferioris regionis: pa
lā.n.ꝙ adaggeratione facta, facta ſunt ſtagna,
& continens,tpe aūt facto, derelicta & ſtagnās
aqua deſiccata,eſt iam annihilata. At vero & q̄
ſunt circa Mæotidem paludem creuerunt allu-
uione fluuiorum tm̄, vt multo minores magni-
tudine naues nunc innatent ad q̄ſtum, q̄ anno
ſexageſimo. Quare ex hoc facile eſt rōcinari, ꝙ
& primo vt multa ſtagnorum, ita & hoc opus ē
fluuiorum,& tandē neceſſe eſt totum fieri ſic-
cum. Adhuc aūt Boſphorus ſemper quidē fluit,
ꝑpea ꝙ adaggerat: Et eſt adhuc hæc oculis vide-
re, quo accidunt modo: Qñ.n.ab Aſia interce-
ptionem faciebat fluxus, qđ erat poſterius, ſta-
gnum factum fuit, paruum primo, deinde exic-
catum fuit. poſt hoc aūt alia ab hac interceptiō
& ſtagnum ab hoc, & hoc ſemper ſimiliter ſic
accidit. Hoc autē facto ſæpe neceſſe tpe ꝓcedē-
te veluti fluuium fieri, tādē autē & hunc ſiccū.
Manifeſtum igit, qm̄ tp̄s nō deficit, & totum eſt
æternum, ꝙ neq; Tanais, neq; Nilus ſemper flu
xit, ſed erat aliqñ ſiccus locus, vnde fluūt; opus
.n. ipſorum habet terminum, tp̄s autē nō hēt. Si
militer autē hoc & in alijs fluuijs cōgruet dice-
re: At verò, ſi qdem fluuij fiunt, & corrumpunt,
& nō ſemper eadem loca terræ ſunt aquoſa, &
mare neceſſe eſt permutari ſimiliter. mari autē
hęc qdem deſerente, hęc autem qđ ſupergre-
diente ſemper, manifeſtum eſt, ꝙ totius terræ
non ſemper eadē, hæc quidē ſunt mare, hæc au
tem continens, ſed permutant tpe oīa. Cur igit
terræ nō ſemper eadē aut cōtinēs fiunt, aut nā-
uigabilia, & ꝑꝑ quam cauſam hæc accidunt, di
ctum eſt, ſimiliter autem & ꝑꝑ quid fluuiorum,
hi quidem ſemper fluentes ſūnt, hi autem nō.

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM.

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima tractat de Mari.
In Secunda de Ventis.
In Tertia de Terræ motu.
In quarta de Coruſcatione, & Tonitruo.

Summa Prima, Caput Primum. De Maris generatione, & eſſentia Antiquorum opiniones, ac earũ confutationes. Et cur ipſum fluere videatur.

DE Mari autẽ, & quę natura ipſius, & propter quam cauſam eſt ſalſa tãta aquæ multitudo, adhuc autem de ea, quę à principio ; generatione dicamus. Antiqui igitũ, & verſantes circa Theologias, faciunt ipſius fontes, vt ipſis ſint principia, & radices terrę, & maris. Magis tragicum enim ſic, & venerabilius exiſtimauerunt fortè eſſe, quod dicitur, tanquam magna quædam hæc pars totius exiſtens, & reliquum cœlum totum

circa

circa hunc locũ cõſiſtere, & huius gratia, tanq̃ exiſtentem honoratiſſimum,& principium. Sapientiores autem humana ſapientia faciunt ipſius gñationem. Eſſe.n.primò humidum omnẽ locum,qui circa terrã eſt:à Sole aũt cum exiccatur,qđ quidem euaporauit. ſpiritus, & uerſiones Solis,& Lunę aiũt facere, reliquum autem mare eſſe. quapropter & minus exiccari putãt, & tandem fore aliqñ totum ſiccum. Quidã aũt ipſorum aiunt,cum calefiet à Sole terra, ueluti ſudorem fieri.quapropter & falſum eſſe; etenim ſudor falſus. Quidã autem ſalſedinis cãm terrã eſſe aiunt: quemadmodum.n. & quæ per cinerem colatur aqua ſalſa fit, eodem modo & hoc falſum eſſe,miſta ipſi tali terra. Quòd igiẽ fontes maris impoſſibile ſit eſſe,per exiſtentia tam conſiderare oportet: Aquarum.n.quæ circa terram ſunt,hæ quidem fluxibiles exiſtunt,hę aũt ſtabiles.Fluxibiles igiẽ oẽs,fontanæ. De fontib. autem diximus prius,ꝙ oportet intelligere, nõ tanq̃ ꝙ ex uaſe diſpenſetur principiũ eſſe fontem,ſed ad qđ ſemper fiens,& confluens occurrit primum.Stabilium aũt hæ quidẽ collectitiæ & ſubſidentes,ueluti paludoſæ, & q̃cunq; ſunt ſtagnales,multitudine,& paucitate differentes, hæ autem fontanæ. hæ autem omnes manufactæ.dico autem ueluti puteales uocatæ: oĩum .n.oportet ſuperius fontem eſſe fluxu. quapropter hæ quidem ſpontaneæ fiuunt, fontanæ, & fluuiales:hæ aũt arte indigent operante. Driæ igitur tot,& tales aquarum ſunt. His autem ſic determinatis,impoſſibile eſt fontes eſſe maris: in neutro.n. horum generum poſſibile eſt eſſe ipſum:neq;.n.effluxibile eſt, neq; manufactũ. fontanæ autem omnes horum alterum paſſæ ſunt.

ſunt. ſpontaneam autem ſtabilem tantam multitudinem nullam videmus, ꝙ fontana fiat. Adhuc autem plura ſunt maria adinuicem, q̃ non cõmiſcentẽ ſm vllum locum. quorum Rubrum quidem vr̃ ſm modicum communicãs cum eo mari, qd' extra columnas eſt, Hyrcaniũ autem, & Caſpium, & ſeparata ab hoc, & circumhabitata in circuitu. quare nõ vtiq; laterent fontes, ſi ſm aliquem locum ipſorum eſſent. Fluens autem mare vr̃ ſm anguſtias, ſicuti propter adiacentem terrã in modicum ex magno coarctatẽ pelago: propterea ꝙ libratũr huc & illuc ſæpe. Hoc autem in magna multitudine maris immanifeſtum eſt. quã autem propter anguſtiã terræ modicum obtinet locum, neceſſarium eſt eã, q̃ in lato eſt, modicã librationem ibi apparere magnam. Quod autem intra Herculeas columnas eſt, totum ſm terræ concauitatem fluit, & fluuiorum multitudinem: Mæotis. n. in Pontum fluit: iſte autem in Aegæum. oĩa autem præter hæc maria minus faciunt hoc euidenter. Illis autem & propter fluuiorum multitudinem accidit hoc: (plures. n. fluuij in Euxinum fluunt, & Mæotin, q̃ in ampliorem regionem ipſius) & propter breuitatem profunditatis. Semper eñ adhuc profundius vr̃ eſſe mare, & Mæotide q̃dem Pontus, hoc autem Aegęum, Aegęo autem Siculum. Sardonicum autem, & Tyrrhenicum profundiſſima ſunt omnium. Quæ autem extra columnas ſunt, breuia quidem propter lutum, ſine flatu autem ſunt, vt in concauo mari exiſtente. Sicut igitur & ſecundum partem ex altis fluuij apparent fluere, ſic & totius terræ ex altioribus, quę ad Vrſam, fluxus fit plurimus. quare hæc quidem propter effuſionem non profunda.

da,hæc autem extra maria,profunda magis. De eo autem, quod eſt,ea,quæ ad Vrſam ſunt,eſſe terræ alta,ſignum quoddã eſt & hoc,multos pſuaſos eſſe Antiquorum Meteorologicorum Solem nõ ferri ſub terra,ſed circa terram,;& locum hunc.obſcurari autem, & facere noctem, ꝓpterea ꝙ alta ſit ad Vrſam terra. Quòd igitur neq; fontes poſſibile ſit eſſe maris, & ꝓpter q̃ cauſam ſic vr fluere,talia,& totnobis dicta ſint.

Caput Secũdum. De Maris eſſentia,& loco: Et cur à fluminibus in ipſum ingredientibus non reddatur maius. Nonnullarumq́ꝫ abſurdarum opinionum deriſio,ac confutatio.

DE generatione autem eius,ſi factum eſt, & de ſapore,quæ cauſa ſit ſalſedinis,& amaritudinis, dicendum.Cauſam igitur, quæ fecit priores putare mare principium eſſe, & corpus totius aquę,hæc eſt; Videbitur enim rationabile,eſſe corpus totius aquæ .ſicut & aliorum elementorum eſt cõgregata moles, & principium propter multitudinem, vnde traſmutatur,cùm partitur, & miſcetur alijs,vt ignis quidem in ſuperioribus locis: aeris autem multitudo, quæ poſt ignis locum:terræ autem corpus,circa qđ hæc omnia poſita ſunt manifeſte. quare palam eſt,quòd ſecundùm eandem rationem & de aqua neceſſe eſt quærere. Tale autem nullum aliud corpus videtur poſitum totum ſimul, ſicut & aliorum elementorum,præter maris magnitudinem;quod enim fluuiorum,neq; totum ſimul,neque ſtabile,ſed vt factum ſemper videtur quotidie.Ex hac itaque dubitatione principium humidorum, & omnis aquæ putatum eſt eſſe mare, quapropter & fluuios non ſolum in

hoc,

hoc, ſed & ex hoc aiũt quidem fiuere: colatum .n. fieri, qđ ſalſum eſt, potabile. Opponit autem altera ad hanc opinionem dubitatio, cur nõ eſt conſiſtens aqua hæc potabilis, ſi quidem principium eſt totius aquæ, ſed ſalſa. Cauſa autem, ſimul & huius dubitationis ſolutio erit, & de mari primam accipere exiſtimationem neceſſariũ rectè; Aqua .n. circa terram extenſa, ſicuti circa hanc aeris ſphæra, & circa hanc quæ dr̃ ignis: (hic .n. eſt oĩum vltimus, ſiue vt plurimi dicunt, ſiue vt nos) lato autem Sole hoc modo, & ꝑpea permutatione, & gñatione, & corruptione exiſtente; quod quidem ſubtiliſſimum eſt, & dulciſſimum ſurſum ducit per ſingulos dies, & fert, cum diſgregat, & euaporat in ſuperiorem locũ: ibi aũt rurſum coactum ꝑpter infrigidationẽ, deorſum fert iterũ ad terrã. & hoc ſemper vult facere natura ſic, vt dictũ eſt prius. Quapropter & deridendi ſunt oẽs, quicunq; priorum exiſtimauerunt Solẽ ali humido. Et ꝑpter hoc qdam ẽt aiunt facere verſiones ipſum: non .n. ſemper poſſe eandẽ loca exhibere ipſi alimẽtum neceſſariũ aũt eſſe hoc accidere circa ipſum, aut corrumpi: etenĩ manifeſtũ, ignem, quandiu habuerit alimentum, tandiu viuere. humidum autem igni eſſe alimentũ ſolum, tanq̃ pertingat uſq; ad Solem, qđ ſurſum ducit humidi, aut aſcẽſus talis ſit, qualis qdem factæ flammæ, ꝑpter quã ſignum accipientes ſic & de Sole putauerunt. Hoc aũt non eſt ſimile. Flãma .n. propter continuum humidum, & ſiccum, q̃ permutantur, ſit, & nõ alit: nõ .n. eadem exiſtens, permanet ullo tempore, vt ita dicam. Circa Solem autem impoſſibile eſt hoc accidere; quoniam; ſi alitur quidem eodem modo, ſicut illi quidem dicunt, pa-

menti ſubſidentia,& excrementũ apparet amarum eſſe,& ſalſum:dulce.n.& potabile ab innato calore attractum in carnes, & aliam conſtitutionem venit partium,vt quælibet nata eſt. Sicut igitur,ibi inconueniens erit,ſiquis potabilis alimenti non putet locum eſſe aluum ſolã, qa citò abſumit̃,ſed excrementi;qa hoc videt ſubſidens, & non vtiq; exiſtimabit bene ; ſimiliter & in his : eſt.n.ſicut dicimus, iſte locus aquæ. Quapp & fluuij fluunt in ipſum oẽs, & tota, q̃ fit aqua : etenim ad maximè concauum fluxus eſt,& mare talem obtinet locum terræ,ſed hoc qdem ſurſum fert̃ citò pp Solem totum,hoc autem derelinquit̃ pp dictam cauſam. Quærere autem antiq̃ dubitationem,pp quid tanta multitudo aquæ nusq̃ apparet:(per ſingulos.n.dies fluuijs fluentib.innumerabilib.& magnitudine immenſis,nihilo mare fit amplius) hoc nullum qdem eſt inconueniens aliquos dubitaſſe, non tñ intuentem difficile eſt videre. Eadem.n.multitudo aquæ in latum diffuſa, & tota ſimul, nõ in æquali tpe exiccatur: ſed differt intantum,vt hoc quidem permaneat per totam diem,hoc autem non : quemadmodum ſiquis ſuper mẽſam magnam diffuderit aquę cyathum, ſimul dum perſpiciunt,vtiq; euaneſcet tota: quod vtiq; & circa fluuios accidit:continuè.n.fluentib.ſimul totis,ſemper qđ peruenit in immenſum, & latum locum, exiccat̃ citò,& latenter. Quòd autẽ ſcriptum eſt in Phædone de fluuijs,& mari,impoſſibile eſt.Dr̃.n.ꝙ oĩa quidem inuicem perforata ſunt ſub terra : principium autem oĩum fit, & fons aquarum vocatus Tartarus, circa medium aquæ q̃dam multitudo, ex quo & fluẽtia, & non fluentia prodeunt oĩa. Influentiã autem

ſacere in ſingulam fluxionum, ꝓpterea ꝙ agitetur ſemper, qđ primum, & principiũ: nõ habere.n.ſedem, ſed ſemper circa mediũ volui; motum aũt ſurſum, & deorſum facere effuſionem ipſis fluxionib. Hæc autem in multis q̃dem locis ſtagnare, quale & qđ apud nos eſt mare. oĩa aũt iterum circulo circunduci ad principiũ, vnde inceperunt fluere: multa q̃dem & ſm eundem locum, q̃dam aũt & poſitione è regione effluxus: vt ſi fluere inceperunt ad inferius, deſuper ingredi. eſſe autem vſq; ad medium, deſcẽſum: de cætero. n. ad accliue iam oĩbus eſſe lationem. Sapores aũt, & colores habere aquam, qualem vtiq; contigerit fluere terram. Accidit autem fluuios fluere non ad eundẽ ſemper ſm rõnem hanc. Qm̃.n. ad medium influunt, à quo q̃dem effluunt, nihil magis fluent ab inferius, q̃ deſuper, ſed ad q̃cunq; tenderit fluctuãs Tartarus: q̃uis hoc accidente, fiet vtiq;, qđ dr̃ ſurſum fluuiorum.. quod quidem eſt impoſſibile. Inſuper, quę ſit aqua, & q̃ iterum ſurſum ducit, vnde erit? hanc.n. totam excludere eſt neceſſarium, ſi quidem ſemper ſaluat̃ æqualis: quantũ .n. extra fluit, iterum fluit ad principium. q̃uis oẽs fluuij videant̃ terminantes ad mare, q̃cunque non in alios, in terram aũt nullus: ſed & ſi diſperdantur, iterũ ꝓdeunt. Magni autem fiunt fluuiorum, q̃ longè fluunt per concauum; multorum.n. ſuſcipiunt fluxiones fluuiorum, detrũcãtes loco, & lõgitudine vias: quapp & Iſter, & Nilus maximi fluuiorum ſunt, qui in hoc mare exeunt. Et de fontibus, alij dicunt vniuſcuiuſq; fluuiorum alias cauſas, quia multi in eundẽ incidũt. Hæc itaq; oĩa manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt accidere p̃ſertim, & mari principium

inde

inde habente. Quòd igitur & aquę locus ſit iſte, & non maris, & propter quã cauſam hoc qdem potabile, im manifeſtum præterq̃ fluens, hoc autem ſubſidet, & cur terminus magis aquæ, q̃ principium ſit mare, quemadmodum quod in corporibus eſt excrementum alimenti omnis, & maximè humidi, dicta ſint tot à nobis.

Caput Tertium De Maris Salſedine, ac eius Perpetuitate.

DE Salſedine autem ipſius dicendum eſt. Et vtrum ſemper eſt idem, aut neq; erat, neq; erit, ſed deficiet; etenim ſic putant quidam. Hoc igit̃ viſi ſunt omnes confiteri, ꝙ factum eſt: ſi quidem & oĩs mundus: ſimul.n. ipſius faciunt gñationem: quare palam eſt ? ꝙ, ſi quidem perpetuum ipſum vniuerſum, & de mari ſic exiſtimandum. Putare autem minus fieri ſm multitudinem, ſicut ait Democritus, & tandem deficere, ab Aeſopi fabulis nihil differre vr̃ perſuaſus ſic: Etenim ille fabuloſè dixit, ꝙ bis qdem Charybdis abſorbens, primo quidem montes fecit manifeſtos, ſecũdò autem inſulas, vltimò autem ſorbens aridam faciet oĩno Illi igit̃ congruebat irato aduerſus portitorem talem dicere fabulam, veritatem autem quęrentib minus. Propter quam.n. cauſam manſit primò, ſiue propter pondus, vt etiam quidam horum aiunt; (in promptu.n. eſt huius cauſam videre) ſiue & propter aliud aliquid; palam eſt, quòd propter hoc permanere neceſſarium eſt, & reliquo tempore ipſum. Aut enim dicendum ipſis, quòd neque eleuata aqua à ſole veniet iterum; aut, ſi quidem hoc, erit neceſſarium aut ſemper, aut quandiu quidem fuerit hoc, remanere mare; &

 ite-

iterum ſurſum ferri illud prius oportebit, qđ eſt potabile. quare nunq̃ exiccabit: rurſus.n.ꝑueniet deſcendens in ipſum, qđ paſcendit: diſferr.n.nihil ſemel hoc dicere, aut ſæpe. Si igitur Solem ceſſare faciet quis à latione, qd erit exiccans? Si autem permittet eſſe circumlationem, ſemper appropinquãs, potabile, ſicut diximus, ſurſum ducet: dimittet autem iterum, recedẽs. Acceperunt autem hanc ſnĩam de mari ex eo, ꝙ multa loca apparent ſicciora nunc, q̃ prius. De quo cauſam diximus, ꝙ ſm q̃dam tpa exceſſibus factis, aquæ hæc eſt paſſio, ſed non pp totius gñationem, & particularum. & iterum erit contrarium &, cum facta fuerit, deſiccabitur iterum. & hoc ſic neceſſarium eſt circulariter ſemper ire: magis.n.ſic rõnabile eſt exiſtimare, q̃ pp hæc Cœlum totum permutari. Sed de his quidem plus q̃ dignum erat, immoratus eſt ſermo. De ſalſedine autem, his quidem, qui ſemel gñauerunt, & oĩno ipſum generant, impoſſibile eſt ſalſum facere. Siue.n.oĩs humidi circa terram exiſtentis, & eleuati à Sole, qđ relictum eſt, factum eſt mare, ſiue inexiſtit tãtus ſapor in multa aqua & dulci, ppea ꝙ immiſta eſt q̃dam terra talis, nihil minus, cùm aduenerit iterum aqua, q̃ euaporauit, neceſſe eſt, æquali qdem exiſtente multitudine, & primò; & ſi neq; primò, neq; poſterius ſalſum eſſe ipſum. Si autem & primò, confeſtim erat dicendum q̃ cã, & ſimul propter quid non, ſi & tunc ſurſum latum fuit, & nunc patitur hoc. At verò & quicunq; terram cauſam ponunt ſalſedinis, immiſtam: habere.n.aiunt multos ſapores ipſam, vt q̃ à fluuijs ſimul deferatur, propter miſtionem faciat ſalſum: inconueniens eſt non & fluuios ſalſos eſſe. Qũo.n.poſſi-

bile

bile eſt,in multa quidem multitudine aquę,eui dens ſic facere miſtionem talis terrę,in vnaqua que autem non? palam.n.eſt, ꝙ mare eſt omnis fluuialis aqua:(in nullo.n.differt, niſi eò ꝙ ſalſum ſit,à fluuijs) hoc autem illis aduenit in loco,in quem oẽs ſimul fluunt. Similiter aũt ridiculum eſt, & ſi quis dicens ſudorem terræ eſſe mare, putet aliqd manifeſtum dixiſſe,ſicut Empedocles. Ad Poeſin.n.ſic dicens forte dixit ſuffi cienter : tranſlatio.n. Poeticum eſt : ad cognoſcendum autem naturam,nõ ſufficienter. Neq; .n.hic palam eſt qualiter ex dulci poculo ſalſus fit ſudor: vtrum abſcedente quodam ſolum, vt dulciſſimo,an commiſto quodam, ſicut in ijs,q̃ per cinerem colanť aquis. Vř autem cã eadem, & circa excrementum in ueſicam collectũ : etenim illud amarum,& ſalſum fit, potato & eo, qđ in alimento eſt,humido,dulci exiſtente. Si itaq; quemadmodum q̃ per calcem colať aqua fit amara, & hæc cum vrina quidem ſimul delata tali quadam virtute, qualis & uř ſubſiſtens in uaſis ſalſedo, cum ſudore autem ſegrata ex carnibus,veluti abluente id,qđ tale eſt, ex corpore exeunte humido ; palam eſt, ꝙ & in mari id,qđ ex terra,humido commiſtum eſt,cã ſalſedinis eſt. In corpore igiť fit tale, alimenti ſubſidentia ꝓpter inconcoctionem. In terra aũt ꝼm quem modum exiſtit,dicendum eſt. oĩno autẽ quõ poſſibile ſit tantam aquæ multitudinem à deſiccata, & calefacta ſegregari : minimam.n. oportet ipſam eſſe partem relictæ in terra. Adhuc ꝓpter quid non & nunc, cum exiccata fuerit terra,ſiue amplior,ſiue minor,ſudat: humiditas.n.& ſudor fiunt amara.Si.n.tunc,& nunc oportebat.Non vř autem hoc accidere, ſed hu-

mida quidem exiſtens exiccatur, ſicca autẽ exiſtens nihil patiť tale. Quõ igiť poſſibile eſt circa primam gñationem, humida exiſtente terra, ſudare exiccatam? Sed magis veriſimile eſt, ſicut aiũt quidam, abſumpto plurimo, & eleuato humido pp Solem, qđ relictum eſt eſſe mare, humidam autẽ exiſtentem ſudare impoſſibile eſt. Quæ igitur dicuntur ſalſedinis cauſæ, diffugere vñt rõnem. Nos autem dicamus, principium cũ aſſumpſerimus idem, quod & prius. Qm.n poſitum eſt duplicem eſſe exhalationem, hanc quidem humidam, illam autem ſiccam, palam eſt, ꝙ hanc putandum eſt principium eſſe taliũ. Et vtiq; & de quo dubitaſſe prius neceſſariũ, vtrũ & mare ſemper permaneat earundem exiſtens partium numero, an ſpecie, & quantitate earũ, q̃ tranſmutanť ſemper partium, quemadmodũ aer, & potabilis aqua, & ignis: ſemper.n.aliud, & aliud fit horum vnumquodq;, ſpecies autem multitudinis vniuſcuiuſq; horum manet, ſicut fluentium aquarum, & flammæ fluxus. Manifeſtum itaq; eſt hoc, & probabile, ꝙ impoſſibile eſt, nõ eandẽ eſſe de oĩbus his rõnem, & differre velocitate, & tarditate trãſmutationis, & in oĩbus gñationem eſſe, & corruptionẽ: hoc tñ ordinatè accidere oĩbus ipſis. His autem ſic ſe habentib. tentandum eſt reddere cãm & de ſalſedine. Manifeſtum itaq; eſt per multa ſigna, ꝙ fit talis ſapor pp commiſtionem aliq̃; Etem in corporib. qđ inconcoctiſſimum ſalſum, & amarum, ſicut & prius diximus: incõcoctiſſimum.n. eſt excrementum humidi alimenti. talis aũt eſt oĩs qdem ſubſidentia, maximè autẽ q̃ in ueſicã. Signum autẽ eſt, quia ſubtiliſſima eſt. q̃ aũt coquunť oĩa cõſiſtere nata ſunt. Deinde ſudor, in

quib.

quib. idem corpus coexcernit, qđ facit ſaporẽ hunc. Similiter autem & in his,q̃ adurunt; vbi .n.nõ dominatum fuerit calidum, in corporib. quidem fit ſuperfluitas, in aduſtis autem cinis. Quapp & mare quidã ex aduſta aiunt factum eſſe terra. Dicere autẽ ſic quidẽ eſt inconueniẽs. ex tali tñ verum eſt. Sicut.n.& in dictis, ſic & in toto & ex naſcẽtib.& factis ſm naturã ſemper oportet intelligere, ſicut ex ignitis qđ relinquitur, talem eſſe terrã. Et vtiq; & eam, q̃ in arida, exhalationem oẽm: hęc.n.exhibet multã hanc multitudinem. Miſta autẽ exiſtente, ſicut diximus, vaporoſa exhalatione, & ſicca, cũ coacta fuerit in nubes, & aquã, neceſſarium intercipi aliq̃ multitudinem ſemper huius uirtutis, & ſimul deorſum ferri iterum in pluuijs; & hoc ſẽper fieri ſm quendã ordinem, vt cõtingit, q̃ hic ſunt participare ordine. Vnde igit gñatio ſalſi ineſt in aqua, dictum eſt. Et pp hoc auſtrales aquæ latiores,& primæ autumnalium. Auſter.n. & magnitudine,& ſpiritu æſtuoſiſſimus ventus eſt, & flat à locis ſiccis,& calidis. quare cũ pauco vapore: quapp & calidus eſt: ſi.n.& nõ talis, ſed vnde incipit flare frigidus, nihil minus pcedens.ppea q̃ cõprehendit multã exhalationem ſiccã ex ppinquis locis, calidus eſt. Boreas aũt, velut à frigidis locis, uaporoſus: quapp & frigidus.eò autem q̃ propellat, ſerenus hic, in contrarijs autem auſtralib. aquoſus. ſimiliter autẽ & Auſter ſerenus ijs, q circa Libyam. Multum igit in aqua, q̃ deorſum fert, cõfert, qđ tale eſt. Et autumno latæ aquæ ſunt; neceſſe.n.eſt grauiſſima prima deferri. quare in qbuſcunq; ineſt talis terræ multitudo, tẽdunt citiſſimè deorſum hæc. Et calidum quidem mare pp hoc eſt; om-

nia

nia.n.q̃cunq; ignita fuerunt, hñt potentia calíditatem in ſeipſis. Videre autem licet & calcẽ, & cinerem,& ſubſidentiam aïal uni & ſiccã,& humidam:& calidiſſimorum ſm ventrem aïalium accidit calidiſſimam eſſe ſubſidentiam. Fit igit̃ pp hanc cãm ſemper latius. Eleuat̃ autẽ ſemper aliqua pars ipſius cum dulci, ſed minor tanto, quanto & in pluente ſalſa, & lata dulci minor. quapropter æquale eſt, vt oĩno dicam. Quod autem fit euaporans, potabile, & non in mare cõcreſcit euaporans, qñ cogat̃ iterum, cũ tentauerimus dicamus. Patiunt̃ autem alia idẽ: etenim vinum,& oẽs humores, quicunq, cum in vaporem mutati iterum in humidum conſiſtant, aqua fiunt. Aliæ.n.paſſiones, per quandã commiſtionem, ipſius aquæ ſunt. & qualecũq; aliquid fuerit, qđ commiſtum eſt, talem facit ſaporem. ſed de his qdem in aliis tpibus conuenientiorib. facere oportebit conſiderationem. Nunc autẽ tñ dicamus, q maris exiſtentis ſem per aliqđ ſurſum ducit̃, & fit potabile, & deſuper in pluente deſcendit aliud factum, non qđ ſurſum ductum, & ꝓpter pōdus ſubſidet potabili. Et ꝓpter hoc, neq; deficit, ſicut neq; fluuij, niſi locis, hoc autem in ambob. neceſſe eſt accidere ſimiliter. Neq; ſemper eadem partes permanent, neq; terræ, neq; maris: ſed tñ tota moles. Etenim de terra ſimiliter oportet exiſtimare: hoc.n.aſcendit, illud autem iterum condeſcendit. & loca permutant & ſupernatantia, & deſcendentia iterum. Quòd aũt fit in cõmiſtione alicuius ſalſum, palã eſt nõ ſolum ex dictis, ſed & ſi quis vas cereum formãs poſuerit in mare circumligans os talib. vt non illiqueſcat ma[illegible] ingredit̃ per parietes cereos, fit potabi

Iis aqua: tanq̃.n.percolatum qđ terreſtre eſt, & qđ facit ſalſedinem ꝓpter commiſtionẽ, ſecernit. Hoc.n.cã eſt & grauitatis: (plus.n.trahit ſal ſa, q̃ potabilis) & craſſitiei: Etenim craſſities differt intantum, vt naues ab eodem põdere rerũ, q̃ vehunt, in fluuiis quidem ferè ſubmergãtur, in mari aũt mediocriter ſe habeant, & nauigabiliter. quapropter aliqui in fluuijs onerãtium naues ꝓpter hanc ignorantiam damnum paſſi ſunt. Coniectura aũt eſt admiſti alicuius, ꝙ craſſior eſt moleſq;. Si.n aliquis aquam ſalſam fecerit valde, miſcens ſal, ſupernatant oua, ét ſi ſint plena: ferè.n.ſicut lutum fit: tantam habet corpulentã multitudinem mare. Idem autem hoc operant & circa ſaliturás. Si autem eſt, ſicut fabulant qdam, in Palęſtina tale ſtagnum, in qđ ſi quis immiſerit obligatum hoĩem, aut iumentum, ſupernatat, & nõ ſubmergit in aqua; teſtimonium utiq; erit aliqđ dictis: dicunt.n. amarum ſic eſſe ſtagnum, & ſalſum, vt nullus piſcis innaſcatur. veſtimenta aũt purgari, ſi quis, cum irrigauerit, quaſſauerit. Sunt autem & talia ſigna oĩa dictorum, ꝙ ſalſedinem facit corpus aliqđ, & terreſtre eſt, qđ inexiſtit: In Chaonia .n.fons eſt aquæ latioris. effluit autem hic in fluuium propinquum, dulcem quidem, piſces autem non habentem: elegerunt.n. vt qui ibi ſunt fabulantur, optione data ab Hercule, qñ venit ducens ab Erythia boues, ſalem pro piſcibus, qui fiunt ipſis ex fonte. Huiuſmodi.n.aquæ cum decoxerint aliq̃ partem, reponunt, & fit frigefacta, cum euaporauerit humidũ cum calido, ſales non gummoſi, & cõpacti, ſed laxi, & tenues, ſicut nix. eſtq; virtute debilior alio, & multi delectãt iniecti, & colore nõ ſimiliter

albi.

albi. Tale autem aliud fit & in Vmbricis: eſt.n. quidam locus, in quo nati ſunt arundo, & iuncus. hos igitur comburunt, & cinerem immittentes in aquam decoquunt. cum autem dimiſerint aliquam partem aquę, hæc infrigidata, ſalis fit multitudo. Quæcunque autem ſunt ſalſæ fluxiones fluuiorum, aut fontium, plurimas quidem calidas aliquando eſſe oportet putare, deinde principium quidem extingui ignis. per quam autem penetrant terram, adhuc manere exiſtentem, velut calcem, & cinerem. Sunt autem in multis locis & fontes, & fluxiones fluuiorum, omnifarios habẽtes ſapores, quorum omnium cauſam ponendum inexiſtentem, aut ingenitam uirtutem ignis: cùm enim exuritur terra ſecundùm magis, & minus, omnifarias accipit formas, & colores ſaporum: aluminis enim & calcis, & aliorum talium fit plena virtutibus, per quæ, quæ percolantur aquæ, exiſtentes dulces, tranſmutantur. Et hę quidem acidæ fiunt, quemadmodum quæ in Sicania Siciliæ. Ibi.n acida muria fit, & vtuntur ſicut aceto ad quædam eduliorum ſuorum. Eſt autem & circa Lyncum fons quidam aquę acidę. Circa Scythiam autem amarus; quod autem defluit ab ipſo, fluuium in quem ingredit̃, facit amarum totum. Differentiæ autem horum inde manifeſtæ ſunt. Quales autem ſapores ex qualib. fiunt commiſtionibus, dictum eſt de ipſis ſeorſum in alijs. De aquis igitur, & mari propter quas cauſas & ſemper continuè ſunt, & quomodo tranſmutãtur, & quæ natura ipſorum, adhuc autem quaſcunque paſſiones ſecundùm naturam ipſis accidit facere, aut pati, dictum eſt ferè nobis de plurimis.

Sum-

Summa Secunda. De Ventis.

Caput Primum. De uentorum eſſentia, ac generatione.

DE flatibus autem dicamus, cum ſumpſerimus principium dictum nobis iã prius. Sũt .n. duæ ſpecies exhalationis, vt dicimus, hęc quidem humida, illa autem ſicca. vocatur autẽ hæc quidem vapor, illa autem ſm totum quidem innominata eſt: eo autem, qđ in parte, vtentes neceſſe eſt vniuerſaliter appellare ipſam, velut fumum. Eſt autem neq; humidum ſine ſicco, neq; ſiccum ſine humido; ſed oĩa hæc dicuntur ſm exceſſum. Cum itaq; ferẽ ſol circulariter, & cũ quidem appropinquauerit, per caliditatem ſurſum ducit humidum; lõgius aũt cum fiat, ꝑp infrigidationẽ conſiſtit iterum ſurſum ductus vapor in aquam (quaꝑp hyeme magis fiunt aquę, & nocte, q̃ per diem: ſed non vr̃, quia latent nocturnæ magis, q̃ diurnæ) deſcendens autẽ aqua diſtribuiẽ tota in terram, exiſtit autem in terra multus ignis, & multa caliditas, & ſol nõ ſolum illud, qđ ſupernatat terræ humidum trahit, ſed & terra ipſam deſiccat calefaciẽs, exhalatio autem, ſicut dictum eſt, duplex exiſtit, hæc qdem vaporoſa, illa aũt fumoſa, ambas neceſſariũ eſt fieri. Harum aũt q̃ quidem humidi plurẽ habet multitudinem, exhalatio principium pluentis aquæ eſt, ſicut dictum eſt prius: ſicca autem flatuum principium eſt, & natura oĩum. Hæc autem ꝙ iſto modo neceſſarium ſit accidere & ex ipſis operibus palam eſt; Etenim exhalationem differre eſt neceſſarium. Et Solem, & eam, quæ eſt in terra, caliditatem hæc facere non ſolum poſſibile, ſed neceſſarium eſt. Quoniam autem

altera.

altera vtriuſq; ſpecies, manifeſtum eſt, ꝙ differunt: & nõ eadem eſt uenti natura, & pluentis aquæ, ſicut quidã aiunt: eundem.n.aerem motum quidem ventum eſſe, conſiſtentem aũt iterum, aquam. Aer igiť, ſicut in ſermonibus ante hos diximus, fit ex his. Vapor.n.humidũ & frigidum: bene terminabile.n.eſt., vt humidum: qa autem aquæ eſt, frigidum eſt ꝓpria natura, ſicut aqua non calefacta. Fumus aũt calidum, & ſiccum. quare veluti ex cognatis conſiſtet vtique aer humidus, & calidus; Etenim inconueniens eſt, ſi qui circa ſingulos confuſus eſt aer, iſte fiat, cum moueť, flatus, & vndecunq; motus fuerit, ventus ſit: ſed non, ſicut fluuios exiſtimamus, nõ qualitercunq; eſſe aquæ fluentis, neq; ſi habeat multitudinem, ſed oportet fontanam eſſe q̃ fluit, ſic & de ventis habet: mouebiť .n.vtiq; magna multitudo aeris ab aliquo magno caſu, nõ habens principium, neq; fontem. Atteſtanť autem q̃ fiunt dictis. Quia.n.cõtinuè quidem, magis autem, & minus & maior, & minor fit exhalatio, ſemper & nubes, & ſpiritus fiũt ſm tp̃s vnumquodq;, vt nata ſunt. Quia aũt aliqñ quidem vaporoſa fit multo copioſior, aliqñ autem ſicca, & fumoſa, qñq; quidem pluuioſi anni fiunt, & humidi, qñq; autem ventoſi, & ſicci. Aliqñ igiť accidit & ſiccitates, & imbres multos ſimul, & ſm multam, & continuã fieri regionem, aliqñ autem & ſm partes. Sæpe.n.q̃ in circuitu eſt, regio accipit tẽpaneos imbres, & multos; in aliqua autẽ parte huius ſiccitas eſt. aliqñ autem cõtrarium, ea oĩ, q̃ in circuitu eſt, aut mediocrib. vtente aquis, aut ẽt magis ſicca, vna aliqua pars aquę copioſam accepit multitudinem. Cauſa autem eſt, quia vt plurimum quidem

dem eandem paſſionem ad plurimam pertinge re par eſt regionem, quia ſimiliter ponuntur ad Solem q̃ propè ſunt: niſi aliquid differẽs habeãt proprium. Quinimo aliqñ ſm hanc quidẽ partẽ ſicca exhalatio facta eſt amplior, ſm aliã autem vaporoſa: aliqñ autem contrarium. Et ipſius autem huius cã eſt, quia vtraq; decidit in attiguæ regionis exhalationem: vt ſicca quidem ſm ꝓpriam fluit regionẽ: humida autem ad viciniã, aut ẽt in aliquem remotiorem locum propulſa eſt à flatib. aliqñ autem hæc quidem mãſit, contraria autem idem fecit. Et accidit hoc ſæpe, ſicut in corpore, ſi ſuperior venter ſiccus fuerit, inferiorem contrariè diſponi; & hoc ſicco exiſtente, humidum eſſe ſuperiorem, & frigidum: ſic & circa loca circumobſiſtentiam pati, & permutari exhalationes. Adhuc autẽ poſt imbres ventus vt plurimum fit in illis locis, in quib. cõtingit fieri imbres, & flatus ceſſant, aqua facta. Hæc.n.neceſſe eſt accidere ꝑp dicta principia. Cum.n.pluerit, terra exiccata, & ab eo, qđ eſt in ipſa, calido, & ab eo, qđ deſuper exhalat. hoc autem erat venti corpus. Et, cum talis ſegregatio fuerit, & venti dominentẽ, ceſſantib. quia ſegregatẽ calidum ſemper, & ſurſum fertẽ in ſuperiorem locum, cogitẽ vapor infrigidatus, & fit aqua; & cum in idem compulſæ fuerint nubes, & circumobſtiterit ad ipſas frigiditas, aqua fit, & infrigidat ſiccam exhalationẽ. Ceſſare faciũt igitẽ aquæ factæ ventos, & ceſſantib. ipſæ fiant ꝑp has cauſas. Adhuc autem, ꝙ fiãt maximè flatus ab Vrſa, & Meridie, eadem cauſa eſt: plurimi.n. Boreæ, & Auſtri fiunt ventorũm; Sol.n.ſola hæc loca non accedit, ſed ad hæc, & ab his ad Occaſus aũt, & Orientes ſemper fertẽ. quapp

&

& nubes cogun.ō in lateribus :. & fit accedente qdem, exhalatio humidi, abſcedente autem ad contrarium locum, aquæ, & hyemes. pp lationē igitē ad tropicos, & à tropicis æſtas fit, & hyems, & eleuaē ſurſum aqua, & fit iterum. Qm̄ autem plurima quidem deſcendit aqua in his locis, ad q̄ vertitur, & à quibus ;. hęc autem ſunt q̄ ad Vrſam, & Meridiem. vbi autem plurimā aquā terra ſuſcipit, hic plurimā neceſſariū eſt fieri exhalationem, ſimili modo vt ex viridibus lignis fumum: exhalatio autē hæc vētus eſt, rōnabiliter vtiq; hinc fient plurimi, & principaliſſimi flatuum. Vocanē autem, q quidem ab Vrſa, Boreæ:. qui aūt à Meridie, Auſtri. Latio autem ipſorum, obliqua eſt: circa terram. n. flant, cum fiat in rectum exhalatio: quia oīs, qui in circuitu eſt, aer conſequiē lationem. Quapp & dubitabit vtique aliquis, vnde principium flatuum eſt, vtrum deſuper, an deſubter: motus. n. deſuper eſt, & anteq̄ flent, aer clarus eſt, ſi fuerit nubes, aut caligo: ſignificat. n. cum mouetur flatus principiū, anteq̄ manifeſtè venerit ventus, tanq̄ deſuper ipſis habentibus principium. Qm̄ autē eſt vētus multitudo q̄dam ſiccæ. ex terra exhalationis, mota circa terram, palam eſt, ꝙ motus quidem principium deſuper eſt, materiæ autem, & gñationis deſubter. Quà. n. tenderit, qđ aſcendit, inde cauſa eſt: latio. n. eorum, quæ longius ſunt à terra, domina eſt. & ſimul deſubter quidem in rectum ſurſum fertur, & oē valet magis propè. Generationis autem principium palàm, qđ ex terra eſt. Quòd autem multis exhalationibus coeuntibus ſm̄ modicum, ſicut fluuiorum principia fiunt, humorem manante terra, palā eſt: & in operibus ;. vnde. n. ſingulatim flant, minimi

omnes

omnes ſunt: ꝓcedentesq; autẽ & lõgè validiores flant. Adhuc autem & q̃ circa Vrſam in hyeme tranquilla ſunt, & ſine flatu: ſed ſm modicum vlterius flãs & latens, extra procedens iã flatus fit vehemens. Quæ igitur eſt venti natura, & q̃uo fit, adhuc autẽ de ſiccitate, & de imbrium abundãtia, & propter quam cauſam & ceſſant, & fiunt poſt imbres, & propter quid Boreæ, & Auſtri plurimi ventorum ſunt, dictum eſt. adhæc autem & de latione ipſorum.

Caput Secundum. Quas ob cauſas venti eſſent. Quibus temporibus nonnulli eorum fluent, & à quibus locis, De partibus terræ habitabilibus.

SOl autem & ceſſante facit, & commouet flatus; debiles.n. & paucas exiſtentes exhalationes extinguit, & ampliori calido illud, quod in exhalatione minus exiſtit, diſgregat. Adhuc autẽ ipſam terrã ꝑuenit exiccans: anteq̃ facta fuerit multa ſimul excretio: ſicut, ſi in multũ ignẽ inciderit modicum exuſtibile, ꝑuenit ſæpe anteq̃ fumum faciat, exuſtũ eſſe. Propter has igiẽ cãs ceſſare facit ventos, & à principio fieri ꝓhibet, cõſumptione quidem ceſſare faciẽs, celeritate aũt ſiccitatis fieri prohibens. Quapp & circa Orionis ortũ maximè fit trãquillitas, & vſq; ad Eteſias, & Prodromos. Vniuerſaliter aũt fiunt tranquillitates pp duas cauſas; aut.n. pp frigus, cum extinguiẽ exhalatio, veluti cum fuerit gelu forte, aut cum marceſcit à ſuffocatione. Plurimę autem & intermedijs temporibus, aut eò quòd nondum facta ſit exhalatio, aut eò quòd iam præterijt exhalatio, & alia nondum aduenit. Incertus autem, & moleſtus Orion eſſe videtur, & occumbens, & oriens; quia in tranſmu

tatione tpis accidit Occaſus, & Ortus, æſtate, aut hyeme, & pp magnitudinem aſtri dierum fit aliqua pluralitas.tranſmutationes aũt oĩum turbulentæ ſunt pp indeterminationem.Eteſiæ autem fiant poſt verſiones, & Canis ortum. & neq; tunc qñ maximè propè fuerit Sol, neque qñ longè,& dieb. quidem flant, noctib. autem ceſſant.Cauſa autem eſt:quia,propè qdem exiſtens,pueniт exiccans, anteq̃ fiat exhalatio: cũ autem abſceſſerit modicum,mediocris iam fit caliditas,adeo vt congelatæ aquæ liqueſcant,& terra exiccata,& à ppria caliditate, & ab ea, q̃ Solis eſt,quaſi ardeſcant,& exhalent.Nocte autem deſinunt,qa congelata liqueſcere deſiſtũt, pp frigiditatem noctium. Exhalat autem,neq; qđ congelatum eſt, neq; qđ nihil habet ſiccũ, ſed,cum habeat ſiccum humiditatem,hoc calefactum exhalat. Dubitãt autẽ quidam pp quid, Boreæ quidem fiunt continui, quos vocamus Eteſias poſt ęſtiuales verſiones, Auſtri autem ſic non fiunt poſt hyemales. Habet autem non irrõnabiliter; fiunt.n. vocati Leuconoti oppoſito tpe,non ſic autem fiunt continui. quapp latentes faciunt inquirere. Cã autem eſt, qa Boreas quidem à locis, quę ſub Vrſa,flat, quæ plena aqua & niue ſunt multa, quib. liquefactis à Sole poſt æſtiuales verſiones, magis q̃ in ipſis flant Eteſiæ.ſic.n.& ſuffocationes fiunt,nõ cùm maximè appropinquauerit ad Vrſam, ſed cùm calefecerit ampliori tpe, adhuc autem ppè.Similiter aũt & poſt hyemales verſiones flant Ornithiæ; etenĩ hi Eteſiæ ſunt debiles.minores aũt, & tardiores Eteſijs flant:ſeptuageſimo.n.die incipiũt flare, ppea q longè exiſtẽs Sol inualeſcit minus. Non continui autem ſimiliter flant, qa

quæ

quæ in ſuperficie, & debilia, tunc ſegregantur: magis autem congelata ampliori indigent caliditate. quapp interpollãtes illimant, donec ſub verſionibus iterum æſtiualibus flauerint Eteſię: qm̃ vult q̃ maximè continue hinc ſemper ſtare ventus. Auſter autem ab æſtiua verſione fiat, & non ab altera Vrſa. Duabus. n. exiſtentib. ſectionibus poſſibilis habitari regionis, hac quidem ad ſuperiorem polum, qui ſm̃ nos eſt, illa autẽ ad alterum, & ad Meridiem, & exiſtente velut tympano (talis. n. figura terræ) excidunt ex centro ipſius ductæ, faciunt duos conos, hunc quidem habentem baſin tropicum, illum aũt ſemper manifeſtum, verticem autem in medio terræ. Eodem aũt modo ad inferiorem polum alij duo coni terræ diſſectiones faciunt. Hæ autem habitari ſolæ poſſibiles, & neq; vltra verſiones: vmbra. n. non vtiq; eſſet ad Vrſam. nunc autem inhabitabilia prius fiunt loca, q̃ ſubdeficiat, aut permutetẽ vmbra ad meridiem. Quæ autem ſub Vrſa à frigore inhabitabilia. Fert aũt & Corona ſm̃ hunc locum; vr̃. n. ſuper caput eſſe notis, cũ fuerit ſm̃ meridianum. Quapp & ridiculè deſcribunt nunc circuitus terræ: deſcribunt. n. circularem habitatam. Hoc autem eſt impoſſibile & ſm̃ apparentia, & ſm̃ rõnem. Nam & ratio oſtendit, ꝙ ad latitudinem quidem determinata eſt, circulariter autem copulari contingit pp temperaturam: (non. n. excedunt æſtus, & frigus ſm̃ longitudinem: ſed ad latitudinem. quare, niſi alicubi prohibet maris multitudo; totũ eſt perambulabile:) & apparẽtia circa nauigationes, & itinera: multum. n. longitudo differt à latitudine; qd'. n. eſt ab Herculeis columnis vſq; ad Indicam, eo ꝙ eſt ex Aethiopia ad Mæotin,

& extrema Scythiæ loca, plus eſt, q̃ quinque ad tria ſm magnitudinem, ſi quis & nauigationes rōcinetur, & vias, quantum contingit accipere talium certitudines. Et quidem ad latitudinem vſq; ad inhabitabilia ſcimus habitatam: hic.n. pp frigus non amplius habitant, illic autem pp æſtum. Quæ autem extra Indicam ſunt, & columnas Herculeas pp mare non videntur copulari, vt continua ſit oīs habitabilis. Qm̃ autem ſimiliter ſe habere neceſſe eſt locum quendam ad alterum polum, ſicut quem nos habitamus, ad eum, qui eſt ſupra nos: palā eſt, ꝙ proportiōnaliter ſe habebunt & alia, & flatuū cōſtitutio. Quare, queēadmodum hic Boreas eſt, ſic & illis ab illa, q̃ ibi eſt Vrſa, aliquis vētus exiſtit, quem nihil poſſibile eſt pertingere huc; qm̃ neq; Boreas iſte in eā, q̃ hic habitat, oēm flat; eſt.n. velut abterraneus flatus Borealis. Sed, quia habitatio iſta ad Vrſam eſt poſita, plurimi Boreæ flant. tñ & hic deficit, & nō pōt longe pertranſire: qm̃ circa mare auſtrale extra Lybiā, quemadmodū hic Boreæ, & Auſtri flant, ſic ibi Euri, & Zephyri, ſuccedentes continui ſemper flant. Quòd igitur Auſter nō eſt ab altero polo fiās ventus, manifeſtum eſt; qm̃ neq; ille ab hyemali verſione: oportebit. n. vtiq; alium ab aſtiuali eſſe verſione: ſic.n. proportionale aſſignabit, nunc autem non eſt: vnus.n. ſolus vr̄ flans ex ijs, quæ inde, locis. quare neceſſe ab exuſto loco fiātem ventum eſſe Auſtrum. Ille autem locus propter Solis vicinitatem non habet aquas, neq; paſcua, quæ propter liquefactionem faciēt Eteſias. Sed quia multo maior eſt locus ille, & expāſus, maior, & amplior, & magis vrens ventus eſt Auſter, Borea, & pertingit magis hoc, quàm iſte illuc.

Quæ

Quæ igitur cauſa eſt horum ventorum, & quomodo ſe habent adinuicem, dictum eſt.

Caput Tertium. De uentorum numero, ſitu, contrarietate, temperatura, & operationibus.

DE ſitu autem ipſorum, & qui quib. contrarij ſint, & quos ſimul flare contingat, & quos nō, adhuc autem qui, & quot ſint exiſtentes, & adhęc de alijs paſſionib. quaſcunq; non contingit dictas eſſe in Problematib. particularibus, nunc dicamus. Oportet aūt de ſitu ſimul rōnes ex deſcriptione cōſiderare. Deſcriptus ſit igiť, vt magis inſigniter habeat, horizōtis circulus: quapp & rotundus. Oportet aūt intelligere ipſius alterā ſectionem, q̄ ſub nobis, habitatam: erit.n. & illā diuidere eodem modo. Supponať autem primò contraria ꝟm locum eſſe plurimū diſtantia ꝟm locum, ſicut ꝟm ſpeciem cōtraria plurimùm diſtantia ꝟm ſpeciem. plurimum aūt diſtant ꝟm locum poſita contra ſeinuicem ꝟm diametrum. Sit igitur, in quo A, Occidens ęquinoctialis. contrarius autem huic locus, in quo B, Oriens æquinoctialis. Alia aūt diameter hanc ad rectum incidens, cuius id, in quo G, ſit Vrſa: huic autem cōtrarium ex oppoſito id in quo H meridies. Id autem, in quo F, Oriens æſtiualis: id autem in quo E, Occidēs ęſtiualis. Id autem, in quo D, Oriens hyemalis: id autem in quo C, Occidēs hyemalis. Ab F, autem ducať diameter ad C, & à D, ad E. Qm̄ igitur plurimum diſtātia ꝟm locum cōtraria ſunt ꝟm locum: plurimum autem diſtātia quæ ſecundùm diametrum: neceſſarium eſt & flatuum hos inuicem contrarios eſſe, quicunq; ſecūdùm diametrum ſunt. Vocantur autem ſecundùm poſitionem loco-

rum venti ſic. Zephirus quidem ab A; hoc.n.eſt Occidens æquinoctialis. Cōtrarius autem huic Apeliotes à B; hoc. n. eſt Oriens æquinoctialis. Boreas autem, & Aparctias à G; hic.n. Vrſa. contrarius autem huic Notus ab H. Meridies.n. hic eſt, à quo flat, & H ipſi G contrarium eſt: ſm diametrum.n. ab F autem Cæcias: hic.n. Oriens æſtiualis eſt. Contrarius autem eſt, nō qui flat ab E, ſed qui à C, Libs; iſte.n. ab Occidente hyemali flat. cōtrarius autem huic: ſm diametrum.n. ponitur. Qui verò à D Eurus; iſte.n. ab Oriente hyemali flat, vicinus exiſtens Noto. Quapp & ſæpe Euronoti dicuntur flare. Contrarius autē eſt huic, non qui à C, Libs, ſed qui ab E, quem vocant hi quidem Argeſten, hi autem Olympiam, hi autem Scironem; iſte.n. ab Occidente æſtiuali flat, & ſm diametrum ipſi opponitur ſolus. Hi igitur ſm diametrum poſiti uenti, & quib. ſunt contrarij. Alii autem ſunt, ſm quos non ſunt contrarij venti: ab I.n. quem uocant Traſciam: iſte.n. medius eſt Argeſtæ, & Aparctiæ. à K autē, quem vocant Meſen; iſte.n. medius eſt Cæciæ, & Aparctiæ. Diameter autem K vult quidē ſm ſemper apparentem eſſe, non exactè autem eſt. Contrarij autem nō ſunt his flatibus, neq; Meſe: (flaret.n. vtiq; aliquis ab eo, in quo M: hoc .n. eſt ſm diametrum) neque ipſi I Thraſciæ: flaret.n. vtiq; ab N: hoc.n. ſignum ſm diametrum eſt. ſi non ab ipſo, & ad modicum flat quidā ventus, quem vocant qui in loco illo Phœniciam. Principaliſſimi igitur, & determinati venti hi ſunt, & hoc ordinati ſunt modo. Quòd aūt ſint plures venti à locis ad Vrſam, q̄ ab ijs, q ad Meridiem, cā eſt, terram habitabilem ſupponi ad hūc locum. &, quia multo amplior aqua, & nix

repel-

repellit in hanc partem, quia illa ſub Sole ſunt & illius latione, quib. liqueſcentib. in terra, & caleſcentib. à Sole, & terra, neceſſarium eſt am pliorem, & ad maiorem locum fieri exhalatio-nem pp hanc cauſam. Sunt autem dictorum fla tuum Boreas quidem, & Aparctias principaliſſi me, & Thraſcias, & Meſe. Cæcias autem cõmu-nis Apeliotæ, & Boreæ. Notus autem, & Ithage-nes, qui à Meridie, & Libs. Apeliotes autem, qui ab Oriente æquinoctiali, & Eurus. Phænicias au tem cõis. Zephirus autem, & Ithagenes, & qui Argeſtes vocatur. Vniuerſaliter autem horum hi quidem Boreales vocantur, hi aũt Auſtrales. apponuntur autem Zephyrici quidem Boreæ; frigidiores. n. ſunt: quia ab Occidente flant. No to autem Apeliotici: calidiores. n. ſunt, quia ab Oriente flant. Determinatis igĩ frigido, & cali do & tepido flatibus, ſic vocauerunt. Calidiores autem ſunt, qui ab Oriente ijs, qui ab Occiden te; qm̃ pluri tpe ſub Sole ſunt qui ab Oriente; eos autem, qui ab Occidẽte, derelinquit citius, & appropinquat loco tardius. Sic autem ordina tis ventis, manifeſtum eſt, ꝙ ſimul flare contra rios quidem nõ eſt poſſibile: ſm. n diametrum. alter igitur ceſſabit, violentiam paſſus. Non ſic autem poſitos adinuicem nihil prohibet, vt F, & D. & pp hoc ſimul flant aliqñ ſecundi ambo ad idem ſignum, non ex eodem, neq; eodẽ ſpiri tu. Secundùm autem anni tpa cõtraria contra-rij maximè flant. circa æquinoctium vernale Cæcias, & oĩno qui vltra tropicum æſtiualem, circa autumnale autem Libs. circa verſiones au tem æſtiuales Zephyrus, circa hyemales autem Eurus. Irruunt autem in alios maximè, & ceſſa-re faciunt Aparctiæ, & Thraſciç, & Argeſtę: pp-

ea.n.ꝙ maximè deprope impetus ipſorum eſt, crebriq;, & fortes flant maximè iſti. Quapp & ſereniſſimi ſunt ventorum: flantes. n. deprope maximè, repellentes alios vētos, ceſſare faciūt, & efflantes conſiſtentes nubes faciunt ſerenitatem: niſi frigidi vehemēter fuerint ſimul exiſtentes, tunc autem nō ſunt ſereni: ſi.n.fuerint magis frigidi, quam magni, ꝑueniunt, antè congelantes, q̃ propellentes. Cęcias autem non eſt ſerenus: quia reflectiť in ſeipſum. vnde & diciť prouerbium: Trahens ad ſeipſum, vt Cęcias nubem. Gyrationes autem fiunt quidem ipſis ceſſantib. in contiguos ſm Solis tranſitum, qa mouetť maximè cōtiguus principio. principium autem flatuum ſic mouetť, vt Sol. Contrarij aūt aut idem faciunt, aut contrarium, vt humidi Libs, & Cæcias, quem Helleſpontian quidam vocāt: ſicci autem Argeſtes, & Eurus, quem Apeliotē. à principio autem iſte ſiccus eſt, deſinēs autem aquoſus. Niuoſus autem Meſe, & Aparctias maximè: iſti.n.frigidiſſimi ſunt. Grandinoſus autē Aparctia, & Thraſcias, & Argeſtes. Aeſtuoſus autem Notus, & Zephyrus, & Eurus. Nubibus autem condenſant cœlum, Cæcias quidem valde, Libs autem rarius. Cæcias qdem, ꝑpea ꝙ reflectiť ad ſeipſum, & qa communis eſt Boreæ, & Euro. quare, quia frigidus eſt, congelās vaporantem aerem, nubes cogit: qa aūt loco Apelitiocus eſt, hēt multā materiam, & vaporē, quē propellit. Sereni autē ſunt Aparctias, Thraſcias, Argeſtes. cā autē dicta eſt prius. Coruſcationes autem faciūt maximè & hi, & Meſe: quia.n.deprope flant, frigidi ſunt. ꝑꝑ frigidum aūt fulguratio fit: ſegregatur.n. coeuntib. nubib. Quapp & quidam horum eorundem grandinoſi ſunt;

citò.n.congelant.Procelloſi autem fiunt autumno quidem maximè, deinde verè, & maximè Aparctias,& Thraſcias,& Argeſtes. Cauſa autē eſt;quia procellæ fiunt maximè,qn̄,alijs flantibus,irruunt alij.Iſti autem maximè irruūt,alijs flantib.cauſa autem dicta eſt & huius prius.Eteſiæ autem girant habitantib. circa Occidētem ex Aparctijs in Thraſcias, Argeſtas, & Zephyros: (Aparctias.n.Zephyrus eſt) incipientes q̃dem ab Vrſa,terminantes autem ad eos, q̃ longè:His autem,qui ad Orientem, girant vſq; ad Apelioten.De ventis igitur,& de ea, quæ à principio,& generatione ipſorum, & ſubſtantia, & de accidentibus, paſſionibus, & communiter, & circa vnumquenq; tot nobis dicta ſint.

Summa Tertia. De Terræ motu.

Caput Primum. Antiquorum de Terræ motu opiniones tres, ac earum confutationes.

De quaſſatione autem, & Motu terræ poſthæc dicendum eſt; cauſa enim huius paſſionis contigua huic generi eſt. Sunt autem tradita vſque ad præſens tempus tria, & à tribus; Anaxagoras enim Clazomenius, & prius Anaximenes Mileſius enunciauerunt, & his poſterius Democritus Abderites. Anaxagoras igitur ait ętherem natum ferri ſurſum,incidētem autem in inferiora terræ, & concaua, mouere ipſam:quæ.n.ſunt ſurſum, coniungi propter imbres: quoniam natura totam ſimiliter eſſe laxam. tanquam exiſtente hoc quidem ſurſum, hoc autem deorſum totius ſphæræ. & ſurſum quidem hac exiſtente parte,in qua habitamus, deorſum autem altera, Ad hanc igitur cauſam

nihil

nihil forte oportet dicere, tanq̃ valde ſimpliciter dictam; ſurſum.n. & deorſum putare ſic ſe habere, vt nō ad terram quidem vndiq; ferant grauitatem habentia corporum, ſurſum autem leuia, & ignis, ſtultum eſt: præſertim videntes horizontem habitata, quantum nos ſcimus, alterum ſemper fieri nobis tranſlatis, tanq̃ exiſtēte gibboſa, & ſphærica. Et dicere quidem, quod propter magnitudinem in aere manet, quaſſari autem dicere percuſſam deſubter ſurſum pro totū. Adhuc aūt nullū reddunt accidentium circa terræ motus: neq; .n. regiones, neq; tempora. quæcunq; participant hac paſſione. Democritus autem ait terram, plenam aqua exiſtentem, & ſuſcipientem multam aliam pluuialem aquam, ab hac moueri; amplior enim cum ſit, quia non poſſunt ſuſcipere cauitates, vim inferentem facere terræ motum, & cùm exiccatur, & trahit in vacua loca ex repletioribus, tranſiēs inuadendo mouere. Anaximenes autem ait irrigatam terram & exiccatam rumpi, & ab his ruptis uerticibus incidentibus concuti. quamobrem & fieri terræ motus in ſiccitatibus, & iterum in pluuioſis; in ſiccitatibus enim, ſicut dictum eſt, exiccatam rumpi, & ab aquis ſuperhumectatam decidere. Oportebat autē, hoc accedēte, ſubuerſam multis in locis apparere terram. Adhuc autem, propter quam cauſam circa quædam loca ſæpe fit hęc paſſio, nullo differentia exceſſu tali ab alijs? Atqui oportebat. Omnino autem ſic exiſtimantibus neceſſariū eſt dicere minus ſemper terræ motus fieri, & tādem ceſſare aliqū concuti: quod enim conſtipatur talem habet naturam. quare, ſi hoc impoſſibile eſt, palam ꝙ impoſſibile & hanc eſſe cām.

Ca-

Caput Secundum. De Terræ motus generatione, Eſſentia, Locis, Temporibus, alijsq; eius accidentibus.

SEd qm̃ manifeſtum, ꝙ neceſſarium & ab humido, & à ſicco fieri exhalationem, ſicut diximus in prioribus, neceſſe eſt his exiſtentib. fieri terræ motus. Exiſtit.n.terra per ſe quidẽ ſicca, pp imbres autem, habens in ſeipſa humiditatẽ multam, ut & à Sole, & ab eo, qui in ipſa, igne incaleſcens, multus quidem extra, multus quoque intra fiat ſpiritus. & hic aliqñ qdem continuus extra fluit oĩs, aliqñ autẽ intro oĩs, aliqñ aũt & partit. Si itaq; hoc impoſſibile ſit aliter habere, qđ poſt hoc cõſiderandum vtiq; erit, quale maximè motiuum erit corporũ; neceſſe .n eſt ad plurimũ natum ire, & vehementiſſimum maximè tale eſſe. Vehementiſſimum igit̃ eſt ex neceſſitate, qđ citiſſimè fert̃; percutit.n. maximè pp velocitatem. Ad plurimum autẽ natum eſt pertranſire, qđ per oẽ ire maximè põt. tale aũt eſt, qđ ſubtiliſſimum. Quare ſiquidem ſpiritus natura talis eſt, maxime corporum ſpiritus motiuus ẽ: etem̃ ignis, qñ cùm ſpiritu fuerit, fit flamma, & fert̃ celeriter. Non igit̃ aqua, neq; terra cã vtiq; erit motus, ſed ſpiritus, cùm intrò forte fluxerit, qui extra exhalat. Quapp fiunt trãquilitate plurimi, & maximi terræ motus: cõtinua.n.exiſtẽs exhalatio ſequit̃ vt in pluribus impetum principij. quare aut intro ſimul, aut extra fert̃ oĩs. Quoſdã aũt fieri terræ motus & flatu exiſtente nihil irrõnabile: videmus.n. aliqñ ſimul plures flantes ventos, quorum, cùm in terram ferat̃ alter, erit flatu exiſtente terræ motus. Minores aũt hi magnitudine fiunt ppea ꝙ diuiſum ẽ principiũ, & cã ipſorũ. Noſte autẽ

plures,

plures, & maiores fiunt terræ motus. Qui autē die, circa meridiem. trãquilliſſimum, ē vt in pluribus, diei meridies. Sol.n. cùm maximè dominatur, diſſoluit exhalationem in terram. dominatur autem maximè circa meridiē. Et noctes ēt diebus trãquilliores ſunt pp abſentiã Solis. quare intro fit iterum fluxus, ſicut recurſus in cõtrarium eius, quę extra fit, effuſionis. Et ad diluculum maximè: tunc enim & flatus nati ſunt incipere flare. Si igit̃ intro extiterit permutatũ principium ipſorum, ſicut Euripus, pp multitudinem, fortiorē facit terræ motum. Adhuc aũt circa loca talia fortiſſimi fiũt terræ motuũ, vbi mare fluxibile eſt, aut regio laxa, & ſubantroſa. Quapp, & circa Helleſpontũ, & circa Achaiam, & Siciliam, & Eubœam: circa hęc.n. loca vr̃ per anguſtum fluere ſub terrã mare. Quapp & calidæ Balneæ, q̃ circa Aedepſum, à tali cauſa factæ ſunt. Circa autem dicta loca terræ motus fiunt maximè pp anguſtiam: ſpiritus.n. factus vehemens pp multitudinem maris, qđ multũ affertur, repellitur iterum in terrã, qui natus erat effluere ex terra. Regionesq́;, quęcũq; laxa habẽt, quæ ſubtus ſunt loca, multum ſuſcipientes ſpiritũ, cõcutiunt magis. Et vere aũt, & autumno maximè, & in pluuijs, & in ſiccitatibus fiũt pp eandem cãm; tpa.n. hæc maxime ſpirituoſa: æſtas.n. & hyems, hæc qdem pp gelu, illa autem pp æſtum facit immobilitatem, hæc.n. valde frigida eſt, illa aũt valde ſicca. Et in ſiccitatibus quidē ſpirituoſus aer: hoc ipſum.n. eſt ſiccitas, qñ amplior exhalatio ſicca facta fuerit, q̃ humida. In pluuijs autem, & eò ꝙ amplior fiat intus exhalatio, & eò ꝙ intercipiat̃ in anguſtioribus locis, & cõpellat̃ in minorem locum talis ſegrega

tio, repletis cõcauitatibus terræ aqua: cum.n. incœperit dominari, eò ꝙ multa in paruum locum cõprimat, fortiter mouet fluens vẽtus, & offendens. Oportet n.intelligere,ꝙ ſicut in corpore noſtro & tremorum, & pulſuum cã eſt ſpiritus,qui intercipit virtus, ſic & in terra ſpiritũ ſimilia facere.& hunc quidem terræ motuum; velut tremorẽ eſſe,illum aũt,velut pulſum.Et ſicut accidit ſæpe poſt miſtionem(per corpus.n. fit uelut tremor quidam, cum traſferẽ ſpiritus deforis intro ſimul totus) talia fieri & circa terrã. Quantam autem habeat ſpiritus virtutẽ, nõ ſolum ex ijs,q̃ in aere fiũt,oportet ſpeculari(hic .n.pp magnitudinem exiſtimabit vtiq; aliquis talia poſſe facere) ſed & in corporibus animalium. Tentiones.n.& Conuulſiones, & ſpiritus q̃dem ſunt motus: tñ autem robur habent, ut multi ſimul tentãtes vi tenere, non poſſunt dominari motui ægrotantium. Tale itaq; oportet intelligere fieri & in terra, vt cõparet ad paruũ maius.Signa autem horum ad noſtrum ſenſum facta ſunt: Iam.n.terræ motus in quibuſdam locis factus,nõ prius deſiit,q̃ cùm eruperit in eũ, qui eſt ſuper terram locum, manifeſte, tanquã procella,exierit,qui mouit,uentus:quale & circa Hercleam, eam, quæ in Ponto, nuper factũ fuit, & prius circa ſacram inſulam. hæc autem eſt una uocatarum Aeoli inſularum : In hac enim intumuit aliquid terræ, & aſcendit velut collis moles cum ſono, tandem autem rupta, exiuit ſpiritus multus, & fauillam, & cinerem eleuauit, & Liparæorum ciuitatem, exiſtentem non longe, omnem incinerauit, & ad quaſdam in Italia ciuitatem uenit, & nunc adhuc vbi exufflauit,manifeſtum eſt:etenim facti

igni;

ignis in terra hāc putandū eſt eſſe cauſam, cum deciſus acceſſus fuerit, primo in parua diſſecto aere. Coniectura autem eſt, ꝙ fluant ſub terrā ſpiritus & ꝙ fit circa has inſulas: cum.n. ventus futurus eſt flare Auſter, pſignificat prius: ſonāt etenim loca, ex quib. fiunt exufflationes, ppea ꝙ mare propellatur iam delongè, ab hoc autē, qđ ex terra exufflatur, repellatur iterum intrò, qua quidem ſuperuenit mare hac. Facit autem ſonum ſine quaſſatione propter amplitudinē locorum: (effunditur.n. in immenſum intra) & propter paucitatem repulſi aeris. Adhuc, fieri Solem caliginoſum, & obſcuriorem ſine nube, & ante matutinos terræ motus aliqñ tranquilli tatem, & frigus forte, ſignum dictæ cauſæ eſt. Solem.n. caliginoſum, & obſcurum neceſſariū eſt eſſe incipiente regredi in terram ſpiritu, diſſoluente aerem, & diſgregante. Et ad aurorā, & ad dilucula tranquillitatem, & frigus: tranquillitatem n. neceſſarium eſt, vt plurimum accidere, ſicut dictum eſt & prius, velut regreſſu intro facto ſpiritus: & magis, ante maiores terræ motus: nō diſcerptum.n hoc quidem extra, hoc autem intra; ſed, cùm ſimul totum fertur, neceſſarium eſt valere magis. Frigus autē accidit, propterea ꝙ exhalatio intro vertitur, natura calida exiſtens ſm ſe. Non vñt autem venti eſſe calidi, quia mouent aerem, exiſtentem plenum multo & frigido vapore, ſicut ſpiritus per os exufflatus; etenim hic de propè quidem eſt calidus, ſicut & cùm hiamus, ſed propter paucitatem non ſimiliter manifeſtus. delongè autem frigidus propter cauſam eandem cum uentis. Deficiente igitur in terram tali virtute, colens propter humiditatem vaporoſus defluxus facit fri-

ſrigus, in quibus accidit locis fieri hanc paſſionem. Eadem autem cauſa eſt & ſigni conſueti aliqñ fieri ante terrę motus; aut.n. per diẽ, aut parum poſt occaſum, ſerenitate exiſtente, nubecula tenuis apparet perrecta, & longa, velut lineę longitudo, rectitudine exacta, ſpiritu marceſcente propter tranſitum. Simile autem accidit & in mari circa littora: quando.n. fluctuans exciderit, vehementer craſſæ, & diſtortæ fiunt ſciſſurę qñ autem tranquillitas fuerit, propterea ꝙ parua ſit ſegregatio, tenues ſunt, & rectæ. Quod igitur mare circa terram facit, hoc ſpiritus circa eam, q̃ eſt in aere, caliginẽ, vt qñ fuerit facta tranquillitas, oĩno recta, & tenuis derelinquat̃ nubecula, q̃ fit tanq̃ ſciſſura aeris. Propter eãdem autem cãm & circa eclipſes Lunę aliqñ accidit fieri terræ motum. Qñ.n. iam propè eſt interpoſitio, & nondum quidem eſt oĩno deficiens lumen, & calidum, qđ à Sole eſt ex aere, iã autem marcefactum, tranquillitas fit, contrà tranſlato ſpiritu in terram, qui facit terræ motum ante eclypſes: fiũt.n. & venti ante eclypſes ſepe, in principio quidem noctis ante eclypſes mediæ noctis, in media autem nocte ante diluculares. Accidit autem hoc, propterea ꝙ marceſcit calidum, quod à Luna eſt, cum propè iã fuerit facta latio, in quo facta erit eclypſis. remiſſo igitur, quo detinebat̃ aer, & quieſcebat, iterum mouetur, & fit ſpiritus tardioris eclypſis magis matutinus. Cum autem fortis factus fuerit terræ motus, nõ mox, neq; ad ſemel ceſſat agitãs, ſed primò quidem vſq; ad quadraginta dies agitat, poſterius autem & ad vnum, & ad duos annos dominatur ſm eadem loca. Cauſa autẽ magnitudinis quidem eſt multitudo ſpiritus, & lo-

& locorum figurę, per quæ vtiq; fluxerit. quã.n. ſæpulſus fuerit, & nõ facile pertranſeat, & maxime concutit, & intus retineri neceſſarium eſt in locorum anguſtijs, velut aqua, nõ potẽs pertrãſire. Quapp, ſicut in corpore pulſus nõ repentè ceſſat, neq; cito, ſed per moram marceſacta paſſione; ſic & principium, à quo exhalatio facta fuit, & impetus ſpiritus, palã eſt, ꝙ nõ mox oẽm cõſumpſit materiam, ex qua fecit vẽtum, quem vocamus terrę motum. Quouſq; igiť cõſumãtur reliquiæ horum, neceſſe eſt quaſſare, debiliùs autem, & eò vſq;, donec vtiq; minus ſit exhalatum, q̃ vt poſſit mouere manifeſtè. Facit aũt & ſonos eos, qui ſub terra fiunt, ſpiritus, & eos, qui ante terræ motus. Et ſine ẽt terræ motibus iã alicubi facti ſunt ſub terra; ſicut. n. percuſſus aer oĩmodos emittit ſonos, ſic & percutiens ipſe; nihil. n. differt: verberans. n. oẽ ſimul & ipſum verberať. Præuenit autem ſonus motum, qa ſubtiliorum partium eſt, & quia magis per oe penetrat ſonus, q̃ ſpiritus. Cùm autem minor fuerit, q̃ vt moueat terrã, pp ſubtilitatẽ, ppea ꝙ facilè qdem penetrat, nõ põt mouere. qa aũt offendit ſolidas moles; & cõcauas, & omnimodas figuras, oĩmodos emittit ſonos, vt aliqñ videať, vt quidam dicunt, ꝓdigia dicẽtes, mugire terram. Iam aũt & aquæ eruperunt, factis terræ motibus. Sed non pp hoc aqua cã eſt motus, ſed ſi fuerit in ſuperficie, aut deſubter vim inferat ſpiritus, ille mouẽs eſt: ſicut fluctuũ venti, ſed non fluctus ventorũ cauſæ ſunt. Qm & terram ſic vtiq; quis cãm faceret paſſionis; euertiť. n. quaſſata, quemadmodum aqua: effuſio enim euerſio quædã eſt. Sed hęc ambo quidem cauſæ, vt materia: patiuntur enim, ſed non

agunt:

agũt: ſpiritus autem, vt principium. Vbi autem ſimul cum terræ motu fluctus factus fuerit, cau ſa, qñ cõtrarij facti fuerint ſpiritus. Hoc autem fit, cum agitans terram ſpiritus, qđ ferẽ ab alio ſpiritu mare repellere quidem oĩno nõ poſſit, propellens autem, & coarctans in idem cõgregauerit multum: tunc.n. neceſſarium eſt, victo hoc ſpiritu, ſimul multum pulſum à contrario ſpiritu erumpere, & facere diluuium. Fuit autẽ factum hoc & circa Achaiam; extra.n. erat Auſter, ibi autem Boreas tranquilitate aũt facta, & fluente intrò vẽto, factus fuit & fluctus, & terræ motus ſimul. & magis, ꝑpea ꝙ mare nõ dabat ꝑ flationem impetum facienti ſub terra ſpiritui, ſed oſtipabat. vim.n inferendo inuicem, ſpiritus q̃dem terræ motum fecit, ſubſidentia aũt fluctus diluuium. Secundùm partem aũt terræ fiunt terræ motus, & ſæpe ad modicum locum: venti autem non ſm partem. Secundum partẽ quidem, cum exhalationes, q̃ ſm locum ipſarũ, & vicinum cõuenerint in vnum, ſicut & ſiccitates diximus fieri, & pluuias ſm partem. & terræ motus quidem fiunt per hunc modum, vẽti aũt nõ. Quæ.n. in terra ſunt, principium habẽt, vt ad vnum oẽs cõ citenẽ: Sol autẽ nõ ſimiliter põt. quæ aũt ſunt ſuſpenſę magis, vt fluant, cùm principium acceperint à Solis latione iam ſm differentias locorum, in vnũ. Qñ igiẽ fuerit multus ſpiritus, mouet terram, vt tremor, ad latus quidem. fit aũt raro, & ſm aliqua loca velut pulſus, ſurſum deſubter, quapp & rarius quaſſat hoc modo; non enim facile ſic multum conuenire principium: ad longitudinem enim multiplicatior, q̃ ea, quę à profundo ſecretio. Vbicũq; autem factus fuerit talis terræ motus, egreditur

multitudo lapidum, ſicut ebullientium in cribris. Hoc.n.modo facto terræ motu, quæ circa Sipylon euerſa ſunt, & campus vocatus Phylegræus, & q̃ circa Liguſticam regionem. In inſulis autem marinis minus fit terræ motus, q̃ in ijs, quæ ſunt iuxta terram; multitudo.n.maris infrigidat exhalationes, & prohibet pondere, & vim infert. Adhuc autem fluit, & non quaſſatur ſuperatam à flatibus. &, quia multum occupat locum, nō in hoc, ſed ex hoc exhalationes fiunt, & has cōſequunt̃, q̃ ex terra. Quæ autem ꝓpe cōtinentem inſulę pars ſunt continentis: intermedium.n.ꝓpter paruitatem nullam habet virtutem. Marinas aũt non cōtingit moueri ſine mari toto, à quo circuntenentur. De terræ motibus igitur, & quæ natura ipſorum, & propter quam cauſam fiunt, & de alijs accidentibus circa ipſos, dictum eſt ferè de maximis.

Summa Quarta. De Coruſcatione, & Tonitruo.

Caput Primum. De Coruſcationis, & Tonitrui generatione.

DE Coruſcatione autē, & Tonitruo, adhuc autē de Vortice, & accēſo Turbine, & Fulminibus dicamus; etenim horum idem principiū exiſtimare oportet oĩum: Exhalatione.n.vt diximus, exiſtente duplici, hac quidem humida, illa aũt ſicca, & cōcretione habente ambo hæc potentia, & coeunte in nubem, ſicut dictum eſt prius, adhuc aũt ſpiſſior cùm fiat cōſiſtētia nubiū ad vltimū terminū: qua.n.deficit calidū, qđ digregat̃ in ſuperiorem locum, hac ſpiſſiorē, & frigidiorē neceſſe eſt eſſe cōſiſtētiam. quapp̃ & Fulmina, & Procellę, & oĩa talia ferunt̃ deorſū: quãuis natū ſit ſurſum ferri calidum oẽ, ſed ad

con-

cōtrarium ſpiſſitudinis neceſſarium eſt fieri ex truſionem, velut nuclei ex digitis exilientes. etenim hæc pondus habētia ferunt̄ ſæpe ſurſum; quæ igit̄ ſegregatur caliditas, in ſuperiorem diſpergit̄ locum. quæcunq; autem intercluditur ſicca exhalatio in tranſmutatione aeris, qui infrigidat̄, hæc coeuntibus nubibus excernit̄, vi autem lata, & offendēs cōtinentes nubes, facit percuſſionē, cuius ſonus vocat̄ Tonitruū. Fit autem percuſſio eadem modo (vt aſſimilet̄ maiori minor paſſio) ei, qui in flamma fit, ſono, qđ vocant hi q̄dem Vulcanum ridere, hi autem Veſtam, hi uero cōminationē horum. Fit autē, qñ exhalatio, q̄ in flammā cōuertit̄, ferat̄, cùm rumpunt̄. & ſiccant̄ ligna: ſic. n & in nubibus, cum fit ſpiritus excretio, in ſpiſſitudinem nubium incidēs, facit tonitruū. Oīmodi autem ſoni ꝑ irregularitatem fiunt nubium, & ꝑ intermedias cauitates, quà cōtinuitas deficit ſpiſſitudinis. Tonitruum igit̄ hoc eſt, & fit ꝑ hanc cām. Spiritus autem extruſus vt plurimum q̄dē ignitur ſubtili, & debili ignitione. & hoc eſt, qđ vocamus Coruſcationem, qua vtique velut excidens ſpiritus coloratus apparet. Fit autem poſt percuſſionem, & poſterius tonitruo: ſed videt̄ prius, quia viſus anticipat auditum. Patet autē in remigatione triremiū: iam enim ſurſum ferē tib. iterū remos, primus ꝑtingit ſonus remigij.

Caput Secundum. Antiquorum de Coruſcatione, & Tonitruo opiniones, earum confutationes, veraq; de his determinatio.

QVamuis quidam dicant, quòd in nubibus nō fiat ignis. Hunc autem Empedocles q̄dem ait eſſe eum, qui intercipit̄ ex Solis radijs.

Anaxagoras autem de eo, qui deſuper eſt, æthere, quem & ille uocat ignem delatum deſuper deorſum. Micationem igitur huius ignis, eſſe coruſcationem, ſonum autem intus extincti, & ſtridorem, tonitruum. tanquam ſicut vī factū, ſic & prius coruſcatio ſit tonitruo. Irrationabilis autem & ignis interceptio, & vtroque quidē modo. magis autem detractio eius, qui deſuper eſt, ætheris. Quare.n. ferat̄ deorſum, quod natū eſt ſurſum, oportet dici cauſam, & pp quid aliquando hoc fit circa Cœlum, quando nubiloſum fuerit quidem tantum, ſed non continuè ſic, ſerenitate autem exiſtente nō fit; hoc enim omnino uidetur dictum eſſe inconſideratè. Similiter autem & dicere à radijs caliditatem interceptam in nubibus eſſe horum cauſam, non probabile eſt; etenim iſte ſermo ſine cura dictus eſt valde: Segregatam enim neceſſarium eſſe cām ſemper, & determinatam & tonitrui, & coruſcationis, & aliorum talium, & ſic fieri. Hoc autem differt plurimum: ſimile.n. eſt, ac ſi quis putet aquam, & niuem, & grandinem, inexiſtētes prius poſterius excerni, & non fieri velut ad manum faciente ſemper concretione vnumquodq; ipſorum: eodem enim modo & illas cōcretiones, & hæc excretiones exiſtimandum eſt eſſe. Quare ſi altera horum non fiunt, ſed ſunt, de ambobus eadem congruet ratio. interceptio nemq; quid utique magis alterum dicet quis, quàm quemadmodum in ſpiſſioribus? etenim aqua à Sole, & ab igne fit calida, ſed tn̄, cùm iterum coeat, & infrigidetur aqua concreſcens, nullam accidit fieri talem excidentiam, qualē illi dicunt. quamuis oportebat ſecundùm rationem magnitudinis. Et feruorem facere ſpiritū intus

intus factum ab igne, quem neque poſſibile eſt inexiſtere prius, neque illi ſonum feruorem faciunt, ſed ſtridorem. Eſt autem ſtridor parua ebullitio: qua enim quod extinguitur incidens dominatur, hæc bulliens facit ſonum. Sunt autem quidam, qui coruſcationem, ſicut & Clidemus, non eſſe aiunt, ſed uideri, aſſimilantes, tãquam paſſio ſimilis ſit, & quando mare quis virga percuſſerit (videtur enim aqua effulgens nocte) ſic in nube, flagellato humido, apparẽtiam ſplendoris eſſe coruſcationem. Iſti igitur nondum aſſueti erant ijs, quæ ſunt de refractione opinionibus, quòd quidem uidetur cauſa talis paſſionis eſſe. Videtur enim aqua fulgere percuſſa, refractio ab ipſa viſu ad aliquod fulgidorum. quapropter & fit magis hoc noctu; die enim non uidetur: quia lumen diei amplius exiſtens offuſcat. Quę igitur dicuntur ab alijs de tonitruo, & de coruſcatione hæc ſunt: his quidem, quòd refractio coruſcatio ſit: his autem, quòd ignis qdem perluſtratio coruſcatio, tonitruum autem extinctio: non quòd innaſcatur ſecundum vnamquamque paſſionem ignis, ſed inexiſtat. Nos autem dicimus eſſe eandem naturam, ſuper terram quidem Ventum, in terra autem Terræ motum, in nubibus autem Tonitruum; omnia enim eſſe ſecundùm ſubſtãtiam idem, exhalationem ſiccam. quæ fluẽs quidem aliqualiter, ventus eſt: ſic autem, facit terræ motus: in nubibus autem, cùm tranſmutationem ſubiens excernitur, coeuntibus, & concreſcentibus ipſis in aquã, tonitrua, & coruſcationes, & adhæc alia, naturæ eiuſdẽ cum his exiſtentia. Et de tonitruo qdem, & coruſcatione dictũ eſt.

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima agit de Procella, Vortice, accenſo Turbine, ac Fulminum ſpeciebus.
In Secunda de Area, Iride, Parelijs, & Virgis.
In Tertia de his, quæ in terræ partibus incluſa generantur.

DE reſiduis autem dicamus operibus ſegregationis huius, inducto iam modo dicentes; Spiritus.n. hic, cum ſegregatẽ per modica qdem, & ſparſim diffunditur, & ſępe fit, & perflat, & tenuiorum partiũ exiſtens, Tonitrua facit, & Coruſcationes. Si autẽ totus ſimul, & ſpiſſior, minus autem excretus fuerit tenuis, Procella ventus fit. quapp & violentus: celeritas.n. excretionis facit fortitudinem. Qñ igiẽ conſequeẽ multa & continua excretio, eodem fit modo, quemadmodum cum iterum in con-

contrarium mouet̃ : tunc.n.pluuia , & aquæ ſit multitudo. Exiſtunt igiẽ ambo hęc potentia ſm materiam. Cum autem principium factum fuerit potentiæ cuiuſcunq;, conſequiẽ, qđ coexcernĩt ex materia, cuiuſcunq; fuerit multitudo inexiſtens amplior, amplius & fit hoc qdem Imber, illud autem alterius exhalationis procella. Qñ autem qui excernitur ſpiritus, ille qui in nube, alterum contra percuſſerit ſic, vt qñ ex amplo in anguſtum vi ferẽ ventus in portis , aut vijs : (accidit.n. ſæpe in talibus , repulſa prima parte fluentis corporis, ppea ꝙ nõ cedit , aut pp anguſtiam, aut pp reflationem, circulum, & vertiginem fieri ſpiritus; hic.n. in anterius ꝓhibet procedere , ille autem à tergo impellit : quare cõpellit in latus , quà non prohibet̃ ferri , & ſic ſemper contiguum, donec vtiq; vnum fiat. hoc autem eſt circulus: cuius.n. eſt vna latio figurę, hanc neceſſe eſt circulum eſſe) ſuper terrã vtiq; pp hoc fiunt vertigines, & in nubibus ſimiliter ſm principium. Veruntñ , ſicut qñ Procella fit , ſemper nubes excernit̃, & fit continuus ventus; ſic hic ſemper cõtinuum ſequiẽ nubis . Propter ſpiſſitudinem autem non potens excerni ſpiritus ex nube , vertiẽ quidem circulariter primò propter dictam cauſam : deorſum autem ferẽ , qa ſemper nubes inſpiſſant̃, quà excidit calidũ. Vocatur autem , ſi incolorata fuerit hęc paſſio, Vortex, ventus exiſtens, velut Procella inconcocta. Borealibus autem non fit Vortex, neq; niuoſis exiſtentibus Procella , propterea , ꝙ oĩa hæc flatus ſunt flatus autem eſt ſicca, & calida exhalatio. Gelu igiẽ, & frigus, propterea ꝙ dominantur, extinguunt mox, qđ adhuc fit principium: Quòd aũt dominent̃, palam eſt: neq;.n. vtiq; eſ-

ſet niuoſitas, neq; borealia humida: hęc.n.accidit eſſe, dominante frigiditate. Fit igiẽ Vortex qñ quæ fit procella, non poſſit excerni à nube. Eſt autem pp repulſionẽ girationis, cum ad terram ferat̃ circumuolutio, ſimul deducens nubem, non potens abſolui. Quà aũt ſm directum efflat, hac ſpiritu mouet. & circulari motu vertit, & ſurſum fert, cuicunq; inciderit uim inferens. Cum autem detractus ignitus fuerit: hoc autem eſt, cum tenuior ſpiritus fiat, vocat̃ accẽſus Turbo: coincendit.n.aerem, ignitione colorans. Si aũt in ipſa nube multus & tenuis extrudat̃ ſpiritus, hic fit fulmen, ſi quidẽ valde tenue fuerit, non adurens pp tenuitatem, quod Poetę clarum vocant. ſi aũt minus, adurens, qđ fumidum vocant. Illud.n.pp tenuitatem fert̃, ꝑpter velocitatem autem p̃uenit pertranſire, antequã igniat, & moram faciens denigret. hoc aũt tardius, colorauit qdem, nõ autem exuſſit, ſed p̃uenit pertranſiens. Quapp & reſiſtentia qdem patiunt̃ aliquid, q̃ aũt non, nihil. vt clypei iã æramentũ qdem liquefactum fuit, lignum autẽ nihil paſſum fuit: pp.n.raritatem p̃uenit ſpiritus penetrare, & pertranſire. Et per veſtimenta ſimiliter, non combuſſit, ſed velut attritionẽ fecit. Quare ꝙ hęc oĩa ſpiritus ſint, palam eſt, & ex talibus. Eſt autem aliqñ & oculis videre. velut & nunc accidit circa tẽplum in Epheſo cõbuſtum; ad multas.n.partes flamma ferebat̃ cõtinua diſcerpta ſeorſum. Quòd qdem fumus ſpiritus ẽ, & ardet fumus, manifeſtum ẽ, & dictũ eſt prius in alijs: cum autem ſimul multus ſecedit, tunc manifeſtè vr̃ ſpiritus eſſe. Quod igitur in paruis ignitionib. vr̃, hoc & tunc multa ardente materia fiebat multo fortius. Ruptis igit̃ lignis, vnde

principium ſpiritus erat, multus progrediebaẗ congregatus,quà efflabat,& ferebaẗ ſurſum ac cenſus.quare videbaẗ flamma ferri,& inuadere domos: ſemper.n.putare oportet ſequi fulmina ſpiritum,& p̄cedere: ſed non vr̃,quia ſine colore eſt.quapropter & quà debet percutere,mouetur,priuſquam percutiatur,tãquam prius inuadente principio ſpiritus. Et tonitrua autem diuidunt,non ſono: ſed quia ſimul excernitur, qui percuſſionem fecit,& ſonum ſpiritus: qui, ſi percuſſerit diuiſit,exuſſit autem non.De tonitruo igitur,& coruſcatione, & procella, adhuc autem & de accenſis turbinibus, & uorticibus, & fulminibus dictum eſt, & quòd idem omnia, & quæ differentia omnium ipſorum ſit.

Summa Secunda. De Area,Iride, Parelijs, & Virgis.

Caput Primum. Nonnulla horum omnium narrantur accidentia: quæ in vnam communem reducuntur cauſam,refractionem ſcilicet.

DE Area autem,& Iride,qd vtrunque,& pp quã cãm fit,dicamus,& de Parelijs,& Virgis; etem oĩa hæc fiunt pp eaſdem cauſas inuicem. Primò aũt oportet accipere paſſiones, & accidentia circa vnumquodq; ipſorum. Ipſius igiẗ Areæ apparet ſæpe circulus totus, & fit circa Solem,& Lunam, & circa ſplendentia aſtrorum.Adhuc autem,nihil minus nocte q̃ die, & meridie,q̃ ſero:diluculo aũt minus,& circa occaſum. Iridis autem nunq̃ fit circulus, neque maior ſemicirculo ſectio. Et occidẽte quidem, & oriente,minimi quidem circuli, maxima autem portio: eleuato autẽ magis circuli quidem maioris, minor autem portio. Et poſt autum-

nale

nale quidem æquinoctium in breuiorib. dieb. oĩ hora fit diei. in æſtiuis autem nõ fit circa meridiem. Neq; duab pl ires irides fiunt ſimul. Harum autem tricolor quidem vtraq;, & colores eoſdem, & æquales ſm numerum habent inuicem: hebetiores autem ſunt eius, q̃ extra eſt, & econtrario poſiti ſm poſitionem. Quæ.n.intra eſt, primam habet circumlationem, q̃ maxima eſt, puniceam: q̃ autem exterius, minimam quidem, propinquiſſimè ad hanc, & alia proportionaliter. Sunt aũt colores hi, quos quidem ſolos ferè non poſſunt facere pictores; quoſdã.n.ipſi miſcent, Puniceus autem, & Viridis, & Purpureus nõ fit multus. iris autem hos habet colores. Qui aũt eſt inter puniceum, & viridem, apparet ſæpe Flauus. Parelij autem, & Virgæ fiunt ex latere ſemper, & neq; deſuper, neq; ad terram, neq; ex oppoſito, neq; ẽt noctu, ſed ſemper circa Solem. Adhuc autem dum aſcendit, aut dum deſcendit ſemper. ſm plurima autem ad Occidentem, dum aũt in medio cœli eſt, rarò. vt in Boſphoro aliqñ accidit: per totam.n.diẽ ſimul orientes duo Parelij permanſerunt, vſq; ad Occaſum. Quæ igitur circa vnumquodq; ipſorum accidunt, hæc ſunt. Cauſa autem horum oĩum eadem; oĩa.n.hæc refractiõ ſunt: differunt autẽ modis, & à quibus, & q̃uo accidit fieri refractionem ad Solem, aut aliud aliquid fulgidorum. Et per diem q̃dem iris fit. nocte autem à Luna, vt Antiqui quidem putabant, non fiebat. Hoc aũt patiebãt propter raritatem: latebat.n.ipſos. Fit tñ: raro autem fit. Cauſa autem eſt, q̃ in tenebris latent colores, & alia multa oportet coincidere, & oĩa hæc die vna menſis: in plenilunio.n.fieri neceſſe eſt, ſi debeat fore: & tũc, aut orien-

oriente,aut occubente. quapropter in annis ſu pra quinquaginta bis comperimus ſolū. Quòd igitur viſus refrangit̃,ſicut & ab aqua, ſic & ab aere,& oībus habentib.ſuperficiem planam,ex ijs,quæ circa viſum oſtenſa ſunt, oportet accipere fidem.& propter qd ſpeculorum in qbuſdam quidem non ſolum colores, ſed & figuræ apparent,in quibuſdam aūt colores ſolum,talia autem ſunt ſpeculorum,quæcunque parua ſunt,& nullam ſenſibilem habent diuiſionē:in his.n impoſſibile eſt figuram apparere: videbit̃ .n.eſſe diuiſibilis:oīs n.figura ſimul vī figura eſſe,& diuiſionem habere oīquaq;.Qm̃ aūt intus apparere aliquid neceſſarium eſt, hæc autē impoſſibile;relinquitur colorē ſolum intus apparere. Color autem aliqñ quidem ſplendidus vr̃ ſplēdidorum:aliqñ aūt,aut propterea ꝙ miſcet̃ ei,q eſt ſpeculi,aut ꝑpter debilitatē viſus, alterius coloris efficit phantaſiam.Sit autem de his nobis ſpeculatum in his, quę circa ſenſus demonſtratur. quapropter ipſorum hæc quidem dicamus,his autem vt exiſtentibus vtamur.

Caput Secundum. De Areæ figura, Significationibus, & earum cauſa.

PRimò autem de ipſius Areę figura,dicamus, & quare circulis fit,& quare circa Solē, aut Lunam, ſimiliter autem & de alijs aſtris: eadē .n.in oībus congruet rō. Fit igitur refractio viſus,cum cogitur aer,& vapor in nubem,ſi ęqualis, & paruarum partium conſiſtens extiterit. Quapp & ſignum cōſiſtentia quidem aquæ eſt; diſtractiones tñ,& marcores:hi quidem ſerenitatis,diſtractiones autem flatus. Si.n.neq; marcefactum,neq; diſtractum, ſed permiſſum fuerit

rit recipere propriam naturam, aquæ ſignū meritò eſt: indicat.n. iā fieri talē conſiſtentiam ex aqua, continuitatem accipiente inſpiſſatione, neceſſarium ſit in aquam venire. quapp, & nigri fiunt colores hì maximè aliorum. Cum autē diſtrahitur, flatus ſignum eſt; diuiſio.n. à flatu facta eſt, iā quidem exiſtente, nōdum aūt p̄ſente. Signum autem huius eſt, ꝙ hinc fit ventus, vndecunq; p̄cipua fiat diſtractio. cum verò marceſcit, ſerenitatis: ſi.n. non diſponit̄ aliqualiter ſic aer, vt dominet̄ calido, q̄d intercipit̄, neque veniat in inſpiſſationē aquoſam; palā eſt, ꝙ nondū vapor ſegregatus eſt ab exhalatione ſicca, & ignea. hoc aūt ſerenitatis eſt cauſa. Qūo igitur ſe habente aere fit refractio, dictum eſt. refrangit̄ autem à conſiſtente caligine circa Solē, aut Lunam viſus. quapp non ex oppoſito, ſicut iris, apparet. Vndiq; autem ſimiliter refracto, neceſſe eſt circulum eſſe, aut circuli partē: ab eodem .n. ſigno ad idem ſignum æquales frangent̄ ſup circuli lineam ſemper. Sit.n. à puncto, in quo A, ad B fracta, & ea, quæ eſt A C B, & quæ A F B. & quæ A D B, æquales autem & hæ A C, A F, A D inuicē, & quæ ad B inuicem, ſ. C B, F B, D B & protrahatur A E B. Quare trianguli æquales; etenim ſuper æqualem, quę eſt A E B. Ducantur autem perpendiculares ad A E B ex angulis. à C quidem, quæ eſt C E: ab F aūt, quæ eſt F E: à D autem, quæ eſt D E. Aequales itaq; hæ: in æqualibus.n. triangulis, & in uno plano oēs: ad rectū .n. oēs, ei, quæ A E B, & ad vnum punctum E copulantur. Circulus igitur erit deſcripta, cētrum autem E. Sit autem B quidem Sol, A autē viſus, q̄ autem eſt circa C F D circunferentia, nubes, à qua refrāgitur viſus ad Solem. Oportet autem
intel-

intelligere continua ſpecula. ſed propter parui tatem vnumquodque quidem inuiſibile: quod autem ex omnibus eſt,vnum eſſe vr̃, propterea ꝙ conſequenter ſunt. Apparet autem quod quidem album eſt,Sol circulariter continuè in vno quoq; apparens ſpeculorum,& nullam habens ſenſibilem diuiſionem. Iuxta autem hoc nigra contigua circunferentia, quæ propter illius albedinem vr̃ eſſe nigrior: uerſus terrã autem magis,quia tranquillior eſt;flatu.n.exiſtente, non eſt ſtatio manifeſta. Sæpius autem fiunt Areę circa Lunam, quia Sol calidior exiſtens, citius diſſoluit cõſiſtentias aeris. Circa aſtra aũt fiunt quidem propter eaſdem cauſas:non ſignificant autem ſimiliter, quia paruas penitus indicant conſiſtentias,& nondum ſtabiles.

Caput Tertium.de Iridum generatione, coloribus,ſpeciebus,& Numero.

IRis autem,qđ quidem eſt refractio, dictũ eſt prius:qualis autẽ refractio, & q̃uo, & ꝑp quã cauſam ſingula fiunt accidentium circa ipſam, dicamus nunc.Refrangi igit̃ viſus ab oĩbus vñr lenibus:horum autem eſt aer,& aqua. Fit autẽ ab aere quidem,cum coierit. Propter uiſus aũt debilitatem ſæpe ẽt ſine inſpiſſatione facit refractionem qualis aliqñ accidit cuidam paſſio debiliter,& non acute videnti: ſemper.n.ſimulachrum videbat̃ ꝑcedere ambulantem ipſum ex oppoſito,reſpiciens ad ipſum. hoc aũt patiebat̃,quia viſus refrangebatur ad ipſum: ſic.n.debilis erat,& tenuis valde ob infirmitatem, vt & ſpeculum fieret propinquus aer,& nõ poſſit repellere,ſicut qui longè eſt, & ſpiſſus. Quapropter & promontoria ſurſum vulſa videntur

in

in mari, & maiores magnitudines oīum, cum Euri flant, & quæ in caliginib. ſunt, velut & Sol, & aſtra orientia, & occumbētia magis, q̄ in medio cœli exiſtentia. Ab aqua autem maximè refrangit, & ab incipiente fieri magis adhuc, q̄ ab aere: quamlibet.n. partium, ex quibus fit conſiſtentibus gutta, ſpeculum neceſſarium eſt eſſe magis caligine. Qm̄ autem & manifeſtum eſt, & dictum eſt prius, q in talibus ſpeculis color tm̄ apparet, figura autem immanifeſta eſt, neceſſarium, cum incipiat pluere, & iam quidem cogatur in guttas, qui in nubibus eſt, aer nondum autem pluit, ſi ex oppoſito fuerit Sol, aut aliud aliquid ſic fulgidum, ut fiat ſpeculum nubes, & refractio fiat ad fulgidum ex oppoſito, fieri imaginem coloris, nō figuræ, vnoquoque ſpeculorum exiſtente paruo, & inuiſibili. Ea autem, q̄ ex oībus ipſis eſt, continuitate magnitudinis viſa, neceſſe eſt continuā magnitudinem eiuſdem apparere coloris; vnumquodq;.n. ſpeculorum eundem reddit colorem ipſi cōtinuo. Quare, qm̄ hęc poſſibile eſt accidere. cum ſe habeat hoc modo Sol, & nubes, & nos ſimus in intermedio ipſorum, erit propter refractionem imago q̄dam. quinimo & vr̄ tunc, & non aliter ſeſe habentibus, facta Iris. Quòd igitur Iris ſit refractio viſus ad Solem, manifeſtum eſt. quapp & ex oppoſito ſemper fit, Area aūt circa ipſum. Et quidem ambæ refractio: ſed hæc quidem colorū uarietate differt: hæc n. ab aqua, & nigro fit refractio, & de longè: illa aūt de propè, & ab aere albiore ſm̄ naturam. Apparet aūt fulgidū per nigrum, aut in nigro: (differt.n. nihil) puniceum. Videre aūt licet viridiū lignorum ignē, q rubrā habeat flammā, ppt. q fumo multo mi-

ſtus

ſtus eſt ignis, fulgidus exiſtens, & albus. Et per caliginem, & fumũ Sol apparet puniceus. Q. a. pp. Iridis q̃dem refractio prima talem habere vr colorem. a guttis. n. paruis fit refractio: q̃ aũt ipſius Areæ eſt, non. De alijs aut coloribus. poſterius dicemus. Adhuc autem circa ipſum q̃dem Solem non fit mora conſiſtentiæ, ſed aut pluit, aut diſſoluit. ex cõtrarijs autem in intermedio gñationis aquæ fit quoddam tp̃s: q̃m, ſi fieret, eſſet vtiq; colorata Area, ſicut Iris nunc aũt tota quidem non fiunt talem habentia imaginem, neq; circulariter: parua autem, & ſm partem, q̃ vocantur Virgę. Q̃m, ſi conſiſteret talis caligo, qualis fieret vtiq; ab aqua, aut aliquo alio nigro, ſicut dicimus; appareret vtiq; Iris tota, ſicut q̃ circa lucernas: circa has. n. vt plurimũ, auſtralibus exiſtentibus, Iris fit hyeme. Maximè autẽ manifeſta fit humidos habentib. oculos: horũ . n. viſus cito propter debilitatem refrangit. Fit autem & ab humiditate aeris, & ab euaporatione, & à fuligine à flamma defluente, & miſta; tunc. n. fit ſpeculum & propter nigredinem: fumoſa. n ipſa fuligo. Lucernæ quoq; lumen non album, ſed purpureum apparet circulariter, & irinum, puniceum autem nõ: eſt. n. & viſus paucus, qui refrangitur, & nigrum ſpeculum. Quæ autem à remis, qui ſurſum feruntur, ex mari Iris, poſitione quidem eodem fit modo ei, quæ in cęlo, colore autem ſimilior eſt ei, quæ circa lucernas; non. n. puniceum, ſed purpureum habere colorem vr Refractio autem a paruiſſimis quidem, continuis autem fit guttis, hæ autem aqua ſegregata ſunt iam penitus. Fit autem & ſi quis tenuib. guttis in aliquem talem locum, qui poſitione ad Solem verius ſit, & hac q̃dem

Sol emineat, illac autem vmbra ſit: in tali.n.ſi quis intus irroret, ſtanti extra, qua permutantur radij, & faciunt vmbram, apparet Iris. motus autem, & coloratio ſimilis, & cauſa eadem eſt ei, quæ à remis: manu.n. pro remo utitur irrorans. Quòd autem color talis ſit ſimul, palam erit, & de aliorum colorum apparitione ex his. Oportet.n.intellexiſſe, ſicut dictum eſt, & ſuppoſuiſſe primò quidem, ꝙ fulgidum in nigro, aut per nigrum, colorem facit puniceum. Secũdò autem, ꝙ viſus, qui protenditur, debilior ſit, & minor. Tertiò, ꝙ nigrum velut negatio eſt; quia.n.deficit viſus, apparet nigrũ. quapp quæ longè oĩa nigriora apparent, ppea ꝙ non pertingit viſus. Conſiderentur igitur hæc ex ijs, quæ circa ſenſus accidunt: illorum.n.proprij de his ſunt ſermones. nunc autem quantum neceſſe eſt de ipſis dicamus. Apparẽt igitur propter hãc cauſam & quæ longè nigriora, & minora, & planiora, & quæ in ſpeculis, & nubes nigriores aſpicientibus in aquam, quàm in ipſas nubes. & hoc valde perſpicuè: propter refractionem enim pauco viſu aſpiciuntur. differt autem nihil, quod videtur permutari, aut viſum: vtroque enim modo erit idem. Adhæc autem oportet non latuiſſe & hoc: accidit enim cum fuerit nubes propè Solem, in ipſam quidem reſpicienti, nequaquam apparere coloratam, ſed eſſe albam. in aqua autem eandẽ hanc intuenti, colorem habere aliquem eorũ, qui Iridis. Palam igitur, ꝙ viſus, ſicut & nigrũ fractus propter debilitatem nigrius facit apparere, ſic & album minus album, & adducit ad nigrum. Qui igitur fortior in puniceũ colorem permutauit: contiguus autem in viridem; qui autem ad

huc

huc debilior in purpureum.ad plus autem non amplius apparet, ſed in tribus, ſicut & aliorum plurima, & horum ſe habet finis, aliorum autē inſenſibilis permutatio eſt. Quapp & Iris tricolor apparet, vtraque quidem, oppoſitè autē. Prima igitur exteriorem puniceam habet: à maxima.n.circunferentia plurimus incidit viſus ad Solem: maxima autem, quæ extra: contigua autem & tertia ꝓportionaliter. Quare ſi q̄ de colorum apparitione dicta ſunt bene, neceſſe eſt & tricolorē eſſe ipſam, & his coloribus colorari ſolis. Flauus autem apparet, ppea ꝙ ſecus ſeinuicem apparent; puniceum.n.iuxta viride albū apparet: Signum autem huius eſt. In nigerrima .n.nube maxime pura fit Iris. accidit aūt tunc puniceum videri magis flauum eſſe. Eſt aūt flauus in Irida, color inter puniceum, & uiridem colorem. propter nigredinem igitur eius, quæ in circuitu eſt, nubis, totum ipſius apparet, qđ puniceum eſt, album: eſt enim ad illa album. Et iterum marceſcente Iride propinquiſſimè, cum ſoluatur puniceum: nubes.n.alba exiſtens, decumbens ſecus uiride, permutatur in flauum. Maximum autem ſignum horum eſt, quæ fit à Luna, Iris: apparet.n.alba valde. fit autem hoc, qa in nube, obſcura exiſtente apparet & in nocte. Sicut igiт ignis ſuper ignem, nigrum iuxta nigrum facit debiliter album penitus apparere album hoc autem eſt puniceum. Fit autem hęc paſſio manifeſta & in floribus: in texturis em̄ & variegaturis valde differunt ſm apparitionem. alij ſecus alios poſiti colores, velut & purpurei in albis, aut in nigris lanis. adhuc autem in ſplēdore tali, aut tali. Quapropter & Variegatores florum aiunt ſe peccare, operantes ad lucernā

ſæpe & decipi accipientes alios pro alijs. Quare igitur tricolor, & ꝙ ex his apparet coloribꝰ ſolum Iris, dictum eſt. Dupla autē & obſcurior colorib. eſt illa, q̄ ambit, & poſitione colores ex oppoſito habet poſitos, propter eādem cauſam: cum.n.longius protenditur viſus, ſicut qđ longius videt, & qđ hic eodem modo. Debilior igiť à ſuperiori refractio fit, quia à remotiori fit refractio. quare minor incidens colores facit languidiores apparere; & econuerſo ēt, qa amplior à minori, & interiori circunferentia incidit ad Solem: propinquior.n.viſus exiſtens, refrangiť à circunferentia propinquiſſima primæ Iridi. propinquiſſima aūt in exteriori Iride minima circunferentia. quare hæc habebit colorem puniceum. contigua autem, & tertia ſm proportionem. Exterior Iris, in quo B, interior, in quo A. colores autem, in quo C Puniceus, in quo D Viridis, in quo E purpureus. Flauus autem apparet, in quo F. Tres autem non adhuc fiunt, neq; plures Irides; quia & ſecunda fit obſcurior, vt & tertia refractio valde debilis fiat, & impotēs ſit peruenire ad Solem.

Caput Quartum. Iridis figuram, vel ſemicircularem, vel ſemicirculo minorē eſſe: Et quibus ipſa magis, minusq; appareat anni temporibus. Et hæc omnia per perſpectiuas demonſtrationes.

QVód aūt neq; circulum poſſibile ſit fieri Iridis, neq; maiorē ſemicirculo portionē, & de alijs accidentib circa ipſam, ex deſcriptione erit conſiderantib. manifeſtum; Hemiſphærio.n.exiſtente ſuper horizontem circulum in quo A, centro autem K, alio aūt quodā Oriente ſigno, in quo G, ſi quæ a K lineæ, ſm co

num

num excidentes faciant, velut axem, lineam, in qua G K, & à K ad M copulatæ: refrangantur ab hemiſphærio ad G ſuper maiorem angulum, ad circuli circunferentiam incident lineæ, quę à K. Et ſi qdem in ortu, aut in occaſu aſtri refractio fiat, ſemicirculus aſſumet ci. culi ab Horizonte ſuper terrā factus. ſi autem ſupra, minor ſemper ſemicirculo. minimus aut, cum in meridie fuerit aſtrum. Sit.n. in Oriente primum ubi G, & refracta ſit K M ad G, & planum ei ctum ſit, in quo A, qđ à triangulo, in quo G K M. Circulus igiē ſectio erit ſphæræ: q maximus ſit, in quo A: differet.n. nihil, ſi quodcunq; eorum, q̄ ſuper G K, ſm triangulum K M G. eiectū fuerit planum. Lineæ igiē ab ijs, quę G K, ductę in hac rōne, non conſtituent ad aliud, & aliud punctū, q̄ ſemicirculi, in quo A. Qm enim puncta G K data ſunt, & quæ K M data vtique erit, & quæ M G. quare & ratio eius, quæ M G, ad M K, Datam igitur circunferentiam tanget M. ſit itaque hac, in qua N M. quare ſectio circunferentiarum data eſt. apud aliud autem punctum, quàm ipſius M N circunferentiæ, ab eiſdē punctis eadem ratio in eodem plano non conſiſtit. Extraponatur igitur quædam linea, quæ D B, & ſcindatur vt M G ad M K, ſic quæ D ad B. maior autem, quæ M G, ea, quæ M K: quoniam ſuper maiorem angulum refractio coni: ſub maiori .n. angulo ſubtenditur trianguli M K G. maior igitur eſt & ipſa D ipſa B. Adducatur igiē ad eā, quæ B, in qua F, vt ſit quod D ad B, quæ B F ad D. deinde quod F ad K G, quæ B, ad aliam fiat, quæ K P: & à P ad M copuletur quæ P M, erit igitur P polus circuli, ad quem lineæ, quæ à K incidunt: erit.n. quod quæ F ad K G, & quæ B

ad K P, & quæ D ad P M. Nō.n.ſit, ſed aut ad minorem, aut ad maiorem ea, quę P M: nihil.n.differet: ſit.n.ad P R. eandem ergo rōnem G K, & K P, & P R adinuicem habebunt, q̄ quæ F, B, D. quæ autem F, B, D proportionales erant: quod quidem D ad B, quæ F B ad D: quare quod quæ P G ad P R, quæ P R ad eam, quæ P K. Si igit ab ijs, quæ K G, quæ G R, & K R ad R coniungant, coniunctæ hæ eandem habebunt rōnem, quam quæ G P, ad eam quæ P R: circa eundem.n.angulum P proportionaliter, & q̄ trianguli G P R, & eius, qui K R P. quare & quæ G R ad eam, q̄ K R eandem rōnem habebit, quam & q̄ G P ad eam, quæ P R. habet aūt & quæ M G ad M K eā rōnem, quam q̄ D ad eam, q̄ B. quare ambæ à punctis G K non ſolùm ad circunferentiā M N conſtituent, eandem habentes rōnem, ſed & alibi. qđ quidem impoſſibile. Qm̄ igitur quæ D, neq; ad minorem ea, q̄ P M, neq; ad maiorem: (ſimiliter.n. demonſtrabimus) palam eſt, ꝙ ad ipſam vtiq; erit, in qua P M. quare erit, qđ quæ M P ad P K, quæ P G ad M P. Si igitur eo, in quo P, Polo vtens, diſtantia autem ea, in qua P M, circulus deſcribatur, oēs angulos attinget, quos refractæ faciunt, q̄ à K G. Si autem, nō ſimiliter oſtendentur eandem habere rōnem, q̄ alibi, q̄ in ſemicirculo conſtituuntur. quod quidē erat impoſſibile. Si igit circunducas ſemicirculum, in quo A, circa diametrum, in qua G K P, quę à G K reſtractæ ad id, in quo M, in oībus planis ſimiliter ſe habebunt, & ęqualē facient angulum: qui K M G. & quem ēt facient angulum, q̄ K P, & P M, ſuper eā, quæ G P, ſemper ęqualis erit. Trianguli igitur ſuper eam, quæ G P, ęquales ei, qui G M P, conſiſtunt. horum autem perpendiculares

culares ad idem ſignum cadẽt eius, quæ G P, & ęquales erunt.cadunt ad O Centrum: ergo circuli O: ſemicirculus autem,qui circa M N abſe ctus eſt ab horizonte. Iterum ſit Horizon qdẽ, in quo A C.oriaẽ autem ſupra hunc,G. axis aũt ſit nunc,in quo G P. Alia igitur oĩa ſimilite r oſtendent̃,vt & prius.Polus aũt circuli,in quo P, erit ſub horizonte,eo,in quo A C, eleuato puncto,in quo G.In eadẽ autẽ & polus, & centrum circuli, & terminantis nunc ortum : eſt.n.iſte, in quo G P. Qm̃ autem ſupra diametrum, quæ A C,quod K G, centrum vtiq; erit ſub horizon te priori eius, in quo A C, in linea K P, in quo O.Quare minor erit ſuperior ſectio ſemicirculo,in qua S T(nam Q S T ſemicirculus erat.nũc autem interſectus eſt ab A C horizonte, itaque Q S diſparens erit) eleuato ipſo Sole. Minima aũt,cum in meridie:quanto.n. ſuperius G, tãto inferius & polus,& centrum circuli erit. Quòd autem in minoribus quidem diebus ijs, q poſt æquinoctium autumnale;contingit ſemper fieri Iridem,in longioribus autem diebus,ijs, qui ab ęquinoctio altero ad ęquinoctium alterum, circa meridiem non fit Iris, cauſa eſt,quia quæ ad Vrſam ſectiones omnes maiores ſunt ſemicirculo, & ſemper ad maiores:quod autem eſt immanifeſtum,paruum quæ autem ad meridiẽ ſectionis æquinoctialis, quæ quidem ſurſum ſectio, parua : quæ autem ſub terra magna : & ſemper in maiores, quæ longius.Quare in ij ,q̃ ad æſtiuas verſiones diebus,propter magnitudinem ſectionis,antequam ad medium veniat, ſectionis,& ad meridianum G, infra iam penitus fit T : propterea quòd longè diſtat à terra meridies propter magnitudinem ſectionis. In ijs

autem diebus, qui ad hyemales uerſiones, quia non multum ſuper terram ſunt ſectiones circulorum cõtrarium neceſſarium fieri: modicum enim eleuato, in quo G, in meridie fit Sol.

Caput Quintum. De Parelio, & Virgis.

EAſdem autem dictis cauſas exiſtimandũ & de Parelio, & Virgis; Fit.n. Parelius quidem refracto uiſu ad Solem. Virgæ autem, propterea ꝙ incidit talis exiſtẽs viſus, qualẽ diximus ſemper fieri, cum prope Solem exiſtentib. nubibus, ab aliquo refrangit humidorum ad nubem; Videntur.n. ipſæ quidem incoloratæ nubes ſm rectum aſpectum intuentibus: in aqua aũt Virgis plena nubes. veruntñ tunc quidem in aqua vr̃ color nubis eſſe: in virgis autẽ intra ipſam nubem. Fit autem hoc, cum inæqualis fuerit nubis cõſiſtentia, & hac quidem ſpiſſa, hac autem rara, & hac quidem magis aquoſa, hac autẽ minus: refracto.n. viſu ad Solem figura qdem non vr̃. Color autem, quia in inæquali apparet fulgidus, & albus Sol, ad quem refractus eſt viſus, hic quidem puniceus vr̃, hic autem viridis, aut flauus: differt.n. nihil per talia videre, aut à talibus refractum: vtroq;.n modo apparet colore ſimile. quare, ſi & illo modo puniceum, & iſto, Virgæ igitur fiunt propter inæqualitatem ſpeculi, non figura, ſed colore: Parelius autem, cum q̃ maximè æqualis fuerit aer, & ſpiſſus ſimiliter. quapp apparet albus: æqualitas.n. ſpeculi facit vnum imaginis colorem. refractio autem ſimul totius viſus, ppea ꝙ ſimul incidit ad Solem à ſpiſſa exiſtente caligine, & nondum quidem exiſtente aqua, propè autem aquam, colorem, qui in Sole ineſt, apparere facit, ſicut facto ab

ære polito ꝑ ſpiſſitudinem. quare, qm̄ color Solis albus eſt, & Parelius apparet albus. Propter hoc idem autem magis aquæ ſignum eſt Parelius, q̄ Virgæ: magis.n. ſignificat aerem efficaciter ſe hăbere ad gn̄ationem aquæ. Auſtralis autem Boreali magis: quia magis Auſtralis aer in aquam permutatur, q̄ qui ad Viſam. Fiūt autem, ſicut diximus, & circa Occaſus, & circa Ortus, & neq; deſuper, neque deſubter, ſed ex laterib. & Virgæ, & Parelij; & neq; propè Solem valde, neq; longe penitus. Propè.n. exiſtentem Sol diſſoluet contiſtentiam: longè. autem exiſtē te viſus non refrangetur: à paruo.n. ſpeculo logè protenſus debilis fit. quapropter & Areæ nō fiunt ex oppoſito Solis. Surſum igitur ſi fiat, & propè, diſſoluet Sol. ſi autem longè, minor viſus exiſtens, q̄ vt faciat refractionem, non incidet. In latere autem ſub Sole eſt tantum diſtare ſpeculū, vt neq; Sol diſſoluat, viſuſq; totus ſimul veniat; quia ad terram, cum fertur, non pertingit, tanq̄ quod per immenſum ferat̄. Sub Sole autem nō fit, propterea ꝙ propè terrā diſſolūit vtiq; à Sole. ſurſum aūt in medio cœli viſus diſpergitur. Et omnino, neq; ex latere in medio cœli fit; viſus. n. non ad terram fertur. quare paucus pertingit ad ſpeculum, & refractus fit omnino debilis. Quæcunq; igitur opera accidit exhibere ſegregationem in locis ijs, quæ ſuper terram, tanta ferè ſunt, & talia.

Summa Tertia. De his, quæ in terræ partibus incluſa generantur.

QVæcunq; autem in ipſa terra, incluſa terræ partib. operatur, dicendū; Facit.n. duas diias corporum, ꝓpterea ꝙ duplex natura eſt,

& hæc, queadmodum & in ſublimi: Duæ enim ſunt exhalationes, illa quidem vaporoſa, hęc autem fumoſa, vt diximus: duæ autem & ſpecies eorum, quæ in terra fiunt; nam hæc quidem foſſibilia, illa autem metallica. Sicca igitur exhalatio igniens facit foſſibilia oīa, vt lapidum genera ineliquabilia, & Sandaracham, & Ochram, & Minium, & Sulfur, & alia talia. Plurima autē foſſibilium ſunt, hæc quidem puluis coloratus, illa autem lapis ex tali conſiſtentia factus, velut Cinnabari. Exhalationis autem vaporoſæ, quæcunq; metallica ſunt, & ſunt aut fuſilia, aut ductilia, ut ferrum, aurum, ęs. Facit autem hęc oīa exhalatio uaporoſa, cum includitur, & maxime in lapidibus propter ſiccitatem in unum coarctatur, & concreſcit, velut ros, aut pruina, cum excreta fuerit. hìc autem, antequàm excreta fuerit, generantur hæc. Quapropter hæc ſunt quidem vt aqua, ſunt autem vt non; potentia enim materia aquæ erat, eſt autem nō amplius. Neque ex aqua facta propter quandam paſſionem, ſicut humores: neq; enim ſic fit, hoc quidem æs, illud autem aurum: ſed antequā fiant, concreta exhalatione, ſingula horum ſunt. Qua ptópter & igniuntur omnia, & terram habent: ſiccam enim habent exhalationem. Aurum autem ſolum non ignitur. Communiter igitur dictum eſt de omnibus his, ſigillatim autem conſiderandum intendentibus circa vnumquodque genus.

A R I-

ARISTOTELIS METEOROLOGICORVM

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima agit de operationibus Actiuarum qualitatum.

In Secunda de Speciebus à paſſiuis qualitatibus prodeuntibus.

In Tertia de Paſſionibus, ac differentijs ſimilarium corporum, à paſſiuis qualitatibus prodeuntibus.

In Quarta de cognitione Temperaturarum corporũ ſimilarium.

Summa Primæ Caput Primum. Qualitatum primarum quæ actiuæ, quæ paſſiuæ dicantur.

QVoniam autem quatuor determinatæ ſunt cauſæ elementorum, harum autem ſm̃ coniugationes, & elemẽta quatuor accidit eſſe: quarum duę q̃dem actiuæ caliditas, & frigiditas, duę autẽ paſſiuæ ſiccitas, & humiditas. Fides autem horum ex inductione: Vident.n. in oĩbus caliditas quidem, & frigiditas terminantes, & copulantes, & tranſmutantes & ea, quæ ciui-

eiuſdem generis,& ea,q̃ non eiuſdem generis, & humectantes, & exiccantes,& indurãtes, & mollificantes. Sicca autem,& humida termina ta,& alias dictas paſſiones patientia, & ipſa ſm ſe, & quæcunque communia ex ambobus corpora cõſtãt. Adhuc autem ex rationibus palam eſt, quibus definimus naturas ipſorum. Calidũ enim & Frigidum, vt actiua dicimus: concretiuũ enim ſicut actiuum aliquid eſt. Humidum autem,& Siccum paſſiua: Facile terminabile.n. & difficile terminabile,eo quod patitur aliquid natura ipſorum, dicitur. Quòd igitur hæc quidem actiua ſunt, hæc aũt paſſiua,manifeſtũ eſt.

Caput Secundum. Quid Generatio ſimplex,& Corruptio. Et de Putrefactione multa.

DEterminatis autem his, ſumendum vtique erit operationes ipſorum, quib. operantur actiua, & paſſiuorũ ſpecies. Primò igĩ vniuerſaliter ſimplex gñatio, & naturalis tranſmutatio harum virtutum eſt opus,& oppoſita corruptio ſm naturam. Hæ igĩ plantis inſunt,& animalibus, & partib. ipſorum. Eſt autẽ ſimplex,& naturalis gñatio trãſmutatio ab his virtutibus, cũ habeant rõnem ex ſubiecta materia vnicuique naturæ. hæ aũt ſunt dictæ virtutes paſſiuæ. Generant aũt calidum, & frigidum,dominantia materiæ: cùm autẽ nõ dominant ſm partem quidẽ inquinatio,& inconcoctio fit. Simplici aũt gñationi cõtrarium maximè cõmune, putrefactio: oĩs enim ſm naturam corruptio,ad hoc via eſt. vt ſenectus, & ariditas: finis.n. omnium horũ marcedo: niſi aliquid violentia corruptum fuerit natura conſtantium; eſt enim & carnem, & os,& quodcunq; combuſſiſſe,quorum finis ſe-

cundum

cundum naturam corruptionis putrefactio eſt. Quapp humida primo, deinde ſicca tandē fiunt putreſcentia: Ex his.n.facta ſunt, & terminatū fuit humido ſiccum, operantibus actiuis. Fit autem corruptio, cum id, qđ terminat, dominetur ipſum terminans pp cōtinens: quinimo ꝓpriè dr̄ putrefactio in ijs, quæ ſm partes corrumpuntur, cum ſeparata fuerint a natura. Quapp & putreſcunt oīa alia, excepto igne, etem terra, & aqua, & aer putreſcunt; īa.n. hęc ſunt materia igni. Putrefactio autem eſt corruptio eius, quæ in vnoquoq; humido ꝓpriè, & ſm naturam caliditatis, ab aliena caliditate hæc autem eſt, quę ambientis. Quare, qm̄ ſm indigentiam patitur calidi, qua autem indigens tali virtute frigidū oē, ambæ vtiq cauſæ erunt, & putrefactio cōis paſſio, & frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ: Propter hoc enim & ſicciora fiunt, quæ putreſcunt omnia, & tandem terra, & fimus. Exeunte enim proprio calido, coeuaporat quod ſm naturam humidum, & inducens humiditatem non eſt amplius: inducit enim trahens propria caliditas. Et in frigoribus autem minus putreſcunt, q̄ in æſtu. In hyeme enim paucum eſt in ambiente aere, & aqua calidum. quare nihil pōt. In æſtate autem amplius. Et neq; qđ cōgelatum: magis.n.frigidum, q̄ aer calidus. nō igit̄ vincit: mouens autem dominat̄. Neq; feruens, aut calidum. Minor enim, quę in aere caliditas, ea, quæ in re. quare non dominat̄, neque facit tranſmutationem vllam. Similiter autem, & qđ mouetur, & fluit, minus putreſcit, q̄ quod non mouet̄; debilior enim fit motus, qui ab ea, quæ in aere, caliditate, q̄ qui in re præexiſtit. quare nihil facit permutari. Eadem autē cā, & quare

mul-

multum minus, q̃ paucum putreſcat;in maiori enim amplior eſt ignis proprius,& frigidum, q̃ ut dominentur, quæ in circunſtante, virtutes. Quapp & mare, ſecundùm partem quidem diuiſum citò putreſcit, totum autem non. Et aliæ aquæ eodẽ modo. Et animalia fiunt in ijs, q̃ putreſcunt, propterea q̃, quæ ſegregat, caliditas, naturalis exiſtens conſiſtere facit ſegregata.

Caput Tertium. De Concoctione, & inconcoctione.

QVid igit̃ eſt gñatio, & quid corruptio, dictũ eſt. Reliquum eſt autem dicere contiguas ſpecies, quaſcunq; dictæ virtutes operantur ex ſubiectis natura conſtantibus iam. Eſt itaq; calidi quidem concoctio. concoctionis autem maturatio, elixatio, aſſatio. Frigiditatis aũt inconcoctio. huius autem cruditas, inquinatio, toſtio. Oportet autem exiſtimare nõ propriè hęc dici nomina: rebus.n. non poſita ſunt vniuerſaliter ſimilibus. quare nõ has. ſed tales oportet putare eſſe dictas ſpecies. Dicamus autẽ ipſarum vnaquæq; quid eſt. Concoctio igitur eſt perfectio à naturali, & proprio calido, ex oppoſitis paſſiuis, hæc autẽ ſunt propria vnicuiq; materia. Cùm enim concoctum fuerit, & perfectum eſt, & factum. & principiũ perfectionis à caliditate propria accidit. Quanuis per aliquod exteriorem auxilium perfectum ſit, vt alimentum ſimul cõ coquit̃ & per balnea, & per alia talia. Sed principium, quæ in ipſo eſt, caliditas. Finis autem his quidem natura eſt. natura autem, quam dicimus vt formam, & ſubſtantiam. His autem in ſubiectam quandam formam finis eſt concoctionis, cùm tale fiat, & tantum humidum, aut aſſetur, aut elixetur, aut putrefiat; aut alio quo-

dam modo calefiat: tunc.n.vtile eſt, & cōcoctũ eſſe dicimus. ſicut muſtum, & quæ in tuberculis conſtant, cùm factum fuerit pus, & lacryma, cũ facta fuerit ſordes. ſimiliter aũt & alia. Accidit aũt oībus hoc pati, cùm uicta fuerit materia, & humiditas: hæc.n.eſt, q̃ terminatur ab ea, quæ in natura, caliditate: quandiu.n. inſit in ipſa ratio, natura hoc ē. Quapp & ſanitatis ſigna, quæ talia, & vrinæ & egeſtiones, & oīno ſuperfluitates, & dicuntur concocta eſſe, quia indicent caliditatem propriam dominari humido. Neceſſe autem eſt, quæ concoquuntur, craſſiora, & calidiora eſſe; calidũ.n. efficit tale melioris molis, & craſſius, & ſiccius: cōcoctio igiť hoc eſt. Incōcoctio aũt imperfectio eſt pp indigētiã ꝓpriæ caliditatis. indigētia aũt caliditatis frigiditas ē. ĩperfectio aũt eſt oppoſitorũ paſſiuorũ, q̃ q dem eſt vnicuiq; natura materia. cōcoctio igitur, & inconcoctio determinatę ſint hoc modo.

Caput Quartum. De Speciebus concoctionis, & inconcoctionis. Maturatione ſcilicet, & Cruditate, Elixatione, & Inquinatione, Aſſatione, atque Toſtione.

MAturatio autem eſt concoctio quædam; cōcoctio.n. alimēti in his, quæ circa fructũ, Maturatio dicitur Qm̃ autem concoctio perfectio quædam eſt: tũc maturatio perfecta, eſt qñ ſemina, quæ in eo, qđ circa fructum, poſſunt efficere tale alterũ, quale ipſum: etem̃ in alijs perfectum ſic dicimus. eius igiť, qđ circa fructũ, hæc maturatio. Dicuntur autem & concoctorũ alia multa, matura ſm̃ eandem quidem formã: tranſlatione autem, propterea ꝙ non ſunt poſita, ſicut dictum eſt prius, nomina ſecundùm

vnam-

vnamquanq; perfectionem circa ea, quę terminantur à naturali caliditate & frigiditate. Eſt autem tuberculorum & pituitæ, & talium maturatio à naturali calido inexiſtentis humidi cõcoctio: impoſſibile. n. eſt terminare non dominans. Ex ſpiritnoſis igitur aquoſa, ex talib. autẽ terreſtria cõſiſtunt, & ex tenuibus ſemper craſſiora fiunt, q̃ maturant, oĩa. Et hæc quidem in ipſam naturã ducit ſm hoc, hæc autem eijcit. maturatio igitur dictum eſt quid eſt. Cruditas autem eſt contrarium Contrarium autem mutationi inconcoctio alimenti in eo, quod circa fructum, hoc autem eſt interminata humiditas. quapp aut ſpiritnoſa, aut aquoſa, aut eorũ, q̃ ſunt ex ambobus, eſt cruditas. Qm̃ autem maturatio perfectio q̃dam eſt, cruditas imperfectio erit. Fit autem imperfectio propter indigentiã naturalis calidi & incommenſuratione ad humidum, quod maturatur. Nullum aũt humidũ ipſum ſm ſe maturatur ſine ſicco: Aqua. n. non incraſſatur, ſola humidorum. accidit autem, aut eò ꝙ calidum ſit paucum, aut quia qđ terminatur humidum multum. Quapropter & tenues humores eorum, q̃ cruda ſunt, & frigidi magis q̃ calidi, & ineſibiles, & impotabiles. Dr̃ autem & cruditas, ſicut & maturatio multis modis. Vnde & vrinæ, & egeſtiones, & deſtillationes crudæ dicunt̃ pp eandem cãm: eo. n. ꝙ non victa ſunt à caliditate, neq; conſiſtunt, cruda oĩa appellãt̃. Longè autem procedentibus, & fictile crudum, & lac crudum, & alia multa dicuntur, ſi, cum poſſint tranſmutari, & cõſiſtere a caliditate, non paſſa ſint. Quapp aqua elixata dr̃, cruda autem non, quia non incraſſat̃. Maturatio igitur, & cruditas dictum eſt quid, & pp

quid

quid vtrumq; ipſorum. Elixatio autem eſt ſm totum quidem concoctio à caliditate humida inexiſtentis interminati in humido. Dr̃ autem nomen propriè ſolum in his, quæ elixitur. Hoc autem vtiq; erit, ſicut dictum eſt, ſpirituoſum, aut aquoſum Concoctio autem fit ab eo, qui in humido, igne. Quæ.n. in ſartaginibus aſſantur: ab extrinſeco.n. calido patiuntur: in quo autẽ eſt humido, facit illud magis ſiccum, in ſeipsũ reaſſumens. Quod autem elixatur, contrarium facit: excernitur.n.ex ipſo humidum à caliditate, quæ eſt in extrinſeco humido. Quapropter elixata ſicciora ſunt, q̃ aſſa: non.n.attrahunt in ſeipſa humidum, quæ elixantur: dominantur .n.extrinſeca caliditas ei, q̃ intus eſt. Si aũt vinceret quæ intus, traheret vtiq; in ſeipſam. Eſt autem non oẽ corpus elixabile: neq;.n.in quo nullum eſt humidum, velut in lapidib. neq; in quibus ineſt quidem, ſed non põt uinci ob ſpiſſitudinem, vt in lignis: ſed, quæcunq; corporũ habẽnt humiditatem paſſibilem ab ea, quæ eſt in humido, ignitione. Dr̃ autem & aurum elixari, & lignum, & alia multa ſm formam quidem eandem, ſed tranſlatione: non.n.paria poſita ſunt noĩa dr̃ijs. Et humida quoq; elixari dicimus, velut lac, & muſtum, cum qui in humido ſapor in formam aliquam tranſmutetur ab eo, qui in circuitu, & extrinſeco igne calefaciente. quare modo quodam ſimile dictæ elixationi facit Finis autem non idem omnibus, neq; his, q̃ elixantur, neq; his, q̃ concoquunt: ſed his quidem ad eſum, his autem ad ſorbitionem, illis vero ad alium vſum. qm̃ & medicamenta elixare dicimus. Quare quæcunq; craſſiora poſſunt fieri, aut minora, & grauiora, aut hæc q̃dem ipſorum

ſorum talia, hæc autem cõtraria ppea ꝙ diſgregata hæc quidem incraſſantur, illa autem attenuãtur, ſicut lac in ſerum, & coagulum, oĩa elixabilia ſunt. oleum autem non elixatur ipſum ſm ſeipſum, quia horum nullum patit. Secundum elixationẽ igitur dicta concoctio, hoc eſt. & nihil differt, in inſtrumẽtis artificialibus, aut naturalibus ſi fiat: pp eãdem enim cauſam oĩa erunt. Inquinatio autem inconcoctio quidem, contraria autem elixationi. Erit autem cõtraria primæ dicta, inconcoctio eius, qđ in corpore, interminati. pp defectum caliditatis, q̃ in humido, qđ circum. Defectus autẽ cum frigiditate, ꝙ ſit, dictum eſt. fit autem pp motum alium: expellitur enim concoquens. Et defectus autem aut propter multitudinem frigiditatis in humido, aut pp multitudinem, quæ in eo, qđ elixat: tunc .n. accidit eam, quæ in humido, caliditatẽ ampliorem quidem eſſe, q̃ vt non moueat: minorem autem q̃, vt æquet, & ſimul concoquat. Quapp duriora quidem inquinata fiunt elixatis, humida autem diſterminata ſunt magis. Elixatio igitur, & inquinatio, dictum eſt & quid eſt, & pp quid eſt. Aſſatio autem eſt concoctio à caliditate ſicca, & aliena. Propter hoc, & ſi qs elixans faciat tranſmutari, & concoqui non ab humidi caliditate, ſed ab ea, quæ ignis, cùm cõpletum fuerit, aſſum fit, & non elixatum: & exceſſu aduſtum eſſe dr. A ſicca autem caliditate fit, cum ſiccius fit cõ pletum. quapp & exteriora ſicciora interioribus: elixata autẽ contrariũ. Et opus eſt in manufactis magis aſſaſſe, q̃ elixaſſe. Difficile .n. exteriora, & interiora æqualiter calefacere: ſemper .n. propinquiora igni exiccãtur citius: quare & magis. coeuntibus igit̃ exterioribus

rioribus meatib. non pot excerni intus exiſtens humidũ, ſed includit, cũ meatus clauſi fuerint. Aſſatio igit, & elixatio fiunt qdem arte: ſunt autẽ, ſicut dicimus, ſpecies vniuerſaliter eædẽ, & natura. ſimiles. n. quæ fiunt paſſiones, ſed innominatę. imitatur. n. ars naturam. qm̃ & alimenti in corpore cõcoctio ſimilis elixationi eſt; etenim in humido, & calido à caliditate corporis fit. Et in concoctiones quædã ſimiles inquinationi. Et aĩal nõ fit in ipſa cõcoctione, ſicut quidã aiunt, ſed in excretione, q̃ putreſit in inferiori aluo, deinde aſcẽdit ſurſum: concoquit. n. in ſuperiori uẽtre, putreſcit aũt in inferiori excretũ. pp quã autem cauſam, dictum eſt in alijs. Inquinatio igit elixationi contrarium. Ei aũt, quę ut aſſationi dictæ cõ coctioni, eſt qdem aliquid oppoſitorũ ſimiliter, minus autẽ noĩatum. Erit autẽ utiq;, ſi fiat Toſtio, ſed nõ Aſſatio pp defectũ caliditatis: q̃ accidet utiq; aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ, quæ in eo eſt, quod aſſatur. tunc. n. amplior quidem eſt, q̃ ut non moueat: minor autem, q̃ ut concoquat. Quid igitur eſt concoctio, & inconcoctio, & maturatio, & cruditas, & elixatio, & aſſatio, & contraria his, dictũ eſt.

Summa Secunda. De ſpeciebus à paßiuis qualitatibus prodeuntibus.

Caput Primum de Siccitate, ac Humiditate, paßiuis corporum principijs, Duritieq;, & Mollitie.

PAſſiuorum autem humidi, & ſicci dicendũ ſpecies. Sunt autẽ principia quidem corporum paſſiua, humidum, & ſiccũ, alia autem miſta quidẽ ex his. ex quocunq; autẽ magis, huius magis ſecundũm naturam ſunt, ut hęc quidem

ſicci magis, hæc autem humidi. omnia autem hęc, hæc quidem actu erunt, hęc autem in oppoſito. habet autem ſic liquatio ad liquabile. Quoniam autem humidum quidem bene terminabile, ſiccum autem difficile terminabile, ſimile aliquid obſonio, & condimentis adinuicem patiuntur: humidum enim ſicco cauſa eſt, vt terminetur, & vtrunque vtrique velut gluten fit. ſicut & Empedocles fecit in Phyſicis, farinā aqua conglutinans. & propter hoc ex ambobus eſt terminatum corpus. Dicuntur autem elemētorum propriiſſime, ſiccum quidem terræ, humidum autem aquæ. Propter hoc omnia terminata corpora hic non ſine terra, & aqua. cuiuſcunque autem plus, ſecundum potentiam huius vnumquodque videtur. Et in terra & in aqua animalia ſolum ſunt, in aere autem, & in igne non ſunt, quia corporum materia hæc. Corporalium autem paſſionum has primas neceſſe inexiſtere terminato, duritiem, aut mollitiem: neceſſe.n. qđ ex humido, & ſicco aut durum eſſe, aut molle. Eſt autem Durum quidem, quod non cedit in ſeipſum ſm ſuperficiē: Molle autem, quod cedit, non circumobſiſtendo; aqua.n. non mollis; non.n cedit compreſſione ſuperficies in profundum, ſed circumobſiſtit. Simpliciter igitur durum, aut molle, quod ſimpliciter tale, ad alterum autem, quod ad illud eſt tale. Adinuicem igitur indeterminata ſunt per magis, & minus. Quoniam autē ad ſenſum omnia iudicamus ſenſibilia, palam quòd & durum, & molle, & ſimpliciter ad tactum determinauimus, tanquam medietate vtentes tactu: quapropter excedens quidem ipſum, durum, deficiens autem molle eſſe dicimus.

Caput

Caput Secundum. Cauſarum Concretionis, & Liquefactionis conſideratio.

NEceſſe aũt durum, aut molle eſſe terminatum corpus proprio termino, aut. n. cedere, aut non. adhuc concretum eſſe; hoc. n defini tur. Quare, q̃m oẽ quidem terminatum, & conſiſtens aut molle, aut durum: hæc aũt cõcretione ſunt: oĩa utique erunt corpora, & compoſita, & terminata non ſine concretione. De concretione igitur dicendum. Sunt itaque cauſæ; quæ circa materiam duę, agens, & paſſio. agens quidem, vt vnde motus: paſſio autẽ, vt forma. quare & concretionis, & diffuſionis, & exiccationis, & humectationis. Agit autem agẽs duabus virtutibus, & patitur patiens paſſionib. duabus, ſicut dictum eſt. agit quidem calido, & frigido: paſſio autem aut præſentia, aut abſentia calidi, aut frigidi. Q̃m autem concreſcere exiccari aliquo mõ eſt, de hoc dicamus primò. Patiens itaque aut humidum, aut ſiccum, aut ex his. Ponimus autem humidi corpus aquã: ſicci autem terram: hæc em̃ humidorum, & ſiccorũ paſſiua. quapp & frigidum, paſſiuorum magis. in his em̃ eſt: etenim terra, & aqua frigida ſupponuntur. Actiuum autem frigidum, ut corruptiuum. aut ſ̃m accidẽs, ſicut dictum eſt prius, aliq̃n enim & urere dr̃, & calefacere frigidum, non vt calidum, ſed quia cõgregat, aut quia circumobſiſtit calidum. Exiccantur autem quæcũque ſunt aqua, & aquæ ſpecies, aut habẽt aquã ſiue ſuperinductam, ſiue connatam. Dico autẽ ſuperinductam quidem, velut in lana: cõnatam autem, velut in lacte. Aquæ autem ſpecies talia, vinum, vrina, ſerum, & oĩno quæcũque nul-

lam, aut paruã habent ſubſidentiam. Non propter viſcoſitatem. quibuſdã.n. cauſa non ſubſiſtēdi aliquid viſcoſitas, ſicut oleo, aut pici. Exiccantur aũt oĩa, aut calefacta, aut frigefacta. ambo autem calido, & ab interiori caliditate, aut exteriori: Etenim quæ infrigidatione exiccantur, ſicut veſtimentum, ſi fuerit ſeparatũ ipſum ſecundum ſeipſum humidum, ab interiori calido coeuaporare faciēte humidum exiccatur; ſi paucum fuerit humidum, exeunte caliditate à circunſtante frigido Exiccantur igitur, ſicut dictum eſt, omnia, aut calefacta, aut frigefacta. & omnia calido, aut interiori, aut exteriori, coeuaporare faciēte humidum. dico autem extra quidem, ſicut quæ elixātur; intra autem, quando ablato humido à caliditate, quam habet, cōſumptum fuerit expirante. De exiccatione igitur dictum eſt. Humectari autem eſt vnum quidem aquam fieri conſiſtentem, vnum autem liquefieri concretum. Horum autem in aquam cogitur frigefactus ſpiritus. De liquefactione autem ſimul, & concretione erit manifeſtum.

Caput Tertium. De Concretione, Liquefactione, & Incraſſatione: Et de his, quæ hæc vel patiuntur, uel non patiuntur, & quomodo.

CONcreſcunt autē, quæcunq; concreſcunt aut aquæ exiſtentia, aut terræ, & aquæ. Et hæc aut frigido; aut calido ſicco. quapropter & ſoluuntur cōtrarijs, quæcunq; ſoluuntur cōcretorũ à calido, aut à frigido; quæ enim à ſicco calido concreuerunt, ab aqua ſoluuntur, quæ eſt humida: q̃ uerò à frigido cōcreuerunt, ab igne ſoluuntur, qui eſt calidus. Concreſcere autem quædam vtiq; putabuntur ab aqua, ut mel elixatum,

xatum, concreſcunt autẽ non ab aqua, ſed ab eo, ꝙ in ipſa eſt, frigido. Quæcunq; igitur ſunt aquæ, non concreſcunt ab igne; ſoluuntur.n. ab igne. idẽ autẽ eidem ſm idem non eſt cauſa contrarij. Amplius, dũ aſcedit calidum, concreſcunt: quare palam, ꝙ dum ingreditur ſoluentur: quare, faciente frigido, concreſcunt. Quapp & non incraſſantur talia concreta; Incraſſatio.n.humido quidem abeunte fit, ſicco autem conſiſtente. Aqua aũt humidorum non incraſſatur ſola. Quæcunq; autem cõmunia terræ, & aquæ, & ab igne cõcreſcunt, & à frigido.incraſſantur aũt ab ambobus, eſt quidẽ, ut eodem modo, eſt autẽ, ut aliter. à calido qdem humidum educẽte: euaporante.n. humido, incraſſatur ſiccũ, & conſiſtit. à frigido autem, calidũ exprimẽte, cum quo humidũ ſimul recedit coeuaporante. Quæcunq; igiť mollia, ſed non humida, non incraſſantur; ſed concreſcunt, exeũte humido, velut aſſatũ fictile. Quæcunq; autem miſtorum humida ſunt, & incraſſantur, uelut lac. Multa aũt & humectantur primo, quæcunq; aut craſſa, aut dura à frigido præextiterint. queadmodũ & fictile primò, dũ aſſatur, euaporat, & mollius fit. quapp. & inuertitur in fornacibus. Quæcũq; igiť à frigido concreſcunt, cõmunium terræ, & aquæ, plus autẽ habentiũ terræ: q̃ quidem, quia calidũ egreditur, concreſcunt, hæc liquæfiunt calido, ingrediente iterum calido, uelut lutum, cum cõcretum fuerit. Quęcunq; autem pp infrigidationem, & calido coeuaporante omni, hæc inſolubilia ſunt, niſi ſuperabũdet caliditas, ſed mollificãtur, uelut ferrum, & cornu. Liqueſcit autem & elaboratum ferrum, ita ut humidum fiat, & iterum cõcreſcat. Et ſtomomota faciunt

ſic; ſubſidet em̃, & purificatur ſubtus recremen tum, cùm autem ſæpe patitur, & purum fit, hoc ſtomoma fit. Non faciunt autem ſæpe ipſum, propterea ꝙ deperditio fit multa, & pondus mi nus purificato. Eſt autem melius ferrum, quod habet pauciorem purificationem. Liqueſcit au tem & lapis Pyrimachus, vt ſtillet, & fluat. quod autem concreſcit, cum fluxerit, iterum fit du rum. Et molæ liquantur, ut fluant. fluens autem concretum, colore quidem nigrum, ſimile autẽ fit calci. Liqueſcit autem, & lutũ, & terra. Quæ cunque autem a ſicco calido concreſcunt, hęc quidem inſolubilia, hęc autem ſoluuntur humi do. Fictile igitur, & lapidum quorundam gene ra, quæcunque ab igne terra combuſta fiunt, ve lut molares, inſolubilia. Nitrum autem, & ſales ſolubilia humido: non omni autẽ, ſed frigido. Quapp aqua, & ijs, quæcunque aquę ſpecies, li queſcunt, oleo autem non liqueſcunt: ſicco em̃ calido cõtrarium frigidum humidum. ſi igitur coegit alterum, alterum ſoluet: ſic enim cõtra riæ erunt cauſæ cõtrariorum. Craſſantur igitur ab igne ſolùm, quæcunque aquæ plus habent; quàm terræ. cõcreſcunt autem quæcunque ter ræ. quapp & nitrum, & ſales terrę ſunt magis, & lapis, & fictile. Maximè autem dubium ha bet olei natura. Si enim aquæ, oportebat con creſcere à frigido, vt glacies. ſi autẽ terrę plus, ab igne, ut fictile. nunc autem concreſcit qui dem à neutro: incraſſatur autem ab ambobus. Cauſa autem eſt, quia plenum eſt aere. quapp & in aqua ſupernatat: etenim aer fertur ſurſũ. Frigidum igitur, ex inexiſtente ſpiritu aquam faciens, incraſſat; ſemper enim cum miſta fue rint oleum, & aqua, ambobus fit craſſius. Ab

igne

igne aũt,& tpe incraſſat,& albeſcit. albeſcit quidem,euaporãte aqua,ſi qua inerat. incraſſatur aũt ppea ꝙ marceſcete calidó ex aere fit aqua. Vtroq; igitur mõ eadẽ fit paſſio, & pp idem: ſed non eodem mõ. Incraſſatur igitur ab ambobus exiccatur aũt à neutro. neq; n Sol,neq; frigus deſiccat,non ſolum quia viſcoſum, ſed & quia aeris eſt.Non exiccatur aũt aqua,neq; elixatur ab igne,quia non vaporat pp viſcoſitatem.Quæcunque aũt miſta aquæ,& terræ ſm pluralitatẽ vtriúſq; dignum dici. vinum.n.quoddã & concreſcit, & elixatur, vt muſtum.abſcedit aũt ab oĩb.talibus, dum exiccantur aqua. Signum aũt ꝙ aqua:vapor.n.cogitur in aquam, ſi quis velit colligere. quare quibuſcunque relinquitur aliquid,hoc terræ.Quædam autem horum & à frigido,ſicut dictum eſt,incraſſantur, & exiccantur.frigidum.n.non ſolùm congelat & exiccat, ſed & incraſſat. exiccat quidem aquam,incraſſat autem aerem,aquam faciens.concretio autem dicta eſt quædam exiccatio eſſe. Quæcũq; igitur non incraſſantur à frigido,ſed cõcreſcũt, aquæ ſunt magis,vt vinum,& vrina,& acetum, & lixiuium,& ſerum.Quæcunq; autem incraſſantur non euaporantia ab igne; hæc quidem terræ,hæc aũt cõia aquæ,& aeris ſunt,mel quidem terræ,oleum autem aeris,& aquæ.Sunt autem & lac,& ſanguis, amborum quidem cõia, & aquæ,& terræ:magis autem, vt plurimũ terræ, queadmodum & ex quibuſcunq; humidis nitrum fit,& ſales. & lapides quoq; ex quibuſdam cõſtant talibus. Quapp, ſi non ſeparetur ſerũ,exurit ab igne decoctum: qđ aũt terreſtre eſt,cõgitur & à coagulo,ſi aliqualiter decoquat quis,ſicut Medici coagulum imponẽtes, ſic au

tem ſeparatur ferrum,& caſeus. ſeparatũ autẽ ferrum nõ amplius incraſſatur; ſed exuritur,ſicut aqua. Si aũt aliquod lac non habeat caſeũ, aut paucum,hoc magis aquę, & non nutriens. Et ſanguis ſimiliter, cõcreſcit.n. eo ꝙ exiccet, infrigidatus.Quicunq; aũt non cõcreſcunt, velut Cerui,tales aquæ magis,& frigidiſſimi. quapropter nõ hũt uillos.villi.n.ſunt terrę, & ſolidum.quare,& extractis, nõ concreſcunt. hoc aũt eſt,quia nõ exiccant.aqua.n.eſt,ꝙ relinquitur,ut lac,caſeo ablato.Signum aũt eſt, morbo ſi.n.ſanguines nolunt concreſcere: ſanioſi eñ. hoc aũt eſt pituita,& aqua;propterea ꝙ inconcoctum eſt,& inſuperatum à natura. Adhuc autem,hæc quidem ſolubilia ſunt,uelut nitrum: hæc aũt inſolubilia,velut fictile, & lapis.& horum hæc quidẽ mollificabilia,uelut cornu:hęc autem non mollificabilia,velut fictile, & lapis. Cauſa autem, quia contrariæ cõtrariorum cauſæ.Quare,ſi concreſcunt duobus,frigido, & ſicco,neceſſe ſolui calido,& humido,quapp igne, & aqua:hęc.n.contraria.aqua quidem,quęcunque igne ſolo:igne autem,quæcunq; frigido ſolo.Quare,ſi à duob.accidit concreſcere,hæc inſolubilia maximè.Fiunt autem talia,quæcunq; calefacta, deinde frigido concreſcunt. accidit .n.cùm calidum exudarit exiẽs,plurimũ humidũ cõprimi iterũ à frigido,ut neq; humido det tranſitum.Et pp hæc neq; calidum ſoluit.quæcunq;.n.à frigido concreſcunt ſolo,hæc ſoluit. Neque ab aqua.quæcunq;.n. à frigido concreſcunt,non ſoluit, ſed quæcũq; à calido ſicco ſolùm.Ferrum autem liquefactum à calido frigido concreſcit. quare ad concretionem duobus indiget.quapropter inſolubile. Ligna aũt ſunt

terræ, & aeris. quapropter uſtibilia, & nō liquabilia, nec mollificabilia. Et in aqua ſupernatāt, pręter ebenum: hæc aūt non; alia.n. aeris habēt plus: ex ebeno autem nigra euaporauit aer, & eſt plus in ipſa terrę. Fictile aūt terræ ſolùm, ꝓpterea ꝙ deſiccatū concreſcit paulatim. quare neq; aqua ſoluit neq;.n. aqua introitus habet, ꝑ quos ſolū ſpūs exiuit. neq; ignis. coegit.n. ipſe. Quid igitur ſit concretio, & liquefactio, & propter quot, & in quibus ſit dictum eſt.

Summa Tertia. De Paſsionibus, ac differentijs, ſimilarium corporum, à paßiuis qualitatibus prodeuntibus.

Caput Primum. Quibus medijs horum corporum paßiones, ac differentiæ dignoſcantur, earumq́ differentiarum enumeratio.

EX his autem manifeſtum eſt, quòd à calido, & frigido coguntur corpora. & hæc autem incraſſantia, & cogentia faciunt operationem ſuam. Propterea autem, quòd ab his condita ſunt, in omnibus ineſt caliditas, aliquibus autē & frigiditas, quà deficit. Quare, quoniam hæc quidem inſunt, propterea ꝙ faciunt: humidum autem, & ſiccum propterea, ꝙ patiuntur: participant ipſis communia omnibus. Ex aqua igitur, & terra ſimilarium partium corpora conſtant & in plantis, & in animalibus. Et quæ metalla ſunt, ut aurum, & argentum, & quęcunq; alia talia. & ex ipſis, & exhalatione ea, q̄ utriuſque, incluſa, ſicut dictum eſt in alijs. Hęc autem omnia differunt abinuicem, & ad ſenſus proprijs, & eò quòd eſt poſſe aliquid facere; album enim, & odorum, & ſonorum, & dulce, & calidum, & frigidum, eò quòd poſſunt aliquid facere

cere in ſenſum, ſunt. & alijs magis conuenientibus paſſionibus; quęcunq; patiẽdo dñr. dico autem vt liquabile, & cõcretile, & flexibile, & q̃cunque alia talia: oĩa. n. talia paſſiua, ſicut humidũ, & ſiccũ. His itaq; differt os, & caro, & neruus, & lignũ, & cortex, & lapis, & aliorũ vnũquodque, quod ſimilariũ q̃dem partiũ, naturaliũ autem corporũ. Dicamus aũt primò numerũ ipſorũ, q̃ ſecundũ potentiã, & impotentiã dñr: Sunt aũt hæc. Concretile, Incõcretibile, Eliquabile, Ineliquabile. Mollificabile, Non mollificabile. Tingibile, Non tingibile, Flexibile, Inflexibile. Frãgibile, Nõ frãgibile. Friabile, Nõ friabile. Impreſſibile, Nõ impreſſibile. Formabile, Non formabile. Preſſibile, Nõ p̃ſſibile. Trahibile, Nõ trahibile. Ductile, Nõ ductile. Fiſſibile, Nõ fiſſibile. Secabile, Nõ ſecabile. Viſcoſũ, Fragile. Cõmaſſabile. Nõ cõmaſſabile. Cõbuſtibile, Nõ cõbuſtibile. Exhalabile, Non exhalabile. Plurima igit̃ corporũ ferè his differunt paſſionib. quã autẽ vnũquodque horum habeat potentiam, dicamus.

Caput Secundum. Cuiuslibet dictarum paſſionum explicatio.

DE concretili igit̃, & inconcretili, & liquabili, & ineliquabili dictũ eſt q̃dem vniuerſaliter prius; attamen redeamus & nunc: Corporũ. n. q̃cunq; concreſcunt, & indurant̃, hæc q̃dẽ à calido patiunt̃ hoc, hæc aũt à frigido: à calido q̃dẽ exiccante humidũ, à frigido aũt exprimẽte calidũ. Quare hæc q̃dem humidi abſentia, hæc aũt calidi hoc patiunt̃: q̃cunq; quidem aquæ, calidi: quęcunq; autẽ terræ, humidi. Quę igit̃ humidi abſentia, ab humido liquefiunt: niſi ſic coierint, vt minores relicti ſint meatus, q̃

aquę moles, velut fictile. Quęcunq; autē nō ſic, oīa humido ſoluunt̄, ut nitrum, ſales, terra ex luto. Quæ autē calidi priuatione, à calido ſoluū tur, ut glacies, plūbum, æs. Qualia igit̄ concretilia, & eliquabilia dictū eſt, & qualia ineliquabilia. Incōcretilia autē, q̄cunq; nō habent humiditatē aquoſam, neq; aquæ ſunt, ſed plus calidi, & terræ, ut mel, & muſtū. nā uelut feruentia ſunt. Et q̄cunq; aquæ q̄dem ſunt, habent autē plus aeris, ſicut oleū, & argentū uiuum, & ſi q̄d viſcoſum, velut viſcum, & pix. Mollificabilia autem ſunt cōcretorum q̄cunq; nō ex aqua, velut glacies (oīs.n. glacies aquæ eſt) ſed q̄cunq; terrę magis, & neq; euaporauit totum humidum, ſicut in nitro, aut ſalibus, neq; hēt inæqualiter, ſicut fictile, ſed ſunt trahibilia nō exiſtētia humectabilia, aut ductilia non exiſtentia aquæ, & mollificabilia igne, velut ferrum, & cornu & ligna. Sunt autē eliquabilium, & ineliquabilium hæc q̄dem tingibilia, hæc autē nō tingibilia. velut æs nō tingibile, liquefactibile exiſtēs. Lana autē, & terra tingibilia: madefiunt.n. Et ęs q̄dē liquabile, non ab aqua autem liquabile. Sed ab aqua liquabilium, q̄dā non tingibilia, uelut nitrum, & ſales. neq;.n. tingibile aliq̄d, q̄d nō mollius fiat madefactum. Quędā autē tingibilia exiſtētia, nō liquabilia ſunt, uelut lana, & fructus. Sunt autē tingibilia q̄dē, q̄cunq; terræ exiſtētia hēnt meatus maiores aquæ molibus, exiſtentibus durioribus aqua. Liquabilia autē aqua, quęcunq; p̄ totum. Propter q̄d igit̄ terra quidē, & liquefit, & tingit̄ ab humido; nitrum autē liquefit quidem, tingit̄ autem nō? Quia in nitro quidem per totum meatus: quare diuidunt̄ mox ab aqua particulæ: in terra autem permutatim

ſunt

ſunt meatus . quare qualitercunq; ſuſceperit, differt paſſio . Sunt aũt & hæc quidẽ corporum flexibilia, & directilia, velut arundo , & uimen. hæc autem inflexibilia, velut fictile, & lapis. Sũt autem flexibilia quidẽ, & directilia, quorũ corporum põt longitudo in rectitudinẽ ex circunferentia , & ex rectitudine in circunferentiam tranſmutari. Et flecti, & dirigi eſt in rectitudinẽ aut circunferentiã mutari, aut moueri; etenim, quod reflectitur, & qđ deflectit, curuat. Qui igit ad conuexitatẽ, aut cõcauitatẽ motus, lõgitudinẽ ſeruata flexio eſt. Si.n. in rectũ, eſſet utiq; ſimul flexum, & rectum: qđ quidẽ impoſſibile rectum flexum eſſe. Et, ſi flectit oĩno aut reflexione, aut deflexione(horum aũt hoc quidẽ ad cõnexum, hoc aũt ad concauum trãſmutatio eſt) non utiq; erit & ad rectum flexio: ſed eſt flexio & directio aliud, & aliud. Et hęc ſunt flexibilia, & directilia, & inflexibilia, & non directilia . Et hæc quidem frangibilia, & friabilia ſimul , aut ſeparatim. ut lignum frãgibile quidem eſt , friabile aũt non. glacies autem, & lapis friabile, frãgibile aũt non fictile aũt, & frangibile, & friabile. Differunt aũt : quia Fractio quidẽ eſt in magnas parts diſiuio, & ſeparatio. Friatio autẽ in quaſcunq;, & plures duabus, q̃cunq; igit ſic cõcreuerunt , ut multos habeant viciſſitudinaros meatus, friabilia ſunt: uſq; ad hoc.n. diſtinguũtur: quæcunq; aũt ad multum, frangibilia: quęcunque autem ambo, ambo. Et hęc quidem impreſſibilia, ut æs, & cera: hęc autem non impreſſibilia, ut fictile, & aqua. Eſt autem impreſſio, ſuperficiei ſm partem in profundum trãſitus pulſione, aut percuſſione, in totum autẽ tactu. Sunt autẽ talia & mollia. ut cera, manẽte alia ſuperficie,

cie, ſm partē trāſmutat: & dura uelut æs. Et nō impreſſibilia, & dura, ut fictile: nō.n.cedit in ꝓfundum ſupficies. & humida, ut aqua cedit quidē, ſed nō ſm partē, ſed cōtra recedit. Impreſſibilium autē q̄cunq; manent impreſſa, & benè impreſſibilia manu, hæc quidē formabilia ſunt quę autē aut nō bene impreſſibilia, ut lapis, aut lignum. aut bene impreſſibilia quidē, nō manet autē impreſſio, ut lanæ, aut ſpōgiæ. nō formabilia, ſed preſſibilia hęc ſunt. Sūt autē preſſibilia, q̄cunq; pulſa in ſeipſa coire poſſunt, cum in ꝓfundum ſuperficies permutatur, nec diuiditur, & nō trāsferē aliò alia particula. quale aqua facit. hæc.n. cōtra transfert. Eſt autē pulſio motus à mouente, qui fit à tactu: Percuſſio autē, cùm à latione. Præmunt autē, q̄cunq; meatus habent vacuos cognati corporis. Et p̄ſſibilia hæc, q̄cūq; p̄nt in propria uacua coire, aut in proprios meatus (aliqū.n. nō uacui ſunt, in quos coueniunt) velut madefacta ſpōgia. pleni.n ſunt ipſi⁹ meatus. Sed quorum meatus pleni fuerint mollioꝝ rib. q̄ ipſum, qđ natum eſt coire in ſeipſum, p̄ſſibilia quidē ſunt, uelut ſpongia, cera, caro. Non preſſibilia autē q̄cunq; nō ſunt nata coire pulſione in eos, qui in ſe ſint, meatus, aut quia nō habent, aut quia duriorib. habent plenos. Ferrum.n. non preſſibile eſt, & lapis, & aqua, & oē humidum. Trahibilia autē ſunt, quorumcunq; p̄ōt ad latus trāsferri ſupficies. Trahi.n.eſt trāſferri ad mouens, planum continuum exiſtens. Sunt autem hæc quidem trahibilia, ut pilus, corigia, neruus, paſta, uiſcum. hæc autem non trahibilia, ut aqua, & lapis. Hæc igitur eadem ſunt trahibilia, & preſſibilia, ut lana: hæc autem nō eadem. ut pituita preſſibilis quidē nō eſt, trahibilis

bilis autem, & ſpongia preſſibilis quidem eſt,
non trahibilis autem. Sunt autem & hæc quidē
ductilia, vt æs: hæc autem non ductilia, vt lapis,
& lignum. Sunt autem ductilia quidem, quæcū
que eadem percuſſione poſſunt ſimul in latus,
& in profundum ſm ſuperficiem trāsferri ſm
partem: non ductilia autem, quæcunq; nō poſ-
ſunt. Sunt autē ductilia quidem oīa, & impreſſi
bilia: impreſſibilia autem non oīa ductilia, vt li
gnum, ut tamen in vniuerſum dicam, conuer-
tuntur. Preſſibilium autem hæc quidē ductilia
ſunt, hæc autem non: cera qdem, & lutū ducti-
lia ſunt, lana autem non, neq; aqua. Sunt autē
& hæc qdem Fiſſibilia, vt lignum: hæc autē non
fiſſibilia, vt fictile. Eſt autē fiſſibile, quod poteſt
diuidi ad plus, quàm diuidens diuidit. funditur
enim, cùm ad plus diuidatur, q̄ diuidens diui-
dit. & præcedit diuiſio. in ſectione autem nō eſt
hoc. Non fiſſibilia aūt ſunt, quæcunque nō poſ-
ſunt hoc pati. Eſt aūt neque molle vllū fiſſibile.
dico autem ſimpliciter mollium, & non adinui
cem. ſic em̄ & ferrum erit molle. Neque dura
oīa ſunt fiſſibilia: ſed q̄cunq; humida ſunt, ne-
que impreſſibilia, neq; friabilia. talia autē ſunt,
quæcunque ſm longitudinem habent meatus,
ſm quos adnaſcuntur inuicem, ſed non ſecun-
dùm latitudinem. Secabilia autē ſunt conſiſten
tium durorum, aut molliū, quæcunque poſſunt
neq; ex neceſſitate præcedere diuiſionem, neq;
cōminui diuiſa. Quæcunq; aūt aut humida, aut
talia, non ſecabilia. Quædam autem ſunt eadē
& ſecabilia, & fiſſibilia, velut lignum. ſed vt plu
rimum fiſſibile quidem ſm longitudinem, ſeca
bile autem ſm latitudinem; cùm enim diuida-
tur vnumquodque in multa, qua quidem lon-
gitudines

gitudines multæ vnū ſunt, fiſſibile hac eſt, qua autem latitudines multæ vnū, ſecabile hac. Viſcoſum autem eſt, cum trahibile, aut humidū exiſtens, molle fuerit. Talia aūt fiunt alterna pmutatione, quæcunq; velut catenę componuntur corporum, hæc enim ad multum poſſunt extendi, & coire. Quæcunq; aūt nō ſunt talia, fragilia ſunt. Commaſſabilia autē ſunt, quæcunq; preſſibilium manentem habēt compreſſionem. Incommaſſabilia autem, quæcunque aut oīno non preſſibilia ſunt, aut non manentem habēt compreſſionem. Et hæc quidem combuſtibilia ſunt, hæc autem incombuſtibilia: velut lignum qdem combuſtibile eſt, & lana, & os: lapis autē & glacies incōbuſtibile. Sunt autem cōbuſtibilia, quæcunq; habēt meatus ſuſceptiuos ignis, & humiditatem in his, qui ſm directum meatibus, debiliorem igne. Quæcūque autem aut nō habent, aut fortiorem, uelut glacies, & quę valde viridia ſunt, incombuſtibilia. Exhalabilia autem ſunt corporum, quæcunque humiditatem hūt quidem, ſic autem habent, vt non euaporēt ſeorſum ab ignitis: eſt enim Vapor, à calido cōbuſtiuo in aerem, & ſpiritum excretio, ex humido madefactiua. Exhalabilia autem tpe in aerē excernuntur, & hæc quidem euaneſcentia, ſicca, hæc autem, terra fiunt. Differt autem hęc excretio, qa neq madefacit, neq; Spiritus fit. Eſt aūt Spiritus fluxus continuus aeris ad lōgitudinem. Exhalatio autem eſt à calido vſtiuo cōis excretio ſicci & humidi ſimul. Quapropter non madefacit, ſed colorat magis. Eſt autem lignei quidem corporis exhalatio fumus. dico autem & oſſa, & pilos, & omne, quod tale eſt in eodē, non enim eſt poſitum nomen commune, ſed

ſecun-

ſecũdùm proportionẽ tñ in eodẽ oĩa ſunt quę admodum,& Empedocles inquit. *Hæc pili,et folia, & auium plumæ ſpiſſæ. Et ſquamæ fiunt ſuper ſolida membra ipſius autem pinguis exhalatio, Fuligo, unctuoſi uero Nidor.* Propter hoc oleum non elixatur,neq; incraſſatur, q̃a exhalabile eſt,ſed non uaporabile. aqua autẽ nõ exhalabilis, ſed uaporabilis.Vinum aũt dulce q̃dẽ exhalat; pingue.n. atq; eadem facit oleo, neq;.n.à frigore concreſcit,vriturq;.Eſt autẽ noĩe uinum,opere autem non amplius;non.n.uinoſus ſapor.quapropter non inebriat. quodcunq; autẽ uinum inebriat proculdubio.paruũ autẽ habet exhalationẽ: quapp & emittit flãmã.Cõbuſtibilia autẽ vñt eſſe,q̃cunq; corporum in cinerẽ diſſoluunt Patiunt autẽ hoc oĩa,quęcunq; cõcreſcunt aut à calido,aut ab ambobus,frigido & calido.hęc .n.vñt vinci ab igne.minimè autẽ lapidum ſigillum, qui vocat carbunculus. Cõbuſtilium autẽ hæc quidẽ inflãmabilia ſunt, hęc autem non inflammabilia.horum autem quędam carbonabilia.Inflammabilia igitur ſunt, quæcunq; flammam præbere poſſunt:quæcunq; autẽ non poſſunt,non inflammabilia.Sunt autem inflammabilia,quæcunq; nõ humida exiſtentia, exhalabilia ſunt. pix autẽ, aut oleum, aut cera magis cum alijs,quàm per ſe ſunt inflammabilia:maximè autẽ quæcunq; fumum emittunt.Carbonabilia autẽ, quæcunq; talium terræ plus hñt, quàm fumi. Adhuc autem quædam liquabilia exiſtentia non inflammabilia ſunt, uelut ęs. & inflammabilia nõ liquabilia,uelut lignum. alia autem ambo,uelut thus.Cauſa autem eſt, quia ligna quidẽ ſimul totum habent humidum, & per totum continuum, ut peruratur. æs autem

ſecus

ſecus vnámquamq; quidem partem, nõ cõtinuũ autem,& minus q̃,vt flammam faciat. thus aũt hac quidem ſic,hac autem illo mõ habet. Inflã mabilia aũt ſunt exhalabilium quæcunq; non liquabilia ſunt,ppea ꝙ magis ſunt terræ; ſiccũ .n.habent cõe igni.hoc igitur ſiccum, calidũ ſi fiat,ignis fit. pp hoc Flãma ſpiritus, aut fumus ardens eſt. Lignorum igitur exhalatio fumus; ceræ autem,& thuris, & picis,& talium, & eorum,q̃cunque habent picem, aut talia, fuligo. Olei autem,& eorum,quęcunq; oleoſa ſunt,nidor,& quęcunq; minime ardent ſola,quia paucum ſicci habent.tranſitus autem per hoc;cum altero autem citiſſime. hoc enim eſt pingue,ſiccum, vnctuoſum. Exhalãtia igitur humidorum humidi magis ſunt,ardentia autem ſicci.

Summa Quarta. De cognitione Temperaturarum corporum ſimilarium.

Caput Primum. Quo pacto cognoſcantur corpora conſtare humido magis, aut ſicco.

HIs autem paſſionibus,& his differentijs,ſimilaria corporum, ſicut dictum eſt, differunt ab inuicem ſm tactum, & adhuc ſaporibus,& odoribus,& coloribus. Dico autem ſimilaria,ut metallica, æs aurum, argentum, ſtamnum,ferrum,lapidem,& alia talia, & quæcunque fiunt ex his excreta.& q̃ in aïalibus,& plantis,velut carnes,oſſa,neruus,pellis,viſcus,pili, villi,venæ: ex quibus iam conſtant diſſimilaria, vt facies,manus,pes,& alia talia. & in plantis, lignum,cortex,folium,radix,& q̃cunque talia. Quoniam autem hæc quidem ab alia cauſa conſiſtunt,ex quibus autem hæc materia quidem ſiccum,& humidum,quare aqua & terra (hæc

.n.euidentiſſimam habent potentiam, vtrunq; vtriuſq;) facientia autem calidum,& frigidum (hæc .n. conſtituunt.& compingũt ex illis illa) accipiamus ſimiliarium,quę ſunt terræ ſpecies & q̃ aquæ,& q̃ cões.Sunt itaq; corporum conditorum hæc quidem humida,hæc autem mollia illa autem dura.Horum autem quæcunq; dura aut mollia concretione,dictum eſt prius.Humidorum igitur,quæcunq; quidẽ euaporant,aquę ſunt:quæcunq; autem non,aut terræ , aut cõia terræ & aquæ, vt lac: aut terræ,& aeris:ut mel: aut aquę & aeris,ut oleum,Et quęcunq; quidẽ à calido incraſſantur cõia.Dubitabit autẽ utiq; aliquis de uino,humidorum.hoc.n.euaporabit utiq;,& incraſſatur,ſicut nouum.Cauſa autem eſt,quia nec una ſpecie dr̃ vinum,& quia aliud & aliter ; nouum.n.magis terræ eſt,q̃ antiquũ. quapp & incraſſatur maxime calido, & concreſcit minus à frigido.habet.n.& calidum multũ & terræ.vt ꝙ in Arcadia ſic exiccatur à fumo in vtribus,vt deraſum bibatur.Si aũt omne fęcem habet,ſic utriuſq; eſt,aut terrę,aut aquæ, ut huius ſe habet multitudine. Quæcunq; aũt à frigido incraſſantur,terræ. Quęcunq; autem ab ambobus,cõia plurium:vt oleum, & mel, & dulce vinum.Conſiſtentiũ aũt quęcunq; quidem concreta ſunt à frigido,aquæ:ut glacies,nix, grando,pruina.Quæcunq; aũt à calido,terrę: ut fictile,caſeus, nitrum,ſales. Quæcunque autem ab ambobus(talia autem ſunt , quæcunq; infrigidatione: hæc autem ſunt,quæcunq; amborum priuatione, calidi , & humidi ſimul egredientis cum calido;ſ les .n.humidi ſolius priuatione concreſcunt,& q̃cunq; ſincera terrę:glacies aũt calidi ſolius)hęc utiq; amborum.quapp et ab

ab ambobus,& habebant ambo. Quorumcūq; igitur totum exudauit,velut fictile, aut electrū (etenim electrum,& quęcunq; dñi,ut lacrymę, in frigidatione ſunt,velut myrrha,thus , gūmi. Et electrum quoq; huius generis eſſe vr̄,& concreſcit:circumprehenſa.n.aīalia in ipſo vñr. A fluuio aūt calidum exiens,ut cocti mellis,cùm in aquam dimiſſum fuerit, euaporat humidū) hęc oīa ſunt terrę.Et hæc quidem inequabilia, & immollificabilia,uelut electrum,aut lapides quidam,uelut tofi in ſpeluncis ; etenim hi ſimiliter fiunt his: et no vt ab igne,ſed ut à frigido, pertranſeunte calido , coegreditur humidū ab exeunte ab ipſo calido.in alijs autem ab extrinſeco igne.Quorumcunque autem non totū,terræ quidē ſunt magis ,mollificabilia autē, ut ferrum,& cornu.thus autem,& alia, ſimiliter , ut ligna,uaporant. Qm̄ igitur liquabilia ponendū eſt,& quæcunque liquefiunt ab igne, hæc ſunt aquoſiora . quædam autem & cōia, uelut cerà. quæcunq; autem ab aqua,hæc terræ:quæcunque autem neq; ab altero,hęc aut terrę,aut amborum . Si igitur omnia quidem aut humida, aut concreta , horum autem quæ in dictis paſſionibus,& non eſt intermedium, omnes utiq; erunt dictæ , quibus diſcernemus utrum terrę aut aquæ,aut plurium cōe,& utrum ab igne cōſtat,aut frigido,aut ambobus. Aurum itaq; , & argentum, & æs,& ſtānum,& plumbum,& uitrum , & lapides multi innominati aquæ ſunt: omnia.n. hæc liquefiunt calido . Amplius uina quædam,& urina, & acetum , & lixiuium , & ſerum,& ſanies aquæ : omnia ,n. concreſcunt frigido.Ferrum autem, & cornu,& unguis, & os,& neruus,& lignum,& pili,& folia , & cor-

 tex,

tex,terræ magis ſunt. Amplius electrũ, myrrha, thus, & omnia, quæ dicuntur lachrymæ, & totus, & fructus, velut legumina, & frumẽtum, talia enim hæc quidem valde, hæc autem minus horum, attñ terræ ſunt: hæc enim mollificabilia ſunt, hæc autem exhalabilia, & infrigidatione facta. Amplius nitrum, ſales, ſapidum genera, quæcunque neque infrigidatione, neque liquabilia. Sanguis autem, & genitura communia ſunt terræ, & aquæ, & aeris. Sanguis qdem habens villos, magis terræ. quapp & frigore cõcreſcit, & humido liqueſcit. non habens autem villos, aquæ: quare & non concreſcit. Genitura autem concreſcit infrigidatione, exeunte humido cum calido.

Caput Secundum. Quo pacto dignoſcantur corpora participare magis calido, aut frigido.

QValia autem calida ſint, aut frigida concretorum, aut humidorum, ex dictis oportet conſiderare. Quęcunque igitur aquæ, vt plurimum frigida. niſi alienam habeât caliditatem, vt lixiuium, vrina, vinum. Quæcunque autem terræ, vt plurimum calida ſunt propter calidi opificium, vt calx, & cinis. Oportet autem accipere ſecundùm materiam frigidiſſima quædam eſſe. quoniam enim ſiccum, & humidum materia ſunt (hæc enim paſſiua ſunt) horum autem corpora maximè terra, & aqua ſunt, hæc autem frigiditate determinata ſunt, palam eſt, ꝙ omnia corpora, quæcunque ſunt vtriuſq; ſimpliciter elemẽti, frigida magis ſunt niſi habeant alienam caliditatem, velut feruens aqua aut per cinerem colata. etenim hæc habet eam, q̃ ex cinere, caliditatem: in omnibus enim

ignitis

ignitis eſt caliditas, aut amplior, aut minor. Quapropter & in putrefactis animalia innaſcũtur; ineſt enim caliditas, quę corrumpit ꝓpriam vniuſcuiuſque caliditatem. Quæcunque autem communia ſunt, habent caliditatem; conſtant enim plurima à caliditate, quæ concoxit, quædam autem putrefactiones ſunt, velut colliquamenta. Quare habentia quidem ſecundùm naturam calida, & ſanguis, & genitura, & medulla & coagulum, & omnia talia. cùm autem corrumpuntur, & egrediuntur à natura, non amplius. relinquitur enim materia, terra exiſtens, aut aqua. Quapp ambo videntur quibuſdam. & hi quidem frigida; illi autem calida hæc aiunt eſſe, videntes, cùm in natura quidem fuerint, calida, cùm autem ſeparata fuerint, concreſcentia. Habet igitur ſic oĩno, vt determinatum eſt, in quibus quidem materia aquæ plurimum, frigida: opponitur enim maximè hæc igni, in quibus autem terræ, aut aeris calidiora. Accidit autem aliqñ eadem fieri frigidiſſima, & calidiſſima aliena caliditate. quæcunque enim maximè concreuerunt, & ſolidiſſima ſunt. hęc & frigida maximè ſunt, ſi priuata fuerint caliditate, & vrunt maximè, ſi ignita fuerint: vt aqua fumo, & lapis aqua vrit magis.

Caput Tertium. Continuatio ad ea, quę dicenda ſunt: Et quòd operationes in corporibus innoteſcant magis, quàm eorum ſubſtantiæ.

QVoniam autem de his determinatum eſt ſm vnumquodque, dicamus quid ſit caro, aut os, aut aliorum ſimilariũ partiũ: Habemus enim, ex quibus ſimilariũ natura conſtituta eſt, genera ipſorum, cuius generis vnũ

quodque per generationem: Ex elemẽtis enim ea, quæ ſimilarium partium: ex his autẽ, ut materia, omnia opera naturæ. Sunt autem omnia, vt ex materia quidẽ, ex dictis: ut autem ſm ſubſtantiam, rõne. Sp autem magis manifeſtum eſt in poſterioribus, & oĩno, quæcunque ut inſtrā, & alicuius gratia. Magis enim manifeſtum eſt, ꝙ mortuus homo æquiuocè. Sic igitur & manus mortui æquiuocè, quemadmodum & ſi fiſtulæ lapideæ dictæ fuerint. ut enim & hæc, inſtrumenta quædam vñt eſſe. Minus autẽ in carne, & oſſe talia manifeſta ſunt. adhuc autem in igne, & aqua minus: ipſum eñi cuius gratia, minime hic manifeſtum eſt, vbi plurimũ eſt materiæ. Sicut enim, & ſi extrema accipiantur, materia quidem nihil aliud præter ipſam: ſubſtantia autem nihil aliud, q̃ rõ: intermedia autem proportionaliter, quo propè ſit vnumquodque: qm̃ & horum quodcunque eſt alicuius gratia. Et non oĩbus modis habens, aqua, aut ignis, ſicut neque caro, neque viſcus. his autem adhuc magis facies, & manus. Omnia autem ſunt terminata ope. oĩa enim, q̃ poſſunt facere ſuũ opus, verè ſunt, vt oculus, ſi videt, quod autem non poteſt, æquiuocè, vt mortuus, aut lapideus. neque eñi ſerra lignea, niſi vt imago. Sic igitur & caro: ſed opus ipſius minus manifeſtum eſt, q̃ qđ linguæ, ſimiliter autẽ & ignis. ſed adhuc forte minus manifeſtum naturaliter, q̃ carnis opus. Similiter autem & q̃ in plantis ſunt, & inanimata, vt æs, & argentum; omnia. n. potentia quadã ſunt aut faciendi, aut patiendi. ſicut & caro, & neruus, ſed rõnes ipſorum nõ certæ. Quare, qñ exiſtunt, & qñ non, facile eſt perſpicere, niſi valde deperditum fuerit, & figuræ ſolæ fuerint reliquæ.

liquæ. vt inueteratorum mortuorum corpora, quæ ſubito cinis fiunt in ſepulcris.& fructus ſolum figura,ſm ſenſum autem non videntur inueterati valde,& quæ ex lacte concreſcunt. Tales igitur partes caliditate,& frigiditate, & harum motibus contingit fieri,concreſcentes calido, & frigido. dico autem quæcunque ſimilares,vt carnem,os,pilos,neruos, & quæcunque talia; omnes enim differunt dictis differentijs, tēſione,tractione,comminutione,duritie, mollitie,& alijs talibus.Hæ autem à calido,& frigido,& motibus fiunt miſtis. Conſtitutæ autē ex his,diſſimilares nulli vtique videbuntur, vt caput, aut manus, aut pes, ſed, vt & ꝙ factum ſit æs quidem, aut argentum cauſa frigiditas, & caliditas, & motus: ſerram autem, aut phialam,aut arcam non adhuc: ſed hic quidem ars, ibi autem natura,vel alia aliqua cauſa. Qm̄ igitur habemus cuius generis vnumquodque eorum, quæ ſimilarium partium, accipiendū ſm vnumquodque quid eſt,vt quid ſanguis, aut caro,aut ſemen,& aliorum vnumquodque;ſic em̄ ſcimus vnumquodque propter quid, & q̄d eſt, ſi materiam, aut rationem habemus, maximè autem cum ambo,& generationis,& corruptionis, & vnde ſit principium motus.Manifeſtum autem his, ſimiliter ea, quæ non ſimilium partium ſpeculandum, & tandem ex his conſtituta,vt hominem,plantam,& alia eiuſcemodi.

me aũt ad naturã: eſt.n. tãquã principiũ aĩaliũ. ¶Quærimus aũt cõtẽplari, & cognoſcere naturã ipſius,& ſubſtãtiã: poſtea q̃cunq; accidũt circa ipſam:quorũ alia q̃dẽ propriæ paſſiones vñr, alia autem cões,& aĩalibus pp illam ineſſe. ¶Oĩquaque autem, & omnino difficillimorum eſt accipere aliquam fidem de ipſa. Cùm.n ſit q̃õ cõis,& multis alijs (dico autẽ eam, q̃ circa ſubſtantiam,& ipſius quid eſt) fortaſſis alicui videbitur vna q̃dam methodus eſſe de oĩbus, de q̃bus volumus cognoſcere ſubſtantiam: ſicut & eorum, q̃ ſecundùm accidens propriorum demonſtrationem quare quærendum utique erit methodum iſtam. ¶Si autem non eſt una quædam, & cõis methodus de ipſo quid eſt, adhuc difficilior fit ipſa negociatio;oportebit enim accipere circa vnumquodque quis modus. Si aũt manifeſtum ſit, vtrum demonſtratio aliqua fit, aut diuiſio,aut ẽt aliqua alia methodus, adhuc multas habet dubitationes, & errores, ex q̃bus oportet quærere; alia enim aliorum principia, ſicut numerorum,& planorum. ¶Primum autẽ fortaſſis neceſſarium eſt diuidere in quo generum,& quid ſit.dico autem, vtrum hoc aliquid & ſubſtantia ſit,an qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuiſorum Prædicamentorum.Adhuc autem vtrum eorum, q̃ in potentia ſunt,an magis actus quidam ſit;differt enim non parum. ¶Conſiderandum autem, & ſi partibilis ſit,an impartibilis:& vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima,an non. Si autem non ſimilis ſpeciei,vtrum ſpecie differant,an genere nunc ẽm dicentes,& quærentes de anima, de humana ſolum vñr intendere. ¶ Cauendum autem eſt,vt non lateat,vtrũ vna ratio ipſius eſt, ſicut

Tex. 3. Tex. 4. Tex. 5. Tex. 6. Tex. 7. Tex. 8.

anima

animalis: an ſm vnumquodque altera, ut equi, canis, homiuis, Dei. Animal autem uniuerſale, aut nihil eſt, aut poſterius. ſimiliter autem & ſi
Tex. 9 quod cōe aliud prędicetur. ¶ Amplius autem, ſi non multæ animæ, ſed partes, vtrum oportet quærere prius totam animam, an partes. Difficile autem, et harum determinare quales aptę na
Te. 10. tæ ſint alteræ abinuicem eſſe. ¶ Et utrum partes oportet quęrere prius, an opera ipſarum: ut intelligere an intellectiū, & ſentire an ſenſitiuū. ſimiliter autem & in alijs. Si autem opera prius, verum utiq; dubitabit aliquis, ſi oppoſita prius his quærendum: ſicut ſenſibile ſenſitiuo, & in-
Te. 11 telligibile intellectiuo. ¶ Videtur autem non ſolum ipſum quid eſt cognoſcere vtile eſſe ad cognoſcendas cauſas accidentium ſubſtantijs, ſicut in Mathematicis quid rectum, & quid obliquum, aut quid linea, & planum ad cognoſcendum, quod rectis trianguli ſunt ęquales: ſed & econtrario accidentia conferunt ſm magnam partem ad cognoſcēdum ipſum quid eſt; Cùm .n habemus reddere ſm imaginationem & de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, tūc & de ſubſtantia habebimus dicere aliquid quàm optime: omnis .n. demonſtrationis principium eſt ipſum quid eſt. Quare ſm quaſcunque definitiones nō cōtingit accidentia cognoſcere, ſed neq; coniectare de ipſis facile, manifeſtum, qđ
Te. 12. dialecticæ dictę ſunt, & uane omnes. ¶ Dubitationem autem habent & paſſiones animę, utrū ſint oēs cōes & habentis, an ſit aliqua & ipſius animæ propria; hoc.n. accipere quidem neceſſarium eſt, nō autem facile. Vr̄ autem plurimarum nullum, ſine corpore pati, neque agere: ut iraſci, confidere, deſiderare, omnino ſentire.
Maximè

Maximè autem aſſimiletur proprium ipſum intelligere: Si autē eſt & hoc imaginatio quędā, aut non ſine imaginatione, non continget utique hoc ſine corpore eſſe. ¶Si igitur eſt aliqua animę operatio aut paſſionum propria, contingit vtique ipſam ſeparari. Si uero nulla eſt propria ipſius, non vtique erit ſeparabilis. ſed, ſicut recto, inquantum, rectum, multa accidunt, ut tangere ęneam ſphæram ſm punctum: non tñ tanget hoc ſeparatum ipſum rectum: inſeparabile.n. ſi quidē ſemper cum corpore quodā eſt. Te. 13.

¶ Vñr autē & animę paſſiones omnes eſſe cum corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, cōfidentia, adhuc gaudium, & amare, & odire; ſimul'.n. cum his patitur aliquid ipſum corpus. Indicat autem aliquando quidem à validis, & manifeſtis paſſionibus accidentibus nihil exacerbari, aut timere: aliquando autem & à paruis, & debilibus moueri, cùm accēditur corpus, & ſe habet ſic, ut cùm iraſcitur. Adhuc autem magis hoc manifeſtum; nullo.n. terribili cōtingente in paſſionibus, fiunt ijs, quę timentis. Te. 14.

¶Si autem ſic habet, manifeſtum, quòd paſſiones rationes in materia ſunt. Quare definitiones tales. Vt iraſci motus quidam exiſtit talis corporis, aut partis, aut potentię, ab hoc gratia huius. Et propter hęc iam Naturalis eſt conſiderare de anima, aut omni, aut huiuſmodi. Te. 15.

Caput Secundum Differenter definire Naturalem, ac Dialecticum.

Differenter autem definiet Naturalis, & Dialecticus unumquodq; ipſorum. Vt ira quid eſt, hic.n. appetitū recontriſtationis, aut aliquid hmōi: ille autē feruorē ſanguinis, aut calidi cir- Te. 16.

ca

ea cor. Horum autē hic qdem aſſignat materiā, ille uero formā, & rōnē. ratio. n. hæc ipſius rei. Neceſſe autem eſſe hanc in materia huiuſmodi, ſi erit. Sicut domus hęc qdem rō talis fuerit, ꝙ operimentum ꝓhibens corruptionē à ventis, & imbribus, & æſtibus. hæc aūt dicit lapides, & lateres, & ligna. alia uerò in his formā, ꝑ iſta. Quæ igitur Naturalis harum? Vtrum q̄ circa materiā, rōnem autem ignorans, an q̄ circa rōnem ſolum? an magis q̄ ex utriſq; ? Illarum autem q̄:

Te. 17. utraque? ¶An non eſt aliqs, qui circa paſſiones materię non ſeparabiles, neq; inquantū ſeparabiles uerſetur. Sed Naturalis circa oēs, quæcūq; talis corporis, & huiuſmodi materiæ operationes, & paſſiones ſunt. Circa quaſcunq; autem, q̄ non ſunt huiuſmodi, alius, & circa aliquas quidem eſt artifex, ſi fuerit: ut Faber, aut Medicus. Ipſarum autem non ſeparabilium quidem, inquantū autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione, Mathematicus: ſm autem ꝙ ſeparatæ, primus Philoſophus.

Te. 18. ¶Sed redeundum eſt, unde ſermo. Dicebamus autem, ꝙ paſſiones animæ, non ſeparabiles à naturali materia animalium, inquantum tales exiſtunt, ira, & timor: & non ſicut linea, & planum.

Summa Secunda. De Antiquorum opinionibus circa Animæ eſſentiam.

Te. 19. INtendentes autem de aīa, neceſſe eſt ſimul dubitantes de ijs, quibus abundare oportet, pertranſeuntes priorum opiniones comprehendere, quicunque aliquid ad ipſa enunciauerūt, ut bene quidē dicta accipiamus: ſi verò aliquid non bene, hoc euitemus. Principium aūt quæſtionis, præponere quæ maximè uidentur ipſi

ineſſe ſm naturam. Animatum igiẗ ab inanimato duobus maxime differre vĩ motu, & ſenſu. Accepimus autẽ & à progenitoribus ferè duo hęc de aĩa. ¶Dicunt.n.quidã, & maximè, & primo aĩam eſſe id, quod mouet. exiſtimantes autem quod non mouetur, ipſum non contingere mouere alterum eorum, quæ mouẽtur, aliquid aĩam ſic arbitrari ſunt eſſe. Vnde Democritus quidẽ ignem quendã, & calorem dicit eſſe ipſã: infinitis.n. exiſtentibus figuris, & atomis, quæ ſpeciei rotundę, & ignem & animã dicit: ut in aere tota corpora, q̃ vocanẗ ramenta, quę vñr in radijs, qui p feneſtras, quarum omniſeminariũ elementa dicit Democritus totius naturæ. Similiter autem & Leucippus. Horum autem ſphærica animam, propterea ꝙ maximè poſſunt per totum penetrare huiuſmodi figuræ, & mouere reliqua, cùm moueãtur & ipſa: arbitrantes animam eſſe id, quod præſtat animalibus motum. Te. 20.

¶Vnde & uiuendi terminum eſſe reſpirationẽ. Conſtringente.n.eo, quod continet corpora, & extrudente figuras præbentes animalibus motũ, ex eo ꝙ non eſt ipſas quieſcere vnquã, auxiliũ fieri deforis, ingredientibus alijs huiuſmodi in reſpirando: prohibere.n.has, & q̃ inſunt animalibus ſegregari, ſimul prohibentes conſtringens, & comprimens. & viuere autem, quã diu poſſunt hoc facere. Te. 21.

¶Vĩ autem & à Pythagoræis dictum eãdem habere ſententiã; Dixerunt .n.quidã ipſorum animam eſſe, quæ ſunt in aëre ramenta: alij autem has mouens. de his autẽ dictum eſt, propterea ꝙ continuè videntur moueri, etiã ſi ſit tranquillitas omnimoda. In idem autem feruntur, & quicunque dicunt animam eſſe, quod ſeipſum mouet. videntur enim hi om- Te. 22.

omnes exiſtimaſſe motum maxime proprium eſſe animę, & alia quidem oīa moueri propter animam ipſam autem à ſeipſa: ꝓpterea quod nihil uidebatur mouens, quod non & ipſum

Te. 23. moueatur. ¶Similiter autem & Anaxagoras ani mam dicit eſſe mouentem, & ſi quis alius dixit, ꝙ totum mouit intellectus. non tñ penitus ſicut Democritus; Is enim ſimpliciter dicit idem eſſe animam & intellectum. verum enim eſſe, quod vr̃. Vnde bene feciſſe Homerũ, ꝙ Hector iacet, aliud ſapiens. Non itaque vtitur intellectu, tãquam potentia quadam circa veritatem,

Te. 24. ſed idem dicit animam & intellectum. ¶Anaxagoras autem minus explanat de ipſis; multis. n. in locis cauſam eius, quod bene, & recte, dicit intellectum, aliàs autem intellectum ipſum eſſe animam: in omnibus enim ipſum ineſſe animalibus, magnis, & paruis, & honorabilibus, & inhonorabilioribus. Non vr̃ autem ſm prudentiam dictus intellectus oībus ſimiliter ineſſe a-

Te. 25. nimalibus, ſed neque hoībus oībus. ¶ Quicunque igitur ad ipſum moueri, aīatũ aſpexerunt, hi maxime motiuum opinati ſunt animam eſſe. Quicunque autem ad ipſum cognoſcere, & ſentire ea, quæ ſunt, iſti dicunt animã eſſe principia: illi quidem plura facientes hæc, hi verò vnum hoc. Sicut Empedocles quidem ex elementis oībus, eſſe autem & vnumquodque horum animam, ſic dicens: *Terra quidem terrã cognoſcimus, aqua autem aquam: Aethere vero æthera Diuum, ſed igne ignem manifeſtum: Concordiam autem concordia, diſcordiam verò diſcordia triſti.*

Te. 26. ¶ Eodem autem modo & Plato in Timæo aīam facit ex elementis; cognoſci enim ſimile ſimili, res autem ex principijs eſſe. Similiter autem

& in

& in ijs,quæ de Philoſophia dicuntur, determinatum eſt, ipſum quidē animal ex ipſius unius idea,& ex prima longitudine, & latitudine, & altitudine: alia autem ſimili modo. ¶Adhuc autem & aliter, intellectum quidem ipſum vnū, ſcientiam autem ipſa duo; vnicè enim ad unū, plani autem numerum ad opinionem: ſenſum vero,eum,qui ſolidi. Numeri enim formæ ipſæ,& principia entium dicebantur.ſunt autem ex elementis, Iudicantur autem res, aliæ quidē intellectu,aliæ uero ſcientia, aliæ autē opinione,aliæ verò ſenſu,formæ autem rerum numeri hi. ¶Quoniam autem & motiuum uidebatur anima eſſe cognoſcitiuum, ſic quidam complexi ſunt ex vtriſque enuntiantes animam eē numerum mouentem ſeipſum.Differūt autem de principijs,q̄,& quot ſunt: maxime quidem qui corporea faciunt ab ijs, qui incorporea. ab ijs aūt,qui miſcent,& ab utriſque principia enuntiant. Differunt autem & circa multitudinem. hi.n.unum,illi uero plura dicunt. ¶Conſequenter autem ad hęc & animā aſſignant; motiuum em ſm naturam primorum exiſtimauerunt nō irrationabiliter Vnde quibuſdā uiſum eſt ignē eſſe: etenim hic partib. ſubtiliſſimus eſt,& maxime elementorum incorporeus.adhuc autem mouetur,& mouet alia primo. ¶Democritus autem elegātius dixit enuntians propter quid utrunq; horum.animam.n.& intellectum eſſe idem: iſtud autem ex primis, & indiuiſibilibus corporibus. Motiuum autem,propter ſubtilitatem partium,& figuram.figurarum autem facile mobiliſſimam ſphęricam dicit. huiuſmodi autem eſſe intellectum,& ignem. ¶Anaxagoras autem ur̃ quidē aliud dicere animam, & intellectum.

Te.27. Te.28. Te.29. Te.30. Te.31.

lectum, ſicut diximus prius utitur autem utriſque,ſicut una natura.Veruntamen intellectum ponit principium maxime omnium;ſolum eñ dicit ipſum,eorum,quę ſunt,ſimplicem eſſe,& immiſtum,& purum . Aſſignat autem utraque eidem principio,& cognoſcere,& mouere, di-
Te. 32. cent intellectum mouiſſe omne . ¶Vt autem & Thales ex ijs,quę commemorant,motiuum alı̃quid animam opinari . ſiquidem dixit lapidem animam habere,qm̃ ferrum mouet. Diogenes autem,ſicut & alij quidem,aerem, hunc opinatus omnium ſubtiliſſimarum partium eſſe , & principium,& propter hoc cognoſcere, & mouere animam.ſecundùm ꝙ quidem primũ eſt , & ex hoc reliqua cognoſcere, ſecundum quod vero ſubtiliſſimum.eſt motiuum eſſe. Heraclitus autem principium eſſe dicit,ſiquidem vaporem,ex quo alia conſtituit: & maxime etiam incorporeum,& fluens ſemper.quod autem mouetur eo quod mouetur,cognoſci.in motu autem eſſe quę ſunt,& ille arbitrabatur,& multi. Similiter autem his & Alcmæon opinari videt̃ de Anima; Dicit enim ipſam immortalem eſſe; propterea quòd aſſimilatur immortalibus. hoc autem ineſſe ipſi,tanquam ſemper motæ. moueri autem & diuina omnia continuè ſemper Lunam,Solem,aſtra,& totum Cœlum Magis autem oneroſorum quidam & aquam exiſtimauerunt,vt Hippo.ſuaderi autem videntur ex genitura,qm̃ omnium humida eſt: etenim redarguit ſanguinem dicentes animam,qm̃ genitura non eſt ſanguis: hãc autem eſſe primam animam. Alij autem ſanguinem, quemadmodum Critias, ipſum ſentire animæ maxime ꝓprium opinantes . hoc autem ineſſe propter naturam ſangui-

ſanguinis: Omnia enim elementa iudicem acceperunt, prçter terram. hanc autem nullus ꝓtulit, niſi aliquis dixit ipſam ex omnibus elementis eſſe, aut omnia. ¶ Definiunt autem omnes animam, tribus, ut ita dixerim, motu, ſenſu, incorporeo, horum autem vnumquodque reducitur ad principia. Vnde & ipſo cognoſcere definientes ipſam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes ſimiliter inuicem præter vnum: dicunt enim ſimile cognoſci ſimili: quoniam enim anima omnia cognoſcit, conſtituunt eam ex omnibus principijs. ¶ Quicunque igitur vnã aliquam dicunt cauſam, & elementum vnum, & animam vnum ponunt: vt ignem, aut aerem. qui uero plura dicunt principia, & animam plura dicunt. Anaxagoras autem ſolus impaſſibilem eſſe dicit intellectum, & nihil commune vlli aliorum habere. Huiuſmodi autem cùm ſit, quomodo cognoſcit, & ꝑp quam cauſam, neque ille dixit, neque ex iis, quæ dicta ſunt, conſpicuum eſt. ¶ Quicunque autem contrarietates faciunt in principijs, & animam ex contrariis conſtituunt. Qui autem alterum contrariorum, ut calidum, aut frigidum, aut aliquid huiuſmodi aliud, & animam ſimiliter unum aliquod horum eſſe ponunt. Vnde & nomina conſequuntur. qui quidem calidum dicentes, propter hoc & τὸ ζῆν, id eſt, uiuere nominatum eſſe. qui autem frigidum, propter reſpirationem, & refrigerationem uocari ψυχὴν, i. animã. Tradita igitur de anima & propter quas cauſas dicunt ſic, hæc ſunt.

Te. 33. Te. 34. Te. 35.

Summa Tertia. Confutantur Antiquorum opiniones de Anima eſſentia: Adducunturq; nonnullæ circa ipſius unitatem difficultates.

Caput Primum. Diluuntur opiniones Animam moueri aſſerentes.

Te. 36. CONſiderandum autem primùm quidem de motu; fortaſſis enim non ſolum falſum eſt ſubſtantiam ipſius huiuſmodi eſſe, qualem aiunt dicētes animam eſſe ipſum ſeipſum mouens, aut potens mouere: ſed unum quoddã impoſſibilium eſt ineſſe ipſi motum. Quòd igitur non neceſſe ſit mouens & ipſum moueri prius dictum eſt.

Te. 37. ¶Dupliciter autem cum moueatur omne, aut.n.ſm alterum, aut ſm ſeipſum. Secundùm alterum autem dicimus, quæcunq; mouentur, eo quòd in eo ſunt, quod mouetur, ut nautæ. non.n. ſimiliter mouentur naui. hæc.n.ſm ſeipſam mouetur: illi autem eò ꝙ ſunt in eo, quod mouetur. Manifeſtum autem in partib. eſt: proprius.n. motus pedum ambulatio eſt, hęc autem & hominum eſt non: ineſt autem nautis tunc

Te. 38. ¶Dupliciter itaq; dicto ipſo moueri, nunc intendimus de anima, ſi per ſeipſam mouetur, & participat motu. Quatuor aūt motus cùm ſint, latio, alteratio, augmentum, & decrementum, aut ſm unum horum mouebit, aut ſm plures, aut ſm omnes. Si uerò mouetur nōn ſm accidens, natura inerit motus ipſi. ſi autem hoc, & locus, omnes.n. dicti motus in loca ſunt.

Te. 39. ¶Si autem eſt ſubſtantia animæ mouere ſeipſam, non ſecundùm accidens ipſum moueri ipſi inerit, ſicut albo, uel tricubito; mouētur .n.& hæc, ſed ſm accidens: cui.n. inſunt, mouetur illud corpus. Vnde non eſt locus ipſorũ. ani

mæ

mę autem erit, ſi quidem natura motu participat.¶Amplius autem, ſi natura mouetur, & uiolentia mouebitur: & ſi uiolentia, & natura Eodem autem modo ſe habet & de quiete. in ꝙ .n. mouetur natura, & quieſcit in hoc natura. in qđ autem uiolentia mouetur, quieſcit & in hoc uiolentia. Quales autem uiolẽti motus animæ erunt, & quietes, neque fingere uolentibus facilè eſt reddere. Amplius autem, ſi quidẽ ſurſum mouebitur ignis erit: ſi uerò deorſum, terra. horum autem corporum motus hi. Eadem autem ratio & de medijs.¶Prętereà, quoniam uĩ mouere corpus, rationabile eſt ijs mouere motibus, quibus & ipſa mouetur. Si autem hoc & conuertentibus eſt dicere uerum, ꝙ ſm quẽ corpus mouetur, eo & ipſa: corpus autem mouetur ſm lationẽ: quare aĩa mouebiť, ſicut corpus, aut tota, aut ſm partes tranſlata. Si autem hoc, & egreſsã iterum ingredi cõtinget. ad hoc aũt ſequetur, ut reſurgant mortua animalium. Te. 40. Te. 41.

¶ Motu autem ſm accidens etiã ab altero moueretur: pelletur enim utiq; uiolentia animal. Non oportet autem, cui à ſeipſo moueri ineſt in ſubſtantia, hoc ab alio moueri, niſi ſm accidẽs. ſicut neq; quod ſecundùm ſe bonum, aut propter ſeipſum, hoc quidem propter aliud eſſe, hoc autem alterius cauſa. ¶Animam autem maximè dicet aliquis utiq; à ſenſibilibus moueri, ſi quidem mouetur. At vero & ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouebitur utiq;. Quare ꝗm omnis motus remotio eſt eius, quod mouetur ſecundùm quòd mouetur, & anima remouebĩtur utiq; à ſubſtantia, niſi ſecundùm accidens ſeipſam moueat. ſed eſt motus ſubſtãtiæ ipſius per ſe.¶Quidam aũt & mouere animam dicunt Te. 42. Te. 43. Te. 44.

corpus,in quo eſt,ſicut ipſa mouetur.vt Democritus ſimiliter dicens Philippo Comœdiarum magiſtro.Refert enim Dædalum mobilē feciſſe ligneam Venerem,infundendo argentum fuſile.Similiter autem & Democritus dicit : motas .n.inquit indiuiſibiles ſphæras, propterea quòd aptæ natę ſunt nunquam manere, contrahere, & mouere corpus omne. Nos autem interrogabimus, ſi & quieſcere facit hoc idē . quomodo autem faciet hoc,difficile eſt,aut etiam impoſſibile dicere,. Omnino autem non ſic vr anima mouere animal,ſed per electionem quandam,

Tc. 45. & intellectionem.¶Eodē autem mō & Timæus naturaliter oſtendit animam mouere corpus; eò enim ꝙ mouetur ipſa,& corpus mouere,ꝓpterea ꝙ connexa eſt ad ipſum.Conſtitutā.n. ex elementis, & diſpartitam ſm harmonicos numeros, quatenus connatualem ſenſum harmoniæ habeat.&,vt totum feratur conſonantib. lationibus,rectitudinem in circulum flexit.&,cū diuidendo fecit ex vno duos circulos dupliciter connexos,iterum unum diuiſit in ſeptē circulos: tanquā eſſent cœlilationes animæ motus.

Tc. 46. ¶ Primùm igitur non bene eſt dicere animam magnitudinem eſſe:Eam enim, quæ vniuerſi, talem eſſe vult qualis eſt uocatus intellectus:nō enim qualis ſenſitiua eſt,neque qualis deſideratiua:harum enim motus, non circulatio eſt.

Tc. 47. ¶ Intellectus autem unus, & continuus eſt, ſicut & intellectio.intellectio autem ipſæ notiones.hæ autem,eò quòd conſequenter unum, ſicut numerus,ſed nō ſicut magnitudo.Quapropter neq; intellectus ſit cōtinuus eſt, ſed aut impers,aut non ſicut magnitudo aliqua cōtinuus. Qualiter enim intelliget, magnitudo cùm ſit,

qualibet

qualibet parte ſua? parte autem, aut ſecundùm magnitudinem, aut ſecundùm pũctum, ſi opor tet & hoc partem dicere. Si igitur ſcdm punctum: hæc autem infinita: manifeſtũ eſt, quòd nunquam pertranſibit. Si verò ſecundum magnitudinẽ, ſæpe, aut infinities intelliget idem. videtur autem & ſemel contingere. Si autem ſufficiat qualibet partim tangere, quid oportet circulo moueri, aut etiam omnino magnitudinem habere? ¶ Si autem neceſſarium intelligere toto circulo tangentem, quis eſt partibus tactus? Amplius, quomodo intelliget partibile imperti, aut impers partibili? Neceſſarium au tem eſt intellectum eſſe circulum hunc intelle ctus.n.motus intellectio, circuli autem circum latio. Si ergo intellectio circumlatio, & intellectus vtique erit circulus, cuius huiuſmodi circumlatio intellectio. Sp autem aliqd intelliget, ſiquidem perpetua circumlatio: Actiuarum em̃ intellectionum termini ſunt: omnes enim alte rius cauſa ſunt. Speculatiuæ autem rationibus terminantur ſimiliter. Ratio autem omnis defi nitio eſt, aut demonſtratio. Demonſtrationes verò & à principio ſunt, & habent quodammo do finem ſyllogiſmum, aut concluſionem. Si autem non terminantur, ſed non reflectunt̃ ite rum in principium, accipientes autem ſp medium, & extremitatem rectè procedũt. circum latio autem iterum in principium reflectitur: definitiones enim omnes finitæ ſunt. Amplius autem, ſi eadem circumlatio ſæpe fiat, oportebit ſæpe intelligere idem. Adhuc aũt & in tellectio aſſimilatur cuidam quieti, & ſtatui, magis quàm motui. eodem autem modo & ſyllogiſmus. ¶ At verò neque beatum, qđ nõ facile, ſed Te. 49.

Te. 48.

violentum. Si autem eſt motus ipſius non ſubſtantia, præter naturam vtique mouebitur. Laborioſum autem eſt & commiſtum eſſe corpori, non potens abſolui, & præterea fugiendum: ſiquidem melius eſt intellectui non cum corpore eſſe, quemadmodum & conſuetum eſt dici, & multis placet. ¶Immanifeſta autem eſt, & cur circulariter ferē cœlum, cauſa. Neq; enim animæ ſubſtantia cauſa eſt, cur circulariter feratur: ſed ſm accidens ſic mouetur. Neq; corpus cauſa, ſed anima magis illi. At verò neq; ꝗ melius dr̃, & tamen oportebat pp̃ hoc Deum facere circulariter ferri animam, quia melius ſit ipſi moueri, quàm manere, moueri autem ſic, ꝗ aliter. ¶Quoniã autem huiuſmodi intentio eſt alijs rationibus magis propria, hãc quidem dimittamus nunc. Illud autem inconueniens accidit & huic rationi, & pluribus, quę de anima: Copulant enim, & ponunt in corpus animam: nihil vltra determinantes propter quã cauſam, & quomodo habente corpore. ¶ Et tamen videtur hoc vtiq; neceſſarium eſſe, propter communionem. n. hoc quidem agit, illud autem patitur: & quidem mouet, illud autem mouetur. horum autem nihil ineſt adinuicem quibuſcunq;. ¶Hi autem ſolum conantur dicere quale quid ſit anima, de ſuſceptiuo autem corpore nihil amplius determinant: tanquàm poſſibile ſit, ſecundùm Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi: Similiter itaque dicunt, atque ſi quis dicat Tectonicam in fiſtulas ingredi; oportet enim artem quidem vti inſtrumentis, animam autem corpore. Videtur enim vnumquodque propriam habere ſpeciem, & formam.

(Marginal notes: Te. 50. beside "& multis placet"; Te. 51. beside "aliter"; Te. 52. beside "& quomodo habente corpore"; Te. 53. beside "cunq;")

Caput

Caput Secundum. Confutatur opinio Animam harmoniam eſſe aſſerens.

ALia autem quædam opinio tradita eſt de anima, credibilis quidem multis, & nulla inferior earum, quæ dicta ſunt; rationibus tamen quaſi pœnis afflictata & in ijs, qui in communi fiunt, ſermonibus: Harmoniam.n. quandam ipſam dicunt: etenim harmoniam temperamentum, & cōpoſitionem eſſe cōtrariorum, & corpus cōponi ex cōtrarijs. ¶ Atqui harmonia ratio quædam cōmiſtorum eſt, aut compoſitio: animam autem neutrum poſſibile eſt eſſe horum. Amplius autem mouere non eſt harmoniæ: animæ autem attribuunt hoc omnes. ¶ Congruit autem magis de ſanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus, q̃ de anima. manifeſtum autem, ſi quis tentauerit reddere paſſiones, & opera animæ harmonia quadam: difficile enim harmonicè coaptare. ¶ Amplius autem ſi dicamus harmoniã in duo reſpicientes, maximè qdem propriè magnitudinum in habentibus motum, & poſitionem compoſitionem ipſarum, cum ſic congruunt, ut nihil eiuſdem generis ſuſcipiãt; hinc autem & eorum, q̃ commiſcentur, rationem, neutro vtiq; modo rationabile. Compoſitio autem partium corporis multum inueſtigabilis exiſtit; multæ .n. ſunt compoſitiones partium, & multipliciter. Cuius igitur, & quomodo congruit accipere intellectum compoſitionem eſſe, aut & ſenſitiuum, aut appetitiuum? ¶ Similiter autem inconueniens & rationem miſtionis eſſe animã: non.n. eandem habet rationem miſtio elementorum, ſecundùm quã caro, & ſecundum quã

Te. 54. Te. 55. Te. 56. Te. 57. Te. 58.

os. Accidet igiť & multas animas habere,& ſecundum totum corpus:ſiquidem omnia ex elementis cõmiſtis ſunt, cõmiſtionis autem ratio
Te. 59. harmonia eſt,& anima. ¶Poſtulabit autem hoc vtiq; aliquis,& ab Empedocle:vnamquanq;.n. ipſarum in ratione quadã dicit eſſe. Vtrum igitur ratio ipſa anima eſt,an magis aliquid aliud exiſtens gignitur in membris?Amplius autem, vtrum concordia cuiuſlibet miſtionis cauſa,an eius, quę ſecundùm rationem? Et hæc, vtrum ratio eſt, an aliquid aliud præter rationem?
Te. 60. ¶ Hæc igitur habent huiuſmodi dubitationes. Si uerò aliud eſt à miſtione anima, curnã unà cum ipſo carnis eſſe, & aliarum partium animalis tollitur? Ad hæc autem,ſiquidem nõ una quæque partium habet animam, ſi non eſt anima ratio commiſtionis,quid eſt quod corrumpitur,anima deſerente?
Te. 61. ¶Quòd igitur neq; harmoniam poſſibile eſt eſſe animam, neq; circulariter moueri, manifeſtum ex dictis,ſecũdum accidens autem moueri,ut diximus, eſt,& mouere ſeipſam:ut moueri quidem id,in quo eſt, hoc autem moueri ab anima:aliter autem non eſt poſſibile moueri ſecundùm locum ipſam.

Caput Tertium. Examinantur dubitationes non nullæ Animam moueri perſuadentes.

Te. 62. RAtionabilius autem dubitabit utiq; aliquis de ipſa, tanquam quę moueatur,ad huiuſmodi reſpiciens; Dicimus enim animam triſtari, gaudere, confidere, timere: amplius autem iraſci,& ſentire, & cogitare, hæc autem omnia motus eſſe uidentur. unde opinabitur aliquis
Te. 63. ipſam moueri. ¶Hoc autem non eſt neceſſe.nã & ſi q̃ maxime triſtari, aut gaudere,aut cogitare motus

re motus

re motus ſunt,& vnumquodque moueri aliqd, moueri tamen ab anima eſt,ut iraſci,aut timere,eo ꝙ cor hoc mō mouetur, cogitare autem, huiuſmodi,aut forſitan aliquid aliud.Horū aūt accidunt alia quidem ſm lationem quibuſdam motis:alia uero ſm alterationem . qualia autē, & qūo,alia ratio eſt . ¶Dicere autem iraſci animam ſimile eſt, ac ſi quis dicat eam texere, vel ædificare : melius enim fortaſſis eſt non dicere,animam miſereri,aut addiſcere,aut cogitare,ſed hominem anima,hoc autem, non tanquam motu in illa exiſtente , ſed aliqñ quidem vſq; ad illā,aliqñ quidem ab illa, ut ſenſus quidem ab his , reminiſcentia vero ab illa ad motus,qui ſunt in ſenſuum inſtrumentis,aut quietes.¶Intellectus autem uī innaſci, ſubſtantia q̄dam exiſtens,& corrumpi:Maxime.n.corrumperetur utiq; ab ea,quæ eſt in ſenio,debilitate. nunc autem,quemadmodum in ſenſorijs accidit:ſi.n.acciperet ſenex oculum talem,& uideret vtiq;, ſicut & iuuenis . quapropter ſenium nō eſt,quia ſuſtinuit aliquid anima, ſed in quo ſicut in ebrietatibus,& morbis . ¶ Ipſum igitur intelligere, & ipſum ſpeculari marceſcit , alio quodā interius corrupto: ipſum autem impaſſibile eſt.Cogitare aūt, & amare , aut odiſſe non ſunt illius paſſiones,ſed huius habentis illud,ſecundum ꝙ illud habet.Quare & hoc corrupto, neque meminit , neque amat; non enim illius erāt,ſed communis, quod quidem deſtructum eſt.Intellectus autem fortaſſis diuinius quid,& impaſſibile eſt . Quòd igitur nòn ſit poſſibile moueri animam,manifeſtum ex his . ſi autem penitus non mouetur , manifeſtum quòd neq; à ſeipſa. ¶Multo autem ijs, quæ dicta ſunt, irratio-

Te. 64. Te. 65. Te. 66. Te. 67.

rationabilius, dicere aīam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Inſunt.n.his impoſſibilia prima quidem, quę ex ipſo moueri accidunt: propria autem ex eo, quòd dicunt ipſam eſſe numerum. Qūo.n. oportet intelligere vnitatem moueri, & a quo, & qūo, impartibilem & indifferentem exiſtentem? Nam ſi eſt motiua, & mo-
Te. 68. bilis, differre oportet. ¶Amplius autem, qm̄ dicunt lineam motam planum facere, punctum autem lineam. & vnitatum motus lineę erunt. punctum.n. vnitas eſt poſitionem habens. numerus autem animæ iam alicubi eſt, & poſitionem habet. Amplius autem, à numero ſi auferat aliquis numerum, aut vnitatem, relinquitur alius numerus. plātæ autem, & animalium multa diuiſa viuunt: & vnū eandem habere ani-
Te. 69. mam ſpecie. ¶Videbitur autem utiq; nihil differre, dicere unitates, an corpuſcula parua; Etenim ex Democriti ſphęrulis ſi fiant puncta, modo autem maneat quātitas, erit aliquid in ipſo, hoc quidē, qđ mouet illud autem, qđ mouetur, ſicut in magnitudine. non.n. ꝓpea ꝙ magnitudine differt hoc aut, paruitate, accidit, quod dictum eſt, ſed quia quantum. Vnde neceſſe eſt aliquid eſſe motiuum vnitatū Si autem in animali id, quod mouet anima eſt, & in numero. quare non quod mouet, & quod mouetur eſt
Te. 70. aīa. ſed quod mouet ſolum. ¶At uero qūo poſſibile eſt hanc vnitatem eſſe? oportet.n. ineſſe ipſius quādam differentiam ad alias. puncti autem vnici quę vtiq; differentia erit, niſi poſitio? Si igitur ſunt alię, quæ in corpore unitates, aut pūcta, in eodē erunt unitates. obtinebit.n. locū puncti. attamen quid prohibebit in eodē eſſe. ſi duæ ſunt, & infinitas? quorum.n. locus eſt indi-

uiſibilis,

uiſibilis,& ipſa.¶Si autem,quę in corpore,pun cta numerus aīæ ſunt, aut ſi qui eorū, q̄ in corpore,punctorum numerus aīa,quare nō oīa habent animam corpora? puncta .n. in omnibus vnū eſſe,& infinita.Amplius autem,qūo poſſibile eſt ſeparari puncta,& abſolui à corporibus ſi quidem non diuidentur lineæ in puncta. Te. 71.

Caput Quintum. Animam ex ſubtiliſſimo corpore non componi.

ACcidit autē,ſicut diximus, partim quidem idem dicere corpus quoddā ſubtilium partium ipſam ponētibus:partim autem,ſicut Democritus dicit,ab aīa moueri, proprium inconueniens.Si.n.eſt aīa in oī eo, qđ ſentit corpore neceſſe eſt in eodē duo eſſe corpora, ſi corpus aliquod aīa.Numerum autem dicentib.in uno puncto puncta multa, aut omne corpus aīam habere:niſi quidā numerus differens innaſcat, & alius ab ijs,q̄ in corpore ſunt,punctis.¶Acciditq; aīal moueri à numero, ſicut & Democritum dixit ipſum mouere.Quid.n.differt dicere ſphæras paruas, an vnitates magnas, aut oīno unitates motas?utroq;.n. mō neceſſe eſt moueri aīal,eò quia mouētur ipſæ.¶Cōplectentibus igitur in unum,numerum,& motum,& hæc accidunt,& multa alia hmōi:non.n.ſolum definitionem aīæ impoſſibile eſt hmōi eſſe,ſed & accidens. Manifeſtum eſt autem ; ſi quis conatus fuerit ex rōne hac paſſiōes, & opera aīæ reddere,ut raciocinationes,ſenſus uoluptates, dolores,& q̄cunq; alia hmōi ſicut.n.diximus prius, neq; diuinare eſt facilè ex ipſis. ¶Tribus autem modis traditis ſm quos definiunt aīam:illi qui Te. 72. Te. 73. Te. 74. Te. 75.

dem

dem maximè motiuũ enunciauerunt, eo ꝙ mo uet ſeipſam: hi aũt corpus ſubtiliſſimarum par tium, aut maximè incorporeum aliorum. hæc aũt quas dubitationes, & ſubcontrarietates ha bent, ꝑcurrimus ferè. Reliquum eſt aũt conſide rare, quõ dr̃ ex elementis ipſam eſſe. dicunt.n. quatenus ſentiat ea, quæ ſunt, & vnumquodq;

Te. 76. cognoſcat. ¶ Neceſſarium autem eſt accidere multa, & impoſſibilia rõni. Ponunt enim cogno ſcere ſimile ſimili, perinde ac ſi animam res po nant. Non ſunt autem hæc ſola, multa verò & alia: magis autem fortaſſis infinita numero, q̃

Te. 77. ſunt ex his. ¶Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horum, ſit ea cognoſcere aĩam, & ſentire: ſed compoſitum, quo cognoſcet, aut ſentiet vt qd Deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimiliter autẽ & quodlibet aliud cõpoſitionem? Non.n. quoli bet mõ ſe habentia elementa, horum unumqđ que, ſed rõne quadam, & compoſitione, ſicut & Empedocles dicit ipſum os. *Terra autem concin na in amplis infundibulis Duas ex octo partibus ſor tita eſt fluidi luminis, Quatuor autem Vulcani, oſſa autem alba facta ſunt.* Nulla igitur utilitas elemẽ ta in anima eſſe, niſi & rõnes inerũt, & compo ſitio; cognoſcet.n. vnumquodque ſimile: os au tem, aut hoĩem nihil, niſi & hæc inerũt. hoc aũt ꝙ impoſſibile ſit, nihil oportet dicere. Quis em̃ dubitabit, ſi inſit in aĩa lapis, aut homo: ſimili ter autem & bonum, & non bonum, eodem au

Te. 78. tem modo & de alijs? ¶Amplius autem, cũ mul tipliciter dicatur id quod eſt (ſignificat.n. aliud quidem hoc aliquid, aliud autem quantitatem, aut qualitatem, aut etiam quoddam aliud diui ſorum prædicamentorum) vtrum ex omnibus erit anima, an non? Sed non vr̃ cõia omnium

eſſe

eſſe elementa. Num igitur quæcunque ſubſtan-
tiarum ſunt, ex his ſolis? Quo igitur cognoſcit
& aliorum vnumquodque? An dicent vniuſcu-
iuſque generis eſſe elementa, & principia pro
pria, ex quibus animam conſtare. Erit ergo &
q̃titas, & qualitas, & ſubſtantia. Sed impoſſibile
eſt ex quantitatis elementis eſſe ſubſtãtiam, &
non quantitatem. Dicentibus itaque ex oĩbus,
hæc, & huiuſmodi alia accidunt. ¶ Inconueniẽs Te. 79.
autem eſt dicere quidem impaſſibile eſſe ſimi-
le à ſimili: ſentire autem ſimile ſimili, & cogno
ſcere ſimile ſimili, ſentire autem pati aliqd, &
moueri ponunt: ſimiliter aũt & cognoſcere, &
intelligere. Cùm autem multas dubitationes,
& difficultates habeat dicere, ſicut Empedo-
cles, ꝙ corporeis elementis ſingula cognoſcun-
tur, & ad ſimile, teſtatur qđ nunc dictum eſt: q̃-
cunque.n.inſunt in aĩalium corporib. ſimplici-
ter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire viden-
tur. quare neque ſimilia, & tamẽ conueniebat.
¶ Amplius autem vnicuique principiorum igno Te. 80.
rantia amplior, q̃ intelligẽtia inerit: cognoſcet
enim vnum vnumquodque. multa autem igno-
rabit. omnia enim alia. Accidet autem & Empe
docli inſipientiſſimum eſſe Deum: ſolus enim
elementorum vnum non cognoſcet ipſam di-
ſcordiam: mortalia autem omnia: ex omnibus
enim vnumquodque. ¶ Omnino autem, pp quã Te. 81.
cauſam non omnia, quę ſunt, habent animam:
cùm oẽ aut elemẽtũ ſit, aut ex elemento vno,
aut pluribus, aut omnibus? neceſſe enim eſt v-
num aliquod cognoſcere, aut quædam, aut om
nia. ¶ Dubitauit autem vtique aliquis, & quid Te. 82.
eſt vnum faciens ipſa; materiæ enim ſimilia
ſunt elemẽta. Principaliſſimum enim eſt illud,
quod

quod continet, quodcunque eſt. aĩa autem aliquid eſſe melius, & præſtantius impoſſibile eſt. impoſſibilius autem adhuc intellectu. rõnabiliſſimum.n.eſſe hunc antiquiſſimum, & diuinũ ſecundùm naturam. elementa autem dicunt eſ-
Te. 83. ſe prima entium. ¶Oẽs autem, & q ex eo, quod cognoſcit, & ſentit ea, q̃ ſuut, ex elementis dicunt ipſam, & q maxime motiuum; non de oĩ dicunt anima. Neque.n.ſentientia omnia motiua. vñr enim eſſe quædam animalium manſiua ſecundùm locum: & tamen vr̃ hoc ſolo motu mouere anima animal. Similiter autem & quicunque intellectum, & ſenſitiuum ex elemẽtis faciunt. videntur enim plantæ viuere non participantes latione, neque ſenſu: & animalium
Te. 84. multa intelligentiam non habere. ¶Si autem aliquis & hæc conceſſerit, poſueritq; intellectũ partem aliquam animæ, ſimiliter autem & ſenſitiuum, neque vtique ſic dicẽt de omni aĩa, neque de tota, neque de vna. Hoc autem ſuſtinuit & quæ eſt in Orphicis vocatis carminibus, rõ dicit enim animam ex toto ingredi reſpirantibus, latam à ventis. Non poſſibile itaque plantis hoc accidere, neque animalium quibuſdam: ſi
Te. 85. quidem non omnia reſpirant. ¶ Hoc autem latuit ſic opinantes. Si vero ex elemẽtis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus; Sufficiens enim eſt altera pars contrarietatis ſeipsã diiudicare, & oppoſitam: recto enim & ipſum, & obliquum cognoſcimus. iudex enim vtrorumque regula. obliquum autem neque ſuiipſius, neque recti. ¶Et in toto autem quidam ip-
Te. 86. ſam miſtam eſſe dicunt. vnde fortaſſis & Thales opinatus eſt omnia eſſe plena Dijs. Hoc autem habet quaſdam dubitationes. Propter quã enim

enim cauſam in aere, aut in igne anima cũ ſit, non facit aīal, in miſtis autem: præſertim, cùm melior in iſtis eſſe videat? Quare autem vtique aliquis, & quam ob cauſam q̄ in aere anima, ea q̄ in aīalibus, melior eſt, & immortalior. ¶ Accidit autem utroque modo inconueniens, & irrationabile; etenim dicere animal ignem, aut aerem, irrationabilium eſt. & non dicere aīalia, cùm aīa inſit, inconueniens eſt. ¶ Opinari autē vñt aīam eſſe & in his, q̄m totum cum partibus eiuſdem ſpeciei eſt. Quare neceſſarium ipſis dicere & aīam eiuſdem ſpeciei cum partibus eē, ſi, quia intercipitur aliquid continentis in aīalibus, aīata aīalia fiunt. Si autem aer quidem diſceptus eiuſdem ſpeciei ſit: anima autem diſſimilium partium: hoc quidem aliquid ipſius inerit, vt patet, aliud autem non inerit, Neceſſe eſt igitur ipſam aut ſimilium partium eē, aut non ineſſe in qualibet parte totius. Manifeſtum igi̅t ex dictis eſt, ꝙ neque cognoſcere ineſt animæ, propterea ꝙ ſit ex elementis: neque moueri ipſam bene, atque verè dicitur. Te. 87. Te. 88.

Caput Septimum. Nonnullæ proponuntur difficultates de ipſius Animæ vnitate, ac partibilitate.

QVoniam autem cognoſcere aīæ eſt, & ſentire, & opinari: adhuc autem concupiſcere, & deliberare, & oīno appetitus: fit autem & ſm locum motus ab aīa aīalibus: adhuc autem & augmentum, & ſtatus, & decrementum. vtrũ toti aīæ vnumquodque horum ineſt, & tota anima intelligimus, & ſentimus, & aliorum unumquodque facimus, & patimur: an partibus alijs alia. Et ipſum etiam viuere, utrum in aliquo horum eſt uno, aut in plurib. aut in omnib. an & Te. 89

aliqua

Te. 90. aliqua alia cauſa eſt.¶Dicunt itaque quidē partibilem ipſam,& alia quidē intelligere, alia aũt concupiſcere Quid igitur continet animam, ſi partibilis eſt natura? Non enim vtique corpus: vr̄ enim contrà magis anima corpus continere: egrediente enim expirat,& putreſcit. ¶Si igitur

Te. 91. aliquid aliud vnam ipſam facit, illud maximè vtique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrum vnum, an multarum partium ſit.Si enim vnum eſt, ꝑꝑ quid non mox & animam vnum eſſe?Si vero partibile, iterum rō quæret,quid eſt continens, & ſic vtique proce-

Te. 92. det in infinitum. ¶ Dubitabit autem aliquis & de ipſius partibus,quam potentiam habeat vnaquæque in corpore. Si enim tota anima totum corpus continet,conuenit & partium vnãquãque continere aliquid corporis.Hoc autem aſſimilatur impoſſibili: quam enim partem, aut qũo intellectus continebit,difficile eſt ēt finge-

Te. 93 re. ¶Vñr autem & plantæ viuere diuiſæ, & animalium inſectorum q̄dã, tãquam eandē habentia aĩam ſpecie, etſi non numero: vtraque em̄ partium ſenſum habet, & mouetur ſm locum

Te. 94. ad aliqđ tp̄s.¶ Si autem nō permanent, nullum inconueniens eſt; inſtr̄a n.non habent,quibus ſaluēt naturam,ſed nihilo minus in vtraq; partium oēs inexiſtunt partes animæ.Et eiuſdem ſpeciei ſunt adinuicem,& toti. adinuicem quidem, tanquam quæ non ſeparabiles ſunt: toti

Te. 95. aũt animæ,tanquam indiuiſibili exiſtente. ¶Vr̄ autem &,quod in plantis, principiũ anima quædam eſſe.hac enim ſola cõicant & animalia, & plantæ. Et hæc quidē ſeparatur à ſenſitiuo principio: ſenſum autem nihil ſine hac habet.

ARISTO-

ARISTOTELIS
DE ANIMA
LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

In Prima inueſtigat, ac tradit Animę definitionem.
In Secunda Animæ potentias, earum ordinē, ac quo pacto definiri debeant, declarat.
In Tertia de potentia Animæ vegetatiuæ ſermonem facit.
In Quarta de potentia Animæ ſenſitiuę.
In Quinta probat non dari ſextum ſenſum, curq́; non vnum, ſed plures habeamus.
In Sexta quærit, an eodem, quo ſentimus ſenſu, etiā ſentire nos percipiamus: Senſumq́; quem Communem appellamus, explanat.
In Septima ponit differentiam inter intelligere, ſapere, ac ipſum ſentire, inueſtigatq́; ipſius Imaginationis eſſentiam.

Summæ Primæ Caput Primum. Traditur Animæ definitio declarans tantummodo quòd eſt.

CVm autem quæ à prioribus tradita ſunt de anima dicta ſint, iterū tanquam à principio redeamus, tentātes determinare quid eſt aīa, & q̄ vtiq; erit communiſſima ratio ipſius. ¶ Dicimus itaque vnum quoddam genus Tex. 1. Tex. 2.

 eorum,

eorum, quæ ſunt, ſubſtantiam. Huius autem, aliud quidem ſicut materiam, quod ſecundùm ſe quidem nõ eſt hoc aliquid: Aliud autem formam, & ſpeciem, ſecundùm quam iam dicitur hoc aliquid. & Tertium quod ex his. Eſt autem materia quidem potentia, forma autem actus. Et hoc dupliciter: hoc quidem, ſicut ſcientia, il

Tex. 3. lud autem, ſicut ſpeculari ¶ Subſtantiæ autem maxime eſſe uidentur corpora: & horum, naturalia: hæc enim aliorum principia. Naturalium autem, alia quidem habent uitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus, quæ per ſe ipſum habent alitionem, augmentationem, & diminutionem. Quare omne corpus naturale participans vita, ſubſtantia erit ſubſtantia autem

Tex. 4. ſic, ut compoſita. ¶ Quoniam autem eſt corpus huiuſmodi, vitam enim habens, non vtique erit corpus anima. non enim eſt eorum, quę in ſubiecto, corpus: magis autem, ſicut ſubiectum, & materia eſt. Neceſſe eſt ergo animam ſubſtãtiam eſſe ſicut formam corporis naturalis, po-

Tex. 5. tentia vitam habentis. ¶ Subſtantia autẽ actus, huiuſmodi igitur corporis actus. Hic autem dicitur dupliciter. alius quidem, ſicut ſcientia: alius autem, ſicut ſpeculatio. manifeſtum ergo, ꝙ ſicut ſcientia. Ex eo enim, quia in eſt anima, & ſomnus, & vigilia eſt. proportionale autem uigillia quidem ſpeculationi, ſomnus autem

Tex. 6. habitui non exeunti in actum. ¶ Prior autem generatione in eodem ſcientia eſt. Vnde anima eſt actus primus corporis naturalis potentia vitam habẽtis, tale autem, quod vtique ſit inſtrumentale. Inſtrumenta autem & plantarum partes ſunt, ſed penitus ſimplicia, vt folium eius, quod circa fructuum cooperimentum: id autẽ

quod

quod circa fructum fructus: radices verò ori ſi-
miles ſunt: vtraque enim trahunt alimentum.
¶ Si autem aliquid cõe in omni anima oportet Tex. 7.
dicere, erit vtique primus actus corporis natu-
ralis inſtrumentalis. Vnde non oportet q̃rere, ſi
vnum eſt anima & corpus: ſicut neque ceram
& figuram, neque omnino vniuſcuiuſque ma-
teriam, & id cuius materia: vnum enim, & eſſe
cùm multipliciter dicatur, quod proprie eſt, a-
ctus eſt. ¶ Vniuerſaliter igitur dictum eſt, quid Tex. 8.
ſit anima; ſubſtantia.n.eſt, q̃ ſm rõnem; hoc au
tem eſt, quod quid erat eſſe huiuſmodi corpo-
ris. Sicut ſi aliquod inſtrumentorum naturale
eſſet corpus, vt ſecuris. eſſet enim ſecuri eẽ ſub
ſtantia ipſius, & anima hoc, ſeparata autẽ hac,
non vtique amplius ſecuris eſſet, niſi æquiuo-
cè. nunc autem eſt ſecuris. nõ enim huiuſcemo
di corporis ipſum qd erat eſſe & rõ, anima, ſed
naturalis huiuſcemodi habentis in ſeipſo prin
cipium motus, & ſtatus. ¶ Cõſiderare autem & Tex. 9.
in partib. oportet, quod dictum eſt. Si.n. eẽt ocu
lus animal, anima vtiq; ipſi viſus eſſet. hic.n. eſt
ſubſtantia oculi, quæ ſecundùm rõnem, oculus
autem materia viſus eſt: quo deficiente non eſt
amplius oculus, niſi æquiuocè, ſicut lapideus,
aut depictus. Oportet igitur accipere, quod eſt
in parte, in toto viuente corpore: proportiona-
liter nanq; habet, ſicut pars ad partẽ, totus ſen-
ſus ad totum corpus ſenſitiuum, ſecundùm ꝙ
huiuſmodi. ¶ Non eſt autem, quod abiecit ani- Te. 10.
mam potentia exiſtens, vt viuat, ſed q̃d habet,
ſemen autem, & fructus potẽtia huiuſmodi cor
pus eſt. Sicut igitur inciſio, & viſio, ſic & vigi-
lia actus. vt autem viſus & potentia inſtrumen-
ti, ſic anima: corpus autem, q̃d potentia eſt. ſed

ſicut oculus eſt pupilla,& uiſus,& ibi anima,&
Te. 11. corpus aīal. ¶Quòd igitur non ſit aīa ſeparabilis a corpore, aut partes quędā ipſius, ſi partibilis nata eſt, nō immanifeſtū eſt: quarundam.n. actus partium eſt ipſarum. At uero quaſdā nihil prohibet, ppea ꝙ nullius corporis ſunt actus. Amplius autem immanifeſtum, ſi ſit corporis actus anima, ſicut nauta nauis. Figura igitur ſic determinatum & deſcriptum ſit de anima.

Caput Secundum. Traditur animæ definitio propria, ſcilicet per ipſius rei cauſam.

Te. 12. QVoniam autem ex obſcuris quidē, maniſtioribus autem fit certum & ſecundum rōnem notius, tentandū eſt iterū ſic aggredi de ipſa; Non.n. ſolùm ipſum ꝙ ſit oportet definitiuā rōnem oſtendere, ſicut plures definitionū dicunt, ſed & cauſam ineſſe, & apparere. Nunc autem ut cōcluſiones rōnes definitionū ſunt, ut quid eſt tetragoniſmus? æquale altera parte longiori rectangulum æquilaterale eſſe. talis aut definitio rō concluſionis. Dicens autē, ꝙ tetragiſmus eſt mediæ inuentio, rei cauſam dicit. ¶Dicamus igiī, principium accipientes cō-
Te. 13. ſiderationis, determinari animatum ab inanimato, ipſo viuere. Multipliciter autem ipſo viuere dicto, & ſi vnum aliquod horum inſit ſolū, viuere ipſum dicimus, vt intellectus, & ſenſus, & motus, & ſtatus ſm locum, adhuc autem motus ſm alimētum, & augmentum, & decrementum. ¶Vnde & vegetabilia oīa videntur ui-
Te. 14. uere: videntur.n. in ſeipſis habere potētiam, & principium huiuſmodi, per quod augumentū, & decrementum ſuſcipiunt ſecundum contraria loca: non.n. ſurſum quidem augentur, deorſum

ſum autem nō: ſed ſimiliter in utraque, & omnem in partem aluntur, & viuunt ſemper, quouſq; poſſunt accipere alimētum. ¶Separari autem hoc quidem ab alijs poſſibile eſt: alia autē ab hoc impoſſibile, in mortalibus. Manifeſtum eſt autem in vegetabilib. nulla.n.ineſt ipſis potentia alia animæ. ¶Viuere igitur propter hoc principium ineſt oībus viuentibus, Animal autem propter ſenſum primò: etenim quæ nō mouentur, neque mutant locum, habent autē ſenſum, animalia dicimus, & non viuere ſolum. ¶ Senſus autem, primò ineſt omnibus tactus. Et, ſicut vegetatiuum poteſt ſeparari a tactu, & omni ſenſu, ſic & tactus ab alijs ſenſibus. Vegetatiuam autem dicimus huiuſmodi partem animæ, qua & plantæ participant. Animalia autem omnia videntur tangendi ſenſum habere. ¶ Propter quam autem cauſam vtrunq; horum accidit, poſterius dicemus: nunc autem intantum dictum ſit ſolùm, ꝙ anima eſt horum, quæ dicta ſunt, principiū: & his definita eſt, vegetatiuo, ſenſitiuo, cogitatiuo, motu. ¶Vtrum autē vnumquodq; horū eſt anima, an pars animæ: & ſi pars, vtrum ſic, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, an & loco: de quibuſdam quidem horum non eſt difficile videre, quædam autem dubitationem habent. ¶Sicut enim in plantis quædā diuiſæ videntur viuere, & ſeparatæ abinuicem, tanquā exiſtente in his aīa, actu quidem vna in vnaquaque planta, potētia autem pluribus; ſic videmus & circa alias differentias animæ accidere in his, quæ inciduntur in inſectis. Etenim ſenſum, vtraque partium habet, & motum ſecūdùm locum: ſi autem ſenſum; & imaginationem, & appetitum. Vbi enim ſenſus eſt, & dolor

Te. 15. Te. 16. Te. 17. Te. 18. Te. 19. Te. 20.

&c uoluptas conſequitur. ubi autem hæc ſunt
Te. 21. ex neceſſitate, & deſiderium eſt.¶De intellectu autem, & ſpeculatiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt: ſed uī genus aliud aīæ eſſe. & hoc ſolum poſſe ſeparari, ſicut perpetuum à corruptibili.
Te. 22. ¶Reliquę autem partes aīæ, manifeſtum ex his, quòd ſeparabiles nō ſunt, ſicut quidam dicunt ratione aūt ꝙ alię manifeſtum eſt. Senſitiuo. n. eſſe, & opinatiuo aliud, ſiquidem & ſenſitire ab ipſo opinari, ſimiliter autem & aliorū, quæ dicta ſunt, unumquodq;.
Te. 23. ¶Adhuc autem quibuſdam animalium omnia inſunt hæc, quibuſdam uerò quædam horum, alijs autem unum ſolum, hoc autem facit differentiam animaliū. propter quam autem cauſam ſic fit, poſterius ꝑſcrutandum. Similiter autem & circa ſenſus accidit; alia. n. habent omnes: alia uerò quoſdam, quædam vero vnum maxime neceſſarium, tactum.
Te. 24. ¶Qm̄ autem id, quo viuimus, & ſentimus dupliciter dicitur, ſicut id, quo ſcimus. dicimus autem hoc quidem ſcientiam, illud autem animam: utroque. n. horum dicimus ſcire. ſimiliter autem & id quo ſani ſumus, aliud quidem ſanitas eſt, aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto, horum autem ſcientia q̄dem, & ſanitas forma eſt, & ſpecies quędam, & ratio, & ut actus ſuſceptiuorum, illa qdem ſcientifici, hæc uerò ſani. vr̄. n. in patiente, & diſpoſito actiuorum ineſſe actus, aīa autē id eſt, quo uiuimus, & ſentimus, & mouemur, & intelligimus primò: anima vtiq; ratio quędā erit, & forma, ſed non ut materia, & ſubiectū.
Te. 25. ¶Tripliciter. n. dicta ſubſtantia, ſicut diximus, quarum, hæc quidem forma, illa uerò materia, alia autem ex utriſque: harum autem materia quidem

dem potentia forma autem actus: qm̄ quod ex utriſque, animatum, non eſt corpus actu animę ſed ipſa corporis cuiuſdam. ¶ Et propter hoc be ne opinantur, quibus uidetur neque ſine corpo re eſſe, neq; corpus aliquod anima. corpus em̄ non eſt, corporis autem aliquid eſt. Et propter hoc in corpore ineſt, & in corpore hmôi, & nō, ſicut priores ad corpus aptabant ipſam, nihil ul tra definientes, in quo, & quali; quanuis non ui deatur quodlibet recipere quodlibet. Sic autem fit & ſecundùm rationem. uniuſcuiuſque enim actus in eo, quod potentia exiſtit, & in propria materia, aptus natura eſt fieri. Quod igitur act' quidam eſt, & ratio potentiam habentis, ut ſit huiuſmodi, manifeſtum ex his. Te. 26.

Summa Secunda. De Animæ potentijs, earum ordi ne, ac quo pacto definiri debeant.

POtentiarum autem animæ, quæ dictæ ſunt' alijs quidem inſunt omnes, alijs uero quæ dam harum, quibuſdam uerò una ſola. Poten tias autem diximus, vegetatiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundùm locum, cogi tatiuum. Ineſt autem plantis nutritiuum ſolū: alijs autem, & hoc, & ſenſitiuum. ſi autem ſen ſitiuum, & appetitiuum; appetitus enim concu piſcentia eſt, & ira, & uoluntas. Animalia autē omnia habet unum ex ſenſibus tactum, cui au tem ſenſus ineſt, huic & uoluptas, & dolor, & iucundum, & moleſtum; quibus autem hęc, & concupiſcentia. ipſius enim iucundi appetitus hæc. ¶ Adhuc autem alimenti ſenſum habent; tactus enim alimenti ſenſus: Siccis enim, & hu midis, & calidis, & frigidis aluntur omnia uiuē tia, horum autem ſenſus eſt tactus, aliorum au Te.27. Te. 28.

tem ſenſibilium ſecundùm accidens nihil enim ad alimentum confert ſonus, neque color, neque odor: ſapor autem vnum quoddam eſt tangibilium, fames autem, & ſitis concupiſcentia: & Fames quidem calidi, & ſicci: Sitis autem ſrigidi, & humidi: Sapor verò, vt conditementum quoddam.

Tc. 29. ¶Exactiùs autem manifeſtandum de his poſterius eſt: nunc autem intantum dictum ſit, quòd animalibus habentibus tactum & appetitus inſit. De imaginatione autem immanifeſtum, poſterius autem conſiderandum. Quibuſdam autem ad hæc ineſt, & ſecundum locum motiuum: alijs autem cogitatiuum, & intellectus, ut hominibus, & ſi qd aliud huiuſmodi eſt, aut etiã honorabilius.

Tc. 30. ¶ Manifeſtum igitur eſt, quòd eodẽ modo vna vtique erit ratio animæ, & figuræ: neque enim ibi figura eſt præter triangulum, & eas, quæ conſequenter ſunt, neque hic anima pręter dictas eſt. fiet autem vtique & in figuris ratio cõmunis, quæ conueniet quidem omnibus, propria autem nullius erit figuræ. ſimiliter autem & in dictis animabus. Vnde ridiculum eſt quærere communem rationem & in his, & in alijs, quæ nullius erit eorum, quę ſunt, propria erit ratio, neq; ſecundum propriam, & indiuiduam ſpeciem, dimittentes eam, quæ huiuſmodi.

Tc. 31. ¶Similiter autem ſe habent ei, quod eſt de figuris, & quæ circa animam ſunt; ſemper enim in eo, quod eſt conſequenter, eſt potentia quod prius eſt, & in figuris, & in animatis: ut in quadrato quidem triangulus eſt, in ſenſitiuo autem vegetatiuũ. Quare ſecundùm vnumquodque quærendum, quænam ſit vniuſcuiuſque anima: vt quę plantæ, & quæ hominis, aut beſtiæ.

ſtiæ. Propter quam autem cauſam conſequenter ſic ſe habent, conſiderandum eſt. Sine enim vegetatiuo ſenſitiuũ non eſt: à ſenſitiuo autem ſeparatur vegetatiuum in plantis. Iterum autem ſine tactiuo quidem aliorum ſenſuum nullus eſt: tactus, autem ſine alijs eſt; multa enim animalium neque viſum, neque auditum habent, neque odoris ſenſum. ¶Et ſenſitiuorum Te. 32.
alia quidem habet ſecũdùm locum motiuum, alia verò non habent: vltima autem, & minima ratiocinationem, & intelligentiam. quibus enim ineſt ratiocinatio corruptibilium, his & reliqua omnia. quibus autem illorum unumquodque, non omnibus ratiocinatio: ſed quibuſdam quidem neque imaginatio, alia autem hac ſola viuunt. De ſpeculatiuo autem intellectu alius ſermo eſt. Quod igitur quæ de horum vnumquoque ratio, hęc propriiſſima & de anima ſit manifeſtum eſt.

Summa Tertia. De potentia Animæ vegetatiuæ.

Caput Primum. Explicantur Animæ vegetatiuæ opera: redarguiturq́; Empedocles de alimenti cauſa.

NEceſſarium autem eſt eum, qui de his perſcrutationem facturus eſt, accipere unũquodque eorum quid eſt: poſtea ſic de attinentibus inueſtigare. Si autem oportet dicere quid vnumquodq; ipſorum, ut quid intellectiuum, aut ſenſitiuum, aut uegetatiuum, prius adhuc dicendum, quid ſit intelligere, & quid ſentire: priores enim potentijs actus, & operationes ſecundùm rationem ſunt. Si autem ſic, his autem adhuc priora obiecta oportet conſideraſſe, de Te. 33.

illis

illis primùm utiq; oportebit determinare propter eãdem cauſam, ut de alimento, & ſenſibi
Te. 34. li, & intelligibili. ¶ Quare primũ de alimento, & generatione dicendũ eſt; Vegetatiua .n. aĩa & alijs ineſt, & prima, & maxime cõis potẽtia eſt aĩæ, ſm q̃ ineſt ipſum uiuere oĩbus. Cuius ſunt opera, generare, & alimento uti; naturaliſſimũ .n. operum, q̃ in uiuentibus, quęcunq; perfecta, & non mutilata ſunt, aut generationẽ ſpõtaneã habent, eſt facere aliud, quale ipſum: animal q̃dem aĩal, plantam autem plantam, ut ipſo ſemper, & diuino participent, ſm ꝙ poſſunt. omnia .n. illud appetunt, & illius cã agunt omnia, quæ
Te. 35. cunq; agunt ſm naturam. ¶ Ipſum aũt cuius cã duplex eſt: hoc quidẽ cuius, illud uero cui. Qm̃ igitur cõicare non poſſunt ipſo ſemper, & diuinatione, propterea ꝙ nihil contingit corruptibiliũ idem, & unũ numero permanere, ſm ꝙ põt participare unumquodq;, ſic cõicat, hoc q̃dem magis, illud uerò minus, & permanet non ipſum, ſed quale ipſum, numero quidem non
Te. 36. vnum, ſpecie autem unum. ¶ Eſt autem anima uiuentis corporis cauſa, & principium. Hæc autem multipliciter dñr; attamẽ anima ſm determinatos modos tres cauſa dr̃: etenim anima cã eſt uñ motus, & cuius cã, & ut eſſentia animatorum corporum. Quòd igitur ſit ſicut ſubſtantia, manifeſtum eſt cã .n. ipſius eſſe omnib. ſubſtantia eſt. ¶ Ipſum autem uiuere uiuentibus eſſe eſt. cauſa autem, & principium horum ani-
Te. 37. ma. ¶ Amplius autem actus eius, quod potentia eſt, ratio eſt Manifeſtum autem eſt, quòd & cuius gratia cauſa anima. ut enim intellectus gratia alicuius facit, eodẽ modo & natura. & hoc eſt ipſius finis, huiuſmodi autem in animalib. anima,

anima, & ſecundùm naturam; omnia enim naturalia corpora animæ inſtrumenta ſunt, ſicut animalium, ſic & plantarum, tanquam gratia animæ exiſtentia. Dupliciter autem dicitur ipſum cuius gratia, & cuius, & cui. At uerò & unde principiũ qui ſecũdum motum locus anima eſt. nõ omnibus aũt uiuentibus ineſt potentia hæc. Eſt autem & alteratio, & augmentum per animam; ſenſus enim quædam alteratio eſſe uidetur, nihil autem ſentit, quod non habeat animam. Similiter autem & de augmẽto, & decremento ſe habet: nihil.n. decrementum patitur, neq; augmentatur naturaliter, niſi alatur, alitur autem nihil, quod nõ communicet uita. ¶ Empedocles autem non bene dixit hoc, addens augmentum accidere plantis, deorſum quidem cùm radicantur, propterea quòd terra ſic fertur ſecundùm naturam, ſurſum autem, ꝓpterea quòd ignis ſimiliter; Neq; enim ſurſum, & deorſum bene accipit: non enim idem ſurſum & deorſum omnibus, & ipſi uniuerſo, ſed vt caput animalium, ſic radices plãtarum ſunt; ſi congruit inſtrumenta dicere diuerſa, & eadẽ operibus. ¶ Ad hæc autem, quid eſt quod continet, quæ in contraria feruntur, ignem, & terram? diſtrahentur enim, niſi aliquid erit prohibens. Si uerò erit, hoc eſt anima, & cauſa augẽdi, & alendi. ¶ Videtur autem quibuſdam ignis natura ſimpliciter cauſa nutritionis, & augmentationis eſſe; etenim ipſe uidetur ſolus corporum, aut elementorum ali, & augmentari. unde & in plantis, & in animalibus putabit utique quis hunc eſſe id, quod operatur. ¶ Hic autem concauſa quidem quodammodo eſt, nõ tamẽ ſimpliciter cauſa, ſed magis anima: ignis enim aug-

Te. 38. (beside "¶ Empedocles")
Te. 39. (beside "operibus")
Te. 40. (beside "di, & alendi")
Te. 41. (beside "quis hunc eſſe id")

augmentum in infinitum abit, quouſque fuerit combuſtibile: natura autem conſtantiũ omniũ terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti. hæc autem animæ ſunt, ſed non ignis, & rationis magis, quàm materiæ.

Caput Secundum. De uirtutis vegetatiuæ obiecto, Alimento ſcilicet.

Te. 42. QVoniam autem eadem potẽtia animæ eſt uegetatiua, & generatiua, de alimẽto neceſſarium eſt determinare primum; ſepa
Te. 43. ratur enim ab alijs potentijs opere hoc. ¶ Vr̃ autem eſſe alimentum contrarium nutris: non oẽ autem omni, ſed quæcunque contrariorũ non ſolùm generationem habent exinuicem, ſed & augmentum. fiunt enim multa exinuicem, ſed
Te. 44. non oĩa: vt ſanum ex laborante. Vñr autem neque illa eodem modo adinuicem eſſe alimẽtũ: ſed aqua quidem igni alimentum eſt, ignis aũt non alit aquam. in ſimplicib. igitur corporibus hæc eſſe vñr maxime, aliud quidem alimẽtum, aliud uerò, quod alitur. ¶ Dubitationem autem habet. Dicunt enim hi quidem ſimile ſimili alí, ſicut & augeri. Alijs autem, ſicut diximus, econtrario vr̃, contrarium contrario, tanquam impaſſibile ſit ſimile à ſimili, alimẽtum autem mutari, & digeri: mutatio autem omnibus in con-
Te. 45. trarium, aut in medium. ¶ Adhuc autem alimẽtum pati ut aliquid ab eo, quod alitur, ſed non hoc ab alimento. ſicut neq; faber à materia, ſed ab illo hęc. Faber aũt mutatur ſolum in actũ ex ocio. Vtrum autem ſit alimentum id, quod vltimo aduenit, an id, quod primo, habet dr̃iam. Si verò vtraque; ſed hoc quidem indigeſtum, illud aũt digeſtum, vtroq; vtique modo cõtinget alimentum

mentũ dicere: inquantum.n.indigeſtum, cõtrarium contrario alitur: inquãtum aũt digeſtum ſimile ſimili. Quare manifeſtum eſt, quod dicũt quodammõ vtrique & rectè, & non rectè. ¶Qm̃ aũt nihil alitur non participans vita, animatum vtiq; erit corpus, qđ alitur, inquantum animatum. quare & alimentum ad animatum eſt, & non ſm accidens. ¶Eſt autem eſſe aliud alimento, & augmentatiuo: ſm enim quod quantum quoddam eſt, augmentatiuum eſt: ſm autem ꝙ hoc aliquid, & ſubſtantia, alimentum. cõſeruat enim ſubſtantiam: & eouſque eſt, quouſq; alitur. Et generationis quoque factiuum eſt, non eius, qđ alitur, ſed talis, quale id, quod alitur. iã enim eſt ipſius ſubſtantia, generat autem nihil ipſum ſeipſum, ſed conſeruat. ¶ Quare hmõi animæ principium potentia eſt talis, vt cõſeruet habens ipſam, ſecundùm ꝙ eſt huiuſmodi. Alimentum autem præparat ad operandum. vnde priuatum alimento non poteſt eſſe. ¶ Qm̃ autẽ ſunt tria, quod alitur, & quo alitur, & alens: alens quidem eſt prima anima, quod vero alitur eſt habens hanc corpus, quo autem alitur alimentum. Qm̃ autem à fine appellare omnia iuſtum eſt: finis autem eſt generare quale ipſum: erit vtique prima anima generatiuum quale ipſum. ¶Eſt autem id, quo alitur, duplex: ſicut & quo gubernatur, & manus, & temo. hoc qdem quod mouet & quod mouetur, illud autẽ quod mouet ſolum. Omne autem alimentum neceſſarium eſt concoqui poſſe. operatur autem concoctionem calidum: vnde omne animatum habet calorem. Vniuerſaliter igitur alimẽtum qđ ſit, dictum eſt, exactius autem manifeſtandum poſterius de ipſo in proprijs ſermonibus.

Te. 46.

Te. 47.

Te. 48.

Te. 49.

Te. 50.

Summa

Summa Quarta. De potentia Animæ ſenſitiuæ.

Caput Primum. Senſum paſſionem eſſe, eumque aliquando potentia, aliquando verò actu eſſe: pati autem tum à ſimili, tum verò à diſsimili.

Te. 51. DEterminatis autem his dicamus communiter de omni ſenſu. Senſus autem in eo quod eſt moueri aliquid, & pati accidit, ſicut dictum eſt; videtur enim quædam alteratio eſſe. Aiunt autem quidam & ſimile à ſimili pati: hoc autem quomodo poſſibile ſit, aut impoſſibile, dictum eſt in vniuerſalibus ſermonibus de ipſo
Te. 52. agere, & pati. ¶ Habet autem dubitationem, propter quid ſenſuum ipſorum non ſit ſenſus: & quare ſine ijs, quæ ſunt extra, non faciunt ſenſum, inexiſtente igne, & terra, & alijs elementis, quorum eſt ſenſus per ſe, aut ſecundùm ea, quæ accidunt his. Manifeſtum igitur eſt, quòd ſenſitiuum non eſt actu, ſed potentia tantum: vnde non ſentit: ſicut combuſtile non comburitur ipſum per ſe ſine combuſtiuo; combureret enim ſeipſum, & nihil indigeret ignis actu exi-
Te. 53. ſtentis. ¶ Quoniam autem ſentire dicimus dupliciter: potentia enim & audiens, & uidens audire, & videre dicimus, & ſi fuerit dormiens, & quòd iam eſt operans: dupliciter vtique dicetur & ſenſus, hic quidem vt potentia, ille verò ut actu. Similiter autem & ipſum ſentire, & quod
Te. 54. potentia exiſtit, & quod actu. ¶ Primum igitur tanquam ſit idem pati, & moueri, & agere dicimus; Etenim motus eſt actus quidam, imperfectus tamẽ, quemadmodum in alijs dictum eſt. omnia autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & actu exiſtente: Quapropter, eſt quidem vt à ſimili patiantur: eſt autem, vt à diſſimili, ſi-

cut

cut diximus. patitur enim qđ diſſimile eſt: paſſum autem ſimile eſt. ¶Diuidendum autem eſt Te. 55.
& de potentia & actu. nunc enim ſimpliciter dicimus de ipſis. Eſt enim ſic ſciens aliquid, ſicut ſi dicamus hominem ſciētem, quoniam homo ſcientium eſt, & habentium ſcientiam. Eſt autem, ſicut iam dicimus ſcientem habentem grãmaticam. Vterque autem horum non eodē modo potens eſt. ſed ille quidem, quia genus huiuſmodi, & materia eſt: hic autem, quia volens potens eſt ſpeculari, niſi aliquid prohibeat eorum, quæ extrinſecus. ¶Alius autem iam ſpeculans, Te. 56.
actu exiſtens, & propriè ſciens hanc literam A. Ambo igitur primi ſecundùm potentiam ſcientes ſunt. ſed ille quidem per diſciplinam alteratus, & ſæpe ex cõtrario mutatus habitu: hic autem ex eo, quòd habet ſenſum, aut grammaticam, non agit autem ad agendum alio modo. ¶Non eſt autem ſimplex neque ipſum pati, ſed Te. 57.
aliud quidem corruptio quædam à contrario. aliud autem ſalus magis eius, quod eſt potẽtia, ab eo, quod eſt actu, & ſimile ſic, vt potentia ſe habet ad actum. Speculans enim fit, habẽs ſciẽtiam. quod quidẽm aut nõ eſt alterari, in ipſum enim additio eſt; & in actum: aut alterum genus alterationis eſt. ¶ Quo circa non recte ſe Te. 58.
habet dicere ſapientem, cùm ſapit, alterari, ſicut nec ædificatorem, cùm ædificat. In actum igitur ducens ex potentia exiſtente ſecundùm ipſum intelligere, & ſapere, non doctrinam, ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt. Ex potentia autem exiſtente addiſcens, & accipiens ſcientiam ab actu exiſtente & docente, aut neque pati dicendum, ſicut dictum eſt, aut duos eſſe modos alterationis, & eam, quæ ad

priua-

& ſenſibile tripliciter:quorũ duo quidem dicimus p̃ ſe ſentiri unum autẽ ſm accidens. Duorum autem, aliud quidem proprium eſt vniuſcuiuſq; ſenſus,aliud autem cõe oĩum.Dico aũt proprium quidem, quod non contingit alio ſenſu ſentiri,& circa quod non contingit decipi:vt viſus coloris,& auditus ſoni, & guſtus ſaporis. tactus autem plures habet differentias. Sed vnuſquiſq; iudicat de his,& non decipitur quòd color ſit,neq; q̃ ſonus, ſed quid ſit coloratum,aut ubi,aut quid ſonans,aut ubi. Talia igitur dñr propria vniuſcuiuſq; obiecta.¶Cõia aũt,motus,quies numerus,figura, magnitudo; huiuſmodi.n.nullius ſunt propria,ſed communia oĩbus;etenim & tactu motus aliquis ſenſibilis,& viſu. Per ſe igitur ſenſibilia ſunt hæc. Te. 64.
¶Secundùm accidens autem dicitur ſenſibile, vt ſi album ſit Diaris filius. ſecundùm accidens enim hoc ſentit,quoniam accidit albo hoc, q̃ ſentit.quapropter nihil patitur, ſm quòd huiuſmodi eſt,à ſenſibili. Senſibilium autem ſm ſe,propriè ſenſibilia ſunt propria,& ea,ad quæ nata eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſus. Te. 65.

Caput Tertium.De viſu,viſibilibus,ac medio,perſpicuo,ac lumine.

CVius igitur eſt viſus,hoc eſt viſibile.Viſibile autem eſt,& color,& quod oratione quidem eſt dicere,innominatum autẽ exiſtit, manifeſtum autem erit procedentibus maxime: Viſibile enim eſt color. hic autem eſt id, quod in eo,quod ſecundùm ſe viſibile eſt.ſecundum ſe autem, non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam, vt ſit viſibile. ¶Omnis enim color motiuus eſt ejus,quod eſt ſecundùm actum Te. 66. Te. 67.

perſpicui & hoc eſt ipſius naturā. Vnde non eſt viſibilis ſine lumine, ſed oĩs cuiuſq; color in lumine viſibilis: Ex quo de lumine primò dicendum quid eſt: Eſt igitur aliquid perſpicuũ. ¶Per
Te. 68. ſpicuum aũt dico, ꝙ eſt quidem viſibile, nõ aũt ſm ſe uiſibile, ut ſimpliciter dicã, ſed pp externum colorem. Hmõi aũt eſt aer, & aqua, & multa ſolidorum: non. n. ſm ꝙ aqua, neq; ſecũdùm quòd aer, pſpicuum eſt, ſed quoniam eſt natura eadem in his utriſq;, & in perpetuò illo, qđ
Te. 69. ſurſum eſt corpore. ¶Lumẽ autem eſt actus huius perſpicui, ſecundùm quòd eſt perſpicuum: Potentia autem, in quo hoc ineſt, & tenebræ. Lumen aũt, vt color eſt perſpicui, cùm eſt actu perſpicuũ ab igne, aut huiuſmodi quale quod ſurſum corpus; etenim huic aliquid ineſt unũ, & idem. Quid igitur perſpicuum, & quid lumẽ dictum eſt, ꝙ neq; ignis eſt, neq; omnino corpus, neque defluxus corporis ullius (eſſet enim vtiq; aliquod corpus & ſic) ſed ignis, aut huiuſmodi alicuius pręſentia in perſpicuo: neque. n. poſſibile eſt duo corpora in eodem ſimul eſſe.
Te. 70. ¶ Videtur autem lumen contrarium eſſe tenebris: ſunt autẽ tenebræ priuatio huiuſmodi habitus à perſpicuo: quare palàm quòd & huius præſentia lumen eſt. Et non rectè Empedocles, aut ſi quis alius ſic dixit, quòd feratur lumẽ, & extendatur inter terram, & continens, nos autem lateat. Hoc enim eſt, & præter eam, quæ in ratione ueritatem, & præter ea, quæ uidetur: in paruo enim ſpatio lateret nos: ab Oriente aũt in Occidens latere, magna quidem multum pe
Te. 71. titio eſt. ¶Eſt autem coloris quidem ſuſceptiuum, quod ſine colore: ſoni aũt, qđ ſine ſono: Sine colore autẽ diaphanum; & inuiſibile, aut

quod

quod uix vr̄, quale vr̄, quod tenebroſum eſt. hu iuſmodi autem perſpicuum quidem eſt, ſed nō cùm eſt actu perſpicuum, ſed cùm potentia; ea dem.n.natura q̄nque quidem tenebrę, q̄nq; au tem lumen eſt. ¶ Non omnia aũt uiſibilia in lu- Te. 72.
mine ſunt, ſed ſolùm vniuſcuiuſq; proprius co lor. Quędam .n. in lumine quidem non vñr, in tenebris autem faciũt ſenſum. vt quæ igne a ui dentur, & lucentia. innominata autē ſunt hæc vno nomine, ut fungus, cornu, capita piſciũ, & ſquamæ, & oculi. ſed nullius horum vr̄ ꝓprius color. Propter quam autem cauſam hæc, videtur alia ratio. ¶ Nunc autem intantum maniſe- Te. 73.
ſtum eſt, quòd id quidem, quod in lumine uidetur color eſt: unde non uidetur ſine lumine; hoc enim erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe ſecundùm actum perſpicui. actus autem pſpicui lumen eſt. Signum autem huius maniſeſtum. ſi quis.n. ponat id, quod habet colorem, ſuper ipſum viſum, non uidebit. ſed color quidem mouet perſpicuum puta aerem: ab hoc autem cõtinuo exiſtente, mouetur ſenſorium. ¶ Non enī Te. 74.
bene dicit Democritus, opinatus ſi fieret vacuum quod medium eſt, perſpici utique exquiſite, etiam ſi formica in cœlo eſſet. Hoc enim impoſſibile eſt; patiēte enim aliquid ſenſitiuo, fit ipſum videre ab ipſo igitur, qui videtur, colore impoſſibile eſt: relinquitur igitur, quod à medio. quare neceſſe eſt aliquid eſſe medium. Vacuo autem facto, nedum exquiſite, ſed omnino nihil uidebitur. Propter quam igitur cauſam colorem neceſſe eſt in lumine uideri, dictum eſt. Ignis autem in utriſque videtur. & in tenebris, & in lumine. & hoc ex neceſſitate; perſpicuum enim ab hoc perſpicuum fit. ¶ Ea- Te. 75.

dem autem ratio eſt & de ſono, & odore. nihil enim ipſorum, tangens ſenſoriũ, facit ſenſum. ſed ab odore quidem, & ſono medium mouetur, ab hoc autem ſenſorium vtrunque. cùm autem ſuper ipſum ſenſorium aliquis apposuerit olens, aut ſonans, nullum ſenſum faciet. De tactu autem, & guſtu ſeſe quidẽ ſimiliter habet, non autem videtur. propter quã autem cauſam

Te. 76. poſterius erit manifeſtum. ¶ Medium autem ſono quidem aer eſt, odori autem innominatum eſt. communis enim quædam paſſio eſt in aere, & aqua eſt: vt perſpicuum colori, ſic eſt habenti odorem quod in vtriſque his ineſt. Videntur enim & animaliũ aquatica habere odoris ſenſum. ſed homo, & pedibus ambulantium quæcunque reſpirant, non poſſunt odorare, non reſpirantia. Cauſa aũt & de his poſterius dicetur.

Caput Quartum. De Auditu, ſono, ac medijs. De ipſa Echo ac etiam de Voce.

Te. 77. NVnc aũt primùm de ſono, & auditu determinemus. Eſt aũt duplex ſonus; alius.n. actus quidã eſt, alius aũt potentia: quædã.n. non habere ſonum dicimus, vt ſpongiam, lanã: quædam aũt habere, vt æs, & quæcunq; ſolida, & lenia ſunt, qm̃ poſſunt ſonare. hoc aũt eſt, inter

Te. 78 ipſum & auditum facere ſonum actu. ¶ Fit autẽ ſm actum ſonus ſemper alicuius ad aliquid, & in aliquo; percuſſio enim eſt, quæ facit. Vnde & impoſſibile eſt, cùm ſit vnum, fieri ſonum. aliud enim eſt, quòd verberat, & quod verberat, quare ſonans, ad aliquid ſonat ictus autem non fit ſine latione. Sicut autem diximus, non quorũlibet ictus ſonus eſt. nullum enim faciunt ſonũ lana, etſi percutiantur: ſed æs, & quæcunq; le-

nia,

bila, & concaua ſunt. æs quidem, qm̃ lene eſt: cõ caua autem reflexione faciũt multos ictus poſt primum, non potentẽ exire, quod motum eſt. ¶ Amplius auditur in aere, & in aqua, ſed minus in aqua. Nõ eſt aũt ſoni ꝓprius aer, neq; aqua, Te. 79.
ſed oportet ſolidorum percuſſionẽ fieri adinui cem, & ad aerem hoc aũt fit, cùm permanet ꝑcuſſus aer, & nõ diſſipatur. Vnde, ſi velociter, & fortiter percutiatur, ſonat. oportet enim, vt mo tus ſerientis anticipet fracturam aeris, ſicut ſi aceruum, aũt cumulum arenæ percutiat aliquis latum velociter. ¶ Echo aũt fit, qñ ab aere, vno Te. 80.
facto ꝑꝑ vas quod terminauit, & prohibuit fran gi, iterum aer repellitur, quemadmodum ſphæ ra. Vr̃ autem ſemper fieri echo, ſed non clara; quia accidit in ſono, ſicut & in lumine: Etenim lumen ſemper repercutitur. non. n. fieret vbiq; lumen, ſed tenebræ extra locum Sole illuſtratũ. ſed non ſic repercutit̃, vt ab aqua, aut aere, aut ẽt aliquo alio læuium, vt vmbram faciat, qua lu men determinamus. ¶ Vacuum autẽ rectè dr̃ au Te. 81.
diendi proprium; vr̃ enim eſſe vacuum aer. hic autem eſt faciens audire, cùm mouetur conti- nuus, & vnus. Sed propterea ꝙ fragilis eſt, non ſonat, niſi lene ſit, quod percutitur. tunc autem vnus fit ſimul ꝑꝑ planum. vnum enim eſt lænis Te. 82.
corporis planum. ¶ Sonatiuum igitur eſt, quaſi motiuum eſt vnius aeris continuitate vſque ad auditũ. Auditus autẽ connaturalis eſt aeri. ꝑꝑea autem ꝙ in aere eſt, moto exteriori, qui intra eſt mouetur. Vnde non vndique audit animal, neque quocunque trãſit aer. non enim vbique habet aerem, ꝙ moueri debet ſecundum par- tem, animatumque eſt, ſicut pupilla humidum. ¶ Per ſe igitur in ſonus eſt aer, propterea quòd Te. 83.

facile diſſipabilis eſt. cum verò prohibetur diſſipari, huius motus ſonus eſt. Hic aũt in auribus inædificatus eſt, ad hoc vt immobilis ſit, quatenus certè ſentiat omnes differẽtias motus. Propter hęc aũt in aqua audimus, qm̃ non ingreditur ad ipſum connaturalẽ aerem, ſed neque in aurem ꝓp anfractus. Cùm autem hoc accidit, non audit, neq; ſi membrana laboret, ſicut cũ,
Te. 84. quæ ſuper pupillã eſt, pellis laborat. ¶Sed & ſignum audiendi aut non, eſt ſonare aurem ſp, ſicut cornu. ſemper.n. quodam ꝓprio motu mouetur aer, qui in auribus: ſed ſonus extraneus, & nõ proprius eſt. Et propter hoc dicunt audire vacuo & ſonante, quia audimus habẽte de-
Te. 85. terminatum aerem. ¶Vtrum aũt ſonat id, quod verberat, an qđ uerberatũ, an & utrunq;, modo aũt altero? Eſt .n. ſonus motus eius, quod põt moueri hoc mõ, quo reſultantia, leuibus, cum aliquis percuſſerit. Nõ igitur, ſicut dictũ eſt, oẽ ſonat, quod uerberatur, & quod uerberat, ut ſi feriat acus acũ; ſed oportet, qđ percutitur planũ eſſe, ut aer uniuerſus reſiliat, & cõcutiatur.
Te. 86. ¶Differentiæ aũt ſonantium in ſono ſm actum oñduntur. ſicut.n. non vñr colores ſine lumine, ſic neq; ſine ſono acutũ, & graue. Hæc aũt dicuntur ſecũdùm tranſlationem à tangibilibus; acutum enim mouet ſenſum in pauco tempore multum, graue autem in multo parum. Non igitur velox eſt acutum, graue autem tardum ſed fit illius quidem propter uelocitatem motus huiuſmodi, huius autem propter tarditatẽ Et uñr ſimilitudinem habere cum eo, quod circa tactum, acuto, & contuſo; acutum.n. quaſi pũgit, obtuſum verò quaſi pellit, propterea ꝙ mouet, illud quidem in pauco, hoc autẽ in mul

to: quare accidit illud quidē eſſe velox, hoc aūt tardū. De ſono igitur ſic determinatū ſit. ¶ Vox aūt ſonus quidā eſt aīati; inanimatorum .n. nullū vocē edit. ſed ſm ſimilitudinē dñr vocē edere, vt tibia, & lyra, & q̄cunq; alia inanimatorū extenſionē hñt, & melos, & locutionē. vñr. n. quia & uox hæc habet. Multa aūt animaliū uocē nō hñt, vt & q̄ ſunt ſine ſanguine, & ſanguinem habentium piſces. & hoc rationabiliter; ſi quidem ſonus aeris motus eſt. Sed qui dicuntur uocē edere, vt qui in Acheloo ſunt piſces, ſonant branchiis, aut quodam alio huiuſmodi. Te. 17.

¶ Vox autem ſonus animalis eſt, & non qualibet parte, Sed, quoniam omne ſonat uerberāte aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc aūt eſt aer, rationabiliter utiq; uocem edent hæc ſola quæcunque ſuſcipiunt aerem. Iam .n. eo, qui reſpiratur, utitur natura ad duo opera, ſicut lingua ad guſtum, & locutionem: quorum guſtus quidem neceſſarius eſt, vnde & pluribus ineſt, interpretatio autē ut bene ſit: ſic & aere, & ad calorem interiorem, tanquam neceſſarium (cauſa aūt in alijs dicta eſt:) & ad uocē, ut bene ſit. Te. 18.

¶ Inſtrumentum autem reſpirationi guttur: cuius autem cauſa hæc pars eſt, pulmo; hac enim particula plus habent caloris pedeſtria alijs. Indiget autē reſpiratione, & qui circa cor locus primus. vnde neceſſe eſt intro reſpiratum ingredi aerē. Te. 19.

¶ Quare percuſſio reſpirati aeris ab anima, quæ eſt in his partibus, ad uocalem arteriam uox eſt. Non enim omnis animalis ſonus vox eſt, ſicut diximus; eſt enim & linguæ ſonare ſicut tuſſientes; ſed oportet animatum eſſe verberans, & cum imaginatione aliqua; ſignificatiuus enim quidam ſonus eſt uox, & non reſpi- Te. 90.

rati aeris, ſicut tuſſis, ſed iſto verberat eum, qui eſt in arteria ad ipſam. Signum autem eſt non poſſe vocē edere reſpirātē, aut expirātē, ſed de

Te. 91. tinentē aere, mouet.n. iſto retinens. ¶Manifeſtū aūt, & cur piſces ſine uoce ſunt; non.n. habent guttur. hanc aūt partē non habēt, quia non recipiunt aerē, neq; reſpirant. Sed qui dicunt ſic, peccant. pp quam igitur cauſam alia ratio eſt.

Caput Quintum. De olfactu, olfactibili, ac medijs.

Te. 92. DE odore aūt, & olfactibili minus facile determinabile eſt dictis: non.n. ſic manifeſtū eſt quale, quid ſit odor, vt ſonus, aut lumen, color. Cā aūt eſt, quia ſenſum hunc non habemus certū, ſed peiorē multis aīalibus: praue.n. odorat homo, & nihil ſētit odorabiliū ſine moleſto, aut iucundo, tanquā non exiſtente certo ſenſorio. ¶Rōnabile aūt eſt ſic, & q̄ duros ocu-

Te. 93. los habent colores ſentire, & non manifeſtas ipſis eſſe differentias colorum, niſi terribili re, & non terribili, ſic autem & odores hominum genus. Vr̄.n. proportionē habere ad guſtum. & ſimiliter ſpecies ſaporum cū ijs, quæ ſunt odoris. ¶Sed certiorē habemus guſtum ppea ꝙ ip-

Te. 94. ſe quidā tactus eſt. hunc aūt habet ſenſum homo certiſſimū. In aliis.n. ſuperatur ab animalibus multis, ſm autem tactum multo quàm cætera excellentius percipit. vnde & prudentiſſimum aīalium eſt. Signū autem & in genere hominum, ſecundùm ſenſorium hoc ingenioſos eſſe, & non ingenioſos, ſecundum autem aliud nullum. duri enim carne inepti mente: molles autem carne bene apti. ¶Eſt autem, ut ſapor, hic quidem dulcis, ille uero amarus, ſic & odores ſunt. Sed alia quidem habent proportionali

ter odorem,& ſaporem . dico autem dulcem odorem , & dulcem ſaporem : alia vero contra.ſimiliter autem,& acer , & auſterus,& acutus,& pinguis eſt odor . Sed,ſicut diximus,propterea quod non multum manifeſti ſunt odores , ſicut ſapores , ab his ſumpta ſunt nomina ſecundùm ſimilitudinem rerum,dulcis.n.à croco,& melle : acer aũt a thymo,& hmõi.eodem autem modo & in alijs. ¶Adhuc aũt ſicut auditus,& vnuſquiſq; ſenſuum,hic quidem audibilis,& inaudibilis,ille vero viſibilis,& inuiſibilis & olfactus odorabilis,& inodorabilis.Inodorabile autem,aliud quidem,ſecundùm,id ꝙ oĩno impoſſibile eſt habere odorem:aliud uero paruum habens,& prauum.Similiter autem & ingustabile dicitur . Te. 96.

¶Eſt autem olfactus per medium,ut aerem,aut aquam,etenim aquatica videntur odorem ſentire.ſimiliter autem & quæ ſanguinem habent,& quæ non habent,ſicut & quæ in aere ; etenim horum quædam eminus accurrunt ad alimentum ab odore mota. Te. 97.

¶Vnde & dubium videtur , ſi omnia quidem ſimiliter odorent,homo autem reſpirans quidem olfacit, non reſpirans autem,ſed expirans,aut retinens ſpiritum non odorat,neq; eminus, neq; cominus,neq; ſi in naſum intus ponatur . Et in ipſo quidem poſitum ſenſorio inſenſibile eſſe omnium commune eſt . ſed ſine reſpiratione non ſentire proprium eſt hominum . manifeſtum autem eſt experientibus . Te. 98.

¶Quare quæ ſanguinem non habẽt , quoniam non reſpirãt, alium vtiq; quendã ſenſum habent,pręter eos, q dicti ſunt.Sed impoſſibile eſt.ſi quidem odorem ſentiunt : odorabilis enim ſenſus & male olentis,& bene olentis olfactus eſt.Amplius autem Te. 99.

tem

tem & corrumpi videntur à fortibus odoribus, à quibus homo corrumpitur, vt bituminis, & ſulphuris,& huiuſmodi.Olfacere igitur neceſ-
T. 100. ſarium eſt, ſed non reſpirantia.¶ Videtur autem in hominibus differre hoc ſenſorium ab ijs, q̄ aliorum animalium, ſicut oculi ab oculis eorum,quæ duros habent oculos. Nam illa quidē habent vallum, & uelut velamen, palpebras, quas quis non mouens, neq; retrahens non videt.hi autem eorum, quæ duros habēt oculos, nihil tale habent,ſed mox vident, quæ fiunt in perſpicuo. Sic igitur & odoratiuum ſenſorium alijs quidē ſine operculo eſt, ſicut oculus: alijs vero aerem recipientibus habet cooperimētū, quod reſpirantibus diſcooperitur, dilatatis venis, & meatibus. Propter hoc reſpirantia non odorāt in aqua; neceſſarium enim eſt olfacere reſpirando. hoc autem facere in humido impoſſibile.Eſt autem odor ſicci,ſicut ſapor humidi.Odoratiuum autem ſenſorium potentia huiuſmodi eſt.

Caput Sextum. De guſtu, & guſtabili.

T. 101. GVſtabile autem eſt tangibile quoddam. Et hæc eſt cauſa,cur non ſit ſenſibile per medium extraneum corpus,neq; enim tactus,tali medio percipitur: corpus autem, in quo eſt ſapor,eſt guſtabile in humido, vt in materia. hoc autem tangibile quoddā eſt.Vnde & ſi in aqua eſſemus, ſentiremus vtique impoſitum dulce. non autem eſſet tunc nobis ſenſus per mediū, ſed eò q̄ miſceretur humido.ſicut in potu.Color autem non ſic videtur, eò quòd miſceatur,
T. 102. neque defluxionibus. ¶ Vt igitur medium nihil eſt.vt autē color viſibile,ſic guſtabile ſapor eſt.

Nihil

Nihil autem facit ſaporis ſenſum ſine humiditate, ſed habet actu, aut potētia humiditatem, vt ſal. nam & facilè liquabile ipſum eſt, & colliquefactiuum linguæ. ¶Sicut autem viſus & viſibilis eſt, & inuiſibilis (tenebræ enim inuiſibiles ſunt; iudicat autem & has viſus) adhuc autem & valde ſplendidi (etenim hoc inuiſibile eſt; alio autem modo, quàm tenebræ) ſimiliter autem & auditus, & ſoni, & ſilentij, quorum aliud audibile, aliud inaudibile eſt, & magni ſoni, ſicut viſus eſt ſplendidi (ſicut enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt, & magnus & violentus. Inuiſibile autem, aliud quidem oīno dr̄, ſicut & in alijs, quod impoſſibile: aliud autem, ſi aptum natura non habet, aut prauè, ſicut carens pedibus, & carens nucleis) ſic vtiq; & guſtus eſt & guſtabilis, & inguſtabilis, hoc autem, eſt quod paruum, aut prauum habet ſaporem, aut corruptiuum guſtus. Videtur autē principium eſſe potabile, & impotabile; guſtus enim quidam ambo, ſed hoc quidem eſt prauum, & corruptiuum guſtus, illud autem ſecūdùm naturam. Eſt autem cōmune tactus, & guſtus potabile. ¶Quoniam autem humidū eſt guſtabile, neceſſe eſt ſenſorium ipſius neq; humidum eſſe actu, neque nō potens fieri humidū; patitur enim aliquid guſtus à guſtabili, ſecundum quod guſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo humectatum iri, quod poteſt humectari ſeruatum. non eſt autem humidum guſtatiuum ſenſorium. Signum autem eſt, neq; ſiccam exiſtentem linguam ſentire, neque multum humidā. hic enim tactus fit primi humidi. vt cum quis prægustauerit fortem ſaporem, guſtet alterum. & ut ægrotantibus amara omnia vīr: ppea ꝙ

T. 103. (margin, beside "bilis eſt")

T. 104. (margin, beside "ſtabile, neceſſe")

lingua

lingua plena hmõi humiditate ſentiunt.¶ Spe
T. 105. cies aũt ſaporũ ſicut,& in coloribus, ſimplices
quidem contrariæ ſunt, vt dulce,& amarũ.Cõ-
ſequuntur autem illud quidem pingue, hoc ve
ro ſalſum.Media aũt horum, acre,& auſterum,
& acerbum,& acidum;ferè.n.hæ vñr eſſe ſapo
rũ differẽtię.Quare guſtatiuũ eſt, qđ potẽtia eſt
hmõi.Guſtabile autẽ eſt factiuum actu ipſius.

Caput Septimum. De tactu, tangibilibus, ac medio.

T. 106. DE tangibili autem,& tactu eadem ratio. Si
.n. tactus non vnus eſt ſenſus, ſed plures,
neceſſarium eſt & tangibilia ſenſibilia plura eſ
ſe. Habet autẽ dubitationem, vtrũ plures ſunt,
T. 107. an vnus.¶Et quid eſt ſenſorium tangibilis, vtrũ
caro, & in alijs proportionale:an non, ſed hoc
quidem eſt medium, primum autem ſenſoriũ
aliud quiddam eſt intus; Omnis etenim ſenſus
vnius contrarietatis eſſe videtur.vt viſus albi,&
nigri,& auditus grauis,& acuti, & guſtus ama-
ri,& dulcis: In tangibili autem multæ inſunt
contrarietates, calidum, frigidum, humidũ, ſic-
cum, durum, molle,& aliorum quæcunq; ſunt
T. 108. hmõi.¶Habet aũt ſolutionem quandam ad hãc
dubitationem.Nam & in alijs ſenſibus ſunt cõ
trarietates plures:ut in voce, nõ ſolùm acumẽ
& grauitas, ſed & magnitudo & paruitas, & le-
nitas,& aſperitas vocis,& hmõi alia. Sunt autẽ
& circa colorẽ differentiæ huiuſmodi aliæ. Sed
quid ſit unum obiectum, ſicut auditui ſonus,
T. 109. ſic tactui, non eſt manifeſtum. ¶Vtrum autem
ſit ſentiens intus, an non, ſed mox ſit caro, nul-
lum uĩr eſſe ſignum fieri ſenſum, ſimul atq; res
tangunt;Etenim nunc, ſi quis circa carnẽ exten
derit, vt pelliculam cũ fecerit, ſimiliter ſenſum

mox,cum tetigerit,iudicat.& tñ conſtat, ꝙ nõ eſt in hoc ſenſorium. Si autem & copulat fuerit,citius pringet utiq; ſenſus. ¶Quapropter & talis pars corporis vī ſic ſe habere, ſicut ſi circulariter nobis adnatus eſſet aer. videremur.n. vno quodam ſentire & ſonum, & colorem, & odorem: & vnus quidam ſenſus eſſe auditus,& viſus,& olfactus.nunc autem, quoniam determinatum eſt, per quod fiunt motus,manifeſta ſunt prædicta ſenſoria diuerſa eſſe. ¶In tactu autem hoc nunc immanifeſtũ eſt;ex aere.n.aut aqua impoſſibile eſt conſtare aĩatũ corpus:oportet.n. ſolidum quoddam eſſe.relinquitur igitur miſtum ex terra,& ex his eſſe. quale ſolet eſſe caro,& proportionale. Quare neceſſarium eſt, & corpus adnatum eſſe medium tactui, per qđ fiũt ſenſus,qui plures ſunt. ¶Indicat autem ꝙ plures ſint,qui in lingua tactus:omnia enim tãgibilia ſentit ſm eandem partem, & ſaporem. Si igitur & alia caro ſentiret ſaporem, videret vnus,& idem eſſe ſenſus,guſtus,& tactus.nunc autem duo, propterea quod non conuertitur. ¶Dubitabit autem aliquis: Si omne corpus profundum habet,hoc autem eſt terra magnitudo quorum autem corporum medium eſt aliquod corpus,non contingit ipſa ſeinuicẽ tangere,humidum autem non eſt ſine corpore, neq; vdũ, ſed neceſſe eſt aquã eſſe, aut habere aquam:q̃ verò tangunt ſeinuicem in aqua, cùm extrema ſicca nõ ſint, neceſſe eſt aquam habere mediã, qua repleta ſunt vltima.Si autem hoc verum, impoſſibile eſt tangere aliud aliud in aqua. Eodem autem modo, & in aere, ſimiliter enim ſe habet aer ad ea, quæ ſunt in ipſo, & aqua ad ea, quæ ſunt in ipſa. latet autem

T. 110. (beside "¶Quapropter")
T. 111. (beside "¶In tactu")
T. 112. (beside "¶Indicat")
T. 113. (beside "¶Dubitabit")

magis

magis nos, ſicut & quæ ſunt in aqua animalia,
T. 114. ſi udum tangit udum.¶Vtrum igitur oīum ſimiliter ſit ſenſus, an aliorum aliter, ſicut nunc vr̄, guſtus quidem, & tactus tangendo, alij autem eminus? Hoc autem non eſt. ſed durum, & molle, per alia ſentimus, ſicut & ſonatiuum, & uiſibile, & odorabile. ſed alia quidem eminus, alia uero cominus. Quapp latet; qm̄ omnia ſentimus per medium, ſed in his latet. Et quidem ſicut diximus prius, & ſi per pelliculam, quæ nos lateret, ſentiremus omnia tangibilia, ſimiliter utique haberemus, ſicut & nunc in aqua, & in aere putamus enim nunc ipſa tangere, & nihil
T. 115. eſſe per medium.¶Sed differt tangibile à uiſibilibus, & ſonatiuis, ꝙ hæc quidem ſentimus, cò ꝙ medium mouet aliquid nos: tangibilia vero non à medio, ſed ſimul cum medio ſicut p clypeum percuſſus: non enim clypeus percuſſus ꝑ-
T. 116. cuſſit, ſed ſimul accidit vtraque percuti.¶Omnino autem vr̄ caro & lingua, ſicut aer & aqua ad viſum, & auditum, & olfactum ſe habent, ſic ſe habere ad ſenſorium. ipſo autem ſenſorio tacto, neque ibi, neque hic fiet utique ſenſus. vt ſi quis ponat corpus album ſuper oculi ultimum. Quare & manifeſtum eſt; ꝙ intus ſit tangibilis ſenſorium: ſic enim utique accidet, qđ quidem in alijs, appoſita enim ſuper ſenſorium, nō ſentiunt. ſuper carnem autem appoſita ſentit. quare
T. 117. medium tactiui caro. ¶ Tangibiles igit̄ ſunt differentiæ corporis, ſ'm ꝙ corpus. Dico autem differentias, quæ elementa determinant, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: de q̄b. prius dictum eſt in ijs, quæ de elementis. Senſorium autem ipſarum tactiuum, & in quo ſenſus, qui uocatur tactus, ineſt primo, potentia huiuſmo-

di

di pars eſt.¶Sentire enim pati quoddã eſt. Quare faciens quale ipſum actu, huiuſmodi illud facit, cùm ſit potentia Vnde ſimile calidum & frigidum, aut durum & molle nõ ſentimus, ſed exuperantias: tanquam ſenſu, velut medietate quadam exiſtente eius, quæ in ſenſibilibus, cõtrarietatis. Et pp hoc diſcernit, ac iudicat ſenſibilia; medium enim iudicatorium eſt: fit enim ad vtrunque ipſorum alterum ultimorum. T. 118.
¶Et vt oportet id, quod debet ſentire album & nigrum, neutrum ipſorum eſſe actu, potentia vero utrunque, ſic autem & in alijs, ita & in tactu neque calidum, neque frigidum. T. 119.
¶Amplius autem ſicut uiſibilis & inuiſibilis eſt quodammodo viſus, ſimiliter autem & reliqui oppoſitorũ; ſic & tactu tangibilis, & intangibilis. Intangibile autem eſt paruam omnino habens differentiam tangibilium, quomodo ſe habet aer, & tãgibiliũ exuperãtiæ, vt ea, quæ corruptiua ſunt. Secundùm igitur vnumquenque ſenſum dictũ eſt figuraliter. T. 120.

Caput Octauum Senſus recipere ſenſibilia ſine materia. Cur ſenſibilium exuperantiæ corrumpant ipſa ſenſoria. Item quo pacto non ſentientia à ſenſibilibus patiuntur.

OPortet autem uniuerſaliter de omni ſenſu accipere, ꝙ ſenſus eſt id, quod eſt ſuſceptiuum formarum ſine materia: vt cera annuli, ſine ferro & auro recipit ſignum. accipit autem aureum, aut æneum ſignum, ſed non inquantũ aurum, aut æs. Similiter autem & ſenſus vniuſcuiuſque ab habente odorem, aut ſaporem, aut ſonum patitur. ſed non inquantum vnumquodque illorum dicitur, ſed inquantum huiuſmodi, T. 121.

T. 122. & ſm rõnem.¶Senſorium aũt primũ eſt,in quo hmõi potentia.Eſt igit idẽ,ſed eẽ alterũ eſt:magnitudo enim quædã id,quod ſentit,non tamẽ eſt ſenſitiuo eſſe. neque ſenſus magnitudo eſt,
T. 123. ſed ratio quædã, & potentia illius. ¶ Manifeſtũ autem ex his,& propter quid ſenſibilium exuperantiæ corrumpunt ſenſoria. Si nanq; ſit fortior ſenſorio motus, ſoluitur ratio hoc autem erat ſenſus,ſicut & conſonantia, & tonus,per
T. 124. cuſſis fortiter chordis.¶Et propter quid plantæ nõ ſentiunt,cùm habeãt quandam partem animalem,& patiantur à tãgibilibus.etenim frigeſcunt,& caleſcunt.Cauſa enim eſt,non habere medietatem,neq; huiuſmodi principiũ,vt poſſint recipere formas ſenſibilium, ſed pati cùm
T. 125. materia. ¶Dubitabit autem aliquis, ſi patiatur aliquid ab odore,quod non poteſt olfacere,aut à colore,quod non poteſt videre.ſimiliter autem & in alijs. Si autem olfactibile ſit odor,ſi quid facit olfactum,inquantum odor eſt,facit. Quare non potentiũ olfacere, nihil pati poteſt ab odore.eadem autem ratio & in alijs.neq;potentium,niſi inquantũ vnũquodq; ſenſitiuum.
T. 126. ¶Simul autem manifeſtũ eſt & ſic.neq; enim lumen,& tenebræ,neq; ſonus,neq; odor quicquam facit in corpora,ſed ea, in quibus eſt. vt aer, qui cum tonitruo findit lignum. Sed tangibilia,& ſapores faciunt. ſi enim non,à quo vtique paterentur inanimata, & alterarentur.
T. 127. ¶ Ergone & illa faciunt? An non omne corpus paſſiuum eſt ab odore,& ſono: & patientia indeterminata ſunt, & non manent,vt aer? olet enim tanquàm paſſus aliquid. Quid igitur eſt odorare præter pati aliquid? An odorare ſentire eſt?aer autem paſſus mox ſenſibilis fit.

Iuxta

Iuxta Græcorum ſectionem hic incipit liber Tertius de Anima.

Summa Quinta. Non dari ſextum ſenſum. Curq́; non vnum, ſed plures habeamus ſenſus, redditur cau a.

QVòd autem nõ ſit ſenſus alius p̃ter quinque, dico autem hos, viſum, auditum, olfactum, guſtum, tactum, ex his credet aliqs; Etẽ oĩs eius, cuius eſt ſenſus tactus, etiã nunc ſenſum habemus; omnes.n.tangibiles, in quantum tangibile, paſſiones tactu nobis ſenſibiles ſunt. Neceſſeq́; ſiquidẽ deficit aliquis ſenſus, & ſenſorium aliquod nobis deeſſe. ¶ Et quæcunq; quidẽ ipſi tangentes ſentimus, tactu ſenſibilia ſunt, quẽ habemus. quæcunque vero per media, & non ipſa tangentes ſimplicibus ſpatiis dico autẽ, vt aere & aqua. Habet aũt ſic, ut ſi quidẽ p̃ vnum plura ſenſibilia ſint exiſtẽtia diuerſa ab inuicẽ genere, neceſſe ſit habẽtẽ huiuſmodi ſenſorium vtrorumq́; ſenſitiuum eẽ, vt, ſi ex aere eſt ſenſoriũ, & eſt aer & ſoni, & coloris Si uerò plura eiuſdem ſint, vt coloris & aer, & aqua: vtraque.n.perſpicua: & qui alterum ipſorũ habet ſonũ, ſentiet id, quod p̃ vtraque. ¶ Ex ſimplicibus aũt duobus his ſenſoria ſolũ ſunt, ex aere, & aqua; pupilla.n.aquæ, auditus vero aeris, olfactus aũt horum alterius eſt. Ignis aũt aũ nullius eſt, aut cõis omnibus; nihil.n.ſine calore ſenſitiuum eſt. Terra verò, aut nullius eſt, aut in tactu maximè miſcetur. Quapropter relinquitur iã nullum eſſe ſenſoriũ præter aerẽ, & aquam. ¶ Hæc autem & nunc quædam habent animalia. Omnes igitur ſenſus habentur à nõ imperfectis, neq; mutilatis. videtur enim & Talpa ſub pelle habere oculos. ¶ Quare, ſi non

T. 128.
T. 129.
T. 130.
T. 131.
T. 132.

eſt aliud aliquod corpus, & paſſio, quę nullius ſit eorum, quæ ſunt hic, corporum, nullus vtiq; deficiet ſenſus. ¶ At vero neq; communium po
T. 133. teſt eſſe ſenſorium aliquod proprium, quę vno quoq; ſenſu ſentimus no, ſecūdùm accidens, vt motus, ſtatus, figuræ, magnitudinis, numeri, vnius: Hæc.n.oĩa motu ſentimus, vt magnitudinem motu, quare & figuram; magnitudo.n.quędam & figura eſt, quieſcens autem, eò quòd nō mouetur numerus verò negatione continui, & ꝓprijs ſenſibilibus. vnuſquiſq; .n. ſenſus vnum
T. 134. ſentit ¶ Quare manifeſtū eſt, ꝙ impoſſibile eſt cuiuſlibet horum ꝓpriū eſſe ſenſum, vt motus. ſic.n eſſet, ut nunc viſu dulce ſentimus, hoc autem eſt, quoniam amborum habemus ſenſum, quo, cum concurrunt, cognoſcimus. Si uerò nō nequaquam vtiq;, niſi ſecundùm accidens ſentiremus, ut Cleonis filium, non quia Cleonis filius eſt, ſed quia albus, huic autem accidit, ut filius Cleonis ſit. Cōmunium autem habemus iam ſenſum communem, non ſecundùm accidens, non igitur eſt proprius; nequaquam n. vtique ſentiremus, niſi ſic, vt dictum eſt Cleonis filiū nos uidere. Adinuicē aūt propria ſenſibilia ſm accidens ſentiunt ipſi ſenſus, non ſm quod ipſi ſunt, ſed ſecundum quod vnus, cum ſimul fit ſenſus in eodē, vt quod bilis q̄dē amara eſt, & flaua: non.n, alterius eſt dicere, quod ambo vnum. quapropter & decipitur, & ſi ſit flauum,
T. 135. bilem opinatur eſſe. ¶ Inquiret autem aliquis, cuius cauſa plures habeamus ſenſus, ſed nō ſolùm vnum. An, vt minus lateant conſequentia, & cōia. vt motus, & magnitudo, & numerus. Si .n. eſſet viſus ſolus, & ipſe albi, laterent vtique magis, & viderentur idem eſſe omnia, propterea

rea quod cōſequuntur ſeinuicem ſimul color, & magnitudo: nunc autem, quoniam in alio ſenſibili communia ſunt, manifeſtum facit, ꝙ aliud quiddam vnumquodque ipſorum eſt.

Summa Sexta. Quaſtio, an eodem, quo ſentimus ſenſu, etiam ſentire nos percipiamus: Senſuq;, quem communem appellamus explanatio.

QVoniam autem ſentimus, quod videmus, & audimus, neceſſe eſt aut viſu ſentire, ꝙ videt, aut alio. Sed idem erit ipſius viſus, & ſubiecti coloris, quamobrem, aut duo eiuſdē erūt, aut ipſe ſuiipſius. Amplius autem, & ſi alius ſenſus ſit ipſius viſus, aut in infinitum procedet, aut ipſe aliquis ſuiipſius erit, quare in ipſo primo hoc faciendum eſt. ¶ Habet autem dubitationem. Si enim viſu ſentire videre eſt, videtur autem color, aut habens colorem, ſi uidebit aliquis id, quod eſt uidens, & colorem habebit, quod videt primum. ¶ Manifeſtum eſt igitur, quod non eſt vnum ipſum viſu ſentire; etenim, cùm non videmus, viſu diſcernimus & tenebras, & lumen, ſed non ſimiliter. Amplius autem & videns tanquam coloratum eſt; vnumquodque enim ſenſorium ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia. vnde, & abeuntibus ſenſibilibus, inſunt ſenſus, & imaginationes in ipſis ſenſorijs. Ipſius autem ſenſibilis, & ſenſus actus idem eſt & vnus: eſſe autem ipſorum nō idem, dico autem, ut ſonus ſecundum actum; & auditus ſm actum: eſt enim auditum habentem non audire, & habens ſonum non ſemper ſonat, cùm autem operatur potens audire, & ſonat potens ſonare, tunc ſecundum actum auditus fit ſimul, & ſecundū actum ſonus: quorū

T. 136. T. 137. T. 138.

dicet vtiq; aliquis, hoc quidem auditionẽ eſſe,
T. 139 illud vero ſonationẽ ¶Si igitur motus, & actio, & paſſio eſt in eo, quod mouetur, & patitur, neceſſe eſt & ſonum, & auditum, qui eſt ſm actũ, in auditu, qui ſm potentiam eſſe; actiui enim, & motiui actus in patiente fit, vnde non neceſſe eſt mouens moueri. Sonatiui igitur actus ſonus eſt, aut ſonatio auditiui aũt auditus, aut au-
T. 140. ditio: duplex.n. eſt auditus, & duplex ſonus. ¶Eadẽ aũt ratio & in alijs ſenſibus, & ſenſibilibus. Sicut.n. actio, & paſſio in patiente eſt, ſed nõ in agente: ſic & ipſius ſenſibilis actus in ipſo ſenſitiuo exiſtit. Sed in quibuſdam quidem ẽt nominata ſunt, vt ſonatio, & auditio, in quibuſdam aũt innominatum eſt alterum; actus.n. viſus viſio dr, coloris innominatum eſt. & guſtatiui gu-
T. 141. ſtatio, ſaporis aũt innominatum eſt. ¶Qm autẽ vnus quidem eſt actus ſenſibilis, & ſenſitiui, eſſe aũt alterum, neceſſe eſt ſimul corrũpi, & ſaluari ſic dictum auditum, atque ſonum: & ſaporem igitur, & guſtum, & alia ſimiliter. Dicta aũt
T. 142. ſm potentiam non neceſſe eſt. ¶Sed priores Naturales Philoſophi hoc non bene dicebant, qui neque album, neque nigrum ſine viſu, neq; ſaporem ſine guſtu eſſe opinabantur. Nam ſic quidem dicebant recte, ſic aũt non recte. dupliciter enim dicto ſenſu, & ſenſibili, de alijs quidem ſm potentiam, de alijs verò ſecundùm actum, in his quidem accidit, quod dictum eſt, in alteris autem non accidit. Sed illi ſimpliciter dice-
T. 143. bant de dictis non ſimpliciter. ¶Si aũt vox quædam conſonantia eſt, vox aũt, & auditus eſt, vt vnum, & eſt vt non vnum aut idem, conſonantia aũt eſt ratio, neceſſe eſt & auditum rationẽ quandam eſſe. Et pp id corrũpit vnumquodque

exupe-

exuperans,& acutum, & graue auditum. ſimiliter aūt & in ſaporibus guſtum, & in coloribus viſum, valde fulgidum, & opacum. & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus: tanquam ratio quædam ſit ſenſus. Vnde & delectabilia quidē ſunt, cùm dicuntur, quæ ſincera ſunt, & immiſta ad rationē, vt acutū, aut dulce, aut ſalſum. delectabilia.n. tunc omnino aūt magis quod miſtum eſt cōſonantia eſt, q̄ acutum, & graue. Tactui aūt caleſactibile, & frigeſactibile, ſed ſenſus rō eſt, exuperantia aūt aut dolore afficiunt, aut corrūpunt. ¶Vnuſquiſque igitur ſenſus ſubiecti ſenſibilis eſt: ineſtq; in ſenſorio inquantū ſenſoriū, & diſcernit ſubiecti ſenſibilis differentias, vt albū quidē, & nigrum viſus: dulce verò, & amarū guſtus. ſimiliter aūt ſe habet hoc & in aliis. T. 144.
¶Qm̄ aūt & albū, & dulce, & vnumquodq; ſenſibilium ad vnūquodq; diſcernimus quodā, & ſentimus ꝙ differunt, neceſſe eſt vtiq; ſenſu; ſenſibilia.n. ſunt T. 145.
¶Quo & manifeſtum eſt, ꝙ caro non eſt vltimum ſenſorium neceſſe. n. eſſet diſcernens diſcernere tangendo ipſum. Neque itaq; ſeparatis cōtingit diſcernere diſcernens, quòd aliud ſit dulce ab albo; ſed oportet aliquo vno vtraq; manifeſta eſſe. ſic. n. & ſi hoc quidē ego, illud aūt tu ſentires, manifeſtū vtiq; eſſet, ꝙ alia ab inuicē ſunt, oportet aūt vnum dicere, qd̄ aliud. aliud enim dulce ab albo, dicit ergo idem: quare vt dicit, ſic & intelligit, & ſentit. Quòd igitur non poſſibile ſit ſeparatis diiudicare ſeparata, palàm eſt Quòd aūt neq; in ſeparato contingit tpe hinc; Vt enim idē dicit, ꝙ aliud borū, & malū, ſic & qn̄ alterum dicit, ꝙ aliud, tunc & alterum, non ſecundùm accidēs ipſum quando (dico autem, vt nunc dico, quòd aliud, T. 146.

non tamen ꝙ nunc aliud) ſed ſic dicit & nunc, & ꝙ nunc, ſimul ergo. quare inſeparabile, & in

T. 147. inſeparabili tempore. ¶ At verò impoſſibile eſt ſimul ſm contrarios motus moueri idem, quatenus indiuiſibile, & in indiuiſibile tēpore: ſic enim dulce ſic mouet ſenſum, aut intellectum, amarum autem contrario modo, & album aliter. Ergo ne ſimul quidem & numero indiuiſibile, & inſeparabile, quod iudicat, ipſo eſſe autē ſeparatum? Eſt igitur quodammodo, quatenus diuiſibile diuiſa ſentiat, eſt autem quatenus indiuiſibile; ipſo eſſe enim diuiſibile eſt, loco aūt

T. 148. & numero indiuiſibile. ¶ Aut non poſſibile? Potentia enim idē diuiſibile, & indiuiſibile, & cōtrarii eſt, ipſo eſſe autem actu non poteſt, ſed patiēdo diuiſibile eſt, & nō poſſibile eſt ſimul albū, & nigrū eē; quare neq; formas ipſorū pati,

T. 149. ſi hmōi eſt ſenſus, & intellectio. ¶ Sed vt id, qđ uocant quidem punctum, qđ ut unum, & duo eſt, ſic & diuiſibile. Scđm ꝙ igitur eſt indiuiſibile, diſcernens vnum eſt, & ſimul: ſm ꝙ verò diuiſibile eſt, non vnum; bis.n. vtitur eodē ſigno ſimul. Inquantum igiť duobus vtitur termino, duo iudicat, & ſeparata ſunt vt in ſeparato: inquantum verò vnum, uno, & ſimul. De principio igitur, ſm quod dicimus animal ſenſitiuum eſſe, determinatum ſit hoc modo.

Summa Septima. Ponitur differentia inter intelligere, ſapere, ac ipſum ſentire: inueſtigaturq; ipſius Imaginationis eſſentia.

Caput Primum. Non eſſe idem intelligere, ac ſapere cum ipſo ſentire.

T. 150. QVoniam autem duabus differētijs definiūt maxime animam, motu ſm locum, & ip

ſo

ſo intelligere, & diſcernere, & ſentire. vñ vtiq; intelligere, & ſapere velut ſentire quoddam eſſe; In vtriſque enim his anima diſcernit, & cognoſcit aliquid eorum, quæ ſunt. Et Antiqui ſapere, & ſentire idem eſſe aiunt, ſicut & Empedocles dixit. *Ad præſens enim ſapientia augetur hominibus*. & in alijs. *Vnde eis ſemper & ſapere diuerſa præſtat*. Idem autem his vult, & illud Homeri. *Talis enim mens eſt terreſtrium hominem, Qualē in dies inducit pater hominumq;, deorumque*.

¶ Omnes enim hi intelligere corporeum, ſicut & ſentire exiſtimant, & ſentire, & ſapere ſimile ſimili, ſicut in primis rõnibus determinauimus. Et tñ oportuit ſimul ipſos & de deceptione dicere; magis propria.n. eſt animalibus, & plus tpis in hac permanet anima. Vnde neceſſe eſt aut, vt quidam dicunt, omnia, quæ vñr, eſſe uera, aut diſſimilis rei tactum deceptionem eē: hoc enim cõtrarium eſt illi, ſimile ſimili cognoſcere. vñ autem & deceptio, & ſcientia contrariorum eadem eſſe. ¶ Quòd igitur non idem ſit ſapere, & ſentire manifeſtum eſt; hoc enim animalibus ineſt omnibus, illud autem paucis. Sed neque intelligere, in quo eſt quod recte, & qđ non recte (quod enim recte, prudentia, & ſciētia, & opinio uera: qđ uerò non recte, contraria horum) neq; hoc inquam eſt idem cũ ipſo ſentire: Senſus.n. propriorũ ſemꝑ uerus eſt, & omnibus ineſt animalibus, intelligere autem cõtingit & falſo, & nulli ineſt. cui non inſit & ratio. ¶ Imaginatio.n. aliud eſt & à ſenſu, & à rõcinatione, hæcq; non fit ſine ſenſu, & ſine hac non eſt exiſtimatio. Quòd aũt non eſt eadem intellectio, & exiſtimatio, manifeſtum eſt: Hæc eñ paſſio in nobis eſt, cùm uolumus; præ oculis.n.

T. 151. T. 152. T. 153.

eſt fingere:ſicut qui in memoratiuis verſantur. & ſimulacra faciunt,opinari autem nõ in nobis eſt:neceſſe enim eſt aut falſum,aut verum dicere.

T. 154. ¶Amplius autem,cùm opinamur difficile aliquid,aut terribile,ſtatim compatimur,ſimiliter autē,& ſi fuerit res confidenda,ſecundùm imaginationem autem ſimiliter nos habemus,ſicut qui conſiderant in pictura difficilia,& confidēda.Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ,ſcientia,& opinio,& prudentia, & cõtraria horum, de quorum differentia alius ſit ſermo.

Caput Secundum. Probatur imaginationem non eſſe ſenſum,nec ſcientiam,nec intellectum,nec opinionem: tradituŕq; eius definitio.

T.155. DE ipſo autem intelligere, quoniam diuerſum eſt ab ipſo ſentire,huius autem aliud imaginatio eſſe vr̄,aliud exiſtimatio.cũ de imaginatione determinauerimus,ſic & de altero dicēdũ erit.Si igitur imaginatio eſt, ſecundũ quã phantaſma aliquod nobis fieri dicimus, & non ſi quid ſecundùm tranſlationem dicimus, vna quædam eſt harũ potentia.aut habitus,ſm quē diſcernimus,& verũ,aut falſum dicimus.huiuſmodi ãt ſunt,ſenſus,opinio,ſciētia,intellectus.

T. 156. ¶Quòd igitur non ſit ſenſus,manifeſtum ex his eſt;Senſus enim aut potentia,aut actus eſt,vt viſus,aut viſio.apparet aũt aliquid, ēt neutro horum exiſtente,vt quæ in ſomnis. Poſtea,ſenſus quidem ſemper adeſt,imaginatio autem non.Si verò idem eſſet,imaginatio,ac odoratio : quod actus, omnibus vtique contingeret beſtijs imaginationē ineſſe:vr̄ aũt non,vt formicæ,aut api, aut vermi. Poſtea, ſenſus quidem veri ſemper, imaginationes autem plures falſæ.Amplius aũt

non

non dicimus,cùm operamur certe circa ſenſit i le, quòd videtur hoc nobis homo, ſed potius cùm non manifeſte ſentimus, & tunc aut verus eſt, aut falſus. Et, quod quidem diximus prius,apparent nobis & oculis clauſis,viſiones. T.157.
¶ At vero neque eorum,qui ſemp verum dicũt, vllus erit,vt ſcientia,aut intellectus:eſt enim & falſa imaginatio.Relinquit igitur videre, ſi opinio ſit:fit.n. opinio & vera,& falſa.Sed opinionem quidẽ ſequitur fides.non.n.contingit opinantẽ ijs,quę vñr,nõ credere,beſtiarũ aũt nulli ineſt fides,imaginatio aũt multis.Amplius,omnẽ opinionẽ ſequitur fides: fidẽ aũt perſuaſum eſſe: perſuaſionẽ aũt rõ, beſtiarũ aũt quibuſdã imaginatio quidẽ ineſt,rõ verò nõ ¶ Manifeſtũ T.158.
igitur,ꝙ neq; opinio cum ſenſu,neque per ſenſum,neque complexio opinionis,& ſenſus erit imaginatio:& propter hæc. Et,qa non alia quædam eſt opinio,ſed illa,quæ quidẽ eſt, cuius eſt & ſenſus,dico aũt ex albi opinione,& ſenſu cõplexio imaginatio eſt: non enim ex opinione quidẽ boni erit,ſenſu aũt albi. Apparere igitur eſt opinari,quod ſentit ,nõ ſecundùm accidẽs.
¶ Apparent autẽ & falſa,de quibus ſimul exiſti- T.159.
mationẽ verã habet,vt apparet Sol vnius pedis, perſuaſum aũt eſt eũ maiorẽ eſſe terra. Accidit igitur aut abijcere ſuã ipſius veram opinionẽ, ꝙ habebat,ſaluata re,non oblitum,neq; diſſuaſum:aut,ſi adhuc habet, neceſſe eſt eandẽ verã eſſe,& falſam, ſed falſa fiet,cũ latuerit mutata res. Non ergo vnum aliquod horũm eſt,neq; T.160.
ex his imaginatio. Sed,quoniam eſt moto hoc moueri aliud ab hoc: imaginatio autem motus quidam videtur eſſe, & non ſine ſenſu fieri,ſed ſentientibus,& quorum ſenſus eſt:eſt autẽ mo

T. 161. tum fieri ab actu ſenſus. ¶ Et hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui: erit utique hæc motus, qui neque ſine ſenſu, neque nō ſentientibus ineſſe poteſt. Et multa eſt ſm ipſum & facere, & pati, quod habet: & eſſe ueram, & falſam. Hoc autē accidit pp hæc. Senſus propriorum quidem eſt verus, aut quàm pauciſſimum habens falſum. Secundò autem eius, cui accidunt & hæc. & hic iam cōtingit, vt falſus ſit: quia enim album ſit, nō eſt falſus: ſi autem album hoc, aut aliud quiddam, falſus eſt. Tertiò autem communium, & conſequentium ea, quæ accidunt ijs, quibus inſunt propria, dico autem, ut motus, & magnitudo, quæ accidunt ſenſibilibus, circa quæ maxime iam eſt decipi ſm ſenſum. Motus autem ab actu factus, qui ab his tribus ſenſibus, differt à ſenſu, & primus quidem præſente ſenſu verus eſt: alij autem, præſente & abſente, erunt utiq; falſi, & maxime cùm procul eſt ſenſibile. Si igit nihil aliud habet, quæ dicta ſunt, quàm imaginatio: hoc autem eſt, quod dictum eſt: Imaginatio utique erit motus à ſenſu ſm actum facto.

T. 162. ¶ Qm̄ autem uiſus maxime ſenſus eſt, & nomē à lumine accepit, qm̄ ſine lumine non eſt uidere Et, qm̄ immanent, & ſimiles ſunt ſenſibus, multa ſm ipſas operantur aīalia, alia quidem, quia non habent intellectum, ut beſtiæ: alia uerò, quia obruitur aliquando intellectus paſſione, aut ægritudine, aut ſomno, ut homines. De imaginatione igitur quid eſt, & propter quid eſt, dictum ſit in tantum.

ARISTOTELIS DE ANIMA

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

In prima agitur de potentia Animæ intellectiua.
In ſecunda de potentia Animæ motiua.
In tertia, quæ Animæ potentiæ quibus animatis ſint neceſſariæ, declaratur.

Summæ Primæ Caput Primum. De intellectus paſſibilis eſſentia. Ipſius impaſſibilitatem non eſſe ſimilem ei, quæ ſenſus. Et quando intellectus hic in actu eſſe dicatur.

De parte autem animæ, qua & cognoſcit anima, & ſapit, ſiue ſeparabili exiſtente, ſiue non ſeparabili ſm magnitudinem, ſed ſm rõnem, conſiderandũ eſt, quam habeat differẽtiam, & qũo tandem fiat ipſum intelligere. ¶ Si igitur eſt ipſum intelligere ſicut ſentire, aut pati aliqd utiq; erit ab ipſo intelligibili, aut aliqd aliud tale. ¶ Impaſſibilem ergo oportet eẽ, ſuſceptiuũ aũt formæ: & potẽtia huiuſmodi, ſed nõ hoc, & ſimiliter ſe habere, ſicut ſenſiti-

Tex. 1. Tex. 2. Tex. 3.

ſenſitiuum ad ſenſibilia, ſic intellectum ad in-
Tex. 4. telligibilia. ¶Neceſſe eſt itaque, quoniam omnia intelligit, immiſtum eſſe, ſicut dicit Anaxagoras, vt dominetur. hoc autem eſt, vt cognoſcat: nam alienum, iuxta apparens, prohibet, &
Tex. 5. obſtruit. ¶ Quare neque ipſius ulla eſt natura, niſi hæc, quod poſſibilis; Qui igitur vocatur animæ intellectus: dico autem intellectum, quo intelligit, & exiſtimat anima: nihil eſt actu eo-
Tex. 6. rum, quæ ſunt, antequam intelligat. ¶Vnde neque rationabile eſt ipſum miſtum eſſe cum corpore. qualis enim quidam vtiq; fieret, calidus, aut frigidus, & ei inſtrumentum aliquod eſſet ſicut ſenſitiuo. nunc autem nullum eſt. Et bene vtique, qui dicunt animam eſſe locum formarum: niſi quod non tota, ſed intellectiua, neque
Tex. 7. actu, ſed potentia formæ. ¶Quòd autem non ſimilis ſit impoſſibilitas ſenſitiui, & intellectiui, manifeſtum eſt ex ſenſorijs, & ſenſu; Senſus. n. non poteſt ſentire ex vehementi ſenſibili: vt ſonum ex magnis ſonis, neque ex fortibus odoribus, & coloribus videre, aut odorari. Sed intellectus, cùm aliquid intellexerit ualde intelligibile, non minus intelligit inferiora, ſed & magis: ſenſitiuum enim non ſine corpore eſt, hic
Tex. 8. autem ſeparabilis eſt. ¶ Cùm autem ſic ſingula factus eſt, vt ſciens dicitur qui ſecundùm actum: hoc autem tum accidit, cum poteſt operari per ſeipſum: eſt quidem & tunc potētia quodammodo, non tamen ſimiliter, ut & erat antequam addiſceret, aut inueniret. Et ipſe autem ſeipſum tunc poteſt intelligere.

Caput

Caput Secundum. Quo pacto intellectus poteſtas materialia, ac eorum formas, & ſimiliter & ea, quæ ſunt in abſtractione, intelligat. Quo etiam pacto intelligat, ſi eſt impoſſibilis. Quo modo ſe ipſum intelligit. Et cur non ſemper intelligat.

QVoniam autem aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe, & aqua, & aquæ eẽ, ſic aũt & in multis alijs: ſed non in omnibus; in q̃buſdam enim idem eſt eſſe carni, & carne: aut alio aut aliter habente diſcernit. Caro.n. nõ ſine materia eſt, ſed ſicut ſimum, hoc in hoc. Tex. 9. ¶ Senſitiuo igitur calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quædam ipſa caro eſt. Alio autem, aut ſeparabili, aut vt circumflexa linea ſe habet ad ſeipſam, cum extenſa fuerit, carni eẽ diſcernit. Te. 10. ¶ Iterum autem in ijs, quæ in abſtractione ſunt, rectum vt ſimum eſt. cum continuo enim eſt. Ipſum autem quid erat eſſe, ſi eſt alterum recto eſſe & rectum, alio. ſit enim dualitas. Altero itaque, aut aliter ſe habente iudicat. Omnino ergo, vt ſeparabiles ſunt res à materia, ſic & quæ circa intellectum. Te. 11. ¶ Dubitabit autem vtique aliquis, ſi intellectus ſimplex eſt, & impaſſibilis, & nulli quicquam habet commune, ſicut dicit Anaxagoras; q̃uo intelliget, ſi intelligere pati quoddã eſt. inquãtũ.n. aliq̃d cõe vtriſq; ineſt, hoc q̃dẽ agere, illud verò pati vr̃. Te. 12. ¶ Amplius aũt ſi intelligibilis & ipſe. aut.n. & alijs inierit intellectus, ſi nõ ſm aliud ipſe intelligibilis ſit, vnũ aũt quoddã ſpecie ipſũ intelligibile, aut aliq̃d miſtũ habebit, quod ipſum facit intelligibile, ſicut alia. Te. 13. ¶ An pati quidem ſm commune aliq̃d diuiſum eſt prius: quoniam potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus, ſed actu Te. 14.

nullum,

nullum, antequã intelligat. Oportet autem ſic, vt in tabula, in qua nihil eſt ſcriptum actu, qđ
Te. 15. quidem accidit in ipſo intellectu. ¶Et ipſe etiã intelligibilis eſt, ſicut ipſa intelligibilia. In his enim, quæ ſunt ſine materia, idem eſt quod intelligit, & quod intelligitur. Scientia nanque ſpeculatiua, & ipſum ſcibile idem eſt. ¶Cur au
Te. 16. tem non ſemper intelligat, cauſa conſideranda eſt. In habentibus, autem materiam potentia ſolum vnumquodque eſt intelligibilium. Quare illis quidem non inerit intellectus; ſine materia enim potentia eſt intellectus talium. ille autem intelligibile erit.

Caput Tertium. De intellectu agente.

Te. 17. QVoniam autem in omni natura eſt aliquid hoc quidem materia vnicuiq; generi, id autem eſt, quod potentia omnia illa, alterum autem cauſa, & factiuum, quod faciendo omnia, quod ars ad materiam paſſa eſt: ne-
Te. 18. ceſſe & in anima has exiſtere differentias. ¶Et eſt quidam talis intellectus, quia omnia fit: quidam verò, quia omnia facit, vt habitus qdam: quale eſt lumen. quodam enim modo & lumẽ facit potentia exiſtentes colores, actu colores.
Te. 19. ¶ Et hic intellectus ſeparabilis eſt, & immiſtus, & impaſſibilis, ſubſtantia actu exiſtens; Semper enim honorabilius eſt agens patiente, & principium materia. Idem autem eſt ſecundùm actũ
Te. 20. ſcientia cum re ipſa. ¶Quę verò ſecundùm potentiam tempore prior in vno eſt, omnino autem neq; tempore. ſed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non intelligit. Separatus autem eſt ſolum hoc, quod quidem eſt, & hoc ſolum immortale eſt, & perpetuum, Non remi-

reminiſcimur autem, quia hoc quidem impaſſibile eſt, paſſiuus verò intellectus corruptibilis eſt, & ſine hoc nihil intelligit anima.

Caput Quintum. De intelligibilibus ipſius intellectus obiectis, quibusq; ipſius intellectus operationibus intelliguntur.

INdiuiſibilium igitur intellectio in ijs eſt, circa quæ non eſt falſum. In quibus autem falſum iam & verum eſt, compoſitio quędam iam eſt conceptuum tanquam vnum exiſtentium. Te. 21.
Et ſicut Empedocles dixit, *Vere multorum quidē capita ſine ceruice germinauerunt, poſtea compoſita ſunt concordia*: ſic & hæc ſeparata componũtur, vt incommenſurabile, & diameter. ¶Si autem factorum, aut futurorum ſit cōpoſitio tempus cointelligens eſt, & componens. Falſum ēm in compoſitione ſemper eſt; etenim ſi album, non album dixerit, ipſum non album compoſuit. Contingit autem & diuiſionem dicere omnia. Attamē nō ſolūm falſum eſt, aut uerum, quod albus Cleon eſt, ſed quod erat, aut erit. Quod autem quodq; vnum facit, hoc intellectus eſt. Te. 22.
¶ Indiuiſibile autem quoniam dupliciter dicitur, aut potentia, aut actu, nihil prohibet intelligere indiuiſibile, cùm longitudinem intelligit (indiuiſibilis enim actu eſt) & in tempore indiuiſibili; ſimiliter enim tempus diuiſibile, & indiuiſibile eſt, atq; lōgitudo. Non igitur eſt dicere, quid in utroque dimidio intelligebat: non enim eſt, ſi non diuiſa ſit, niſi potentia. Seorſum autem vtrunque intelligens dimidiorum diuidit, & tempus ſimul: tunc autem, ut longitudines. Si vero ut ex utriſq;, & in tempore, quod in utriſque eſt. ¶Quod autem non ſecundum Te. 23. Te. 24.

nau-

quantitatem indiuiſibile eſt, ſed forma intelligit in indiuiſibili tẽpore, & indiuiſibili animæ intellectione. ſecundùm accidens autem, & nõ inquantum illa diuiſibilia ſunt id, quod intelligit, & tempus, in quo, ſed inquantum indiuiſibilia. Ineſt autem & in his aliquid indiuiſibile, ſed fortè non ſeparabile, quod unum facit tempus, & longitudinem. & hoc ſimiliter in omni

Te. 25. eſt continuo, & tempore, & longitudine. ¶Punctum autem, & omnis diuiſio, & ſic indiuiſibile monſtratur, ſicut priuatio. & ſimilis ratio in alijs eſt. ut quomodo malum cognoſcit, aut nigrum; contrario enim quodãmodo cognoſcit. Oportet autem potentia eſſe, quod cognoſcit, & ineſſe in ipſo Si uerò alicui non ineſt contrarium cauſarum, ipſa ſeipſam cognoſcit, & actu

Te. 26. eſt, & ſeparabilis. ¶Eſt autem dictio quidem aliqd de aliquo, ſicut affirmatio, atq; uera eſt, aut ſalſa omnis. intellectus autem non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt, ſecundùm ipſum quid erat eſſe, verus eſt, & nõ aliquid de aliquo. Sed vt viſio proprij vera eſt, ſi autem album homo aut non, non verum ſemper eſt, ſic ſe habent q̃

Te. 27. cunq; ſine materia ſunt. ¶Idem autem eſt quæ ſecundùm actum ſcientia, ipſi rei. quę verò ſm potentiã, tpe prior eſt in vno. Oĩno autem neq; tpe: ſunt. n. ex actu exiſtente omnia, quæ fiunt.

Caput Quintum. In multis intellectum ſenſumq; conuenire. De intellectu practico, ac ipſius à ſpeculatiuo differentia. Quo etiam pacto ea, quæ abſtractione dicuntur, intelligantur.

Te. 28. VIdetur autem ſenſibile ex ſenſitiuo, quod potentia eſt, ſenſitiuum actu facere: non enim patitur, neq; alteratur. Vnde alia eſt hæc

ſpecies

ſpecies motus: motus. n. actus erat imperfecti. ſimpliciter autē actus, qui perfecti, eſt, alius eſt. Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum, & intelligere. Cùm autem iucundum, aut moleſtū, vt affirmans, aut negans perſeqnitur, aut fugit.
¶Et eſt delectari, aut dolere agere ſenſitiua me dietate ae bonum aut malum, inquātum talia. & fuga quoq;, & appetitus, qui eſt ſecundùm actum, hoc ſunt. & nō aliud eſt appetitiuum & fugitiuum, neque ab inuicem, neque à ſenſitiuo, ſed eſſe aliud eſt. Te. 29.
¶Cogitatiuę autem animę phantaſmata, ut ſenſibilia ſunt, cum autem bonum, aut malū affirmauerit, aut negauerit, tūc fugit, aut perſequitur. Quapropter nunquā ſine phantaſmate intelligit anima. Te. 30.
¶Sicut enim aer pupillam huiuſmodi fecit, ipſa autem aliud. & auditus ſimiliter. vltimum autem vnum eſt, & vna medietas, eſſe autem ipſi plura. Quo autem diſcernit, quo differt dulce, & calidum, dictum eſt quidem & prius dicendum autem & hic: eſt enim vnum quid, ſic autem vt terminus. Te. 31.
¶Et hæc vnum proportione, aut numero, quem habent ad vtrunq;, vt illa adinuicem. Quid.n. refert id dubitare, quomodo ea, quæ eiuſdem generis iudicat, aut contraria, vt albū & nigrū? Sit igitur vt A, quod album, ab B, quod nigrum, ſic C ad D. quare & permutatim. Si igitur C D vni inſint, ſic habebunt ſicut & A B, idem quidem & vnum, eſſe autem non idem, & illud ſimiliter: Eadem autem ratio eſt, & ſi A quidem dulce ſit, A verò album. Formas igitur intellectiuum in phantaſmatibus intelligit. Te. 32.
¶Et ſicut in illis determinatum eſt ipſi perſequendum, & fugiendum, ſic & extra ſenſum, cum in phantaſmatibus fuerit, mouetur. vt ſentiens ſignum Te. 33.

ſace datum, quòd ignis, communi cognoſcit, videndo eum, qui ſe mouet, quòd hoſtis eſt. aliquando autem ijs, quæ ſunt in anima, phantaſmatibus, aut intelligentijs, tanquam uidens ratiocinat, & deliberat futura ad præſentia.
Te. 34. ¶Et, cum dixerit, quod ibi iucũdum, aut moleſtum, hic ſugit, aut perſequitur, & omnino in actione eſt. Et quod ſine actione eſt & verum, & falſum, in eodem genere eſt cum bono & malo:
Te. 35. ſed ipſo ſimpliciter, & aliquo differt. ¶Quæ vero abſtractione dicuntur, intelligit. Vt enim ſimum, ſecundùm quòd ſimum, non ſeparatim: inquantum autem cauum, ſi quis intelligeret actu, ſine carne vtique intelligeret, in qua cauũ eſt: ſic mathematica non ſeparata, tanquam ſeparata intelligit, cùm intelligit illa.
Te. 36. ¶Omnino autem intellectus, qui ſecundum actum intelligit res ipſæ eſt. Vtrum autem contingat aliquid ſeparatorum intelligere ipſum exiſtente non ſeparatum à magnitudine, an non, conſiderandum eſt poſterius.

Caput Quintum. Animam quodammodo eſſe omnia, & rerum formas: ipſamq́; non ſine phantaſmatibus intelligere.

Te. 37. NVnc autem quæ de anima dicta ſunt, recapitulantes, dicamus iterum, quòd anima entia quõdammodo eſt omnia. Aut enim ſunt ſenſibilia ea, quæ ſunt, aut intelligibilia. Eſt autem ſciẽtia quidem ſcibilia quodammodo, ſenſus autem ſenſibilia.
Te. 38. ¶Quomodo autem hoc ſit, oportet inquirere. Secatur igitur ſcientia, & ſenſus in res, qui quidẽ potentia eſt, in eas, quæ ſunt potentia: qui vero actu, in eas, quæ ſunt actu. Animæ autem ſenſitiuum, & id, quod ſcire poteſt,

poteſt, potentia hæc ſunt: hoc quidem ſcibile, illud verò ſenſibile. Neceſſe eſt autẽ aut ipſas, aut formas eſſe ipſas igitur non; non enim lapis in anima eſt, ſed forma. Quare anima ſicut manus eſt: manus enim inſtrumentum inſtrumentorum: & intellectus forma formarum: & ſenſus forma ſenſibilium ¶Quoniam autem neq; res vlla eſt præter magnitudines, vt videntur ſenſibilia ſeparata, in formis ſenſibilibus intelligibilia ſunt, & quę in abſtractione dicuntur, & quæcunq; ſenſibilium habitus, & paſſiones ſunt. Et ob hoc qui non ſentit aliquid, nihil vtiq; addiſcet, nec intelliget. Et cum ſpeculetur, neceſſe eſt ſimul phantaſma aliquod ſpeculari, phantaſmata autẽ, velut ſenſibilia ſunt, præterquam quòd ſunt ſine materia. Eſt autem imaginatio aliud a dictione, & negatione: complexio enim intellectionum eſt verum, aut falſum. Primæ autem intellectiones, quo different vt non phantaſmata ſunt? An neq; hæ phantaſmata ſunt, ſed non ſine phantaſmatibus? Te. 39.

Summa Secunda. De potentia Animæ motiua.

Caput Primum. Redarguitur quædam animæ diuiſio: ac dubitatur, quid id eſſe poßit, quod motu locali animal mouet.

QVoniam autem animalium anima ſecundùm duas definita eſt potentias, & diſcretiuo, quod intelligentiæ opus eſt, & ſenſus, & adhuc ipſo mouere motu ſecundum locum: de ſenſu quidẽ, & intellectu determinata ſint tot. De mouente autem quidnam ſit animæ, ſpeculandum eſt. Vtrum vna quædam pars ipſius ſit ſeparabilis aut magnitudine, aut ratione, an tota anima. & ſi pars aliqua, vtrum propria quæ- Te. 94.

dam ſit præter conſuetas dici, & dictas, an harum vna aliqua. ¶Habet autem dubitationem
Tc. 41. mox, quomodo oporteat partes animæ dicere, & quot; Quodam enim modo infinitæ vidẽtur, & non eę ſolum, quas dicunt quidam determinantes ratiocinatiuam, & iraſcitiuam, & concupiſcitiuam. alij autem eam, quę rationem habet, & eam, quę ratione caret. Secundùm enim differentias, per quas has ſeparant, & aliæ videntur eſſe partes, maiorem his diſtantiam habentes, de quibus & nunc quidem dictum eſt. Nutritiua, ſcilicet, quæ & plãtis ineſt, & omnibus animalibus. Et ſenſitiua, quam neq; vt irrationabilem, neque ut rationem habentem ponet quis vtique facile. Adhuc autem & imaginatiua, quæ ipſo eſſe quidem ab omnibus alia eſt.

Tc. 42. ¶ Cui autem harum eadem, vel alia ſit, habet multam dubitationem, ſi quis ponat ſeparatas partes animæ. Ad hæc autem appetitiua, quæ & ratione, & potentia alia videbitur; vtiq; eſſe ab oĩbus. Et incõueniens vtiq; eſt hãc diuellere; in ratiocinatiua enim uoluntas fit, & in irrationabili concupiſcentia, & ira. Si autem tria ſit aĩa,
Tc. 43. in vnoquoq; erit appetitus. ¶Et ẽt de quo nunc ſermo inſtabat, quid eſt mouens ſecundùm locum animal? motu eñ ſecũdùm augmentum & decrementum, qui omnibus ineſt, quòd omnibus ineſt, videbitur vtique mouere, generatiuum, & nutritiuum. De reſpiratione autem & expiratione, & ſomno & vigilia poſterius perſpiciendum. habent enim & hæc dubitationem
Tc. 44. multam. ¶Sed de motu ſecundùm locum, quid ſit mouens animal ſecũdùm progreſſiuum motum, conſiderandũ eſt. Quòd igitur non ſit nutritiua potentia, manifeſtum eſt. Semper enim

propter

propter aliquid motus hic fit: & aut cum imagi nation e,aut appetitu eſt; nihil enim non appetens, aut fugiens mouet, niſi violẽtia. Amplius & plantæ vtique motiuæ eſſent, & haberent aliquam partem inſtrumẽtalem ad motum hunc. ¶ Similiter aũt neque ſenſitiuum. Multa enim ſunt animalium, quæ ſenſum quidem habent, manentia autem, & immobilia ſunt aſſiduè. Si igitur natura neq; facit fruſtrà quicquã; neq; deficit in neceſſarijs, niſi in orbatis, & imperfectis: huiuſmodi autem animalium perfecta, & non orbata ſunt: ſignum autem eſt, quòd generatiua ſunt, & augmentum habent, & decrementum: fit, vt haberent vtique & partes inſtrumentales progreſſionis. ¶ At vero neque ratiocinatiuum, & vocatus intellectus eſt mouens; Speculatiuus enim nihil ſpeculatur agibile, neque dicit de fugiendo & perſequendo quicquã. ſemper autem motus aut fugientis, aut perſequentis aliquid eſt. Sed neq; cùm ſpeculatur aliquid huiuſmodi, iam præcipit aut perſequi, aut fugere, quemadmodum ſæpe intelligit terribile aliquid non iubet autem timere, ſed cor mouetur. ſi autem delectabile pars aliqua alia. ¶ Amplius & præcipiente intellectu, & dicente ratiocinatione fugere aliquid, aut perſequi, non mouetur, ſed ſm concupiſcentiam agit, vt in ipſo fieri ſolet incontinente. Et omnino autem videmus, ꝙ qui medendi artem habet, non medetur: tanquam aliud quippiam principatũ obtineat agendi per ſcientiam, ſed ſcientia. non habet hanc vim. At verò neq; appetitus huius motus dominus eſt: cõtinentes. n. appetentes, & cõcupiſcentes non operantur ea, quorum appetitum habent, ſed ſequuntur intellectum.

Te. 45.

Te. 46.

Te. 47.

Caput Secundum. Quòd intellectus, ac uoluntas cauſa ſint localis motus in animalibus. Item quo facto fiat iſte motus.

Te. 48. VIdentur autem duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, ſi quis imaginationem ponat, vt intellectionem quandam; multa .n. præter ſcientiam ſequuntur imaginationes. & in alijs animalibus nõ intellectio, neq; ratio eſt, ſed imaginatio. Vtraque ergo hæc motiua

Te. 49. ſunt ſm locum, intellectus, & appetitus. ¶Intellectus autem, qui pp aliquid ratiocinatur, & q actiuus eſt: differt autem à ſpeculatiuo fine. Et appetitus pp aliquid omnis eſt; cuius.n. appetitus hic, id principium actiui intellectus. vltimũ autem principium actionis eſt. Quare rationabiliter hæc duo vñr mouentia, appetitus, & intelligentia actiua; appetibile.n. mouet: & propter hoc intelligentia mouet, quia appetibile

Te. 50. principium ipſius eſt ¶Et imaginatio quoq; cũ moueat, non mouet ſine appetitu. Vnum quid igitur mouens ipſum appetitiuum: ſi.n. duo intellectus, & appetitus mouerent, ſm cõem vtique aliquam formam mouerent. nunc autem intellectus non vř mouere ſine appetitu: voluntas.n. appetitus eſt, Cùm aũt ſm rationem mouetur, & ſm volũtatem mouetur. appetitus autem mouet præter rationem: concupiſcentia.n.

Te. 51. appetitus qdam eſt. ¶Intellectus igitur omnis rectus eſt: appetitus autem, & imaginatio recta, & non recta. Vnde ſemper quidem mouet appetibile. ſed hoc aut eſt bonum, aut apparens bonum. non omne autem; ſed agibile bonum. agibile autem eſt, quod poteſt & aliter ſe habe

Te. 52. re. ¶Quòd igitur hmõi potentia animæ, quę vo

catur

catur appetitus, mouet, manifeſtum eſt. Diuidẽtibus autem animæ partes, ſi ſm potentias diuidant, & ſeparent, valde multæ fiunt, nutritiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, deliberatiuũ, appetitiuum: hæc.n. plus differunt abinuicem, quam concupiſcitiuum, & iraſcitiuum. ¶Qm̃ autem appetitus fiũt contrarij adinuicem: hoc aũt accidit, cùm ratio, & concupiſcentia contrariæ ſunt; fit autem in temporis ſenſum habentibus (intellectus.n. propter futurum retrahere iubet concupiſcentia autem propter præſens. Vr.n. quod iam delectabile eſt, & ſimpliciter delectabile & bonum ſimpliciter, ꝑpterea quod non videtur futurum.) ¶Specie quidem vnum erit mouens, appetitiuum, inquãtum appetitiuum, primum autem omnium appetibile (hoc enim mouet, & non mouetur, eo ꝙ ſit intellectum, aut imaginatum) numero autem plura mouentia. Qm̃ aũt tria ſunt, vnum quidẽ mouens, ſm autem, quo mouet, & tertium, quod mouetur mouens aũt duplex, aliud quidem immobile, aliud aũt mouens, & motum: eſt vtique immobile quidem agibile bonum, mouens aũt & motum appetitiuum (mouetur.n. quod appetit, ſm ꝙ appetit. & appetitus motus quidã eſt, aut actus) quod aũt mouetur eſt aĩal; quo verò mouet inſtr̃o appetitus, iã hoc corporeum eſt. Vnde in communibus animæ, & corporis operibus conſiderandum eſt de ipſis. ¶Nunc autem, vt in ſumma dicã, mouens inſtrumẽtaliter, vbi principium, & finis idẽ. vt commiſſura oſſiũ. hic .n. connexum, & concauum: hoc quidem finis, illud verò principium. Vnde aliud quidẽ quieſcit, aliud vero mouetur: ratione quidem diuerſa exiſtentia, magnitudine verò inſeparabilia: Te. 53. Te. 54. Te. 55.

omnia enim pulſu & tractu mouetur. Quapropter oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum.

Caput Tertium, Quid ſit mouens in imperfectis animalibus: & quomodo eis inſit.

Te. 56. OMnino igitur, ſicut dictum eſt, inquantum animal appetitiuum eſt, ſic ſuiipſius motiuum eſt. appetitiuũ aũt non ſine imaginatione: imaginatio aũt oĩs, aut rõnalis eſt, aut ſenſitiua hac igiť & alia aĩalia participant. Conſiderãdũ aũt & de imperfectis quid eſt mouens, quibus ſenſus ſolũ ineſt tactus, vtrũ cõtingat imaginationẽ ineſſe his, aut nõ, & cõcupiſcentiã. Vr̃.n. dolor, & voluptas ineſſe. ſi aũt hec, & concupiſcentiã ineſſe neceſſe eſt. Imaginatio aũt quõ vtiq; inerit? An ſicut mouentẽ indeterminate, & hæc inſunt quidẽ, indeterminate aũt inſunt.

Te. 57. ¶Senſitiua igiť imaginatio, ſicut dictũ eſt, & in aliis aĩalibus ineſt. Deliberatiua aũt in rationalibus. vtrum.n. aget hoc, an hoc, iã rationis eſt opus. & neceſſe eſt menſurare; maius.n. perſequiť: quare põt vnũ ex pluribus phantaſmatib. facere. Et cauſa hæc eſt, ꝙ opinionẽ non vĩ habere, qm̃ eã, q̃ eſt ex ſyllogiſmo, nõ habet. hæc autẽ illã. Quapp deliberatiuum non habet appetitus. Vincit autem aliquando, & mouet voluntatem, aliquando autem illa hunc, ſicut ſpæra, appetitus appetitum, cùm incontinentia facta eſt. natura autem ſemper ſuperior principalior eſt, & mouet, adeò vt tribus lationibus iam mo-

Te. 58. ueatur. ¶Scientificum autem non mouet, ſed manet. Quoniam autem exiſtimatio, & ratio, hæc quidẽ ipſius vniuerſalis eſt, illa verò ipſius ſingularis (illa.n. dicit, ꝙ oportet talẽ tale age-

te, hæc aũt ꝙ hoc tale, & ego quidẽ talis) iã hęc mouet opinio, non ea, quę vniuerſalis, aut vtra quę mouent: ſed illa quidem quieſcens magis, hæc autem minimè.

Summa Tertia. Quæ Animæ potentiæ quibus animatis neceſſario inſint.

Caput Primum. Nutritiuam animam omne viuens neceſſario habere: ſenſum vero tactus ipſum animal: atq; etiam guſtum, cum ſit tactus quidam.

NVtritiuã igitur animam neceſſe eſt habere omne, quodcũq; viuit, & animam habet, à generatione vſq; ad corruptionem; Neceſſe eſt.n. quod genitum eſt augmentũ habere, ſtatũ, & decrementũ: hæc aũt ſine alimento eſt im poſſibile. neceſſe eſt igitur ineſſe nutritiuã potentiã in oĩbus, quę augmentantur, & diminuũtur. ¶ Senſum aũt non eſt neceſſe in oĩbus viuẽtibus. Neq;.n. ea, quorum corpus ſimplex eſt, contingit habere tactum, neq; ſine hoc poſſibile eſt eſſe vllum aĩal, neq; quæcunq; non ſunt ſuſceptiua formarum ſine materia. Aĩal aũt neceſſe ſenſum habere, ſi nihil fruſtra facit natura: omnia.n. quæ natura fiunt, propter aliquid ſunt, aut caſus ſunt eorum, quæ fiunt propter aliquid. Si igitur oẽ progreſſiuum corpus nõ habeat ſenſum, corrumpetur vtiq;, & ad finẽ non perueniet, qui eſt naturę opus. Quomodo enim aletur? manentibus enim ineſt hoc, vnde nata ſunt. ¶ Nõ eſt autem poſſibile, vt corpus habeat quidem animam, & intellectum diſcretiuum, ſenſum autem non habeat, non manſiuũ exiſtens, generabile autem. at verò neq; ingenerabile. Quare enim non habebit? aut enim ani-

Te. 59.

Te. 60.

Te. 61.

mæ melius erit, aut corpori. Nunc aũt neutrum eſt; illa enim non magis intelligit, hoc autem
Te. 62. nihil erit magis propter illud. ¶ Nullũ ergo corpus non manens habet animam ſine ſenſu. At vero, ſi habet ſenſũ, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex, aut miſtum. Impoſſibile autem eſt eſſe ſimplex; tactum enim nõ habere. eſt autem ne-
Te. 63. ceſſe hunc habere. ¶ Hoc autem ex his manifeſtum. Quoniam enim animal corpus animatũ eſt: corpus autem omne eſt tangibile: tangibile autẽ, quod ſenſibile tactu: neceſſe eſt & animalis corpus tactiuum eſſe, ſi debeat cõſeruari animal. Alij, enim ſenſus per alia ſentiunt, vt olfactus, viſus, auditus, tangens autem, niſi habeat ſenſum, nõ poterit hæc quidem fugere, illa aũt accipere. Si verò hoc, impoſſibile eſt ſaluari animal. Quapropter & guſtus eſt, vt tactus quidam; alimenti n. ſenſus. alimentũ autem corpus tãgi
Te. 64. bile. ¶ Sonus autem, & color, & odor non alunt, neque faciunt augmentum, aut decremẽtum. Quamobrem & guſtum neceſſe eſt tactum eſſe quẽdam, quia tangibilis, & nutritiui ſenſus eſt. Hi igitur neceſſarij ſunt animali. atque manifeſtum eſt, ꝙ non eſt poſſibile ſine tactu animal eſſe. Alij autem propter bonum, & generi animalium iam non cuicũque, ſed cuidam, vt progreſſiuo, neceſſe eſt ineſſe. ſi n. debeat ſaluari, nõ ſolũm oportet tangendo ſentire, ſed & eminus.
Te. 65. ¶ Hoc aũt erit, ſi per medium, ſenſitiuum fuerit, eò ꝙ illud quidẽ à ſenſibili patiatur, & moueat, ipſum aũt ab illo. Sicut. n. mouens ſm locũm vſque ad permutationem facit, & pellens alterũ facit, vt pellat, & eſt per medium motus, & primum quidem mouens pellit, & non pellitur, vltimum aũt ſolum pellitur, & non pellit, mediũ

autem

autem vtraque, multa autem media, ſic in alteratione, præterq̃ ꝙ manens in eodem loco alterat. Vt ſi quis in ceram tinxerit, vſque ad id mota eſt, quouſque tinxit. lapis autem non mouet, ſed aqua vſque procul. aer autem ad plurimum mouetur, & agit, & patitur, ſi maneat, & vnus ſit. Vnde & de refractione eſt melius, q̃ viſum egredientem refrangi, aerem pati à colore, & figura, vſquequo ſit vnus, in læui autem eſt vnus. Quapropter iterũ hic viſum mouebit, ſicut vtique ſi ceræ ſigillum ad finem vſque ſuccederet.

Caput Secundum. Animalis corpus ſimplex eſſe minimè poſſe: cùm ſenſus tactus ſit ei neceſſarius, alij verò ſint ad benè eſſe.

QVòd autem impoſſibile ſit ſimplex eſſe animalis corpus, manifeſtum eſt. dico autẽ, vt igneum, aut aereum; Sine enim tactu nullum cõtingit alium ſenſum habere; corpus enim animatũ omne tactiuum, ſicut dictum eſt. Alia aũt præter terrã ſenſoria quidem vtique fient. omnia autem per aliud ſentiendo faciunt ſenſum, & per medium. tactus aũt eſt in tangendo ſua ſenſibilia quapropter & hoc nomẽ habet. Attñ & alij ſenſus tactu ſentiunt ſed per alia media: hic aũt vr̃ ſolus per ſeipſum. Quare huiuſmodi elemẽtorum nullum vtique erit corpus animalis. Neque itaq; terrenum, omnium. n. tangibiliũ tactus eſt, ſicut medietas. & ſuſceptiuũm eſt ſenſoriũ, non ſolùm differentiarum, quæcũnq; terræ ſunt, ſed & calidi, & frigidi, & aliorũ omnium tangibilium. Et pp hoc oſſibus, & capillis, & huiuſmodi partibus non ſentimus; qa terræ ſunt. Et plantæ ẽt ob hoc nullũ habent ſenſum, quia terræ ſunt. Sine aũt tactu nullum poſſibile Te. 66.

eſt

eſt alium eſſe. hic autem ſenſus non eſt neque
Te. 67. terræ, neque ullius alius elementorum. ¶ Manifeſtum eſt igitur, ꝙ neceſſe eſt hoc ſolo priuata ſenſu animalia motu: neque enim hunc poſſibile eſt habere non animal exiſtens, neque, cùm ſit animal, alium habere neceſſe eſt, prҫter hũc. Et propter hóc quidem alia ſenſibilia exuperãtijs non corrumpunt animal, vt color, & odor, & ſonus: ſed ſolum ſenſus, niſi ſecundùm accidens. puta ſi ſimul cum ſono pulſio fiat, & ictus, & à viſis & odore alia moueãtur, quæ tactu corrumpunt, & ſapor quoque, ſecundum quòd accidit ſimul tactiuum eſſe, ſic corrumpit. Tangibilium autem exuperantia, vt calidorum, & frigidorum, & durorum corrumpit animal. ¶ Om-
Te. 68. nis enim ſenſibilis exuperantia corrumpit ſenſum. quamobrem & tangibile tactum. hoc autem determinatum eſt ipſum viuere. ſine enim tactu demonſtratum eſt, ꝙ impoſſibile eſt animal eſſe. Quocirca tangibilium exuperantia nõ ſolum corrumpit ſenſum, ſed & animal. quia neceſſe eſt ſolum habere hũc animal. Alios autem ſenſus habet animal, ſicut dictum eſt, non vt ſit, ſed ut bene ſit. Vt uiſum, quia in aere, & aqua, ut uideat, omnino autem, quia in perſpicuo. Guſtum autem, propter iucundum, atque moleſtum, vt ſentiat id, quod in alimento, & concupiſcat, & moueatur. Auditum autem, ut ſignificetur aliquid ipſi. Linguam autem, ut ſignificet aliquid alteri.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

De Senſu, & Senſilibus.

Caput Primum. Quæ partes animæ communes dicantur, de quibus Naturalis habet conſiderare: Quoque modo ſinguli ſenſus animalibus inſint.

QVONIAM autē de anima ſm ſeipſam determinatū eſt prius, & de uirtutum qualibet ſm partem ipſius; conſequens eſt facere conſiderationem de animalibus, & uitam habentibus omnibus, quæ ſunt propriæ, & quæ cōes operationes eorum. Quæ igit dicta ſunt de aīa, ſubijciātur, de reliqs aūt dicamus, & primū de primis. Vnr autem maxima & communia, & propria animalium communia eſſe, & corporis, & animæ, puta ſenſus, & memoria, & ira, & deſiderium, & oīno appetitus: & ad hæc uoluptas, & dolor; etenim hæc ferè inſunt oībus animalibus. Ad hæc aūt, hæc quidem omniū ſunt uita

parti-

participantium cõia, hæc verò animalium quibuſdam. Exiſtunt autem horum maximè quatuor cõiugia numero ſola, velut vigilia & ſomnus, & iuuentus & ſenectus, & expiratio & reſpiratio, & vita & mors. De quibus conſiderandum eſt, quid eſt vnumquodq; eorũ, & pp quas cauſas accidunt. Naturalis autem & de ſanitate, & infirmitatę primą cognoſcerę principia; nec.n. ſanitatem, nec infirmitatem poſſibile fieri carentibus vita. Quare ferè Naturalium plurimi, & Medicorum, qui magis Philoſophicè artẽ proſe juũtur, illi quidem finiunt ad ea, q̃ de Medicina, hi verò ex ijs, q̃ de natura incidiunt, q̃ de Medicina. Quòd autem oĩa dicta cõia ſint aię & corpori. non immanifeſtum eſt. Oĩa.n. hæc quidem cum ſenſu accidũt, hæc vero per ſenſum. Quædam aũt, hæc quidem paſſiones huius exiſtunt; hæc verò habitus: hæc autem cuſtodiæ, & cõſeruationes, hæc vero corruptiones, & priuationes. Senſus autem, quòd per corpus fit animæ, manifeſtum & p rationem, & abſq; ratione. Sed de ſenſu, & ipſo ſentire quid ſit, & quare accidit animalibus hæc paſſio, dictũ eſt prius in ijs, quæ de Anima. Animalibus autẽ: qua aĩal eſt vnumquodq;, neceſſe eſt ineſſe ſenſum; per hoc.n. determinamus animal eſſe, & non aĩal. Proprie aũt ſm vnumquodque tactus, & guſtus inſequitur oĩa animalia neceſſario. tactus quidem, propter dictam cauſam in ijs, quæ de Anima: guſtus vero propter alimentum, iucundum enim diſcernit ipſe & moleſtum circa eſcã, ita vt hoc quidẽ fugiat, illud autem proſequatur. & omnino ſapor eſt guſtatiuæ partis paſſio. Senſus autem, qui per exteriora, gradientibus ipſorum inſunt. queadmodum odoratus, auditus,

viſus omnibus quidem habentibus cauſa ſalutis inſunt, vt præſentientia proſequantur alimẽtum, mala autem, & corruptiua fugiant. Habentibus autem & prudentiã, eius, quod boni gratia; multas.n. annunciant differẽtias, ex quibus contemplabilium aduenit prudentia, & agibilium. Horum autem ipſorum ad neceſſaria quidem vitæ melior eſt viſus & ſm ſe, ad intellectum autem ſm accidens auditus: Multas enim differentias, & omnimodas viſus annunciat potentia, qua omnia corpora colore participant; ita vt & cõmunia maxime per hunc ſentiantur. Dico autem communia, figurã, magnitudinẽ, motum, quietem, numerum. Auditus autem ſoni tm̃ differentias, paucis autem, & eas, q̃ vocis. Secundùm vero accidens ad prudentiam auditus plurimam confert partem; ſermo.n. audibilis exiſtens cauſa eſt diſciplinæ, non ſecũdùm ſe, ſed ſecundùm accidens: ex nominibus eñ conſtat. nominum vero vnumquodq; nota eſt. Quare à natiuitate priuatorũ vtroq; ſenſu prudentiores ſunt cæci mutis, & ſurdis. De virtute itaque, quam habet ſenſuum vnuſquiſque, dictum eſt prius.

Caput Secundum. De ſenſorijs, ex qua conſtent materia opiniones tum aliorum, tum vero propria: & in qua etiam corporis parte ipſa ſint conſtituta.

IN quibus autem nati ſunt fieri corporis ſenſorijs, aliqui quidem quærunt ſm elementa corporũ: nõ potẽtes aũt ad quatuor quinq; exiſtentes conducere, hæſitant de quinto. Faciunt aũt oẽs viſum ignis q̃a paſſionis cuiuſdã ignorant cãm. cũ.n. conſtringitũ, & mouetur oculus,

videtur

vr̃ ignis lucere. Hoc aũt in tenebris natum eſt accidere, aut palpębris ſuperuelatis. fit.n.& tũc in tenebris. Habet aũt dubitationẽ hoc & aliã. Si.n.nõ eſt latere ſentientem, & uidentẽ viſibile q̃ddã, neceſſe erit ſe videre oculũ: quare ergo quieſcẽtę illo, hoc nõ accidit? Cauſa aũt huius, & dubitationis, & putãdi ignẽ viſum eſſe, hinc ſumenda. Lęnia.n.in tenebris nata ſunt fulgere, non tñ lucẽ facere, oculi aũt vocatum nigrũ & mediũ læne apparet. Apparet aũt hoc, cũ mouetur oculus, q̃a accidit quaſi duo fieri vnum, hoc aũt celeritas facit motus, ita vt videatur aliud eſſe videns, & viſum. Quare ẽt non fit, niſi celeriter. & in tenebris hoc accidat: læne.n.in tenebris natũ eſt fulgere, quẽadmodum quorũdam piſcium capita, & ſæpiæ attamentũ: & lente cũ mouet oculus, non accidit, vt videatur ſimul duo & vnum eſſe uidens, & viſum Illo aũt mõ ipſe ſeipſum videt oculus, quẽadmodum & in refractione. Qm̃, ſi ignis eſſet, vt dicit Empedocles, & in Timæo ſcriptum eſt, & accideret videre exeunte, quemadmodum ex laterna, lumine: quare non & in tenebris videret vtiq; viſus? Dicere autem quòd extinguat in tenebris egrediens, ſicut Timęus dicit, vanum eſt oĩno. Quæ.n.extinctio luminis eſt? extinguitur.n.aut humido, aut frigido calidũ. & ſiccũ, qualis eſſe vr̃, qui in carbonibus ignis, & flamma; quorum neutrum in lumine apparet exiſtens. Si igit̃ ineſt quidem, ſed pp̃ debilitatẽ latet nos, oportebat per diẽ & aqua extingui lumen, & in glacie maximè fieri tenebras; flãma.n.& ignita corpora patiunt̃ hoc. Nunc aũt nihil tale accidit. Empedocles aũt vr̃ exiſtimare, aliq̃n quidem exeũte lumine, ſicut dictũ eſt prius videre, ait enim:

Vt,

Vt, quãdo quis progreſſum meditãs ꝑparet lucernã,
Hyemalem per noctem ignis lumen ardentis.
Adaptans oĩum uentorum prohibitrices laternas.
Hę uentorum quidem ſpiritum diſpergunt flantium,
Lumen autem extra diſiliens, quantum magis expanſum fuerit.
Illuſtrat pauimentum indomitis radŷs,
Sic quod in membranis coercitum antiquum lumen.
Subtilibus uelaminibus diffunditur per circularem pupillam.
Hæ autem aqua quidem profundum repellunt circunfluentis.
Lumen autem extra diſilit, quantum magis expanſum fuerit.

Aliquando quidem ſic uidere ait, aliquando autem defluxibus ijs, qui ab ijs, quæ videntur. Democritus autem, quòd quidem aquam eſſe dicit, bene dicit: quod autem putat ipſum videre eſſe ipſam imaginem, non bene; Hoc enim accidit, quoniam oculus lenis eſt, & eſt non in illo, ſed in vidente: paſſio .n refractio eſt. Sed omnino de apparentibus, & de refractione nõdum ipſi maniſeſtum erat, vt videtur. Incongruum autem & non ſuccurriſſe ipſi, vt dubitaret, quare ſolus oculus videt, nullum autem aliorum, in quibus apparent ſimulacra. Quòd igitur viſus eſt aquæ, verum quidem, non tamen accidit ipſum videre, ſecundũ quod aqua eſt, ſed ſecundum quod perſpicuũ, quod & aeri commune eſt Sed magis ſeruabilis eſt aqua aere, & magis ſuſceptibilis, quare pupilla, & oculus aquæ ſunt. Et hoc eſt in ipſis operibus maniſeſtum; videtur enim aqua, quod defluit, cum corrumpuntur oculi, & in omnino nouiter formatis claritate excedens, & ſplendore. Et al-

bum oculi in ſanguine prœditis pingue, & craſſum, qđ pp hoc eſt, vt permaneat humidum inconcretile. Et iō corporis minimè eſt rigēs oculus; nullus.n. vnquam, qđ intra palpebras eſt, riguit. Aīalium verò exāguium duræ pellis ſunt oculi, & hoc facit protectionem. Irrationabile verò omnino eſt, exeunte quodā viſum videre, & aut extendi vſque ad aſtra, aut quadamtenus prodeuntem coniungi, ſicut quidā dicunt. Iſto enim melius eſt in principio cōiungi oculi. Sed & hoc ſtultum. quid enim eſt coniungi lumen lumini, vel qūo hoc poſſibile eſſe? non.n. quodlibet coniungitur cuilibet. Et interius exteriori, qūo? membrana enim inter eſt. Quòd igitur ſine lumine impoſſibile eſt videre, dictum eſt in alijs. Sed ſiue lumen, ſiue aer eſt, quod eſt inter rem viſam, & oculum, motus, qui p̄ ipſum, facit uidere. Et rōnabiliter, quod interius aquæ eſt. aqua.n. perſpicua eſt. Vr̄ aūt ſicut exterius non ſine lumine, ita & interius. Perſpicuum igiť oportet eſſe, atque neceſſe eſt aquam eſſe, quia non eſt aer: non enim in vltimo oculi aīa, aut animę ſenſorium eſt, ſed manifeſtum, ꝙ interius. Quare neceſſario perſpicuum eſt, & receptiuum luminis, quod interius oculi. Et hoc ēt in his, quæ accidunt, manifeſtum: iam enim quibuſdā vulneratis in bello iuxta tpa, ita vt abſciſſi eſſent meatus oculi, accidit fieri tenebras, ſicut lucerna extincta, eò ꝙ, quaſi laterna quædam, abſciſſum fuit perſpicuum, & vocata pupilla. Quare, ſi quidem in his accidit, ſicut dicimus, manifeſtum ꝙ, ſi oportet ſm̄ hūc modum attribuere, & aſſignare vnumquodque ſenſorium vni elementorum; oculi quidem viſiuum aquæ exiſtimandum, aeris verò ſonorum ſenſitiuum, ignis

autem.

autem odoratum. Quod enim actu odoratus, hoc potentia odoratiuum eſt; ſenſibile.n. facit agere ſenſum, quare neceſſe eſt exiſtere ipſum potentia prius. Odor vero fumoſa euaporatio eſt, fumoſa autem euaporatio ab igne. Quapp & circa cerebrum loco odoratus proprium ſenſorium eſt; potentia enim calida frigidi materia eſt. Et oculi generatio eũdem habet modũ; à cerebro enim conſtat oculus: cerebrum autẽ frigidiſſimum, & humidiſſimũ partium corporis eſt. Tactiuum autem terræ. Guſtatiuum vero ſpecies quædam tactus eſt. Et iõ iuxta cor ſenſorium eſt ipſorum.ſ. guſtus & tactus: cor.n. oppoſitum eſt cerebro, & eſt calidiſſimum partiũ. Et de ſenſitiuis quidem partibus corporis hoc modo ſit determinatum.

Caput Tertium. De coloris eſſentia, colorum generatione, atque miſtione.

De ſenſibilibus aũt iis, q̃ ſm vnumquodque ſenſorium, vt dico colore & ſono, & odore, & ſapore, & tactu, vniuerſaliter dictum eſt, q̃ actio ipſorum in iis, q̃ de Anima, & qd ipſum operari ſm vnumquodque ſenſoriorum: quid aũt oporteat dicere quodlibet eorum, ſ. quid color, quid ſonus, quid odor, quid ſapor, ſimiliter & de tactu conſiderandum eſt, & primum de colore. Eſt igitur unumquodque dupliciter dictum, hoc quidem actu, hoc autem potentia. Quod igitur actu color eſt & ſonus, quõ eſt idẽ vel aliud iis, qui ſm actum, ſenſibus, vt viſioni, & auditioni, dictum eſt in iis, quæ de Anima: quid autem vnumquodque eorum exiſtens faciet ſenſum, & actum, nunc dicamus. Quemadmodum igitur dictum eſt de lumine in illis,

quòd ſit color perſpicui ſm accidens; qñ enim ineſt aliquid igneum in perſpicuo, præſentia q. dem illius lumen eſt, priuatio vero tenebræ. Quòd dicimus perſpicuum, non eſt proprium aeris, vel aquæ, nec alicuius ſic dictorum corporum, ſed eſt qdã cõis natura, & virtus, quæ ſeparata qdem non eſt in his quidem magis, in illis verò minus. Quemadmodum ergò & corporũ neceſſe eſt aliquid vltimum eſſe, & huius. Luminis igit natura in indeterminato perſpicuo eſt. ipſius autem quod in corporibus, perſpicui, vltimum quod quidem erit vtiq; aliquid palã eſt, quod autem hoc ſit color, ex accidentibus manifeſtum. Nam color aut in extremitate, aut extremitas eſt. Vnde & Pythagorici ſuperficiem colorem vocabant: eſt.n. in corporis extremitate, ſed non eſt extremitas corporis, ſed eãdem naturam oportet exiſtimare, quæ exterius coloratur & interius. Vſr aũt aer, & aqua colorata; etenim aurora tale eſt. Sed ibi quidem, qm̃ in indeterminato accidit, non eundem colorẽ habet accedentibus prope, & procul, nec aer, nec mare. In corporibus verò, niſi continens faciat tranſmutationem, determinata eſt, & apparentia coloris. Manifeſtum igitur, quod idẽ & ibi, & hic ſuſceptiuum coloris eſt. Perſpicuũ ergo ſm qđ ineſt corporibus, ineſt aũt plus, aut minus in oĩbus colore facit participare. Qm̃ aũt in extremitate color, huius vtiq; extremitas aliqua erit. Quare color vtiq; erit, perſpicui in corpore determinato extremitas. Et ipſorum etiã perſpicuorum, puta aquæ, & ſi quid aliud tale, & quibuſcũq; vĩ aliquis color proprius ineſſe, ſm extremitatem ſimiliter omnibus ineſt. Eſt ergo ineſſe in perſpicuo hoc, quod quidem & in

in aere facit lumen, eſt autem non, ſed priuatũ eſſe. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, illud vero tenebræ, ita & in corporibus in naſcitur album, & nigrum. De alijs autem coloribus iam diuidentes quot modis contingit fieri, dicendum. Contingit .n. & ſi ſecus inuicẽ ponantur album & nigrum, ita ꝙ vnumquodque eorum ſit inuiſibile propter paruitatẽ, qđ autem ex ambobus viſibile ſic fieri. hoc enim neq; album poteſt videri, neq; nigrum. Qm̃ autem neceſſe eſt habere quidem quendam colorem, neutrum autẽ horum poſſibile eſt, neceſſe eſt miſtum quendam eſſe, & ſpeciem quandã coloris aliam. Eſt ergo ſic exiſtimare plures colores eſſe, quàm album, & nigrum. Multos aũt proportione, tria .n. ad duo, & tria ad quatuor, & ſm alios numeros, eſt ſecus inuicem iacere. Alios aut oĩno ſm nullam proportionem, ſed ſecundùm exceſſum quendam, & defectum in commenſurabilem Et eodem vtiq; modo hos habere conſonantijs; in numeris enim proportionatiſſimis colores, quemadmodum ibi conſonantias, eos eſſe, qui delectabiliſſimi colorũ videntur, veluti purpureus, & puniceus, & pauci quidam tales, propter quam quidem cauſam & conſonantiæ paucæ, qui autem non in numeris alios colores. Vel etiam omnes colores in numeris eſſe, hos quidẽ ordinatos, illos autem inordinatos: & hos ipſos, quando non puri ſunt, quia non ſunt in numeris tales fieri. Vnus igitur modus generationis colorum, hic eſt. Vnus autem apparere per inuicem, quemadmodum interdum pictores faciunt, alterum colorem ſuper alterum manifeſtiorem ſuperponentes: quemadmodum quando in aqua,

vel in aere volunt aliquid facere apparere: & queadmodum Sol ſm ſe quidem albus vr̄, per caliginem verò, & fumum punicens apparet. Multi autem & ſic erunt colores, eodem modo priùs dicto, proportio enim erit vtique quadā eorum, qui in ſuperficie, ad eos, qui in profundo. Quidam autem & omnino non ſunt in proportione. Dicere autem, ſicut Antiqui, defluxionem eſſe colorem, & videri propter talem cauſam, incōgruum; omnium enim per tactum neceſſe ipſis facere ſenſum. Quare mox melius eſt dicere, eò ꝙ mouetur intermediū ſenſus à ſenſibili, fieri ſenſum, q̄ tactu, & defluxionibus. In his igitur, qui ſecus inuicem ponuntur, neceſſe eſt ſicut magnitudinem accipere inuiſibilem, ita & tempus inſenſibile, vt lateant motus peruenientes, & vnus putetur eſſe, propterea ꝙ ſimul appareant. Hic autem nulla neceſſitas, ſed qui in ſuperficie color immobilis exiſtens, & motus à ſuppoſito, non ſimilem faciet motum, qua pp alius apparebit, & nec albus, nec niger. Quare, ſi non contingit vllam magnitudinē eſſe inuiſibilem, ſed quamlibet ab aliqua diſtātia viſibilem, & hæc quænam vtique erit colorum miſtio? Et illo ēt modo nihil obſtat, quin appareat quidam color cōis eis, qui procul. Quòd.n. non eſt vlla magnitudo inuiſibilis; in ijs quę poſterius, conſiderandum eſt. Si aūt eſt miſtio corporum, non ſolùm ſm hunc modum, ſm quem putant quidam, eorum, quæ ſecus inuicem ponuntur, minimorum, immanifeſtorum autem nobis per ſenſum, ſed totaliter omniquaque, ſicut in eis, quæ de miſtione, dictum eſt vniuerſaliter de omnibus. Illo enim modo miſcentur hæc ſolùm, quæcunque contingit diuidere ad

mini-

minima, quemadmodum homines, equos, aut ſemina: hominum.n.homo minimũ eſt, equorum vero equus, quare horum ſecus inuicem poſitione, multitudo miſta eſt ſimul vtrorumq; hominẽ vero vnum vni equo non dicimus miſtum eſſe. Quæcunque vero non diuiduntur ad minimum, horum non contingit miſtionem fieri ſm hunc modum, ſed eò q miſta ſint omniquaque, quæ quidem & maximè miſceri nata ſunt. Quomodo autem hoc fieri poſſibile eſt in eis, quæ de miſtione, dictum eſt prius. Sed quæ neceſſitas eorum, quæ miſcentur & colores miſceri, manifeſtum eſt. & hanc cauſam eſſe principalem, cur multi ſunt colores, ſed non ſupernatationem, nec ſecus inuicem poſitionem, nõ .n. procul quidem, prope aũt non vr̃ vnus eorũ, quæ miſcetur color, ſed vndecunque. Multi aũt erunt colores, qm̃ multis contingit proportionibus miſceri ſibi inuicem ea, quæ miſcentur. & hi quidẽ in numeris, hi autem ſm exceſſum ſolum, & alia eodem modo, quo quidem in ſecus inuicem poſitis coloribus, aut ſupernatantibus contingit dicere. Et de his quidem quæ miſcentur, & in alijs determinatum eſt. Qua verò de cauſa ſpecies colorum terminatæ & non infinitæ, & ſaporum, & ſonorum. poſterius cõſiderandum. Quid igitur ſit color, & qua de cã multi ſint colores, dictum eſt. De ſono autem, & voce prius in ijs, quæ de anima, dictum eſt.

Caput Quartum. De ſaporis eſſentia, ſaporum generatione, miſtione, ac ſpeciebus. Antiquiorumq; increpatio de ſenſibilibus.

DE odore verò, & ſapore nunc dicendum; ferè enim eadem eſt paſſio. nõ in eiſdem

autem eſt vtrunque eorum. Manifeſtius aũt eſt nobis ſaporum genus, q̃ odoris. Huius aũt cauſa, qm̃ peſſimum habemus aliorum animalium odoratum, & ipſorum ſenſuum, qui in nobis, ta ctum verò certiſſimum aliorum animalium, guſtus verò tactus quidam eſt. A quę igitur natura vult inſipida eſſe. Neceſſe aũt eſt vel in ſeipſa aquam habere genera ſaporum inſenſibilia pp paruitatem, ſm quod Empedocles dicit: vel materiam talem ineſſe veluti omniſeminarium ſaporum: & omnia quidem ex aqua fieri, alia autem ex alia parte: vel nullam habente differentiam aqua facientem cauſam eſſe, ac ſi calidũ & Solem dicat quis. Horum aũt, ſicut Empedocles dicit, multum apertum mendacium; Videmus. n. tranſmutari à calore ſapores, ſi auferantur ea, quæ circa fructum ad Solem, & igniarĩ, tanquam non eò ꝙ ab aqua trahãt tales factos eſſe, ſed in ipſo quod circa fructum tranſmutari: & reſudantes pp tempus auſteros è dulcibus, & amaros, & omnimodos fieri: & cũ decoquuntur in omnia ſaporum genera, vt ita dicam, trãſmutari. Similiter autem & omniſeminarij materiam eſſe aquam impoſſibile; ex eodem. n. videmus, ſicut ex eſca factos alios ſapores. Reſtat igitur, eò ꝙ patitur aliquid aqua, tranſmutari. Quòd igitur non à calidi ſolum virtute accipit hanc virtutem aqua, quam dicimus ſaporem, manifeſtum eſt: ſubtiliſſimum. n. omnium humorum aqua eſt, & ipſo etiam oleo, ſed protenditur oleum plus, q̃ aqua propter viſcoſitatem, aqua autem fragilis eſt, quare & difficilius eſt ſeruaſſe aquam in manu, q̃ oleum. Quoniam autem caleſcens aqua nõ apparet craſſari ipſa ſola, manifeſtum eſt, ꝙ alia quædam vtique erit

cauſa:

cauſa: ſapores.n omnes craſſitudinem habent magis: calidum autem eſt concauſa. Apparent autem ſapores, quicunque quidem in his, quæ circa fructus, hi exiſtẽtes & in terra. Quare mul ti antiquorum Phyſiologorum dicunt talem eſ ſe aquam, per qualemcunque terram tranſeat. Et hoc manifeſtum eſt in ſalſis aquis maxime; ſal.n.quędam terræ ſpecies eſt, quare quæ per cinerem colantur amarum exiſtentem, amarũ faciunt ſaporem. Sunt quoque fontes multi, hi qdẽ amari, illi verò acidi, alij aũt omnimodos habent ſapores alios. Rationabiliter itaq; in ter ra naſcentibus fit ſaporum genus; maxime pati .n. natum eſt humidum, queadmodum & alia, à contrario, cõtrarium aũt ſiccum. Quare & ab igne patitur quid, ſicca.n.ignis natura. Sed pro prium ignis calidum eſt, terræ verò ſiccum: ſi-cut dictum eſt in ijs, quæ de elementis. Qua igi tur ignis, & qua terra, nihil natum eſt agere, vel pati, nec aliud quicquam: qua aũt ineſt cõtrarie tas in eis, hac omnia agunt, & patiuntur. Quem admodum ergo qui lauant in humido colores, & ſapores, talem faciunt ſe habere aq̃; ſic & na tura ſiccum & terreum, & perſiccum, & terreũ colans, & mouens calida, quale quid humidum facit. Et hoc eſt ſapor, facta à dicto ſicco paſſio in humido, guſtus, qui ſm potentiã, alteratiua in actum; ducit.n. ſenſitiuum ad hoc, potentia prçexiſtens. nõ n vt diſcere, ſed vt ſpeculari, eſt ſentire. Quod aũt non cuiuſque ſicci, ſed nutri-tiui ſapores aut paſſio ſunt, aut priuatio, opor-tet ſumere hinc, ꝙ nec ſiccum abſq; humido, nec humidum abſque ſicco; alimentum enim ipſis animalibus nullum eorũ eſt, ſed miſtum: neque ipſis plantis, ſed miſtum. Et ſunt eius, qui

offertur

offertur cibi animalibus tangibilia quidem ſenſibilium augmentum facientia,& decrementũ. Horum enim cauſa,ſecundùm quòd calidum, aut frigidum id,quod offertur:hęc enim faciũt & augmentum,& decrementum. Nutrit autẽ, ſecundùm quòd guſtabile id, quod offertur: omnia enim nutriuntur dulci, vel ſimpliciter, vel miſtum. Oportet igitur de his determinare in ijs, quæ de Generatione, & Corruptione, nunc autem, quantum neceſſe, tetigiſſe ipſa. Calidum enim augmentat, & ſtruit nutrimentum,& leue quidem attrahit: amarum autem, & ſalſum relinquit propter grauedinem.Quod itaque facit in exterioribus corporibus exterior calor,hoc, qui in natura, internus animalium,& plantarum.quapropter nutriuntur dulci Commiſcentur autem alij ſapores ad cibum eodem modo ſalſo, & acido pro condimento. hęc autem,propterea quod retrahunt:eò quòd nimis nutritiuum ſit dulce, & ſupernatiuum. Quemadmodum autem colores ex albi & nigri miſtione ſunt,ita & ſapores ex dulci,& amaro.Et ſecundùm proportionem etiam,eò quòd magis,vel minus vnuſquiſq; eſt,ſiue ſecundùm numeros quoſdam miſtionis,& motus, ſiue & indeterminatè. Qui autem delectationem faciunt miſti,hi in numeris ſolùm. Pinguis ergo ſapor ipſius dulcis eſt. amarum vero,& ſalſum ferè idem ſunt.acris vero, & auſterus, & acerbus.& acidus in medio.Ferè.n. æquales ſaporũ ſpecies, & colorum ſunt. Septem.n.vtrinq; ſpecies,ſi quis ponat,ſicut rõnabile eſt; liuidũ nigrum quid eſſe.Relinquitur.n. flauum quidem albi eſſe, quemadmodum & pingue eſt dulcis. Puniceum uerò,& purpureum, & viride,& ceruleum

leum in medio albi, & nigri. alij verò miſti ex his. Et quemadmodum nigrum priuatio eſt albi in perſpicuo, ita amarum, & ſalſum dulcis in nutritiuo humido. Quare & cinis combuſtorum amarus, omnium exhalatum enim eſt ex ipſis potabile. Democritus autem, & plurimi Phyſiologorum, quicunque dicunt de ſenſibus, incongruiſſimum quid faciunt; omnia eñ ſenſibilia tangibilia faciunt. Et tamen, ſi hoc taliter ſe habet, manifeſtum eſt, quòd & aliorum ſenſuum unuſquiſque tactus quidam eſt. hoc autem quod ſit impoſſibile, non difficile eſt diſcernere. Amplius autem communibus ſenſuū omnium vtuntur quaſi proprijs; magnitudo n. & figura & aſperum & læne, amplius autem acutum & obtuſum, quod in molibus, communia ſunt ſenſuum: & ſi non omnium, ſaltem uiſus, & tactus. Quare & de his decipiuntur, de propriis autem non decipiuntur, velut uiſus de colore, & auditus de ſonis Quidam autem propria ad iſta reducunt, quemadmodum Democritus. Nam album quidem, & nigrum, hoc quidem aſperum dicit eſſe, hoc vero læue. ad figuras autem reducit ſapores. quanuis aut nullius, aut magis viſus eſt communia cognoſcere. Si ergo guſtus magis, minima igitur certiſſimi ſenſus eſt diſcernere circa vnumquodque genus. quare oportebat guſtum, & alia cō-munia ſentire maxime, & aliarum etiam figurarum eſſe maxime iudicatiuum. Amplius ſenſibilia quidem omnia habent contrarietatem: velut in colore, nigro album, in ſaporibus dulci amarum. Figura autem figuræ non putatur eſſe contraria; cui enim ex multangulis circunſcribilis contraria eſt? Amplius & figuris exi-

ſtentibus infinitis neceſſe & ſapores eſſe infinitos: quam enim ob cauſam hic quidem ſaporũ ſenſum faciet, hic vero non faciet? De ſapore igitur, & guſtabili dictum: aliæ nanque paſſiones ſaporum propriam habent conſiderationem in phyſiologia de plantis.

Caput Quintum. De odoris eſſentia, ac eius ſpeciebus, & à quibus, & quomodo percipiatur. Quodq; animalia odore minimè nutriantur contra nonnullos Pythagoricos.

EOdem verò modo oportet intelligere & circa odores. Qđ.n. facit in humido ſiccũ, hoc facit in genere alio in aere, & in aqua ſimiliter. perc̃oẽ aũt de his, nunc quidẽ dicimus ipſum perſpicuũ. eſt aũt odorabile, non ſm ꝙ perſpicuũ, ſed ſm ꝙ lauatiuũ, vel abſterſiuum ſapidæ ſiccitatis; Non.n. ſolùm in aere, ſed & in aqua odoratio eſt. Manifeſtũ aũt in piſcibus, & teſtaceis: vĩt.n. odorari, nec aere exiſtẽte in aqua (ſupernatat.n aer, cùm ingenitus fuerit) nec ipſi reſpirant. Si qs ergo ponat aquam, & aerem vtraque humida, erit vtique, quæ in humido ſapidi ſicci natura, odor, & odorabile tale. Quòd uero à ſapido eſt paſſio. manifeſtum eſt per habentia, & non habentia odorem. Elementa.n. inodorabilia. velut ignis, aer, terra, aqua, quia ſicca, & humida eorũ ſapida ſunt, niſi quid miſtũ faciant. Propter quod & mare habet odorẽ; habet.n. ſaporem, & ſiccitatẽ Et ſal magis nitro odorabile eſt. manifeſtat aũt, quod ab eo effluit, oleũ. nitrum aũt terrę eſt magis. Amplius lapis inodorabilis: inſipidus.n. Ligna autem odorabilia: ſapida.n. & horũ aquoſa minus. Amplius eorum, quæ

quę metalla ſunt, aurum inodorabile: inſipidū .n. Aes aūt, & ferrū odorabilia. qñ vero exuſtū eſt humidum, inodorabilia recrementa fiunt omnium. Argentum vero, & ſtannum his quidē magis odorabilia, hís verò minus: aquoſa eñi. Vř aūt quibuſdā fumida euaporatio eſſe odor, cō is exiſtens terræ, & aeri, & omnes deferū ur ad hoc de odore. Quare & Heraclitus ſic dixit, ꝙ, ſi oīa entia fumus fiant, nares vtiq; diſcernerent. Ad odorem autem omnes deferuntur, hi quidem tanquam euaporationem, illi vero tanquam exhalationem, illi autem vtraque hæc. Eſt autem vapor quidem humiditas quædam. Fumida verò exhalatio, ſicut dictum eſt, cōis eſt aeri, & terrę. Et conſtituitur ex illa quidē aqua: ex hac vero terræ. q̄dā ſpēs. Sed neutrum horū vī. Vapor.n.aquæ eſt, fumida verò euaporatio non poteſt in aqua fieri, odorātur autem & quæ in aqua, ſicut dictum eſt prius. Amplius exhalatio ſimiliter dicitur defluxionibus. ſi igitur nec illa bene, nec iſta bene. Quod ergo contingit recipere humidum & illud, quod in aere, & illud, quod in aqua, & pati aliquid a ſapida ſiccitate, non immanifeſtum; etenim aer humidus natura eſt. Adhuc autem, ſi ſimiliter in humidis faciat & in aere, velut quod lauatur ſiccum, manifeſtum eſt, quod oportet proportionales eſſe odores ſaporibus. At verò hoc in quibuſdam accidit. Etenim acres, & dulces ſunt odores, & auſteri, & acerbi, & pingue. & amares proportionales, dicat vtique quis putridos, quare quēadmodum illi ægrè potabiles, putrida ęgre reſpirabilia ſunt. Manifeſtum eſt ergo, quod in aqua ſapor hoc in aere, & in aqua odor. Et propter hoc frigus, & gelatio, & ſapores hebetant,

betant,& odores delent, calidum enim, qđ mouet,& generat,delent infrigidatio, & gelatio. Species aũt odorabilis duæ ſunt. non em̃, ſicut quidam dicunt,non ſunt ſpecies odorabilis, ſed ſunt. determinandum autem,qũo ſunt, & qũo non ſunt. Hoc enim eſt ſm ſapores ordinatum; ipſorum ſicut dictum eſt. & ſuaue, & triſte hñt ſm accidens. qm̃ em̃ nutritiui paſſio ſunt, appetẽtibus quidem ſuaues odores eorum ſunt: plenis autem ,& nihil egentibus non ſuaues, neq; odores, & cibus habens odores non ſuauis neque his. Quare iſti quidem, ſicut diximus, ſecundùm accidens habent ſuaue, & triſte. pp quod & omnibus ſunt communes animalibus. Quidam autem odorum ſecundùm ſeipſos ſuaues ſunt,quemadmodum illi,qui florum; nihil em̃ magis,vel minus ad cibum inultant, nec cõfe runt ad deſiderium quicquam. ſed contrarium magis. Verum enim eſt,quod Euripidem vituperans Stratis dixit.

Quando lens decoquitur, non infundas vnguentum.

Qui autem nunc commiſcent ad potiones tales virtutes, vim faciunt per uſum uoluptati, donec vtique ex duobus ſenſibus fiat ſuaue, tanquam vnum,& ab vno. Hoc igitur odorabile proprium hoĩs eſt. qui autem ſm ſapores ordinatus eſt, & aliorum aĩalium, ſicut dictum eſt prius. Et illorum quidem,quia ſm accidens habent ſuaue,diuidunt ſpecies ſm ſapores: iſtius autem non iam , propterea ꝙ natura ipſius eſt ſm ſeipſam ſuauis,aut triſtis. Cauſa autem,cur proprius ſit hoĩs talis odor, eſt pp frigus, quod circa m cerebrum. Frigido enim natura exiſtente cerebro,& ſanguine, qui circa illud in angu ſtis uenis exiſtit, ſubtili, & puro, de facili autẽ

infri-

infrigidabili (pp qđ & cibi euaporatio, infrigidata pp locum, fluxionum morbos facit hominibus) ad auxilium ſanitatis facta eſt iſta ſpecies odoris; nullum enim aliud eſt opus ipſius, ǭ hoc. hoc autem facit manifeſte: cibus enim ſuauis exiſtens, & ſiccus, & humidus ſępe morboſus eſt. Qui autem ab odore ſm ſeipſum odo riſero ſuauis, qũocunque ſe habeant, vtilis, vt ita dicam, ſemper eſt. Et pp hoc fit per reſpirationem non oĩbus, ſed hoĩbus, & ſanguine prææditorum, vt quadrupedibus, & participantibus magis naturam aeris. Aſcendentibus nanque odoribus ad cerebrum pp leuitatem caloris, q in ipſis, ſanius habent, quæ circa locum hunc; odoris nanque virtus calida natura eſt. Vtitur autem natura reſpiratione ad duo. vt ex propoſito quidem, ad thoracis adiutorium: vt extra propoſitum autem, ad odorem; reſpirante eñ, tanquam ex tranſitu, facit per nares motum. Propriũ autem hoĩs naturæ eſt talis genus odoris, quia maximum, & humidiſſimum cerebrũ habet inter aĩalia, vt pro magnitudine: propter hoc enim & ſolus, vt ita dicam, ſentit aĩalium homo, & gaudet florum, & talium odoribus: cõmenſuratus enim eorum calor, & motus ad exceſſum eius, quæ in loco frigiditatis, & humiditatis, eſt. Alijs vero, quæcunque pulmonem habent, per reſpirationem alterius gñeris odoris ſenſum dedit natura, vt nõ duo ſenſoria faciat. ſufficit enim qñ, & vt reſpirantibus quemadmodum hominibus vtrorumque odorabilium, his alterorum ſolùm exiſtit ſenſus. Quæ vero non reſpirant, ꝙ quidem habent ſenſum odorabilis, manifeſtum eſt. Etenim piſces, & inſectorum genus omne exquiſite ſentiunt, & procul,

cul,propter nutritiuam ſpeciem odoris, remota multum à ꝓpria eſca. quemadmodum apes faciũt ad mel,& paruarum formicarum genus quas vocãt quidam ſcnipas, & marinorum purpuræ,& aliorum multa talium animalium acutè ſentiunt eſcam propter odorẽ. quo ſentiunt autem,non ſimiliter manifeſtum. Quapropter vtique dubitabit aliquis,quo ſentiunt odorem, ſi ſpirantibus quidem omnibus fit ipſum odorari vnico modo(hoc enim videtur in reſpirantibus accidere omnibus) illorum autẽ nullum reſpirat,ſentiunt tamẽ. niſi aliquis præter quinque ſenſus alius. Hoc autem impoſſibile:odorabilis enim olfactus. Illa vero hoc ſentiunt. ſed non eodem forte modo. ſed reſpirantibus quidem, ſpiritus aufert ſuperiacens,velut cooperculum quoddam. quare non ſentiunt non reſpirantia. non reſpirantibus autem album eſt hoc quemadmodum in oculis. quædam enim animalium habent palpebras,quibus non reuelatis,non poſſunt uidere:quædam autem,quæ habent duros oculos,non habent. quare non indigent ullo,quod reuelet, ſed ſtatim uidẽt ex eo, unde poſſibile eſt ipſis uidere. Similiter autem & aliorum animalium quodlibet non ægrè fert eorum,quæ ſm ſeipſa fœtida ſunt,odorem,niſi quid accidat corruptiuum exiſtens,ab his autẽ corrumpitur ſimiliter. & quemadmodum homines à carbonum fumo patiuntur grauedinẽ capitis,& corrumpuntur ſæpe,ſic & à uirtute ſulfuris, bituminoſorumque ui corrumpuntur alia animalia,& fugiunt ꝓp paſſionem. ipſam autem ſm ſeipſam graueolentiam nõ curant, quamuis multa ex terræ naſcentibus fœtidos habeant odores,niſi quid conferat ad guſtum,

vel

vel ad eduliũ illis. Vt aũt ſenſus, q eſt odorãdi, imparib. exiſtẽtib. ſenſibus, & numero hũtc mediũ impari, & ipſe medius eſſe tactiuorũ, vt tactus, & guſtus, & ꝑ alia ſenſitiuorũ, vt viſus, & auditus. Quare & odorabile nutritiuorũ eſt paſſio q̃dã. hęc aũt in eodẽ genere, & audibilis quoque, & viſibilis. Quocirca & in aere, & in aqua odorant. quare odorabile ẽ cõe aliq̃d horũ amborũ, q̃d & tãgibili ineſt, & audibili, & ꝑſpicuo. Quare rõnabiliter aſſimilata eſt, ſiccitatis in humido & fuſili velut tinctura q̃dã eſſe, & lotura. Qũo igit ſpẽs oportet dicere, & qũo nõ oportet odorabilis, intm ſit dictũ. Q̃d aũt q̃dã Pythagoricorũ dicũt, nõ eſt rõnabile; nutriri nãq; dicũt q̃dã aĩalia odorib. Primũ.n. videmus, ꝙ oportet cibũ eſſe cõpoſitũ: etenim q̃ nutriunt, nõ ſunt ſimplicia. quare & ſuꝑfluitas fit cibi, aut ĩ ipſis, aut extra, ſicut in plãtis. Amplius verò, neque aqua vult ipſa ſola nutrire ĩmiſta exiſtẽs corpeum.n. aliq̃d oportet eſſe, cõſtituẽdũ. Adhuc multo minus rõnabile aerẽ corpulẽtũ fieri. Adhæc aũt, ꝙ oĩb. eſt aĩalib. locus receptiu⁹ cibi, à quo trahẽs accipit corpus. odorabilis aũt ſenſoriũ in capite & cũ ſpirituoſa intrat euaporatione. quare ad ſpiratiuũ vadet vtiq; locũ. Quòd igit nõ cõfert ad nutrimẽtũ odorabile ſm ꝙ odorabile, manifeſtũ. ꝙ tñ ad ſanitatẽ, & ex dictis manifeſtum. Quare q̃d ſapor in nutritiuo & ad nutriẽda, hoc eſt ad ſanitatẽ odorabile. Secũdũ vnumquodq; igitur ſenſorium determinatum ſit hoc modo.

Caput Sextum. Difficultatis ſolutio, an qualitates ſenſibiles in infinitum diuidantur. Et quare ſenſibilium finitæ ſunt ſpecies.

DVbitabit aũt aliquis, ſi omne corpus in infinita diuiditur, nunquid & paſſiones ſen-

ſibiles, vt color, & ſapor, & odor, & ſon⁹, & grauitas, & frigidū, & calidū, & leue, & durum, & molle. An im poſſibile. Actiuū. n. eſt vnūquodq; ipſorū ſenſus in eo. n. ꝙ pñt mouere iilum, dñr oĩa. Quare neceſſariū ſenſum in infinita diuidi & oēm magnitudinē eſſe ſenſibilē impoſſibile .n albū qdē videre, nō quātū aūt. Si. n. nō ſic, cōtinget vtiq; eſſe aliqđ corpus nullū habēs colorē, neq; grauitatē, neq; talē aliquā aliā paſſionē quare nec ſenſibile oĩno. hęc. n. ſenſibilia ſunt. Sēſibile igiř erit cōpoſitū non ex ſenſibilib. Sed neceſſe eſt. nō. n. ex mathematicis. Ampli⁹, quo dijudicabimus hæc aūt cognoſcemus? an intellectu? Sed nō intelligibilia, nec. n. intelligit intellectus, q̃ exterius, no cum ſenſu exiſtētia. Sed, ſi hæc hāt ſic, vñr teſtificari illis, q indiuiſibiles faciūt magnitudines: ſic. n. ſoluet vtiq; ſermo. Sđ impoſſibilia. dictū eſt aūt de his in ſermonib. q de motu. De ſolutione autem eorum ſimul manifeſtum erit, & quare finitę ſunt ſpecies coloris, & ſaporis, & ſonorum, & aliorum ſenſibilium. Quorum n ſunt vltima, neceſſe finita eſſe quæ intus· contraria autem vltima. omne autē ſenſibile habet contrarietatem, velut in colore album & nigrum, in ſapore dulce & amarū, & in alijs vtique omnibus ſunt vltima contraria. Continuum igitur in infinita diuiditur inæqualia, in æqualia verò finita. quòd autem non ſm ſe cōtinuū in finitas ſpecies. Qm̃ ergo paſſiones quidē, vt ſpecies dicendum, exiſtit autem continuitas & in his ſumendum eſt eſſe, quod potentia, & quod actu, aliud. Et propter hoc decies milleſima pars milij latet viſa, quamuis viſus ſuperuenerit Et qui in dyeſi ſonus latet, quamuis continuum exiſtentem audiat omnem cantum; diſtātia enim eius, quod ad vltimos latet.

Simi-

Similiter autem & in alijs ſenſibilibus, quæ par na omnino ſunt potentia nanq; viſibilia, actu autem non, quando ſeparata fuerint: etenim ineſt potentia pedalis bipedali, actu iam diuiſa. Separatæ autem tantæ exuperantiæ rationabiliter vtiq; reſoluentur in continentia, velut minimus ſapor mari infuſus. Quinimo. quoniã ſenſus exuperantia nõ ſm ſeipsã ſenſibilis, nec ſeparata (potẽtia.n. ineſt in exquiſitiore exuperan ia) nec tantum ſenſibile ſeparatũ erit actu ſentire, ſed tamen erit ſenſibile nam & potentia iam eſt, & actu erit aduerriens. Quod igitur quædam magnitudines, & paſſiones latent, & propter quam cauſam, & quomodo ſenſibiles & qu. modo non dictum eſt. Cùm autem iam inexiſtentes ſic tantæ ſunt, vt & actu ſenſibiles ſint, & non ſolum in toto, ſed & ſeorſum, finitos neceſſe eſſe ſecundùm numerum & colores, & ſapores, & ſonos.

Caput Septimum. Vtrum ſenſibilia omnia prius medium quàm ſenſus afficiant, an aliqua ſimul: & quomodò eaſdem res à pluribus ſentiri poſſit.

DVbitabit autem vtique aliquis, vtrum perueniant vel ſenſibilia, vel motus qui à ſenſibilibus, qualitercunque fiat ſenſus, cùm operãtur in medium primò, quemadmodum odor videtur facere. & ſonus; ꝓpinquus enim prius ſentit odorem: & ſonus poſterius ictu ꝑuenit. Ergone & ita viſibile & lumẽ, quemadmodum & Empedocles dicit peruenire prius, quod à Sole lumen ad medium, quàm ad viſum, aut ad terram? Videbitur autem vtiq; hoc rationabiliter accidere; motum enim mouetur alicunde aliquò. quare neceſſe eſt quoddam tempus eſſe in quo mouetur ab altero in alterum.. tempus

aũt oẽ diuiſibile.quare erat,qñ nondũ videbať, ſed adhuc ferebať radi⁹ in medio.Et,ſi oẽ ſimul audit,& audiuit,& oĩno ſentit,& ſenſit, & nõ eſt generatio earum,ſed ſunt abſq; hoc,ꝙ fiăt: tñ nihiloĩus,quẽadmodũ & ſonus, iã factoictu, nõdũ apud auditũ.Manifeſtat aũt hoc & litterarũ trãsfiguratio , tãquã facta latione in medio; nõ.n.dictũ vñr audiuiſſe, qa trãsfigurať aer delatus.Ergone ſic & color,& lumẽ:nõ.n.in eo ꝙ quodã mõ ſe hñt, hoc quidẽ videt, hoc verò vř eorũ,ꝗ æqualia sũt:nihil.n.oportet alicubi vtrũque eſſe.æqualib. n. factis nõ differt vel prope, vel longe abinuicẽ eſſe An circa ſonũ qdem,& odorẽ hoc accidere rõnabile?quẽadmodum.n. aer, & aqua,continua qdẽ,partibiles aũt amborũ motus.Quapp & eſt quidẽ, vt idẽ audiat prim⁹,& extremus,& odoreť,eſt aũt,vt nõ . Vř aũt qbuſdã eſſe dubitatio & de his . Impoſſibile.n. dicunt quidã aliũ aliũ idẽ audire,aut videre , & odorari;nõ.n.poſſibile eſſe moltos , & ſeorſum exiſtẽtes audire,& odorari . qđ.n.vnũ ſeorſum ipſum à ſeipſo eſſet.An mouens primũ, vt tinti nabulũ,vel thus,vel ignẽ, idẽ & vnum numero ſentiunt oẽs?id aũt,qđ iã, propriũ,alterũ numero,ſpẽ aũt idẽ.quare ſimul multi videñt, & odorant,& audiunt.Sunt aũt neq;corpora hæc,ſed paſſiones,& motus quidã(nõ. n. vtiq; hoc accideret;)nec ſine corpe.De lumine aũt alia eſt rõ; per id.n.quod eſt eſſe aliquid,lumẽ eſt , ſed nõ motus aliquis. Omnino autem nec ſimiliter in alteratione ſe habet, & latione;Lationes nanq; rõnabiliter medium prius attingunt . vř autem ſonus cuiuſpiam,quod fertur eſſe motus. Quæcunq;verò alterantur non amplius ſimiliter:cõtingit.n.ſimul totum alterari,& non dimidium prius , velut aquam ſimul omnem gelari . Attã

Interdum, quod calefit, aut gelatur, contiguũ à contiguo patitur; primum aũt ab ipſo alterante tranſmutatur: & neceſſe eſt ſimul alterari, & ſubito. Eſſet aũt vtiq; & ipſum guſtare, quemadmodũ odor, ſi in humido eſſemus, & remotius adhuc, priusq̃ tangeremus, ipſum ſentiremus. Rationabiliter aũt quorum eſt intermediũ ſenſorij non ſimul oportet pati, niſi in lumine, propter id, quod dictum eſt, propter idem autem & de ipſo videre; lumen enim facit ipſum videre.

Caput Octauum. Difficultatis examinatio, an contingat duo ſimul ſentire in eodem, & indiuiſibili tempore, & quomodo. Et quòd omne ſenſibile magnitudo eſt, & non indiuiſibile.

Est aũt & alia quædam dubitatio talis circa ſenſus, vtrũ contingat duo ſimul ſentire in eodẽ, & indiuiſibili tpe, an non. Si itaq; ſemp maior motus minorẽ depellat (Propter quod delata ſub oculis non ſentiunt, ſi fuerint vehementer in aliquid intendentes, vel timẽtes, vel audiẽtes multũ ſonũ. Hoc itaq; ſupponatur, & ꝙ vnumquodq; magis eſt ſentire ſimplex exiſtens, q̃ miſtum, velut vinum intemperatum, quàm tẽperatũ. & mel, & colorẽ, & netẽ ſolam, q̃ in diapaſon, quia obſcurant ſeinuicẽ. hoc aũt faciũt, ex quibus vnũ aliquid fit,) ſi itaq; maior minorẽ motũ depellit, neceſſe eſt, ſi ſimul ſint, & ipſum minus ſenſibilẽ eſſe, q̃ ſi ſolus eſſet; auſert. n. aliquid minor, qui miſcetur: ſi quidẽ omnia ſimplicia magis ſenſibilia ſunt. Si ergo æquales fuerint alteri exiſtẽtes, neutrius erit ſenſus; obſcurat. n. alter alterum, ſimpliciter aũt nõ eſt ſentire. Quare aut nullus erit ſenſus, aut alius ex vtriſq; quod quidẽ & fieri vr̃ ex his, quæ tẽperantur, in quocunque miſceantur. Qm̃ igitur

ex quibuſdam quidem fit aliquid, ex quibuſdã verò non fit, talia autem, quæ ſub alio ſenſu (commiſcentur enim, quorum vltima contraria. non eſt autem ex albo, & acuto vnum fieri, niſi ſm accidens, ſed non ſicut ex acuto, & graui conſonantia) non ergo ſentire contingit ipſa ſimul: Aequales n. exiſtẽtes ipſorum motus, delebũt ſeinuicẽ, qm̃ vnus nõ fit ex illis. ſi verò inæquales, fortior faciet ſenſũ. Præterea magis ſimul duo ſentiret vtiq; aĩa vno ſenſu, quorum vnus ſenſus, velut acutũ, & graue: magis. n. ſimul motus vnius, ipſe ipſius, q̃ duorũ, puta viſus, & auditus. Vno aũt ſenſu ſimul duo non eſt ſentire, niſi miſta fuerint: miſtura. n. vnũ vult eſſe. vnius aũt vnus ſenſus eſt, vnus autẽ ſimul ipſe. Quare neceſſario miſta ſimul ſentit: q2 vno ſenſu ſm actũ ſentit. vnius. n. numero, qui ſm actũ vnus, ſpecie aũt, q ſm potẽtiã vnus. Et ſi vnus ergo ſenſus, qui ſm actum, vnum illa dicet miſta ergo neceſſe ipſa eſſe. Qñ ergo non fuerint miſta, duo erunt ſenſus, qui ſm actum. Sed ſm vnam potẽtiam, & indiuiſibile tempus vnã neceſſe eſſe operationem: vnius enim, qui ſemel, vnus viſus, & motus, vna autem potentia. non ergo contingit duo ſimul ſentire vno ſenſu. At verò, ſi ea, quæ ſub eodẽ ſenſu, ſimul impoſſibile, ſi ſunt duo, palã ꝙ adhuc minus quæ ſm duos ſenſus contingit ſimul ſentire, velut album, & dulce. Videtur enim, quod quidem vnũ numero anima in nullo alio dicere, niſi ipſo ſimul. quod autem ſpecie vnum, iudicãte ſenſu, & modo. Dico autem hoc, ꝙ forte album, & nigrum aliud ſpecie exiſtens idem iudicat, & dulce, & amarum idem quidem ipſe, ab illo autem alius, ſed aliter vtrũque contrariorum. Eodem autem modo ſibi ipſis cognata. vt ſicut guſtus

dulce,

dulce, ita viſus album: & ſicut iſte nigrum, ita ille amarum. Amplius, ſi contrariorum motū̃ cõtrarij, ſimul aūt contraria in eodem, & indiuiſibili non cõtingit eſſe, ſub ſenſu aūt vno contraria ſunt, velut dulce, & amarū̃, non vtiq; continget ſentire ea ſimul. Similiter aūt palam eſt, ꝙ neq; quæ non contraria: hæc.n. albi ſunt, illa vero nigri. & in alijs ſimiliter, velut ſaporū̃, hi quidẽ dulces, illi verò amari. Nec quæ miſta ſunt ſimul (rõnes.n. ſunt oppoſitorū̃, velut diapaſon, & diapente) niſi vt vnū̃ ſentiant, ſic aūt vna proportio extremorū̃ ſit, aliter aūt nõ: erit.n. ſimul hæc quidem multi ad paucum, vel imparis ad parem, illa aūt pauci ad multū̃, vel paris ad imparem Si ergo plus adhuc diſtãt abinuicem, & differunt, cognatę quidem dicta, in alio aūt genere, q̃ quæ in eodem genere: dico aūt, vt dulce, & album voco cognata, genere aūt alia, dulce verò à nigro multo amplius ſpecie differt, q̃ ab albo: adhuc vtique minus continget ipſa ſimul ſentire, q̃ quæ genere eadem quare, ſi non hæc, nec illa. Quòd aūt dicunt quidam eorum, qui circa conſonantias, quod non ſimul quidẽ pertingunt ſoni, vñr aūt, & latẽt, cùm tp̃s inſenſibile fuerit, vtrū̃ rectè dr̃, an non? Forte.n. vtiq; dicet aliquis & nunc ex hoc, putare ſimul videre, & audire; quia intermedia tp̃a latent. An hoc non verum, neq; contingit tp̃s eſſe inſenſibile vllū̃, neq; latere, ſed omne contingit ſentire. Si .n qñ ipſe ſeipſum quis ſentit, vel aliū̃ in continuo tp̃e, non contingit tunc latere quod eſt: eſt aūt aliquod in continuo, & tm̃, qm̃ omnino inſenſibile eſt: manifeſtū̃ eſt, ꝙ tunc latebit vtiq;, ſi eſt, ipſe ſeipſum, & ſi videt, & non ſi ſentit, & ſi ſentit. Amplius nec vtiq; erit, nec tp̃s, nec res vlla, quã ſentit, vel in quo non ſit; quia in huius

aliquo,vel q̃a iſtius aliquid videt,ſi quidẽ eſt ali qua magnitudo & t̃pis,& rei, inſenſibilis oĩno pp̃ paruitatem.Si.n.totã videt, & ſentit toto eo dem continuo tp̃e,non eò ꝙ in huius aliquo,au feratur q̃ C B,in qua non ſentiebat.ergo in huius aliquo,vel huius aliquid,velut terrã videt tota ꝙ hoc ipſius,& in anno ambulat,ꝙ in hac parte ipſius.At vero in CB nihil ſentit Eò ergo ꝙ in huius aliquo ipſius AB,ſentit,dr̃ totũ ſentire,& totam.Eadẽ aũt ratio & in AC;ſemper.n. in aliquo,& aliquid,totum aũt non eſt ſentire.

A C B

Oĩa igitur ſenſibilia ſunt, ſed non vñt quanta ſunt:Solis.n.magnitudo vr̃.& quod quatuor cubitorum à longinquo,ſed non vr̃ quantaq;,ſed aliqñ indiuiſibilis.vr̃ aũt non indiuiſibile.Dicta aũt eſt cã in anterioribus de hoc. Quòd igĩ nullũ eſt tp̃s inſenſibile,manifeſtũ ex his. De prius aũt dicta dubitatione conſiderandũ,vtrum con tingat ſimul plura ſentire,an non contingat.ſimul aũt dico,in vno & ĩdiuiſibili tp̃e adinuicẽ. Primũ igĩ vtrũ ſi contingat,ſimul quidẽ,altero aũt aĩæ ſentire,& ſic indiuiſibili,vt oĩ exiſtente cõtinuo.An ꝙ primùm quidẽ ea,q̃ ſm vnũ ſenſum,vt dico vinum, ſi erit alio ſentiẽs aliũ colorẽ,pluresq; partes habebit ſpecie eaſdẽ;etenim q̃ ſentit,in eodẽ genere ſunt.Si ãt, & ꝙ vt oculi duo,dicat q̃s nihil prohibere ſic & in aĩa,ꝙ forte ex his quidẽ vnũ quid fit,& vna operatio ipſorũ,ibi aũt ſi quidẽ vnũ,quod ex ambobus, illud ſentiens erit:ſi aũt ſeparatim,nõ ſimiliter ſe habebit. Amplius ſenſus ipſi plures erunt, ſicut ſi q̃s ſcientias differentes diſcat:neq;.n. operatio erit ſine virtute,quę ſm ſeipſam,nec abſq; hac erit ſenſus.Si aũt hæc in vno, & indiuiſibili ſen

tit,

tit, manifeſtũ eſt, ꝙ & alia: magis.n.cõtingebat hac ſimul plura, q̃ quæ altera. Si itaq; alia quidẽ dulce, alia vero albũ ſentit aĩa parte, aut qđ ex iſti: vnũ aliquid eſt, aut nõ vnum. Sed neceſſe. vnum.n. aliquid ſenſitiua eſt pars Cuius ergo il lud vnius? nullũ nanq; ex iſtis vnũ. Neceſſe ergo vnũ aliquid eſſe aĩæ, quo oĩa ſentit, ſicut dictũ eſt prius, aliud aũt genus per aliud. Ergòne, ſm ꝙ indiuiſibile eſt ſm actum, vnum eſt ſenſitiuũ dulcis, & albi, qñ vero diuiſibile factũ fuerit ſm actum, alterũ? An quemadmodum in rebus ipſis contingit, ita & in aĩa: idem.n. & vnũ numero album, & dulce eſt, & alia multa. Si.n. non ſeparabiles paſſiones abinuicẽ, ſed eſſe alterũ vnicuiq;. Similiter ergo ponendũ & in aĩa idẽ & vnũ eſſe numero ſenſitiuũ oĩum, ipſum eſſe tamen alterum, & alterum, horum quidẽ genere, illorũ vero ſpecie. Quare & ſentiet vtiq; ſimul eodẽ, & vno, rõne aũt non eodem. Quod aũt ſenſibile omne magnitudo eſt, & nõ eſt indiuiſibile ſentire, manifeſtum. Eſt.n. vnde quidẽ nõ videaĩ, infinita diſtantia: vnde aũt vĩ, finita: ſimiliter aũt & audibile, & odorabile, & quæcunq; non tangentes homines ſentiũt. Eſt itaq; aliquid vltimũ diſtantiæ, vnde non vĩ, & primum, vnde vĩ. hoc itaq; neceſſe indiuiſibile eſſe, vltra quod quidem non contingit ſentire exiſtẽs, citra aũt neceſſe ſentire. Si itaq; aliquod erit indiuiſibile ſenſibile, cum poneĩ in vltimo, vnde eſt vltimum quidẽ non ſenſibile, primum aũt ſenſibile, ſimul accidet viſibile eſſe, & inuiſibile. hoc aũt impoſſibile. De ſenſorijs igiĩ, & ſẽſibilibus qũo ſe habent, & communiter, & ſecundùm vnumquodque ſenſorium dictum eſt. Reliquorum autem primò conſiderandum de memoria, & reminiſcentia.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS LIBER

De Memoria, & Reminiſcentia.

Caput Primum. Quarum rerum ſit memoria: & cuius animæ partis.

DE memoria autem, & ipſo meminiſſe dicendum quid eſt, & propter quam cauſam fit, & cui animæ partium hæc accidit paſſio, & ipſum reminiſci. Non enim idem ſunt memoratiui,& reminiſcitiui, ſed frequenter magis memoratiui quidem, qui tardi: magis reminiſcitiui autem,qui veloces,& dociles.Primum igitur accipiēdum eſt, qualia ſunt memorabilia;ſæpe enim decipit hoc. Neque enim futurum contingit meminiſſe,ſed eſt opinabile,& ſperabile erit autem vtiq; & ſcientia quædam ſperatiua quemadmodum quidã Diuinatiuam dicunt.Neque præſentis eſt,ſed ſen

ſus. hoc.n.neque futurum, neque factum cognoſcimus, ſed tantum præſens. Memoria autē facti eſt. Præſens autem cùm adeſt, vt hoc albū cùm aliquis videt, nullus vtique dicet meminiſſe. neq; quòd conſideratur, cùm eſt conſiderāſ & intelligens, ſed illud quidē ſentire dicit, hoc autem ſcire ſolum. Cum vero ſine actibus ſciētiam, & ſenſum habet, ſic meminit eos, qui trianguli, quod duobus rectis æquales. hoc quidem quod didicit, aut ſpeculatus fuit, illud verò qđ audiuit, aut vidit, aut aliquid tale; ſemper enim cùm ſecundum ipſum meminiſſe agit, ſic in anima dicit, quod hoc prius audiuit, aut ſenſit, aut intellexit. Eſt igitur memoria, neq; ſenſus neque exiſtimatio, ſed horum alicuius aut habitus, aut paſſio, cùm factum fuerit tempus. Ipſius autem nunc in ipſo nunc non eſt memoria, ſicut dictum eſt; eſt enim præſentis quidem ſenſus, futuri verò ſpes, facti autem memoria. Vnde poſt tempus memoria omnis. Quare quæcunque tempus ſentiūt, hæc ſola animalia meminerunt, & iſto quo ſentiunt. Quoniam autem de imaginatione prius in ijs, quæ ſunt de Anima, dictum eſt, & quod intelligere non eſt ſine phantaſmate (accidit enim eadem paſſio in intelligendo, quæ quidem & in deſcribēdo. ibi enim nulla vtentes quantitate trianguli determinata, tamen finitum ſecundùm quantitatem deſcribimus. & intelligens ſimiliter; etſi non intelligit quantum, ponit tamen ante oculos quantum, intelligit autem non ſecundùm, ꝙ quantum. ſi autem natura ſit quantorum infinitorum, tamen ponitur quidem quantum determinatum, intelligit autem ſm quòd quantum ſolum. Propter quam igitur cauſam non

con-

contingit intelligere aliquid ſine cõtinuo, neq; ſine tẽpe, quę nõ in tempore ſunt alia tõ. Magnitudinem autem, & motum cognoſcere neceſſe eſt, quo & tempus, & phã aſma cõis ſenſus paſſio eſt. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ primo ſenſitiuo horũ cognitio eſt. memoria aũt ea, quæ eſt intelligibilium, non ſine phantaſmate eſt) quare intellectiui ſ͠m accidẽs vtiq; erit, per ſe autem primi ſenſitiui. Vnde & alijs quibuſdam ineſt animalium, & non ſolùm hominibus, & habentibus opinionem, aut prudentiam. Si autem intellectiuarum partium eſſet, non vtiq; ineſſet multis aliorum animalium, ſorte autem nulli mortalium. Qm̃ neq; in omnibus, propterea ꝙ non oĩa tp̃is ſenſum habent: ſemper. n. cũ agit memoria, ſicut & prius diximus, ꝙ vidit hoc, aut audiuit, aut didicit, ſimul ſentit; quia prius. prius aũt, & poſterius in tp̃e ſunt. Cuius igitur eorũ, quæ aĩæ, memoria ſit, manifeſtũ eſt, ꝙ cuius & imaginatio eſt. Et ſunt memorabilia per ſe quidem, quorum eſt imaginatio, ſ͠m accidens autẽ quæcunque non ſine imaginatione.

Caput Secundum. Dubitationis ſolutio, quomodo rei abſentis fiat memoria. Qui immemores eſſe dicantur: ac ipſius memoriæ definitio.

Dubitabit autem vtique aliquis, quomodo paſſione quidẽ pręſente, re vero abſente, meminit quod non pręſens. Manifeſtũ enĩ eſt, quòd oportet intelligere talem aliquam factã per ſenſum in aĩa, & in parte corporis habente ipſam, velut picturã quandã, paſſionẽ, cuius dicimus habitũ eſſe memoriam; factus enĩ motus imprimit velut figurã quandam ſenſibilis; ſicut ſigillantes annulis. Vndę & alijs quidã, qui in

motu

motu multo, aut ꝓpter paſſionem, aut propter ætatem ſunt, nō fit memoria: tanquam vtique in aquā fluentē incidente motu, & ſigillo, alijs autem ꝓpterea quòd frigida ſunt, ſicut antiqua ædificiorū & propter duritiem accipientis paſſionem, non ingignitur figura. Quapp & valde iuuenes, & ſenes immemores ſunt; fluūt enim illi quidē pp augmentum; hi vero propter decremētū. Similiter aūt & multum veloces, & multū tardi, neutri videntur memores; illi .n. humidiores ſunt, q̄ oportunum ſit, hi verò duriores. Illis igitur .n. manet phantaſma in anima, hos verò non tangit. Sed ſi quidem tale accidēs eſt circa memoriā, vtrum hanc meminit paſſionē, an illud, à quo facta eſt? Si .n. hanc abſentium nihil vtiq; meminerimus. Si verò illud, qūo ſentientes hanc, meminerimus, quod non ſentimus, ꝗ abſens? Et, ſi eſt ſimile, ſicut figura, aut pictura in nobis huius ipſius ſenſus, ꝓpter qd vtiq; erit memoria alterius, ſed non huius ipſius? agens enim memoria ſpeculatur hanc paſſionem, & ſentit hanc. Quomodo igitur nō præſens meminit? erit .n. vtiq; uidere non præſens, & audire An eſt, vt contingit, & accidit hoc? Vt .n. in tabula pictū animal, & animal eſt, & imago, & idē & vnum ipſum eſt ambo, eſſe tñ non idē amborum, & eſt cōſiderare, & vt aïal, & vt imaginem, ſic & quod in nobis phātaſma oportet ſuſcipere, & ipſum aliquid ſm ſe eſſe, & alterius phantaſma; inquantum quidem ſecundùm ſeipſum, ſpeculamentum, aut phantaſma eſt, inquantū verò alterius, vt imago, & memoriale Quare & cum agit motus ipſius, ſi quidē inquātum ſecundùm ſe eſt, ſic ſentit ei ima ipſum, vt intellectum aliqd, aut phantaſma videtur

detur adeſſe: ſi autem inquantum alterius, & ſicut in pictura, vt imaginem ſpeculatur, & qui nō vidit Coriſcum, vt Coriſcum, hic alia paſſio huius ſpeculationis, & qñ ſicut animal pictum conſiderat in anima, hoc quidem fit ſicut intellectū ſolum, hoc autem vt ibi, quia imago, memoriale. Et ob hoc aliqñ neſcimus factis nol is in anima huiuſmodi motibus ab eo, quod prius ſenſimus, ſi ſm̃ ſenſationẽ accidit: & ſi eſt memoria, an non, dubitamus qñque. Aliqñ autem accidit intelligere, & reminiſci, ꝙ aliquid audiuimus prius, aut uidimus. Hoc autem cōtingit, cùm ſpeculans tanquam ipſum, permutatur, & conſiderat tanquam alterius. Fit autem aliquādo & contrarium, vt accidit Antipheronti Oritæ, & alijs, qui ecſtaſin patiebantur; phantaſmata n. dicebant, vt facta, & vt qui meminiſſent. Hoc autem fit, cùm aliquis non imaginem, tanquam imaginem conſiderat Meditationes autem memoriam conſeruant reminiſcēdo. Hoc aūt nihil aliud eſt, quàm ſpeculari ſæpe, ut imaginem, & non vt ſm̃ ſe. Quid igitur eſt memoria, & meminiſſe, dictum eſt, ꝙ phantaſmatis, vt imaginis, cuius phantaſma eſt habitus, & cuius particulæ earum quæ in nobis, ꝙ primi ſenſitiui, & quo tempus ſentimus.

Caput Tertium. Quid ſit ipſum reminiſci, nec eſſe memorari, aut de nouo addiſcere. Quomodoq; & in quibus fiat rebus.

De ipſo reminiſci autem reliquum eſt dicere. Primum igitur quæcunque in argumentatiuis rōnibus vera ſunt, oportet ponere, vt exiſtentia. Nō enim eſt memoriæ reſumptio reminiſcentia, neque acceptio: Cùm enim primum addi-

addiſcit, aut patitur, non reſumit memoriã vllã (nulla.n.ante facta eſt) neque à principio accipit: cùm.n.factus fuerit habitus, aut paſſio, tũc memoria eſt, quare vnà cum paſſione, q̃ fit, non ingignitur. Adhuc autẽ, cùm primùm facta eſt in indiuiduo, & vltimo, paſſio quidem ineſt iã patienti & ſcientia, ſi oportet uocare ſcĩam habitum, aut paſſionem. Nihil autem ꝓhibet ſm accidens meminiſſe quorundam, quæ ſcimus. Meminiſſe autem ſm ſe non eſt ante factum tp̃s. meminit enim nunc, quod vidit, aut paſſus fuit prius; non qđ nunc patitur, meminit nunc. Amplius autem manifeſtum eſt, ꝙ meminiſſe eſt non nunc reminiſcentem à principio ſentiẽtem, aut patiẽtem, ſed cùm reſumat quã, prius habuit ſcĩam, aut ſenſum, aut cuius habitum memoriam dicebamus, hoc eſt & tunc reminiſci eorum, q̃ dicta ſunt, aliqd, ipſum autem meminiſſe accidit, & memoriam ſequi. Neq; itaq; hæc ſimpliciter, ſi ante extiterint, iterum fiunt, ſed eſt vt, eſt aũt ut non; bis.n.diſcere, & inueni re contingit eundem idem. Oportet igitur differre reminiſci ab his, & inexiſtẽte pluri principio, q̃ ex quo addiſcũt reminiſci. Contingũt autem reminiſcentiæ: q̃m aptus natura eſt hic motus fieri poſt hunc ſi em̃ ex neceſſitate, manifeſtum eſt, ꝙ cùm motus fuerit illo, hoc mouebitur: ſi aũt non ex neceſſitate, ſed conſuetudine, vt plurimum mouebit. Accidit aũt quoſdam ſemel conſueuiſſe magis, q̃ alios ſæpe motos. vñ quædam ſemel videntes magis meminimus, q̃ alia ſæpe. Cùm igitur reminiſcimur, mouemur ſecundùm quendam primorum motuũ, quouſque utiq; moueamur, poſt quem ille cõſueuit. Vnde & quod conſequẽter eſt, venamur medi-

ſanteſ

tantes ab ipſo nunc,aut alio aliquo,& à ſimili, aut contrario,aut propinquo.Propter hoc fit re miniſcentia;motus.n.horum, aliorum quidem ſunt ijdem,aliorum aũt ſimul,aliorum ãt partẽ habent:quare reliquum paruum eſt, quod motum eſt poſt illum.Quærunt igitũ ſic. Et nõ quærentes ãt ſic reminiſcuntur, cùm poſt alterum motum ille fit,vt plurimum ãt alteris factis motibus,quales diximus,fiebat ille. Nihil ãt oportet conſiderare,quæ procul ſunt,quomodo meminimus,ſed quæ prope.Manifeſtum .n. ꝙ idẽ modus,quomodo dicit,quod conſequenter nõ præinquirens,neq; reminiſcens:conſuetudine .n.conſequuntur motus,hic poſt hunc.Et cùm igitur reminiſci voluerit,hoc faciet,quæret accipere principium motus, poſt quem ille erit. Vnde citiſſime,& optime fiũt à principio reminiſcentiæ: ſicut .n ſe habent res adinuicem in eo,qđ conſequenter,ſic & motus.Et ſunt facile reminiſcibilia, quæcunq; ordinationem hãbẽt aliquam,ſicut Mathematica:quę autem praue, & difficulter. Et in hoc reminiſci differt ab iterum addiſcere; quia poterit quodammodo per ſeipſum moueri in id, quod eſt poſt principiũ: cùm vero non,ſed per alium,non adhuc meminit.Sæpe ãt iam quidem non põt reminiſci,quęrens autem põt,& inuenit.Hoc ãt fit multa mouẽti,quouſq; moueat huiuſmodi motu, quem conſequitũ res:Meminiſſe. n. eſt ineſſe potentiã mouentem.hoc autem ita,vt ex ipſo,& quibus habet motibus moueatũ,ſicut dictum eſt.Oportet ãt acceptum eſſe principium. Quapp à locis vñr reminiſci aliqñ.Cauſa autem eſt, quia velociter ab alio in aliud veniunt,vt à lacte in albũ, ab albo autem in aerem, & ab hoc in humidũ, à quo

à quo meminit autumni, hoc quærens anni tẽpus. Videtur autem vniuerſaliter & mediũ principium oĩum. Si.n.non prius, cùm in hoc venerit, reminiſcetur, aut non iam, neq; aliunde, vt ſi quis intellexerit, in quibus A B CD E F G H. Si enim non in E reminiſcit, in H memoratus eſt, hinc enim ad ambo motum eſſe cõtingit, & in D & in F. Si verò non horum aliquod quærit, in C veniẽs reminiſcetur, ſi D aut C inquirit, quẽadmodum in G veniens reminiſcetur, ſi G aut F inquirit: ſi autem non, in A. & ſic ſemper. Eius autem, quod eſt ab eodem aliquando quidem meminiſſe, aliquando autem non, cauſa eſt, qa contingit ad plura motum eſſe ab eodem principio, vt ab ipſo E in F, aut in D.

A B C D E F G H

Si igitur non per antiquum mouetur, inconſuetiùs mouetur, tanquam enim natura iam cõſuetudo eſt. Vnde quæ ſæpe intelligimus, citò reminiſcimur: ſicut enim natura hoc poſt hoc eſt, ſic & operatione, ipſum autem ſæpe naturam facit. Quoniam autem ſicut fiunt in iis, quæ ſunt natura, & extra naturã, & à fortuna, adhuc magis in ijs, quæ per conſuetudinẽ ſunt, quibus natura non ſimiliter ineſt, quare mouetur aliquando, & illuc & aliter, præſertim & cũ retrahitur illinc iſtuc aliquo. Et propter hoc, cùm opus eſt nomẽ meminiſſe, aſſimile quidẽ, in illud autem ſolœcizamus. Reminiſci igitur hoc accidit modo. Maximè autem oportet cognoſcere tempus, aut menſura, aut infinitè. Eſt autem aliquid, quo judicat maius, & minus, rationabile autem, ſicut & magnitudines. Intelligit autem magnas & procul, non extendendo

illuc cogitationem, ſicut viſum dicunt quidam; etenim cùm non ſint, ſimiliter intelliget, ſed ratione quadam mouebit: ſunt enim in ipſa ſimiles figuræ, & motus. Quo igitur differet, cùm maioris intelligit? An, quia illas intelligit, quæ minores? omnia enim, quę intus ſunt, minora, & proportionaliter, & quæ extra. Eſt autem fortaſſis ſicut & formis proportionale accipere, ſed in ipſo, ſic & diſtantijs. Sicut igitur, ſi ipſam A B, B E mouetur, facit ipſam A D: proportionale enim eſt ipſa A C, & ipſa C D. Quid ergo magis C D, quam F G facit? An ſicut A C ad A B ſe habet, ſic & H ad M ſe habet? has igitur ſimul mouetur. Si verò F G velit intelligere, B E ſimiliter intelligit, ſed pro K M, K L intelliget: hę enim ſe habent, ſicut F A ad B A. Cùm igitur ſimul rei fit motus, & temporis, tunc memoria agit; ſi autem putet, non faciens putat meminiſſe; nihil enim prohibet falli aliquem, & videri, non memorantem, agentem autem memoria non putare, ſed latere, dū meminit, nō eſt: hoc enim erat ipſum meminiſſe. Sed, ſi is, qui rei, fiat ſine eo, qui temporis, aut hic ſine illo, non meminit. Qui verò eſt temporis, duplex eſt: aliquando enim menſura non meminit ipſum, vt quòd ter ia die, quòd tamē aliquando fecit, aliquando autem & menſura. Sed meminit, quanuis non menſura, conſueuerunt enim dicere, quòd meminerūnt quidem: quando tamen neſciunt, cum hoc ipſum quando non cognoſcunt quanta menſura. Quòd igitur non idem ſunt memoratiui, & reminiſcitiui, in prioribus dictum eſt.

Caput

Caput Quartum. Differt & alia de cauſa ipſum memorari ab ipſo reminiſci: Reminiſcentiamq; paſſionem eſſe corpoream: Item qui magis, minuſve memoria valeant.

DIffert autem ipſum memorari ab ipſo reminiſci non ſolùm ſecundùm tempus, ſed quod ipſo quidem meminiſſe & aliorum animalium participat multa, ipſo autem reminiſci nullum, vt ita dicam, quæ cognoſcuntur, animalium, niſi homo. Cauſa autem qa ipſum reminiſci eſt, vt ſyllogiſmus quidam: quod eñ prius aut vidit, aut audiuit, aut aliquid huiuſmodi paſſus fuit, ſyllogizat reminiſcens. & eſt vt inquiſitio quædam hoc autem quibus & ipſum cõſultatiuum ineſt, natura ſolum accidit: etenim ipſum conſultare ſyllogiſmus quidam eſt. Quod autem corporeum quiddam ipſa paſſio, & reminiſcentia inquiſitio in tali phantaſmate, ſignum eſt turbari quoſdam, cum nõ poſſunt reminiſci, & valde cohibentes cogitationem, & non amplius conantes reminiſci, nihil minus: & maxime melancholicos: hos n. phantaſmata mouent maxime Cauſa autem eius ꝙ non in ipſis eſt reminiſci, quia ſicut iaculantibus non amplius in ipſis ſiſtere eſt, ſic reminiſcens, & inueſtigans corporeum aliquid mouet, in quo paſſio eſt Maximè autem turbantur quibus humiditas fuerit exiſtens circa locum ſenſitiuum: non enim facilè ceſſat mota, quouſq; accedat, quod quæritur, & recte procedat motus. Vnde & iræ, & timores, cum commoti fuerint, contramouentibus iterum his non ſedantur, ſed ad idem contramouent. Et ſimilis eſt hæc paſſio nominibus, & cantibus, & orationibus

nibus, cum per os ſit aliquod ipſorum uehemēter; ceſſantibus enim, & nolentibus ſubit iterum canere, aut dicere. Sunt autem & ſuperiora maiora habentes, & nanis ſimiles minus memoratiui, quàm contrarij: propterea quòd grauitatem multam habent in ſenſitiuo, & quia neque à principio motus poſſunt immanere, ſed diſſoluuntur, neque in reminiſcendo facilè rectè procedunt. Omnino autem iuuenes, & valde ſenes immemores ſunt propter motum. hi enim in decremento, illi uerò in augmēto multo ſunt: amplius autem pueri, & nani ſimiles ſunt uſque ad longam ætatem. De memoria igitur, & ipſo meminiſſe, quę ſit natura ipſorum, & qua earum, quæ ſunt animæ meminerint animalia, & de ipſo reminiſci quid ſit, & quomodo fiat, & propter quam cauſam, dictum eſt.

ARISTO-

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

De Somno, & Vigilia.

Caput Primum. Quæ ſint de Somno, & Vigilia conſideranda. Quibus animantibus inſint: cuius partis animæ ſint paſsiones: quidq́; ſit aliqua ex parte ſomnus.

DE Somno aũt, & vigilia conſiderandum eſt, q̃d ſint: & vtrum aĩæ, an corporis propria ſint, an cõia: & ſi cõia, cuius particulæ aĩæ, vel corporis: & pp quam cauſam inſint aĩalib. & utrum cõicent oĩa ambobus ipſis, an alia q̃dem ſomno, alia verò altero ſolũ, an alia q̃dem neutro, alia uerò utriſque. Ad hæc autẽ, q̃d eſt ſomnium, & propter quam cauſam dormientes interdum quidem ſomniant, interdũ autem non: vel accidit quidem ſemper dormiẽtibus ſomniare, ſed non meminerint: & ſi hõc fiat, propter quam cauſam fit. Et utrum cõtin-

git futura præuidere,an non contingit,& qualiter,ſi contingit,& vtrum agenda ab homine ſolum,an ea, quorum Dæmoniũ habet cauſam, & natura fiunt, aut à caſu. Primum igitur hoc manifeſtum, ꝙ circa idem animalis vigilia eſt, & ſomnus;opponuntur enim, & vr̃ ſomnus vigiliæ quædam priuatio: nam extrema ſemper & in alijs, & in naturalibus circa idem ſuſceptibile vnr̃ fieri, & eiuſdem paſſiones eſſe,dico autem,vt ſanitas & ægritudo, pulchritudo & turpitudo, robur & imbecillitas, viſus & cæcitas, auditus & ſurditas.Amplius aũt & ex his manifeſtum:quo.n.vigilantem cognoſcimus, hoc & eum,qui ſomno premitur;ſentientem.n. vigilare putamus.Et vigilantem omnem,aut eò ꝙ eorum,quæ extrinſecus, aliquid ſentit, aut eo ꝙ eorum,qui in ipſo,motum aliquem. Si ergo vigilare in nullo alio eſt,q̃ in eo,quod eſt ſentire,manifeſtum eſt, quod quo quidem ſentiũt, hoc & vigilant vigilantia, & dormiunt dormiẽtia.Qm̃ aũt non animæ proprium eſt ſentire,neque corporis(cuius.n.eſt potentia, huius eſt & actus:qui verò dr̃ ſenſus,vt actio, motus quidã per corpus animæ eſt)manifeſtum eſt,ꝙ neque animę paſſio propria,neq; inanimatum corpus poſſibile eſt ſentire. Cùm aũt determinatum ſit prius in alijs de ijs,quæ dicuntur quaſi particulæ animæ,& de nutritiua quidem, quę ſeparat̃ ab alijs, aliarum verò nulla ſine hac exiſtente, manifeſtum eſt, quæcunque quidem viuentiũ augmẽto,diminutioneq; participant ſolùm, ꝙ in his non eſt ſomnus,neque vigilia,velut plãtis:non.n.habent particulam ſenſitiuam, neq; ſi ſeparabilis,neque ſi non ſeparabilis: poteſtate enim,& ipſo eſſe ſeparabilis eſt. Similiter au

tem.

rem, & quod nihil eſt, quod ſemper vigilet, aut ſemper dormiat, ſed eiſdem inſunt animalium vtræque paſſiones hæ: neque enim ſi eſt animal habens ſenſum, hoc cõtingit neq; dormire, neque vigilare: vtraq;. n. paſſio hæc circa ſenſum primi ſenſitiui Non contingit aũt alterum horum ſemper ineſſe eidem, veluti aliquod genus animalium ſemper dormire, vel ſemper vigilare. Amplius quorumcunq; eſt aliquod opus ſm naturam, qñ exceſſerint tempus, in quanto poſſunt aliquid facere, neceſſe eſt deficere: vt oculos videntes, & quieſcere facientes hoc: ſimiliter aũt & manum, & aliud omne, cuius eſt opus aliquod. Si itaq; alicuius eſt opus ſentire, & hoc vtiq; excedat tp̃s, quanto erat potens ſentire cõtinuè, deficiet, & non amplius faciet hoc. Si igitur vigilare definitum eſt, eò ꝙ ſolutus ſit ſenſus, contrariorum verò hoc quidem neceſſe eſt adeſſe, illud verò non; vigilare aũt ei. quod eſt dormire, contrarium eſt, & neceſſarium omni alterum ineſſe; neceſſarium vtique erit dormire. Si igiť huiuſmodi paſſio eſt ſomnus, hoc aũt eſt impotentia ꝑp exceſſum vigilandi: vigilandi aũt exceſſus quandoque ab ægritudine, quandoque abſque ægritudine fit, quare impotẽtia, atq; diſſolutio ſimiliter erit: neceſſe eſt omne, quod vigilat contingere dormire; impoſſibile enim ſemper agere. Similiter autem neq; dormire ſemper quicquam contingit: Somnus.n. paſſio ſenſitiuę particulę eſt, vt vinculum, & immobilitas quędam. Quare neceſſe eſt omne dormiens habere ſenſitiuam particulam. ſenſitiuũ aũt, quod poteſt ſentire ſecundùm actum. Agere autem ſenſu propriè, & ſimpliciter impoſſibile eſt dormientem ſimul, ideo neceſſariũ eſt

ſomnum omnem excitabilem eſſe. Alia igitur penè omnia ſomno cõmunicant, & natabilia, & uolatilia, atq; pedeſtria; Etẽm omnia piſciũ genera, & quæ mollium, viſa ſunt dormire: & alia omnia quæcunque habent oculos: etenim quæ duros habẽt oculos. & inſecta, manifeſtũ, ꝙ dormiunt, breuis autẽ ſomni ſunt hmõi oĩa. ideoq; latebunt vtiq; quædam ſæpe, vtrum participant ſomno, vel non. Teſtaceorum autẽ, ſm ſenſum quidem nondum factum eſt manifeſtũ ſi dormiunt: ſi cui verò veriſimilis dicta rõ eſt, ea ſuadebitur. Quod igitur ſomno cõicant oĩa aĩalia, manifeſtum ex his; eò.n. ꝙ ſenſum habeat, definitum eſt aĩal: ſenſus autẽ modo quidẽ aliquo immobilitatẽ, & velut vinculum ſomnum eſſe dicimus: ſolutionẽ autẽ, remiſſionem que vigiliam Plantarum autem nulli poſſibile eſt cõicare neutra harum paſſionum; nam ſine ſenſu quidem non exiſtit neq; ſomnus, neque vigilia. qbus verò ineſt ſenſus, & triſtari, & gaudere. quibus vero hæc, & concupiſcentia, plantis autem nihil horum ineſt. Signum autẽ, quoniam & opus ſuum facit nutritiua particula in dormiendo magis, quàm in vigilando. nutriuntur autem, & augẽtur tunc magis, tanquam nihil egentia ad hæc ſenſu.

Caput Secundum. Cuius ſenſus paſsio ſomnus ipſe.

QVare autem dormiunt, & vigilant, & propter qualem quẽdam ſenſum, vel quales, ſi propter plures, conſiderandum. Quoniã verò quædam animalium habent ſenſus oẽs, q̃dam verò non habẽt, vt viſum, tactum autẽ, & guſtum omnia habent, niſi ſit quod animalium

imper-

imperfectum. dictum eſt autem de his in iis, q de Anima: impoſſibile autem ſimpliciter qualicunq; ſenſu ſentire, quod dormit animal: manifeſtū eſt, quòd omnibus neceſſarium ineſſe eandem in paſſionem in vocato ſomno. nam, ſi hoc quidem, illo verò non hoc dormiens ſentiet. hoc autem impoſſibile eſt. Qm̄ autē exiſtit ſm vnumquenq; ſenſum, hoc quidē aliquid ꝓprium, illud verò aliquid cōe, proprium qdem, vt viſui videre, auditui autē audire, & alijs ſm eundem modum; eſt autē q̄dā & cōis potentia ſequens oēs, qua & ꝙ videt, & audit ſentit. (Nō .n. viſu quidē videt, q̄d videt, & iudicat vtique, & poteſt diſcernere, quòd alia quidem dulcia ſunt ab albis, nec guſtu, nec viſu, nec ambobus ſed quadam communi particula omnium ſenſorium: nā eſt quidem ſenſus vnus, & principale ſenſorium vnum, eſſe autem ſenſui generis cuiuſlibet aliud, vt ſoni, & coloris. hæc autem ſimul tactiuo maxime ineſt; hoc enim ſeparatur ab alijs ſenſorijs, alia verò ab hoc inſeparabilia ſunt. dictum eſt autem de ipſis in ijs, quæ de Anima, ſpeculationibus.) manifeſtum igitur eſt, quòd huius ſenſorii eſt paſſio vigilia, & ſomnus. Quapropter & omnibus ineſt animalibus: etenim tactus ſolus omnibus. Nam ſi eò quòd omnes patiuntur aliquid ſenſus, fieret ipſum dormire inconueniens eſſet, quibus neque neceſſe, neque poſſibile eſt aliquo modo agere ſimul, hos vacare ſimul, & immobiles exiſtere: contrarium enim rationabilius accideret eis, non ſimul quieſcere. Quemadmodum autem nunc dicimus, rationabiliter ſe habet & de his. nam, cum principale aliorum omnium ſenſoriorum, & ad quod tēdunt alia,

pati-

hæc: finis verò optimum. Amplius autem neceſſarium eſt vnicuique aīlium ineſſe ſomnum. dico autem ex ſuppoſitione neceſſitatem: qm, ſi animal erit habens ſuam naturam, ex neceſſitate ineſſe quædam ei oportet, & his exiſtentibus alia exiſtere. Amplius autem & quali motu, & actione in corporibus facta, accidit uigilare, & dormire aīalibus poſt hæc dicendum. Alijs igitur aīalibus, quemadmodum exanguib. exiſtimandum cauſas eſſe paſſionis vel eaſdē, uel proportionales, ſanguine verò præditis q̄ quidem hoībus. quare ex his oīa ſpeculandum Quòd igitur ſenſus principium ſit ab eadem parte aīalibus, à qua quidem & motus, determinatū eſt prius in alijs ipſa vero eſt trium determinatorum locorum. qui medius eſt inter caput, & inferiorē ventrem. Sanguine igitur præditis hoc eſt, quæ circa cor pars; omnia enim prædita ſanguine cor habēt & principium motus, & ſenſus principalis hinc eſt Motus igitur, & ſpiritus principium, & oīno qui refrigerationis, manifeſtum ꝙ eſt hic. Et reſpirationem autem, & humidore frigerationem, ad ſalutem eius, q eſt in hac particula coloris, natura tribuit. Dicetur aūt de ipſa poſtea ſeparatim. Exanguibus verò, & inſectis, & non ſuſcipientibus ſpiritum in ꝓportionali connatus. n. ſpiritus inflans, & cōſidens vr. palam autem hoc in totipennibus, ut ueſpis, & apibus, & muſcis, & quæcūque hmōi ſunt. Qm autem mouere quidem aliquid, aut facere ſine robore non eſt poſſibile, robur autem facit ſpiritus detentio, reſpirantibus quidem quæ deforis, non reſpirātibus quæ complantata. ideo & bombum edere alata vnr, cùm mouentur, attritione ſpiritus offendentis ad præcinctum totipennium.

pennium. Mouetur autē omne aliquo ſenſu ſacto proprio, vel alieno in primo ſenſorio. Si verò eſt ſomnus, & vigilia paſſio partis huius, in quo quidem loco, & in qua particula prima ſit ſomnus, & vigilia, manifeſtum. Mouentur autē quidam, dum dormiunt, & faciunt multa, quæ vigilantium ſunt: non tamen abſque phantaſmate, & aliquo ſenſu; ſomnium enim eſt quodammodo ſenſamentum. Dicendum eſt autem poſtea de ipſo. Cur verò ſomnia meminerunt expergefacti, vigilum vero acta non meminerunt, in problematicis dictum eſt.

Caput Quartum. Quibus factis, & vndènam eueniant ſomnus, ac vigilia in ipſis animalibus: Completaq; ipſius ſomni traditur definitio.

COnſequens autem ad ea, quę dicta ſunt, aggredi quibus factis, & vnde principiū paſſionis ſit vigilandi, & dormiendi. Palam autem eſt, q᷒ qm̄ neceſſarium eſt aīali, cùm ſenſum habet tunc primo nutrimentum ſuſcipere & augmentum: nutrimentum autem eſt omnib. vltimū, ſanguine quidem præditis ſanguinis ipſa natura, exanguibus vero proportionale: locus verò ſanguinis venę, harum aūt principium cor: palā aūt quod dr̄ eſt ex diſectionib. forinſecus quidē alimenti ingredientes in ſuſceptiua loca ſit euaporatio ad venas, ibi verò permutatum ſanguinem vertitur, & vadit ad principiū. Dictum eſt aūt de his in ijs, quæ de alimento: nunc aūt repetendum eſt de ipſis huius gratia, vt principia motus ſpeculemur, & qd patiente particula ſenſitiua, accidit vigilia, & ſomnus. Non.n.eſt ſomnus q̄libet impotentia ipſius ſen

ſitiui,

ſitiui, vt dictum eſt: etenim amentia, & præfocatio aliqua, & animi defectus facit hmôi impotentiã. Iã aũt facta fuit imaginatio quibuſdam, qui animi defectum fortiter paſſi ſunt. Hoc igitur aliquã habet dubitationẽ. Si.n. cõtingat dormiente eum, qui animo defecit, cõtinget vtiq; ſomnium eſſe & ipſum phantaſma. Multa autẽ ſunt, quę dicunt vehementer animo defecerũt & qui viſi ſunt mortui eſſe. De quibus omnib. eãdem eſſe rõnem exiſtimandum eſt. Sed, vt diximus, non eſt ſomnus impotentia quælibet ipſius ſenſitiui, ſed ex euaporatione circa alimentum paſſio fit hęc: neceſſe.n. quod euaporat, aliquo vſque impelli, deinde conuerti, & permutari, ſicut Euripũ; calidum.n. cuiuſq; aĩalium ſoperiora natũ eſt ferri: cùm aũt in ſuperiorib. locis fuerit, multũ ſimul iterum reuertiẽ, ferturq; deorſum. Et iõ maximè fiunt ſomni à cibo; nam repente tunc multa humiditas, & corpulenta ſurſum fertur. Conſtans igitur grauat, & facit dormitare. cùm vero deorſum fluxerit, & reuertendo repulerit calorẽ, tunc fit ſomnus, & aĩal dormit'. Signum aũt horum & ſomnifera; oĩa .n. grauedinẽ capitis faciunt, & potabilia, & eſculẽta, vt papauer, mandragora, vinum, loliũ. Et qui deorſum feruntur, & dormitãt, hoc vñr pati, & non põt leuare caput, & palpebras. Et poſt cibos maximè talis ſomnus, multa enim, quæ à cibis, euaporatio. Amplius autem ex laboribus quibuſdam, nam labor quidem colliquatiuum. colliquamentum verò ſit, quemadmodum nutrimentum inconcoctum, niſi frigidum ſit. Et morbi quidam illud idem faciunt, quicunque à ſuperfluitate calida, & humida, vt accidit febricitantibus, & lethargicis. Amplius

plius autem prima ætas: pueri enim dormiunt uehementer, eò quod nutrimētum ſurſum fertur omne. Signum autem, quod magnitudo ſuperiorum excedit ad inferiora in prima ætate, eò quòd ad hæc fiat augmentum. Propter hanc verò cauſam, & epileptici fiunt; ſimile enim eſt ſomnus epilepſiæ. Et ideo accidit multis principium huius paſſionis dormientibus. & dormiētes quidem capiuntur, vigilantes uerò nō. Cùm enim multus fertur ſpiritus ſurſum, deſcendendo rurſum venas tumefacit, quibus coarctat meatum, quo reſpiratio fit. Ideo pueris non cōferunt vina, neque nutricibus; differt enim nihil forſitan ipſos bibere, vel nutrices. Sed oportet bibere aquoſum, & modicum; ſpirituoſum enim vinum huius autem magis, nigrum. Ita verò ſuperiora plena ſunt alimēto pueris, quòd quinque menſibus neque vertunt collum. quēadmodum enim ebrijs, ſurſum fertur humiditas multa. Rationabile autem eſt hanc paſſionē eſſe cauſam, quare quieſcunt in matricibus fœtus primum. Et omnino amatores ſomni ſunt, qui tenues, & occultas habent venas, & naniformes, & magna capita habentes. Nam horū venæ anguſtæ, ita vt non facile diffluat, quæ deſcendit, humiditas. Naniformibus verò magnaque capita habentibus ſurſum impetus multus, & euaporatio fit. Manifeſtas verò habentes venas non ſomnolenti propter amplitudinem venarum, niſi aliquam aliam paſſionem habuerint contrariam. Neq; melancholici; infrigidatus enim eſt locus interior. quare non fit ipſis multitudo euaporationis, propterea: & edaces, duri exiſtente tanquam enim nullo fruentia diſponuntur corpora eorum. Atra verò bilis, cū

natu-

naturaliter ſit frigida,& nutritiuum locum frigidum facit,& alias particulas, vbicúq; exiſtit poteſtate huiuſmodi excrementum. Quare manifeſtum eſt ex ijs, quæ dicta ſunt, quod ſomnus eſt quidam conuentus caloris intro,& naturalis circumobſiſtentia propter dictam cauſam. Ideo multus motus dormientis. Vnde deficit,& infrigidatur: & propter frigiditatem concidunt palpebræ. Et ſuperiora quidem infrigidata, & exteriora: interiora vero, & inferiora calida, vt quæ circa pedes, & quæ intrinſecus.

Caput Quintum. Dubitationis ſolutio, quo pacto ſomnus infrigidatio ſit, cùm cauſæ multæ eum producentes ſint calidæ.

QVanquam vtique dubitabit aliquis, quòd poſt cibum fortiſſimus ſit ſomnus, & eſt ſomniferum vinum, & alia huiuſmodi caliditates habentia: eſt autem non rationabile, ſomnum quidem eſſe infrigidationem, cauſas autem dormiendi calidas. Vtrum ergo hoc accidit, quia quemadmodum venter, vacuus exiſtens, calidus eſt, repletio verò ipſum infrigidat propter motum: ſic & qui in capite meatus, & loca infrigidantur, cùm ſurſum fertur euaporatio? an, quemadmodum his q perfunduntur calido, ſubito horror fit, ita & ibi aſcendente caliditate, quæ congregatur frigiditas infrigidat, & quod ſecundùm naturam calidum facit langueſcere, & ſecedere? Amplius autem multo incidente nutrimento, quod calor ſubleuat, quemadmodum ignis, cùm ſuperponuntur ligna, infrigidatur, quouſque concoquatur. Fit enim ſomnus, quemadmodum dictum eſt, dum corpulētum ſurſum fertur à caliditate per

venas

venas ad caput: cùm vero amplius non poteſt, ſed multitudine excedit quod eleuatum eſt, iterum repellitur, & deorſum fluit. ideo cadunt homines, ſubtracto calore, qui ſurſum ferebat. ſolum enim animaliũ rectum. & incidens quidem deſipientiam facit, poſtmodum verò imaginationem. An dictæ quidem nunc ſolutiones contingentes quidem ſunt vt fiat infrigidatio: verum enimuero dominus eſt locus, qui circa cerebrum, quemadmodum dictum eſt in alijs? omnium enim, quæ in corpore, frigidiſſimum. non habentibus vero, quod proportionale. Quẽadmodum igitur humidũ, quod euaporat à Solis caliditate, cùm venerit ad ſupremum locum propter frigiditatem ipſius infrigidatur, & cùm conſtiterit deorſum fertur factum rurſus aqua: ſic in euacuatione calidi ad cerebrum excremẽtitia quidem euaporatio in pituitam conſiſtit (ideo & deſtillationes uidentur ex capite fieri) nutritiua uero, & non morboſa deorſum fertur conſiſtens, & refrigerat calidum Ad infrigidendum uerò, & non facilè ſuſcipiendum euaporationem confert & tenuitas, & anguſtia uenarũ, quæ circa cerebrum. Infrigidationis igitur hæc eſt cauſa, quanquam euaporatio exuperet caliditate.

Caput Sextum. De Expergiſcentia.

Expergiſcuntur autem, cùm concocta fuerit & eulcerit im pulſa caliditas in anguſtum multa ab eo, quod circunſtabat, & diſcretus fuerit corpulentior ſanguis, atque purior. Eſt aũt tenuiſſimus quidem ſangnis, & puriſſimus, qui in capite: craſſiſſimus, & turbidiſſimus, qui in inferioribus partibus. Omnis uerò ſanguinis principium

principium, ſicut dictum eſt hic & in alijs, eſt cor. Horum autem; qui in corde utriuſq; thalami communis, qui medius illorum autem uterque ſuſcipit ex utraque uena. & ea quę uocatur magna, & ea quæ aorta, in medio uero fit ſecretio. Sed determinare quidem de his alijs ſermonibus eſt conuenientius. Quia uerò fit maximè ſanguis poſt nutrimenti oblationem indiſcretus, ſomnus fit, quoad ſecernatur ſanguinis, quod quidem puriſſimum ſurſum; quod verò turbidiſſimum deorſum. cum autem hoc acciderit, expergiſcuntur, abſoluta ab alimenti grauitate. Quæ igitur cauſa dormiendi, dictum eſt, quòd à corpulento, quod ſurſum fertur, per ingenitum calorem circumobſiſtentia comprehenſim ad primum ſenſorium. & quid eſt ſomnus, quòd primi ſenſorij comprehenſio, vt non poſſit agere. quod quidem ex neceſſitate fit. (non enim contingit animal eſſe, niſi contingant, quæ ipſum perficiunt.) propter ſalutem autem: conſeruat enim requies.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS LIBER

De Somnijs.

Caput Primum. Somnium non eſſe ſentientis ſimpliciter, nec opinantis, nec intelligentis, ſed ſentientis, vt imaginantis.

POſthæc aũt q̃rendũ eſt de ſõnijs,& primò cui earũ q̃ aĩæ appareãt,& vtrum ĩtellectiuæ particulæ paſſio eſt hæc,an ſenſitiuæ; his.n.ſolis earũ, q̃ in nobis sũt, cognoſcimus aliqd.Si itaq; vſus viſus viſio,& auditus ipſum audire, & oĩno ſenſus ipsũ ſentire: cõia aũt ſunt ſenſuum veluti figura, & motus,& magnitudo,& alia hmõi; ꝓpria verò veluti color,ſonus,ſapor,impotẽtia autem ſunt oĩa conniuẽtia,& dormiẽntia videre, ſimiliter aũt & in reliquis: manifeſtum eſt, ꝙ non ſentimus aliquid in ſomnis.Non ergo ſenſu ſomniũ ſentimus. At verò neque opinione. Non enim

ſolum

ſolum quod aduenit dicimus hominem eſſe, vel equum, ſed & album, vel pulchrum: quorum opinio ſine ſenſu nihil vtique dicet, neque verè, neque falsè. In ſomnis autem accidit animam hoc facere. ſimiliter enim quòd homo eſt & quòd albus eſt, qui aduenit, videmur videre. Amplius præter ſomnium aliquid aliud intelligimus. Quemadmodnm. n. in vigilando ſentiẽtes aliquid de eo, ꝙ ſentimus, ſæpe etiam cogitamus aliquid; ſic & in ſomnis, pręter phantaſmata alia aliquando intelligimus. Manifeſtum autem erit alicui hoc, ſi quis adhibeat mẽtem, & tentet meminiſſe, cùm ſurrexerit. Iam verò quidam & viderunt, ſomnia hmõi, velut qui videntur ſm memoratiuum præceptum ponere, quæ præponuntur: accidit. n. eis aliud quippiã ꝑter ſomnium ponere ante oculos in loco phantaſma. Quare manifeſtum eſt, quòd neq; ſomnium, omne quod in ſomnis phantaſma, & ꝙ quod intelligimus opinione opinamur. Palam autem de his vniuerſis intantum, quòd quo vigilantes in ægritudinis decipimur, hoc idem in ſomno facit paſſionem: & ſanis quoq;, & ſcientibus, tamen pedalis Sol vř eſſe. Sed ſiue idem, ſiue diuerſum imaginatiuum animæ, & ſenſitiuum, nihilominus non fit abſque videre, & ſentire aliquid: perperam. n. videre, & obaudire videntis verum aliquid, & audientis, nequaquam tñ id, quod arbitrabatur. in ſomno autem poſitum eſt nihil videre, neq; audire, neq; omnino ſentire. Ergo nihil quidem videre verum, nihil autem pati ſenſum non eſt verum, ſed contingit & viſum pati aliquid, & alios ſenſus. Singulum enim horum, vt vigilantis impetit quidem quodammodo ſenſum, non ſic autem, ut vigilãtis.

tis. Et quandoque quidem opinio dicit, quòd ſum, quemadmodum in vigilante: quandoque verò detinetur, & ſequitur phantaſma. Quod igitur non eſt opinantis, neq; intelligentis paſſio hęc, quam vocamus ſomniare, manifeſtum: ſed neque ſentientis ſimpliciter? videre.n. vtiq; eſſet, & audire ſimpliciter; ſed qualiter oportet & ſecundùm quem modum, conſiderandum. Ponatur ergo quod & manifeſtũ eſt, quòd ſenſitiui paſſio: ſiquidem & ſomnus: non enim alij quidem alicui animalium ineſt ſomnus, alij verò alicui ſomniare, ſed eidem. Quoniam verò de imaginatione in ijs, quæ de Anima dictũ eſt, & eſt quidem idem ſenſitiuo imaginatiuum, eſſe autem ſenſitiuo, & imaginatiuo aliud: eſt autem imaginatio, qui à ſenſu ſecundùm actũ fit motus, ſomnium vero phantaſma quoddam videtur eſſe: nam quod in ſomno phantaſma ſomnium dicimus, ſiue ſimpliciter, ſiue quodã modo factum: manifeſtum eſt, quòd ſenſitiui quidem eſt ſomniare, huius autem quatenus imaginatiuum.

Caput Secundum. Paſsionem, quæ fit à ſenſilibus in ipſis Senſorijs, etiam eis abſentibus aliquo modo immanere. Senſoria etiam ipſa agere quippiã. Et in ſentiendo ſæpe deceptiones contingere.

QVid aũt eſt ſomniũ, & quomodo fit ex ijs, quæ circa ſomnum accidunt, maxime vtiq; cognoſcemus; Senſibilia.n. ſm ſingulum ſenſorium in nobis efficiunt ſenſum. & quæ fit ab eis paſſio, non ſolùm ineſt in ſenſorijs, dum ſenſus agunt, ſed & dum abierunt; ſimilis enim paſſio in his, & in ijs, quæ feruntur, videtur eſſe: etenim in his, quæ feruntur, eo quod

quod mouit non vlterius contangente, mouente, mouenē.nā quod mouit, mouit aerē quendā & rurſus hic cū mouetur, aliū: & hoc vtiq; mō, quouſq; quidē ſteterint, faciūt motū & in aere & in humidis. Similiter aūt oportet putare hoc & in alteratione; nam quod calefactum eſt à calido, proximum calefacit, & diſtribuit vſq; ad principiū. Quare & ī quo eſt ipſum ſentire, qm̄ eſt alteratio q̄dā, qui ſm̄ actū ſenſus, neceſſe eſt hoc accidere. Ideo paſſio ipſa eſt nō ſolū in ſentientibus ſenſorijs, ſed & quieſcentibus, & in profundo, & ſuperficietenus Palam aūt, cū continue ſentimus aliquid. Transferentibus etem̄ ſenſum ſequitur paſſio, vt de Sole ad tenebras: accidit.n.nihil videre, pp adhuc ſubſiſtentē motum in oculis à lumine. Et ſi ad vnum colorem multo t̄pe aſpiciamus, vt album, vel viridem, eiuſmodi vr̄, ad quodcūq; viſum permutemus. Et, ſi ad Solem proſpicientes, vel aliquod aliud ſplendidum, conniuerimus, obſeruantibus vr̄ ſm̄ directionem, qua accidit viſum videre primū quidē hmōi colorē, deinde permutāt in puniceū, deinde in purpureum, quouſq; in nigrū venerit colorē, & euanuerit. Et illis quoq;, qui ab iis, q̄ mouent, permutantur, uelut à fluminibus, maxime aūt ab ijs, q̄ certiſſimè fluunt, vr̄ quieſcētia moueri. Fiunt aūt & à magnis ſonis ſurdaſtri: fiūt & à validis odoribus difficilè odorantes, & in ſimilibus. Hęc itaq; maniſeſtè accidunt hoc mō. Quod autē ſenſoria citò, & modicas differentias ſentiant, ſignum eſt, q̄d in ſpeculis accidit. de quo utique per ſe inſiſtens conſiderabit qui, & dubitabit. Simul autem ex ipſo maniſeſtum, quòd quemadmonum viſus patitur, ſic & facit aliquid. In ſpeculis autem val

de nitidis, cùm menſtruis aduenientibus mulie ribus, inſpiciunt in ſpeculum, fit ſuperficies ſpe culi, vt nubes ſanguinea. & ſi quidem nouũ ſit ſpeculum, non facile eſt abſtergere huiuſmodi maculam: ſi vero vetus, facilè. Cauſa verò, vt di ximus, qm̃ non ſolum viſus patitur aliquid ab aere, ſed & facit aliquid, & mouet quemadmo- dum ſplendida, nam viſus ſplendidorum, & ha bentium colorem eſt. Oculi igitur rationabili- ter, cum fiunt mẽſtrua, afficiuntur, ſicut & alia pars quælibet corporis; etenim natura exiſtunt pleni venarum. Ideo cùm fiunt menſtrua pro- pter turbationem, & ſanguineam ebullitionẽ, nobis quidem quæ in oculis differentia incerta eſt, ineſt autem; nam eadem natura ſeminis, & menſtruorum. Aer autem mouetur ab ipſis: & eum, qui ſupra ſpecula eſt, aerem continuũ exi ſtentem, qualem quendam facit, & talem, velut ipſe patitur. hic verò ſpeculi ſuperficiem. Quẽ- admodum. n. veſtium quæ maxime mũdę ſunt, citiſſimè inquinantur; nam purum exactè mon ſtrat, quicqd exceperit, & præſertim minimos motus. æs vero, eò ꝙ planum ſit, qualemcunque tactum maxime ſentit. Oportet verò intellige- re, tanquam attritionem eſſe aeris tactum, & tã quam exterſionem, & ablutionem. propter mũ ditiam vero manifeſtus fit, qualiſcunque ſit. Nõ exeundi verò celeriter ex nouis ſpeculis cauſa eſt, ꝙ purum ſit, & lene: ſerpit enim per huiuſ- modi, & in profundũ, & in omnes partes; nam eò quidem ꝙ purum eſt, in profundum, eò au- ꝙ lene, in oẽs partes. In veteribus verò non immanet; qm̃ nõ ſimiliter ingredit̃ macula, ſed ſuperficietenus magis. Quòd igit̃ & à paruis dif ferẽtijs fit motus, & ꝙ celer & ipſe ſenſus, & ꝙ

nõ ſolùm patiſ, ſed & contra agit colorũ ſenſo rium, manifeſtũ ex his. Atteſtantur aũt ijs, quæ dicta ſunt, & quæ circa vina, & q̃ circa vnguenta eueniunt. Nã quod præparatum eſt oleum, cito accipit proximorũ odores. Et vina hoc ipſum patiũtur: non ſolùm .n. eorum, quæ immittuntur, vel cõmiſcentur, ſed & eorum, quæ prope vaſa ponuntur, vel adnaſcunt, recipiunt odores. Ad eã verò, quæ à principio conſiderationẽ, ponatur vnum quidem, quod ex ijs quæ dicta ſunt, patet, ꝙ recedẽte ſenſibili extrinſecus immanent ſimulacra, quæ ſenſibilia ſunt. Ad hæc aũt ꝙ facilè decipimur circa ſenſus, cùm in paſſionibus exiſtimus: alij aũt in alijs. veluti trepidus in timore, & qui amat in amore: ita vt videatur à modica ſimilitudine, ille quidẽ hoſtes videre, hic verò dilectum. Et hæc vtiq;, quanto paſſibilior qs fuerit, tanto à minori ſimilitudine vñr. Eodem verò modo & in ira, & in omnibus concupiſcentijs facilè decipiuntur oẽs: & magis, quanto vtiq; in paſſionibus magis fuerint. Ideo & febricitantibus interdum animalia vñr in parietibus à modica ſimilitudine linearum compoſitarum. Et hæc quidem aliqñ intenduntur cum paſſionibus ſic, vt ſi vehementer non laborent; non lateat, quod falſum. ſi verò maior ſit paſſio, & moueantur ad ipſa. Cauſa verò, vt hæc accidant, hæc eſt: quia non per eandẽ potentiã iudicat, quæ princeps eſt, & in qua phantaſmata fiũt. Huius verò ſignum eſt, ꝙ vr̃ quidem Sol pedalis, contradicit aũt ſæpe aliquid aliud imaginationi. Et permutatione digitorum, vnum duo videtur; attamen non dicimus, quòd duo certior enim tactu viſus. Si verò eſſet tactus ſolus, iudicaremus vnum duo. Cur autem falli-

mur, cauſa, quoniam non ſolùm, cùm ſenſibile mouetur, apparent quęlibet, ſed etiam cùm ſenſus ipſe mouetur, ſi eodem modo moueatur, quemadmodum à ſenſibili. dico autem, velut terra videtur nauigantibus moueri, dum mouetur viſus ab alio.

Caput Tertium. Motus, qui fiunt à ſenſilibus non tantummodo in vigilia, ſed etiam in ſomno apparere: multarumq; rerum, quæ circa ſomnia accidunt, redditur cauſa.

Ex his itaq; manifeſtũ, ꝙ non ſolũ in vigilando motus, qui à ſenſilio. fiũt, & quæ extrinſecus, & q̃ ex corpore ſunt, ſed ẽt qñ fit pa ſſio hæc, q̃ vocatur ſomnus; & magis tunc apparẽt; Per idẽ.n. repellunt, dũ operant ſenſus, & intelligentiæ euaneſcunt. queẽadmodũ iuxta magnũ ignẽ minor, & dolores & uoluptates paruæ ſecus magnas. dũ uerò quieſcunt, ſupernatant & parua. Nocte uerò pp vacationẽ particularium ſenſuum, & impotẽtiã agendi, eò ꝙ ab exterioribus ad id, qđ intrinſecus eſt, fiat caloris refluxus, ad principiũ ſenſus deferunt, & fiunt manifeſti, cũ ſedatur turbatio. Oportet aũt exiſtimare. vt modicas vertigines, quæ in fluminibus ſeruntur, ſic motum vnumquenque fieri continuè: ſæpe quidem ſimiles; ſæpe verò diſſolutas in alias figuras propter repulſionem. Ideo & poſt cibum, & omnino iuuenibus exiſtentibus veluti pueris, non fiunt ſomnia; multus enim motus eſt propter eam, quæ à cibo eſt, caliditatem. Quare, quemadmodum in humido, ſi vehementer moueat quis, quandoque nullum apparet ſimulacrum, quandoque verò apparet quidem diſtortum autem omnino, ita vt appa-

reat alterius modi, quàm quale eſt. quod ſi quie uerit, pura, & manifeſta; ſic & in dormiendo phantaſmata, & reliqui motus, qui proueniunt a ſenſibus, interdũ quidē cum vehementior ſit, q dictus eſt motus, exterminant oīno. interdũ vero conturbatæ apparent viſiones, & mõſtroſę, & deteriora ſomnia, velut melancholicis, & febricitantib & temulentis; oēs n. hmōi paſſiones, cũ ſpirituoſæ ſint: multũ faciunt motũ, & perturbationē. Cũ aũt ſedat, & ſecernitur ſanguis in habentibus ſanguinē, conſeruatus ſenſorũ motus ab unoquoq; ſenſuũ, amata facit ſomnia, & apparere aliquid, & uideri, pp ea qui dē, quæ à viſu deferuntur, videre, pp ea vero, q̄ ab auditu, audire: ſimiliter aũt & ab alijs ſenſorijs: ex eo. n. ꝙ inde progrediť motus ad principiũ & vigilanter, putať uidere, & audire, & ſentire: & quia uiſus interdũ moueri vř, qui non moueť, vt dicimus: & quia tactus duos motus annunciat, id, quod vnum eſt, duo vř. omnino enim quod ab vnoquoque ſenſu dicit ipſum principium, niſi alius præſtantior contradicat. Apparet igitur omnino, putatur autem non omnino, quod apparet: niſi quod dijudicat, detineatur, vel non moueatur proprio motu. Quēadmodum verò, diximus, quod alij propter aliam paſſionem facilè decipiuntur, ita dormiens propter ſomnum, & quia mouentur ſenſoria, & alia accidentia circa ſenſum. Quare modicam habens ſimilitudinem, videtur illud. cùm enim dormit, deſcēdente plurimo ſanguine ad principium, condeſcendunt, & mouent, q inſunt, motus, hi quidem poteſtate, illi verò actu. Sic autem ſe habent, vt in motu, hic quidem ſupernatet ex ipſis motus, ſi verò hic corrum-

rumpatur,hic. Adinuicē itaq; ſe habent.quemadmodū fictæ ranæ,aſcendentes in aqua liquefacto ſale. Ita ſunt poteſtate. cedēte verò quod prohibebat agunt. & ſolutæ in exiguo reliquo ſanguine,qui in ſenſorijs,mouentium hñt ſimilitudinē.queādmodum quæ in nubibus,ꝗ ſimilia ſunt hominibus,& centauris,citò permutātur horum aūt vnumquodq; eſt, ſicut dictū eſt reliquiæ eius,quod in actu, ſenſilis. Et abeunte ēt ſenſili,eſt & verum dicere,qđ tale, quale Coriſcus,ſed non eſt Coriſcus.cum aūt ſentiebat, nō dicebat Coriſcum,quæ princeps eſt, & quæ diiudicat, ſed per illum Coriſcum verū. Quod itaq; & ſentiendo dicit hoc,ſi nō oīno detineat à ſanguine,queādmodum ſentiens,hoc moueť à motibus,qui ſunt in ſenſorijs, & vr̃ quidem ſimile ipſum eſſe,quod verum eſt.& tanta ſomni eſt potentia ꝙ facit hoc latere. Quemadmodum igitur, ſi quē lateat ſuppoſitus digitus oculo,nō ſolū apparebit,ſed & putabitur eſſe duo, qđ eſt vnum: ſi verò nō lateat apparebit quidē, non putabitur aūt:ſic & in ſomnis,ſi ſentiat quidē,ꝙ dormit,& paſſionē,in qua eſt ſenſus ſenſitiui,apparet quidem,dicit aūt in ſeipſo,ꝙ apparet quidē Coriſcus,non eſt aūt Coriſcus ; ſæpe .n.dormiēdo dicit aliquid in anima, ꝙ ſomniū eſt,qđ apparet.ſi verò lateat,ꝙ dormit nihil cōtradicit imaginationi.Quòd aūt vera dicim², & ꝙ ſunt motus imaginarij in ſenſorijs, manifeſtū,ſi quis attendēs tenet meminiſſe,ꝗ patimur & obdormiſcentes,& expergefacti. Interdū.n. ꝗ apparent ſimulachra dormienti,deprehendet expergefactus eſſe motus in ſenſorijs quibuſdā .n. puerorū,& oīno perſpicientibus,ſi ſint tenebræ,ſimulachra apparent multa,ꝗ moueñ, ita

vt

vt velent frequẽter timẽtes. Ex his itaq; vniuerſis oportet colligere, ꝙ eſt ſomnium phãtaſma quidẽ aliquod,& in ſomno : nã q̃ mõ dicta ſunt ſimulachra,nõ ſunt ſomnia , neq; ſi quid aliud sẽſib.ſolutis vr. Neq; qđ in ſomno apparet phãtaſma oẽ.Nã primũ quidã in aliquib.accidit ſentire aliquo mõ,& ſonos,& lumẽ, & ſaporẽ , & tactum,languidè tñ,& veluti procul.iã.n.in dormiendo,& reſpicientes,& mox excitati,ꝙ debiliter videbant lumen lucernæ dormiẽtes,vt arbitrabant,expergefacti ſtatim cognouerunt , ꝙ lucernæ erãt.& gallinaceorum, & canũ debiliter audientes uocẽ , expergefacti cognouerunt manifeſtè.Quidã verò & rñdent,cùm interrogãtur;cõtingit.n.ipſo vigilare,et ipſo dormire ſimpliciter altero in exiſtente,& alterũ aliquo mõ ineſſe:quorũ neutrum ſomnium dicẽdum.Neque q̃cunq; in ſomno qdẽ fiunt verę notiones ꝑter phantaſmata.Sed phantaſma:qđ eſt,à motu ſenſorum,cùm in dormiendo fuerit,quatenus dormit,hoc eſt ſomnium.Iã verò quibuſdã accidit,ut nullum ſomnium viderint in vita, rarum quidẽ hmõi eſt,accidit tñ.Et his quidẽ omnino perſeuerauit, quibuſdã verò & accedente ætate accidit,cũ pri⁹ nullũ sõniũ viderint. Cãm aũt,quare nõ fiat,ſimile aliqd oportet arbitrari,ꝙ neq; ijs,q poſt cibum dormitauerit,neque pueris fit ſomniũ.Quibuſcunq; .n.hoc mõ conſtat natura,vt multa aſcendat euaporatio in ſuperiorẽ locũ:quæ cum iterũ deorſum ferẽ,cùm facit multitudinem motus, conuenienter iſtis, nullum apparet phantaſma . Procedente verò ætate,nihil incõueniens eſt apparere ſomnia;ꝑ mutatione.n. aliqua facta vel per ætatẽ,vel per paſſionẽ,neceſſariũ accidiſſe cõtrarietatẽ hanc.

ARISTO-

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

De Diuinatione per Somnum.

Caput Primum. Somniorum Diuinationis cauſam dubiam eſſe. Somnia verò alia cauſas, alia ſigna, alia eſſe accidentia.

DE Diuinatione verò, quæ in ſomnis fit, & dicitur accidere à ſomnijs, neque contempſiſſe facilè, neque ſuaſum eſſe; Nam quòd omnes quidem, vel plures exiſtimant habere aliquam ſignificationem ſomnia, præſtat fidem, tanquam ab experientia dictum. Et quòd de quibuſdam ſit diuinatio in ſomnijs, non eſt incredibile: habet enim aliquam rationem. Ideo & de alijs ſomnijs ſimiliter utique quis arbitrabitur Nullam uero rationabilem cauſam uidere, ſecundùm quam utiq; fiat, hoc non credere facit. Nã Deum quidem eſſe mittentẽ, cùm alia irationabilitate, & nõ optimis, & prudẽtiſſimis,

ſed quibuslibet mittere incōueniens. Ablata ve rò, quæ à Deo, cā, nulla aliarum conueniēs eſſe vt̃ cauſa: quandoquidem eorum, qui ſecus Her culeas colūnas, & qui in Boryſthene præuidere aliquos, ſupra noſtrā uideatur eſſe prudentiā inuenire originē horū. Neceſſe igitur ſomnia uel cauſas eſſe, uel ſigna eorum, quæ fiunt, aut accidentia, uel omnia, uel aliqua eorum, uel unū ſolum Dico autem cauſam quidem, vt Lunam defectus Solis, & laborem febris. Signum verò defectus, ſtellā ſubintrare: aſperitatē uerò linguæ, febriendi. Accidens verò, aliquo ambulante deficere Solem; neque.n. ſignū deficiendi hoc eſt, neque cauſa, neque defectus ambulandi: iō accidentium nullū neque ſemper fit, neq; ut plurimū. Sunt ergo ſomniorū, hęc quidem cauſę, illa autem ſigna, uelut eorum, quæ circa corpus accidunt. Dicunt.n. & Medicorum elegātes, qđ oportet ualde intendere ſomniis. Cōueniēs autem ſic exiſtimare & artificibus quidem, conſiderantibus autem aliquid & philoſophātibus: Nā qui in die motus, niſi magni ualde fuerint & fortes, latent ſecus maiores, qui in uigilādo ſunt motus. In dormiendo aūt contrariū; etenim parui magni uidentur eſſe. Manifeſtū autē ex ijs, quæ in ſomniis accidunt: frequēter arbitrantur.n. fulgura cadere, ac tonitrua fieri, cùm paruus ſonus in auribus fit; & melle, & dulcibus ſaporibus pfrui, minima pituita defluente; & ambulare per ignē, & caleſieri uehementer, cùm paruus calor circa quaſdā partes fit, cùm aūt expergiſcunt, hęc manifeſta hoc mō ſe habere. Quare qm̄ parua omnium principia, manifeſtum, quòd & ægritudinum, & aliarum paſſionum, quæ in corporibus debent fieri. Manifeſtum

feſtum ergo, quòd neceſſarium hæc in ſomnis eſſe euidentia magis, quàm in vigilando. At vero quædam quidem, quæ in ſomnis, phantaſmata cauſas eſſe propriorum cuiuſque actuũ, non eſt irrationabile: quemadmodum enim debentes agere, & in actibus exiſtentes, aut operati, recta ſomnia ſæpe his cointuemur, & agimus: cauſa autem, quòd præparatus exiſtit motus à diurnis inchoationibus: ſic rurſus neceſſarium eſt, eos, qui in ſomno ſunt, motus frequenter principium eſſe diurnorum actuũ, eò quòd præparata ſit retro, & horum cogitatio in phantaſmatibus nocturnis. Sic ergo contingit ſomniorum quædam ſigna, & cauſas eſſe. Plurima verò accidentibus aſſimilantur: maximè autẽ & tranſgredientia omnia, & quorum non eſt origo in nobis, ſed de nauali bello, & de ijs, quæ procul accidunt, ſunt. De his eñ eodem modo ſe habere veriſimile eſt, vt quando alicui memoranti de aliquo, contigerit hoc factum eſſe. Quid enim prohibet & in ſomnis ita? magis autem veriſimile multa huiuſdi accidere. Quemadmodum igitur meminiſſe de aliquo, neque ſignum, neque cauſa accedendi ipſum, ſic nec ibi eueniſſe ſomnium videnti, neque ſignum, neque cauſa, ſed caſus. Ideo & multa ſomniorum non eueniunt; fortuita enim neque ſemper, neque frequenter fiunt.

Caput

Caput Secundum. Somnia non à Deo, ſed aliunde mitti. Cur aliqua eueniant ſomnia, aliqua verò minimè. Cur etiam aliqui ſint rectè ſomniantes, & qui. Et qui veri ſint ſomniorum interpretes.

OMnino autem quoniam & aliorum animalium ſomniant quædam, à Deo vtique miſſa nō erunt ſomnia, neque facta ſunt huius gratia, dæmonia tamen. natura enim dæmonia nō diuina. Signum autem. valde enim degeneres homines præuidentes ſunt, & rectè ſomniãtes, tanquam Deo non mittente. Sed quorumcunque quaſi loquax natura eſt, & melancholica, multimodas viſiones vident. Eo verò quòd ſecundùm plura, & multifaria moueantur, aſſequuntur: ſicut quidam tota contendentes rapiunt. Nam quemadmodum & dicitur, Si multa iacias, alias aliud iacies, & in his hoc accidit. Quòd autem non eueniunt multa ſomniorum, nihil inconueniens. Neque enim eorum, quæ in corporibus ſunt, ſignorum, & cœleſtium, velut quæ aquarum & quæ ventorum. ſi enī alius vehementior iſto acciderit motus, à quo futuro factus eſt, non fit ſignum. Et multa conſulta bene, quæ fieri expediebat, diſſoluta ſunt, propter alia præſtantiora initia; omnino enim nō omne fit, quòd futurum erat, neq; idem, quod erit, & quod futurum eſt. Veruntamen principia dicendum eſſe, à quibus non perfecta ſunt, & ſigna nata ſunt hæc aliquorum, quæ non facta ſunt. De his verò ſomnijs, quæ non huiuſmodi habent principia, qualia dicimus, ſed remotiones vel temporibus, vel locis, vel magnitudinibus,

tudinibus,uel horum quidem nihil,non tamen habentibus in ſeipſis principia, qui uident ſomnia,niſi prçuiſio fiat ab accidente,tale utiq; erit magis,quàm ut dicit Democritus ſimulacra, & defluxiones cauſans. Quemadmodum enim cũ quis mouit aquam,uel aerem,hoc aliud mouit, & quieſcente illo accidit huiuſmodi motum prodire uſque ad aliquid, illo, qui mouit, non præſente.ſic nihil prohibet motum aliquem,& ſenſum pertingere ad animas ſomniantes, à quibus ille ſimulacra facit, & defluxiones, & quocunque fuerint pertingentes, magis ſenſibiles eſſe noctu,eò quòd qui in die deferuntur, diſſoluuntur: magis enim ſine turbatione aer noctis,eò quòd ſilentiores ſint noctes: & in corpore facere ſenſuum propter ſomnũ, eo quòd & paruos motus, qui intrinſecus, ſentiunt dormientes magis,quàm uigilantes.Hi uerò motus phantaſmata faciunt,ex quibus prçuident futura de huiuſmodi. Et ideo accidit paſſio hæc quibuslibet, & non prudentiſſimis,in die enim utique fieret,& ſapientibus, ſi Deus eſſet mittens.Sic autem ueriſimile quoslibet prçuidere: nam cogitatio horum non eſt curis affecta, ſed tanquam deſerta,& uacua omnibus.& mota ſecundum mouens ducitur. Et quòd quidam qui in exceſſu mentis præuident,cauſa eſt:quoniã proprij motus non infeſtant,ſed longe proijciũtur,extraneos ergo maxime ſentiunt. Quoſdã autem recte ſomniantes eſſe,& familiares de familiaribus maxime prçuidere accidit, eo,quòd familiares maxime pro ſeinuicẽ ſoliciti ſunt, quemadmodum enim procul exiſtentes maxime cognoſcunt,& ſentiunt,ſic & motus:cogni torum enim motiores ſunt motus. Melancholi

ci autem propter uehementiam, quemadmodū iaciente, eminus, bene coniectant, & propter permutationem citò hęres imaginantur ipſi. Quemadmodum enim Philęgidæ poemata, & furioſi hærentia ſimili dicunt, & cogitant, uelu ti Venerem, & ſic copulant ad primum. Amplius autem propter uehementiam non expellitur eorum motus ab alio motu. Artificioſiſſimus autem eſt iudex ſomniorum, qui poteſt ſimilitudines inſpicere: recta enim ſomnia iudicare cuiuſque eſt. Dicò autē ſimilitudines, quoniam ſimilia accidunt phantaſmata eis, quæ in aquis ſunt, ſimulacris, ſicut & prius diximus: ibi uerò, ſi multus fiat motus, non ſimilis fit imago, & ſimulacra ueris. Promptus uerò erit imagines iudicare ſufficienter, qui poteſt citò inſpicere, & ſentire diſſipata, & diſtorta ſimulacrorum, ꝙ ſunt hominis, uel equi, aut cuiuſcunque. Et ibi itaque aliquid ſimile poteſt ſomniū: motus enim impedit rectum ſomniū. Quid igitur eſt ſomnus, & ſomnium, & propter quam cauſam vtrunque horum fit: amplius autem & de ea, quæ ex ſomnijs eſt, diuinatione dictum eſt

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

De Longitudine, & Breuitate Vitæ.

Caput Primum. De quo agendum ſit. Item animalium alia longæ, alia breuis eſſe vita.

DE eo autem, quod eſt hæc quidē eſſe longæ vitæ aīalium, hæc autem breuis vitæ, & de Vitæ omnino longitudine, & breuitate conſiderandum cauſas. Principium autem conſiderationis neceſſarium primò, exeò ꝙ eſt dubitare de ipſius (non.n.eſt manifeſtum) vtrum alia, an eadē cauſa oībus animalibus, & plātis eius, quod eſt hæc quidem eſſe longæ uitæ, illa aūt breuis: etenim plantarum hæ qdem annuam, illæ autem diuturnam habent vitam. Adhuc autem, vtrum eadem, quæ longæ vitæ, & quæ ſm naturam ſana natura conſtantium, an ſeparata ſunt. & qđ

breuis.

breuis vitæ, & valetudinarium: an ſecundum quoſdam quidem morbos viciſſim mutantur, valetudinaria ſm naturam corpora ijs, quę breuis vitæ, ſm quoſdam autem nihil prohibet valetudinarios eſſe, longæ vitę exiſtentes. De ſomno igitur, & vigilia dictum eſt prius. de Vita autem & morte dicendum eſt poſterius, ſimiliter autem & de morbo, & ſanitate, quātum attinet ad Naturalem Philoſophiam. Nunc autē de cauſa eius, quod eſt hæc quidem eſſe longæ vitæ, hæc aūt breuis vitæ, ſicut dictum eſt prius, conſiderandum. Sunt autē habentia differentiam hanc, tota ad tota genera, & eorum, q̄ ſub vna ſpecie, alia ad alia. Dico autem ſm genus quidem differre, vt hoīem ab equo; longioris eñ vitæ genus hominum, q̄ quod equorum Secundùm ſpeciem autem, hoīem ab homine: ſunt .n. homines, hi quidem longæ vitæ, illi aūt breuis vitæ, alteri ſm altera loca diſtantes; quæ eñ in calidis gentium, longioris vitæ: quæ autē in frigidis, breuioris vitæ. Et eundem quoque locū habitantium differunt ſimiliter aliqui hac differentia abinuicem..

Caput Secundum.. Quæ rerum facile, difficiliterve ſint corruptibiles. Dubitationisq; ſolutio, quo pacto ignis corrumpitur, cùm ibi contrarium adeſſe non videatur.

OPortet autem accipere, quid facilè corruptibile in natura conſtantibus, & quid non facilè corruptibile; Ignis enim, & aqua, & his cognata, non habentia eandem virtutem, exiſtūt generationis, & corruptionis cauſas ſibi inuicem. quare & quælibet aliorum ex his exiſtētia, & conſtituta participare horum naturā rationa-

tionabile, quæcunq; non cõpoſitione ex multis ſunt, vt domus. De alijs igitur alia ratio? ſunt. n. & propriæ corruptiones multis entiũ, vt ſcientiæ, ſanitati, & ægritudini: hæc. n. corrumpũtur et nõ corruptis ſuſceptiuis, ſed ſaluatis, vt ignorantiæ quidem corruptio reminiſcentia, & diſciplina: ſcientiæ autem obliuio, & deceptio. Secundùm accidens autem conſequuntur naturalia aliorũ corruptiones? corruptis .n. aĩalib. corrumpũtur, & ſcientia, & ſanitas, q̃ in aĩalibus. Quapropter & de aĩa ratiocinabit quis vtique ex his. Si. n. eſt non natura, ſed queadmodũ ſcientia in aĩa, ſic & aĩa in corpore, erit vtique ipſius & alia corruptio p̃ter corruptionem, qua corrumpitur, corrupto corpore. Quare, qm̃ non vr̃ eſſe talis, aliter vtiq; habebit ad corporis cõmunionem. Fortè aũt vtiq; quis dubitabit rationabiliter, vtrum eſt, vbi incorruptibile erit, qđ corruptibile, vt ignis ſurſum, vbi nõ eſt contrarium. Corrumpunt̃ .n. q̃ qdem inſunt cõtrarijs ſm accidens, eò ꝙ illa corrumpuntur, interimũtur. n. cõtraria abinuicẽ. Scđm accidens autem nullum contrariorum in ſubſtantijs corrumpitur, ꝓpterea ꝙ de nullo ſubiecto prædicatur ſubſtantia. Quare cui non eſt contrariũ, & vbi nõ eſt, impoſſibile vtiq; corrumpi. Quid. n. erit corrumpens ſi à contrarijs quidem corrumpi accidit ſolis: hoc autem nõ exiſtit, aut omnino, aut hìc? An hoc ſic quidẽ verum eſt, ſic autẽ nõ? Impoſſibile enim materiam habenti nõ exiſtere aliqualiter contrarium. nã oĩno quoq; qdẽ ineſſe calidum aut rectum contingit, quodcunque autem eſſe impoſſibile aut calidum, aut rectum, aut album: erũt enim paſſiones ſeparatæ. Si igitur, quando igitur fuerint actiuum, & paſ-

ſibile,

ſibile, hoc quidem ſp agit, hoc aũt patitur, impoſſibile non tranſmutari. Prætcrea neceſſe eſt excremẽtũ facere: excrementũ aũt contrariũ, ex cõtrario.n.ſp tranſmutatio. excrementũ aũt reliquię prioris. Si aũt oẽ expellet, qđ actu cõtrariũ, & hic incorruptibile vtiq; erit. An nõ, ſed à cõtinente corrũpit. Si igit̃ ſufficiẽs, ex dictis ſit: ſin minus ſupponere oportet, ꝙ ineſt aliquid actu cõtrariũ, & excrementũ ſit. Quapp & minor flamma comburitur à multa ſecũdum accidens: quia alimentũ, quod illa in multo tempore conſumit fumum, hoc flamma multa citò. Quapropter oĩa ſemper in motu ſunt, & fiunt, aut corrumpuntur. cõtinens autem aut cooperatur, aut contra operatur. Et propter hoc tranſpoſita durabiliora quidem fiunt, & paucioris durationis natura. Aeterna autem nuſquam, quibuſcunque contraria ſint; confeſtim enim materia contrarium habet. Quare ſi quidem ipſius vbi, ſecundùm locum permutantur: ſi autem quanti, ſecundùm augmentum, & decrementum: ſi autem paſſionis, alterantur.

Caput Tertium. Non ex multis, quæ videri poſſent aſſumendas eſſe cauſas longitudinis, & breuitatis uitę, ſed ex aliis, quas ueras eſſe cauſas conſtat: quęq; exactiſſime declarãtur, in animalib. ſcilicet.

SVnt autem neque maxima incorruptibiliora; equus eñ homine breuioris vitæ. Neq; parua: pleraque enim inſectorum annua. Neq; plantæ omnino animalibus: annuæ enim quædam plantarum. Neq; ſanguine prædita: apis enim durabilior qũibuſdam ſanguine prçditis. Neq; exanguia: mollia enim annua quidem, exanguia autem. Neq; quæ in terra: etenim plã

tæ annuæ ſunt,& animalia pedeſtria. Neq; quæ in mari;etenim ibi breuis vitæ & oſtreacea, & mollia. Omnino autem quæ longiſſimæ vitæ in plantis ſunt, vt palma,& cupreſſus. deinde in ſanguine præditis animalibus magis, quàm in exanguibus:& in pedeſtribus, quàm in aquatilibus. Quare & copulatis in ſanguine præditis & pedeſtribus, quæ longiſſimæ vitæ animalium ſunt, vt homo, & elephas. Et utique quæ maiora, vt magna ex parte dicatur minoribus lõgioris vitæ. etenim & alijs accidit, quæ longioris uitæ ſunt, magnitudo, ſicut & dictis. Cauſam autem de his omnibus hinc vtique quis contẽplabitur. Oportet enim accipere, quòd animal eſt natura humidũ, & calidum, & ipſum uidere tale. ſenectus autem frigida,& ſicca,& quod mortuum. videtur enim ſic. Materia autem corporum exiſtentibus hæc, calidum & frigidum, & ſiccum & humidum: neceſſe igitur ſeneſcentia exiccari. Quapropter oportet nõ facile exiccabile eſſe humidum. & propter hoc pinguia imputribilia. Cauſa autem, quia aeris. aer autẽ ad alia ignis. ignis autem non fit putridus. Neque rurſum paucum oportet eſſe humidum; facile ſiccabile enim quod paucũ. Quapropter & magna & animalia,& plantæ, vt uniuerſaliter dicatur, longioris uitæ, quemadmodum dictum eſt prius: rationabile.n. maiora plus habere humidi. Non ſolùm autem propter hoc longioris uitæ. duæ enim cauſæ, quantum,& quale. quare oportet non ſolùm copiam eſſe humidi, ſed hoc,& calidum, vt neque facile gelabile, neq; facilè exiccabile ſit. Et propter hoc homines lõgæ vitæ, magis quibuſdam maioribus; longioris enim vitæ ſunt, quę deficiunt copia

humidi

humidi, ſi pluri ratione excedant ſecundùm quale, quàm deficiant ſecundum quantum. Eſt autem aliquibus quidem calidum pingue: quod ſimul facit non facile ſiccabile, & non facilè infrigidabile. quædam autem alium habẽt humorem. Item oportet futurum eſſe non leuiter corruptibile, non excrementitium eſſe; interimitur enim quod tale, aut morbo, aut natura: contraria enim eſt excrementi uirtus, & corruptiua, hæc quidem naturæ, illa autem particulę. Quapropter ſalacia, & multi ſeminis ſeneſcunt cito; ſemen enim excrementum, & amplius exiccat emiſſum. Et ꝓpter hoc mulus eſt longioris vitę æquo, & aſino, ex quibus genitus eſt, & fœminæ maribus, ſi ſalaces ſint mares. Quapropter & paſſeres maſculi breuioris vitæ fœminis. Adhuc autem & quicunque laborioſi maſculorum propter laborem ſeneſcunt magis; exiccat enim labor. ſenectus autẽ ſicca eſt. Natura autem, & vt in vniuerſum dicam, mares fœminis longioris uitæ. Cauſa autem, quia calidius animal mas eſt, quàm fœmina. Eadem autem in calidis longioris vitę ſunt, quàm in frigidis locis, propter eandem cauſam, propter quam quidem & maiora, & maximè notabilis magnitudo animalium frigidorum ſecundùm naturam. Quapropter & ſerpentes, & lacertæ, & ſquamoſa magna ſunt in calidis locis, & in rubro mari oſtreacea; augmenti enim calida humiditas cauſa, & uitæ. In frigidis autẽ locis magis aqueum eſt humidum, q̃d in animalibus eſt. quapropter facilè gelabile. Quare hęc quidem non fiunt omnino animalium, q̃ pauci ſanguinis, aut exanguia in ijs, quę ad Vrſam, locis, neq; pedeſtria in terra, neq; aquatilia in

mari: hæc autem fiunt quidem, minora autem & breuioris vitæ; aufert enim gelatio augmentum. Alimentum autem non ſumentia, & animalia, & plantæ corrumpũtur: cõſumit enim ipſum ſeipſum. quemadmodum enim multa flamma comburit, & corrumpit paucam, eo ꝙ alimentum conſumat; ſic naturale calidum primum concoctiuum conſumit materiam, in qua eſt. Aquatilia autem greſſilibus minus longæ vitæ; non quia humida ſimpliciter, ſed quia aquoſa. tale autem humidum facilè corruptibile, quia frigidum, & gelabile de facili. Et exangue, propter idem, niſi magnitudine recompẽſetur: neque enim pinguedinem habet, neque dulce: in animali enim quod pingue, dulce. Qua ꝑꝑ apes lõgioris vitæ ſunt alijs maioribus aĩalibus.

Caput Quartum. Quæ ſint cauſæ longitudinis, & breuitatis vitæ in ipſis plantis.

IN plantis autem ſunt, quę longiſſimę vitę: & magis, quàm in animalibus. Primum quidẽ, quia aquoſæ minus. quare non facilè congelabiles. Deinde habent pinguedinem, & viſcoſitatem, & ſiccæ, & terreſtres exiſtentes; tamen nõ habent facilè ſiccabile humidum. de hoc autem, quod eſt naturam arborum eſſe durabilẽ, oportet accipere cauſam: habet enim propriã ad animalia, præterquam ad inſecta: Nouę enim ſemper plantę fiunt. quapropter diuturnę. ſemper enim altera germina, hæc autem ſeneſcunt. & radices ſimiliter, ſed non ſimul: ſed aliquando quidem ſolus ſtipes, & rami perierunt, alteri autem adnati ſunt. Cùm autem ſic fuerint radices, aliæ ex exiſtente generantur. & ſic ſemper permanet, hoc quidem corruptũ, illud

illud autem factum. quapropter longæ vitæ. Aſſimulantur autem plantæ inſectis, ſicut dictum eſt prius; diuiſa enim viuunt, & duæ, & multæ fiunt ex vna. Inſecta autem vſque ad ipſum viuere peruenerunt, multo autem non poſſunt tẽpore; non enim habent inſtrumenta, neque facere poteſt ipſa principium, quod in vnoquoq;. Quod autem in planta, poteſt: vbique enim habet radicem, & germen potentia. Quapropter ab hoc ſemper prouenit, hoc quidem nouum, illud autem ſeneſcens, modico aliquo differentia in eo, quod eſt eſſe longæ vitæ, ſic, quemadmodum quæ aſplantatę. etenim in aſplantatione modo aliquo dicat vtique aliquis eadem accidere: particula enim quędam, quod aſplantatur. In aſplãtatione igitur ſeparatis accidit hoc, ibi autem per continuum. Cauſa autem, quia ineſt vbique principium, potentia exiſtens. Accidit autem idem in animalibus, & plantis. In animalibus enim lõgioris vitæ mares, vt in pluribus. horum autem ſuperiore maiora, quàm inferiora: magis enim naniformis mas, quàm fœmina: in ſuperiori autem calidum, & frigidũ in inferiori. Et plantarum quæ capite graues, longioris vitæ. tales autem, quæ non ſunt annuæ, ſed arboroſæ: ſuperius etenim plantæ, & caput, radix eſt, annuæ autem ad inferius & fructum accipiunt, & augmentum. Sed de hoc quidem ſecundum ſe in ijs, quę in Plantis, determinabitur: nunc autem de alijs animalibus dicta eſt cauſa de magnitudine vitæ, & de vitæ breuitate. Reliquum autem nobis conſiderare de iuuentute, & ſenectute, & vita, & morte: his enim determinatis finem vtique habebit, quæ dę animalibus methodus.

ARISTO-

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS

De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Reſpiratione.

Caput Primum. Viuentium omnium unam, eandemq́, numero eſſe partem, qua viuunt, ipſo verò eſſe plures, & diuerſas: eamq́, in medio eſſe.

DE Iuuentute autem & Senectute, & Vita & Morte nunc dicendum: ſimul autem & de Reſpiratione neceſſarium fortè cauſas dicere; quibuſdã enim animalium pp hoc accidit viuere, & non viuere. Qm̃ aũt de aĩa in alijs determinatũ eſt, & manifeſtum eſt, ꝙ non eſt poſſibile ſubſtantiam ipſius eſſe corpus, ſed tñ ꝙ in aliqua exiſtit corporis particula, manifeſtum, & in hac aliqua habẽtiũ virtutẽ in particulis. Aliæ igiĩ aĩæ aut partes, aut virtutes, qualitercun-

literc unq; oporteat vocare; dimittantur nunc.
Quæcunque autem animalia dicuntur & viue re, in his quidem quæ adepta ſunt vtraque hæc (dico autem vtraque, & quod eſt eſſe animal, & quod viuere) neceſſe eſt eandem eſſe & vnam particulã, ſecundùm quam viuit, & ſecundùm quam appellamus, ipſum animal. Animal enim ſecundùm ꝙ animal, impoſſibile eſt non viuere: ſecundùm ꝙ autem viuit, ſic animal exiſtere non neceſſarium; plantæ enim viuunt quidẽ, non habent autem ſenſum per ſentire autem animal à non animali diſterminamus. Numero igitur neceſſarium eſt vnam eſſe, & eandẽ hanc particulam, ipſo eſſe autem plures, & diuerſas. non enim idem animal eſſe, & viuere. Quoniã igitur propriorum ſenſorium vnum aliquod cõmune eſt ſenſorium, in quod eos qui ſecũdùm actum ſenſus neceſſarium obuiare: hoc autem vtique erit medium eius, quod anterius vocaẽ, & eius quod poſterius (anterius enim dicitur, in quo eſt nobis ſenſus: poſterius autem oppoſitum) adhuc autem diuiſo corpore, viuentium omnium ſuperius, & inferius (omnia enim habent ſuperius, & inferius: quare & plantæ) palam eſt, quòd nutritiuum principium habebũt vtique in medio horum; particulam enim ſecũdùm quam ingreditur alimentum, ſuperius vocamus, ad ipſam reſpicientes, ſed non ad ambiens totum: deorſum autem, ſm quam excrementum demittunt primo; Habet autem contrariè in plantis hoc, & animalibus. Homini enim pp rectitudinem maximè ineſt hoc animalium habere: quæ ſurſum particulã ad eã, quæ totius ſurſum, alijs autem intermedie. Plantis autem immobilibus exiſtentibus, & accipientibus

tibus

tibus ex terra alimentum, neceſſarium ſemper deorſum hanc habere particulam:proportionales enim ſunt radices plantis, & quod vocatur os,animalibus:per quod alimentum illæ quidē ex terra accipiunt,hæc autem ex ſeipſis.Tribus autem exiſtentibus partibus,in quas diuidunt omnia perfecta animalium:vna quidē, qua ſuſcipiunt alimentum:vna autem,qua excrementum emittunt:tertia aũt horum media : hæc in maximis animalibus vocatur pectus,in alijs autem proportionale. de articulata aũt eſt magis alijs q̄ alijs. Quęcunque aũt ipſorum ſunt gradientia adiunctas habent & particulas,quæ ad hanc adminiſtrationem, quibus totam ferant molem,crura,& pedes, & habētia eandem his virtutem.ſed principium quidem nutritiuę animæ in medio trium particularum ſm ſenſum eſſe vſ,& ſm rationem. Multa.n.animalia, ab latis vtriſque particulis,& ea, q̄ vocatur caput, & ſuſceptiua alimenti, viuunt,cum qua vtique fuerit medium.Palam autem in inſectis, vt veſpis, & apibus hoc accidere. Et multa quoque non inſectorum diuiſa poſſunt viuere pp nutritiuam. Talem aũt particulam actu quidem habent vnam,virtute autem plures: eodem.n.modo plantis cōſtituta ſunt:etenim plantæ diuiſæ viuunt ſeparatim, & fiũt multę arbores ab vno principio. Propter quam aũt cauſam plãtarum hæ quidem non poſſunt diuiſæ viuere, hæ aũt aſplantantur, alter erit ſermo. ſed ſimiliter ſe habent ſm hoc & plantæ, & genus inſectorũ. Neceſſe aũt & nutritiuam animã actu quidem in habentibus eſſe vnã,virtute aũt plures. Similiter aũt & ſenſitiuum principium; vũr.n.habere ſenſum diuiſa ipſorum. Sed vt ſeruēt natu-

ra,

ra, plantæ quidẽ poſſunt, hæc aũt non poſſunt: quia non habent inſtrumentà ad ſalutem, & quia indigẽ.ia ſunt hæc quidem capientis, hęc aũt ſuſcipientis alimentũ, hæc aũt & aliorũ ho rũ amborum: aſſimilantur. n. talia aĩalium mul tis aĩalibus, quæ ſimul coaluerint. Optimè aũt conſtituta aĩalia hoc non patiuntur, ꝓpea ꝙ na tura ipſorum, vt poſſibile eſt, maxime vna eſt. Quaꝑꝓ & paruum ſenſum quadam faciunt di uiſę particularum, quia habent aliquã aĩalem paſſionem: ſeparatis. n. viſceribus faciunt motum: vt & teſtudines, corde ablato. Adhuc aũt in plantis palã, & aĩalibus. In plantis quidẽ eã, quę ex ſeminibus gñationem conſiderantibus, & inſitiones, & aſplãtationes. Ex ſeminibus. n. gñatio accidit oĩbus ex medio: biualuijs. n. exiſtẽtibus oĩbus quã coaluerunt, contineť, & me diũ eſt vtriuſq; particularũ: hinc. n. ramuſculus oriť, & radix naſcentiũ. principium aũt mediũ horũ eſt. In inſitionibus aũt, & aſplãtationibus hoc maximè accidit circa nodos; eſt. n. principium quoddã nodus rami, ſimul aũt & mediũ. Quare aut hoc auferunt, aut in hoc inſerũt, vt aut ramus, aut radices ex hoc generenť, tãq̃ exiſtente principio ex medio germinis, & radicis.

Caput Secundum. Cor in animalibus primò fieri, principiumq; eſſe ſenſitiuæ, nutritiuæ, & augmentatiuæ virtutis: ac in eo ipſorum vitam conſeruari.

ET. animalium ſanguine prædltõrũ cor fit primò. hoc aũt palã ex ijs, quæ in contingentibus videre, cum adhuc fierent, contemplati ſumus. quare & in exanguibus neceſſariũ proportionale cordi fieri primò. Cor autẽ quò eſt venarum principium, in ijs, quę de partibus

animalium, dictum eſt prius, & quòd ſanguis ſ ſanguine præditis eſt vltimum alimentum, ex quo fiunt particulæ. Manifeſtum igitur, quòd vnam quandam operationem oris virtus miniſtrat, alteram autem ea quæ ventris circa alimẽtum, cor aũt prĩcipaliſſimum, & finem imponit. Quare neceſſe eſt & ſenſitiuæ, & nutritiuæ aïę in corde principium eſſe ſanguine prędiris; nã aliarũ particularum opera circa alimentum huius operis gratia ſunt: Oportet.n principale ad id, cuius gratia, deſinere; ſed non in ijs, quæ huius gratia, vt Medicus ad ſanitatẽ At verò q́ principale ſenſuum in hoc in ſanguinem habẽtibus omnibus ?. in hoc enim neceſſarium eſſe oĩum ſenſorium commune ſenſorium. Duos autem manifeſtè huc tendentes videmus guſtũ & tactum. quare & alios neceſſarium. in hoc enim & alijs ſenſorijs contingit fieri motum. hæc autem nihil tendunt ad eum, qui ſurſum locum. Sine is autem, ſi uiuere in hac particula: omnibus eſt, palam quod & ſenſitiuum principium neceſſarium; quà enim animal, hac & viuere dicimus. quà autem ſenſitiuum, hàc corpus animal eſſe dicimus Propter quid autem hi quidem ſenſuum manifeſtè tendũt ad cor, illi. aut. ſunt in capite (quapropter & uidetur quibuſdam ſentire animalia propter cerebrũ) cauſa in alijs dicta eſt ſeorſum. Per ea igitur quæ apparent palàm ex dictis, quòd in hac, & in medio corporis trium partium, ſenſitiuę animæ principium eſt, & augmentatiuæ, & nutritiuæ. Per rationem autem, quia naturam videmus in omnibus ex poſſibilibus facientem optimum. in medio autem ſubſtantiæ principio exiſtente vtroque, maximè perficit utraq; particularum ſuum.

ſuum opus:& conficiens vltimum alimentum, & ſuſcipiens.penes vtrunque enim ipſorum ſic erit,& eſt talis medij regio,regio principis.Prę terea vtens,& quo vtitur,oportet differre.vt au tem poteſtate, ita etiam contingat modo,quéadmodum fiſtulæ,& mouens fiſtulas manus. Si igitur animal determinatũ eſt, eò ꝙ habet ſenſitiuam animã, ſanguineis quidem neceſſariũ in corde hoc habere principium, exanguibus aũt in proportionali particula. Omnes autem particulæ, & totum corpus animalium habent quandam caliditatem naturalem. quapropter viuentia quidem videntur calida,morientia au tem, & priuata vita cõtrarium.Neceſſarium au tem eſſe caliditatis huius principiũ in corde ſan guinem habentibus, exanguibus autem in pro portionali:conficiunt enim, & concoquunt na turali calido alimentum omnia,maximè autem quòd principaliſſimum. Quapropter alijs quidem partibus infrigidatis remanet vita, eò autem qui in hoc,corrumpitur omnino, qa hinc principiũ omnibus dependet caliditatis, & anima,tanquam ignita in his particulis,exãguium quidem in proportionali,in corde autẽ ſanguine præditorum. Neceſſe eſt igitur ſimul vitam exiſtere,& calidi huius conſeruationem,& vocatam mortem eſſe huius corruptionem.

Caput Tertium. Ignem à duabus corrumpi cauſis, naturalemq́, etiam calorem: & ideo calorem refrigeratione quadam conſeruari.

AT verò ignis duas videmus corruptiones, marcorem,& extinctionem. Vocamus aũt eam quidem quæ à ſeipſo, marcorem, eam autem quæ à contrarijs, extinctionem.illam quidem

dem ſenectutem, hanc autem uiolentiam. Accidit autem ambas propter idem fieri corruptiones: deficiente enim alimento, non potente calido accipere alimentũ, corruptio fit ignis: contrarium enim, ceſſare faciens concoctionẽ, prohibet nutriri. Quandoque autem marceſcere accidit, cùm amplior congregatur calor, propterea quòd non reſpirat, neque infrigidatur. citò enim & ſic cõſumit alimentum, cùm multus congregatur calor, & præuenit conſumere, antequàm adſit exhalatio. Quapropter non ſolùm marceſcit minor ſecus maiorem ignem, ſed & ipſa per ſe lucernæ flamma impoſita in maiori flamma comburitur, ſicut quodcunque aliud vſtibilium. Cauſa autem, quia alimentum quidem exiſtens in flamma præoccupat prehendere maior flamma, prius quàm adueniat alterum. ignis autem perſeuerat ſemper fiens, & fluens, ſicut fluuius: ſed latet propter uelocitatem. Palam igitur, quòd, ſi quidem oportet ſeruari calidum, hoc autem neceſſarium, ſi victurum ſit, oportet fieri eius quod in principio calidi quandam refrigerationem. Exemplum autẽ huius accipere eſt, quod accidit in ſuffocatis carbonibus. ſi enim cooperti continue fuerint eo, quod uocatur ſuffocatorium, extinguuntur citò. ſi autem per uices quis faciat frequenter ablationem, & impoſitionem, manent igniti multo tempore. Occultatio autem ſeruat ignẽ: neque enim reſpirare prohibetur propter raritatem cineris, & obſtat ei, qui in circuitò aeri ne extinguatur, copia exiſtentis in ſeipſo caliditatis. Sed de cauſa quidem hac, quòd contrarium accidit occultato, & ſuffocato igni (hic enim marceſcit, ille autem permanet pluri tempore)

pore) dictum eſt & in problematibus. Qm̃ autẽ omne viuens animam, ipſam autem nõ exiſtit ſine naturali caliditate, ſicut diximus, plantis quidem per alimentum & continens ſufficiens fit auxilium ad naturalis calidi conſeruationẽ; Etenim alimentum facit refrigationem ingrediens, ſicut & hominibus, qui primum cibum ſumpſerant. Ieiunia autem calefaciunt, & ſitim faciunt; immotus enim exiſtẽs aer ſemper calefit. alimento autem ingrediente refrigeratur motus, donec vtique aſſumpſerit concoctionem. Si autem aut continens excedat frigiditate propter anni tempus, cùm ſit forte gelu, exiccantur: aut ſi æſtate fortes accidunt æſtus, & nõ poſſit, quod trahitur ex terra, humidum refrigerare. corrumpitur marceſcens calidum, & dicuntur ſphaceliſmum pati, & ſyderatæ fieri arbores his temporibus. Quapropter & genera quædam lapidum radicibus ſubdunt, & aquam in vaſis, vt radices infrigidẽtur plantarum. Animalium autem quoniam hæc quidẽ ſunt aquatilia, hæc autẽ in aere degunt, ex his & per hęc acquirunt refrigerationem, illa quidem aqua, hæc autem aere. Quò aũt modo & qualiter dicendum, ſermonem diligenter inſtituentibus.

Caput Quartum. Veterum de Reſpiratione opiniones examinandas eſſe. Reſpirationis autem varietatem pulmonis inſequi differentias.

DE Reſpiratione enim pauci quidẽ aliquĩ priorum Naturalium dixerunt, cuius tamen gratia exiſtit animalibus, hi quidem nihil enunciauerunt, hi autem dixerunt quidem, nõ bene autem dixerunt, ſed inexperte eorũ, quæ accidunt. Præterea omnia animalia aiunt reſpi

rare.hoc autem non eſt verum. Quare neceſſarium de his primo aggredi, ne videamur abſentes inaniter accuſare. Quod igitur, quęcunque animalium habent pulmonem, reſpirant omnia, manifeſtum. Sed & horum ipſorum quæcũque quidem exanguem habent pulmonem, & laxum, minus indigent reſpiratione. quapropter multo tempore poſſunt permanere iuxta corporis robur. Pulmonem autem laxum habent omnia ouipara, vt ranarum genus. Præterea mures amnici, atque teſtudines multo tempore manent in humidis; pulmo enim modicã habet caliditatem: pauci enim ſanguinis habẽt ipſum. Inflatus igitur ipſe motu refrigerat, & facit permanere multo tempore. ſi tamen cogat quis valde detinens longo tempore, ſuffocantur omnia; nullum. n. talium ſuſcipit aquã, ſicut piſcis. Habentia autem pulmonem refertũ ſanguine, omnia magis indigent reſpiratione pp copiam caliditatis. Aliorum autem, quæcunque non habent pulmonem, nullum reſpirat.

Caput Quintum. In quadam re damnato Democrito, Anaxagoræ, ac Diogenis de piſcium Reſpiratione confutantur opiniones.

DEmocritus igitur Abderita, & quidam alij, qui de reſpiratione dixerũt, nihil de alijs determinauerunt animalibus. viſi ſunt tñ dicere quaſi omnibus reſpirãtibus. Anaxagoras autem, & Diogenes omnia dicentes reſpirare, de piſcibus, & oſtreis dicunt quo reſpirant. Et ait Anaxagoras quidem, cùm emittũt aquam per branchias, eum, qui in ore ſit, aerẽ trahentes, reſpirare piſces; non. n. eſſe vacuum vllum. Diogenes aũt, cùm emittunt aquam per brãchias ex

cir-

circunſtãte circa os aqua, trahere vacuo quod in ore aerẽ, tanq̃ inexiſtente in aqua aere. Hęc aũt ſunt impoſsibilia. Primò.n. dimidium rei au ferunt, ppea φ dicunt cõe in altero ſolo. reſpiratio.n. vocatur. huius autem hoc quidem inſpiratio eſt, illud autem expiratio. de quà nihil dicunt, qũo expirant talia animalium. Neq; cõtingit ipſis dicere. cũ.n. reſpirauerint, hac, qua reſpirauerunt, iterum oportet expirare, & hoc ſp viciſſim facere. Quare accidit ſimul ſuſcipere aquam per os, & expirare aerem. neceſſe aũt obuiantia impedire alterum alterum Deinde, cùm emittunt aquam, tunc expirant per ora, aut per branchias. quare accidit ſimul & expirare, & reſpirare. tunc.n. aiunt ipſum reſpirare ſimul aũt reſpirare, & expirare impoſſibile. Quare ſi neceſſe reſpirantia expirare, & inſpirare, expirare aũt non contingit vllũ ipſorũ, palã eſt, φ neq; reſpirare ipſorum vllum. Præterea, dicere aerẽ trahere ex ore, aut ex aqua p os, impoſſibile; non n. habent arteriam, ppea φ pulmonem non habẽt, ſed ſtatim venter penes os eſt. quare neceſſarium ventre trahere. Hoc aũt & vtiq; facerent animalia. nunc aũt non faciunt, & ſi illa extra humidum eſſent, manifeſtè vtiq; hoc facerent. vñr aũt non facere hoc. Præterea omnibus reſpirantibus, & trahentibus ſpiritũ videmus quendam motum fieri particulæ trahentis. in piſcibus autem non accidit; nihil.n. videntur mouere eorum, quæ circa ventrem, niſi branchias ſolùm, & in humido, & in ſiccũ incidentes, cùm palpitant. Præterea, cum moriuntur ſuffocata in humidis omnia reſpirantia: fiunt ampullæ, ſpiritu exeunte violenter: vt ſi quis cogat teſtudines, aut ranas, aut aliquod

aliud talium generum. in piſcibus autem non accidit, experientibus oēm modum, tanq̄ & nō habētibus ſpiritum deforis vllum. Quo autem modo dicunt fieri reſpirationem ipſis, contingit & hominibus exiſtentibus in humido accidere. Si.n. piſces trahunt ex ea, quæ in circuitu oris aqua, propter quid hoc non vtiq; facerent & homines, & alia aīalia? & eum, q̄ ex ore vtiq; traherent ſimiliter piſcibus. Quare ſi quidē & illa eſſent poſſibilia, & hæc eſſent: qm̄ aūt non ſint, palā, ꝙ neq; in illis eſt. Ad hæc aūt, pp quā cauſam in aere moriuntur. & vīt palpitare ſicut, quæ ſuffocantur, ſi quidē reſpirant? non.n. vtiq; alimenti indigentia hoc patiuntur. Quam aūt dicit Diogenes cauſam, inſulſa; ait.n. ꝙ aerem multum valde trahunt in aere, in aqua aūt moderatū, & pp hoc mori. Etenim in pedeſtribus oportebat poſſibile eſſe hoc accidere, nūc aūt nullum, eò ꝙ valde reſpiret, ſuffocat pedeſtre aīal. Præterea, ſi oīa reſpirant; palam, quod & inſecta animalium reſpirant; vīr aūt ipſorum multa deciſa viuere, non ſolū in duas partes, ſed & in plures, vt q̄ vocant ſcolopendræ. q̄ qualiter, aut in quonā contingit reſpirare? Cauſa aūt maximè non dicendi bene de ipſis, ꝙ inexperti erant earū, quæ intus partiū, & non accipiebant gratia alicuius naturā oīa facere; quęrentes.n. cuius gratia reſpiratio aīalibus exiſtit. & in particulis hoc inſpicientes, vt in branchijs & pulmone, inueniſſent vtique citius cauſam.

Caput Sextum. Democriti de Reſpiratione opinio, ac ipſius impugnatio.

DEmocritus autem, quòd quidem ex reſpiratione accidit aliquid reſpirātibus, dicit inquiens

inquiens prohibere extrudi animam, non tñ, vt huius quidem gratia feciſſe hoc naturam quicquam dicit; omnino enim ſicut & alij Naturales, & iſte nihil tangit talis cauſæ. Dicit autem, ꝙ anima, & calidum hæ primæ figuræ ſphęricarum: Segregatis igitur ipſis a continente extrudente, auxilium fieri, reſpirationem inquit; in aere enim multum numerum eſſe talium, quas vocat ille intellectum, & animam. Reſpirante igitur, & ingrediente aere, coingredientia, & prohibentia extruſionem, prohibere in animalibus exiſtentem animam exire. Et propter hoc in reſpirando, & expirando eſſe viuere, & mori. cùm enim præualuerit continens cōprimēs, & non amplius deforis ingrediens poteſt prohibere, non potente reſpirare, tunc accidere mortem animalibus: eſſe enim mortem talium figurarum ex corpore exitum ex continentis expreſſione. Cauſam autem, quare omnib. quidem neceſſarium mori, non tamen quando cōtigit, ſed ſecundùm naturam quidem ſenectute, violentia autem præter naturam, nihil declarauit: quanuis oportebat, quoniam aliquando quidem vr̄ hoc fieri, aliqñ autem non vr̄, vtrum eadem cauſa extrinſecus eſt, an intus. Nō dicit autem neque de principio reſpirandi quæ cauſa, vtrum intrinſecus, an extrinſecus: neque em̄ qui fortis intellectus ſeruat auxiliū, ſed intrinſecus principium reſpirationis fit & motus, nō vt inferente vim ipſo continente. Inconueniēs autem, & ſimul continens comprimere, & ingrediens dilatare. Quę igitur dixit, & quomodo ferè hæc ſūt. Si aūt oportet putare vera eē prius dicta, & non omnia animalia reſpirare, non de omni morte cauſam putandū dictam eſſe hāc,

ſed ſolum in reſpirantibus. Quinimo neque in his bene. Palã aũt ex his, quæ accidunt, & talibus, quorum habemus oẽs experientiã. In æſtibus.n. cùm caleſimus magis, & reſpiratione magis indigemus, & crebrius reſpiramus oẽs. cùm autem ꝙ in circuitu ſit frigidum, & cõſtringat, & cõpingat corpus, detinere accidit ſpiritum. quamuis tunc oportebat de foris ingredientem prohibere compreſſionem. Nunc autem fit contrarium; Quando.n. multùm ualde congregatũ fuerit calidum, non expirantibus, tunc indigẽt reſpiratione, neceſſarium autem inſpirantes reſpirare. Aeſtuantes autem frequenter reſpirãt, tanquam refrigerationis gratia reſpirantes, quando quod dicitur facit ignis ad ignem.

Caput Septimum. Platonis de Reſpiratione decretum, & ipſius improbatio.

IN Timeo autẽ ſcripta circumpulſio, de alijs animalibus nihil determinauit, quo mõ ipſius calidi ſit ſalus, vtrum eodẽ, an propter aliã aliquam cãm; Si.n. ſolis pedeſtribus quod reſpirationis exiſtit, dicẽdum cauſam, quare ſolis. ſi autem & alijs, modus autem alius, & de hoc determinandum, ſiquidem poſſibile reſpirare omnibus. Præterea & fictitius modus cauſæ; exeũte enim extra calido per os, ambientẽ pullum aerẽ, qui fertus incidere in eundẽ locum ait ꝑ raras exiſtentes carnes, vñ internum exierat calidum, propterea ꝙ nihil eſt vacuum, circumobſiſtentibus inuicẽ. calefactum autem iterum exire ſecundùm eundem locum, & circumpellere intro per os aerem excidentem calidum, & hoc utiq; perſeuerare ſemper facientes, reſpirãtes, & expirantes. Accidit autem ſic putantibus

priuſ

prius expiratioñe fieri, q̃ inſpiratioñe. Signum autem, fiunt.n.adinuicem hęc viciſſim. morien tes autẽ expirant quare neceſſarium eſſe principium inſpiratioñe. Prętere cuius gratia hæc exiſtunt animalibus, dico autẽ reſpirare, & expirare, nihil dixerunt hoc mō dicentes, ſed velut de accidente aliquo enuntiant ſolum: quãuis principalia hęc videamus viuendi, & moriẽdi; cùm.n. reſpirare non poſſunt, tunc accidit corruptionem fieri reſpirantibus. Inſuper incõueniens calidi quidem per os exitum & iterum ingreſſum non latere nos, in pectus autem ſpiritus ingreſſum, & iterum calefacti exitum latere. Inconueniens autem & calidi reſpirationẽ introitum eſſe: apparet.n.contrarium, quod.n. expiratur eſſe calidum: quod autem inſpiratur, frigidum. Quando autem calidum fuerit, anhelantes reſpirant; quia.n.non refrigerat ſufficiẽter ingrediens, ſępe accidit ſpiritum trahere.

Caput Octauum. Reſpirationem non alimenti cauſa fieri contra nonnullos.

AT verò neq; alimenti gratia exiſtimãdum fieri reſpirationẽ, tanq̃ ꝙ alatur ſpiritu internus ignis, & reſpirante quidem tanquam ſuper ignem ſuccenſum fomitem adiici, alito autem igne fieri expirationem. Hæc.n. dicemus iterũ & ad hunc ſermonẽ, quæ quidẽ & ad priores; etenim in alijs animalibus oportebat hoc accidere, aut proportionale huic; omnia.n. habent caliditatẽ vitalem. Deinde & fieri calidum ex ſpiritu, quo oportet mō dicere, fictitium: magis.n.ex alimẽto hoc fieri videmus. accidit aũt per hoc ſuſcipere alimentum, & excremẽtum emittere. hoc autem in alijs non videmus fieri.

Caput Nonum. Empedoclis de Reſpiratione ſen tentia, & ipſius redargutio.

DIcit autem de Reſpiratione & Empedocles non tamen cuius gratia, neque de omnibus animalibus quicquam facit manifeſtum, ſiue reſpirant, ſiue non. & de ea, quæ per nares reſpiratione dicens putat & de præcipua dicere reſpiratione. Eſt autem & per arteriã ex pectoribus reſpiratio, & quæ per nares. ipſis autem naribus ſine illa non eſt reſpirare. & ea quidem, quæ per nares fit, reſpiratione priuata animalia, nihil patiuntur: ea autem, q̃ per arteriã, moriuntur; vtitur.n.natura pręter propoſitum ea, quæ per nares reſpiratione ad odoratum quibuſdam animalium. Quapropter odoratu ferè participant omnia animalia: eſt autem non omnibus idẽ in ſẽſum. Dictum eſt aũt de ipſis in alijs planius. Fieri aũt ait reſpirationẽ, & expirationẽ, ppea ꝙ venæ quædã ſunt, in quib. eſt quidẽ ſanguis, nõ tñ plenæ ſunt ſanguine. habent aũt meatus in eum, qui extra aerem, partibus quidem corporis minores, is autem quę aeris, maiores. quapropter ſanguine moueri ſurſum, & deorſum nato, deorſum quidem cùm fertur influere aerem, & fieri reſpirationem, ſurſum autem procedẽte excidere foris, & fieri expirationem, aſſimilans quod accidit ipſis clepſydris.

Sic autem reſpirant omnia, & expirant. Omnibus priuata ſanguine.

Carnium fiſtulæ extremum per corpus tenſæ ſunt:

Et ipſis oribus crebris perforatæ ſunt ſulcis.

Narium vltimæ ſummitates per totum: vt limpidum quidem.

Occulten:, ætheri autem facilè iter binijs diuiſum ſit.

Hinc

Hinc poſtea cùm irruerit tener ſanguis.
Aether reſonans deſcendet fluctu uehementi.
Cùm autem reſilit, iterum reſpirat. Ceu cum puella
Clepſydris ludens bene deducti aris.
Cùm quidem fiſtulæ tranſitum formoſa obſtruens manu.
In aquæ tingat tenerum corpus argentea:
Neque in uas adhuc imber ingreditur, ſed prohibet ipſum.
Aeris moles intro cadens ad foramina ſpiſſa.
Donec detexerit crebrum fluxum: ſed poſtea
Spiritu deficiente ingreditur pulchra aqua.
Eodem quoque modo cum aqua quidem occupet profunda aeris.
Tranſitu obſtructo humana manu, ſiue meatu.
Aether extrinſecus intro irruens imbrem arcet.
Circa portas Iſthmi: reſonantis, extrema obtinens,
Donec manu remittat, tunc autem iterum contra quam prius.
Spiritu ingruente ſubeſſluit aqua munda.
Similiter tener ſanguis, perturbans per uicos,
Cùm quidem retrocedens irruerit ad infimum,
Alter illico fluxus deſcendit, fluctu proruens:
Cùm autem reſilit, rurſus expirat æquale retro.

Dicit igitur hęc de reſpiratione. Reſpirant autem, quemadmodum diximus, maniſeſtè reſpirantia per arteriam, per os ſimul, & per nares. Quare ſi quidem de hac reſpiratione dicit, neceſſarium eſt quærere, quomodo congruit dicta ratio cauſæ; videt enim contrariū accidere: Eleuantes enim locum, quemadmodum folles in ærarijs, reſpirant, attollere autē calidum rationabile, habere quoque ſanguinem calidi locum, comprimentes autem, & conſtringentes, quemadmodum ibi folles, expirant. Veruntamen

men ibi quidem non per idem ſuſcipiunt aerē, & iterum emittunt, reſpirantes autem ſm idē. Si autem de ea, quæ per nares dicit ſola, plurimum aberrauit; non eſt reſpiratio narium propria, ſed per canalem, qui circa guttur, qua extremum palati in ore comperforatis naribus ꝓcedit hoc quidem ipſius ſpiritus hac, hoc autē per os, exiens ſimiliter, & ingrediens. Ab alijs igitur dicta de reſpiratione tales, & tantas habet difficultates.

Caput Decimum. Cunctis animalibus refrigerationem neceſſarium eſſe ad eorum ſalutem.

QVoniam autem dictum eſt prius, quòd ipſum viuere, & animæ habitus cum caliditate quadam eſt (nam cōcoctio, per quā alimentúm fit animalibus. neq; ſine anima, neque ſine caliditate eſt: igne.n. operatur omnia) propter quod quidem in quo primo loco corporis, & in qua prima loci huius parte principiū neceſſarium eſt eſſe tale, hic & primam nutritiuam animam neceſſarium eſt exiſtere. Iſte aūt eſt medius locus ſuſcipientis alimētum, & per quem emittunt excrementum. Exanguibus igitur innominata, ſanguineis autem cor hęc particula eſt; alimentum enim, ex quo iam fiunt partes animalibus, ſanguinis natura eſt, ſanguinis autem, & venarum idem principium eſſe neceſſarium, alterius .n. gratia alterum eſt, vt vas, & ſuſcipiens. Principium autem venarum ſanguineis cor; non enim per hoc, ſed ex hoc pendent omnes, palàm autem hoc nobis ex diſſectionibus. Alias igitur virtutes animæ impoſſibile exiſtere ſine nutritiua, propter quam autē cauſam, dictum eſt prius in ijs, quæ de Anima.

Hanc autem ſine naturali igne;in hoc enim natura igniuit ipſam.Corruptio autem ignis, que admodam dictum eſt prius, extinctio, & marcor.extinctio quidem,quæ à contrarijs:quapropter,& ſimul vniuerſus a continentis frigiditate,& celerius adhuc extinguitur diuulſus Hæc igitur corruptio violenta,ſimiliter in inanimatis,& animatis eſt: etenim inſtrumentis cùm diuiditur animal,& concreſcit propter frigoris exuperantiam,moriuntur. Marcor autem propter copiã caliditatis. Etenim ſi excedat,quod circum eſt calidum, & alimẽtum non accipiat, corrumpitur,quod ignitur,non frigeſcens, ſed marceſcens. Quare neceſſe eſt fieri refrigerationem,ſi debet ſalutem adipiſci. hoc enim auxiliatur ad hanc corruptionem.

Caput Vndecimum, Quo in loco, & per quas vias refrigeratio in diuerſorum generum animalibus fiat.

QVoniam autem animalium hæc quidem aquatilia ſunt, hæc autem in terra faciũt conuerſationem,horum paruis quidem omnino,& exanguibus facta ex cõtinente, aut aqua,aũt aere infrigidatio ſufficiens eſt ad auxilium corruptionis huius;modicum enim habentia calorem modico indigent auxilio.Quapropter & breuis vitæ ferè omnia talia ſunt:ad ambo enim modicam ſortiuntur propenſionẽ. Quæcunq; autem longioris vitæ inſectorum (exanguia enim ſunt omnia inſecta)his ſub ſepto trãſuerſo diſſectum eſt, vt per ſubtiliorem exiſtentem membranam refrigerentur; magis enim exiſtentia calida ampliori indigent refrigeratione,vt apes;apum enim quædam viuunt

etiam ſeptem annis, & alta quæcunq; bombũ edunt, vt veſpæ, & ſcarabæi, & cicadæ: etenim ſonũ faciunt ſpiritu, velut anhelãtia. cùm.n.in ipſo ſepto trãſuerſo innatus ſpiritus attollitur, & conſidet, accidit ad membranam fieri attritionẽ: mouent.n. locũ hunc, quẽadmodũ reſpirantia deforis pulmone, & piſces branchijs. Simile enim accidit, atq; ſi quis aliqua reſpirãtiũ ſuffocet, os detinens etenim hæc facient pulmone eleuationẽ hanc, ſed his quidẽ non ſufficientẽ facit talis motus refrigerationẽ, illis aũt ſufficientẽ. Et attritione ad mẽbranã faciunt bõbum, quẽadmodũ diximus, qualem per arundines perforatas pueri, quando ſuperpoſuerunt membranam tenuem, propter enim cicadarũ canentes canunt, calidiores. n. ſunt & diſſectũ eſt ipſis ſub ſepto tranſuerſu, non canentibus aũt hoc eſt nõ ſciſſum. Et ſanguine ẽt ꝑditorũ, & pulmonẽ habentiũ, pauci aũt ſanguinis habentiũ, & laxũ, q̃dã horum multo tp̃e pñt irreſpiranter viuere. quia pulmo eleuationem habet, multam paucum habens ſanguinem, & humidum: proprias enim motus ad multum tempus ſufficit refrigerens, tandẽ autem non poſſunt, ſed ſuffocantur non reſpirantia, quemadmodum dictũ eſt & prius. marcoris enim, qui quia non refrigeraretur corruptio, vocatur ſuffocatio: & quæ ſic corrumpitur, ſuffocati dicimus. Quod autem non reſpirãt inſecta animalium, dictum quidem eſt & prius, manifeſtum autem eſt & in paruis animalibus, vt muſcis, & apibus, in humidis enim multo tempore ſupernatant, niſi valde ſit frigidũ, aut calidum, quam vis modicam habentia virtutem crebrius exigunt reſpirare: ſed corrumpuntur hæc, & dicuntur

cuntur

cuntũr ſuffocati,repleto ventre,& corrupto hu
mido,quod in ſepto tranſuerſo, quapropter &
in cinere demorata reſurgũt.Et eorum quoq; ,
hæc in humido viuunt,quæcunq; exanguia plu
ri tempore viuunt in aere ſanguinem habenti
bus,& ſuſcipientibus mare,vt piſcibus.Propte-
rea enim quod habent modicum calidum, aer
ſufficiens eſt ad multum tempus refrigerare,vt
cruſtaceis,& polypis,non tamen prorſus ſuffi-
ciunt ad viuendum; quia ſunt pauci caloris:
quoniam & piſcium multi viuunt in terra, im-
mobiles tamen,& inueniantur defoſſi.quæcun
que enim non omnino habent pulmonem, aut
exanguem,minus indigent refrigeratione. De
exanguibus igitur,quòd his quidem continens
aer, his autem humidum auxiliatur ad vitam,
dictum eſt.In ſanguine autem præditis , & ha-
bentibus cor,quæcunque quidem ipſorum ha-
bent pulmonem , omnia ſuſcipiunt aerem , &
refrigerationẽ faciunt per reſpirationem, & ex
pirationem . Habent autem pulmonem & viui-
para in ſeipſis,& non foris ſolum: cartilaginea
enim animal pariunt quidem; ſed non in ſeip-
ſis.& ouiparorum,& pennata,vt aues, & corti-
cata,vt teſtudines ,& lacertæ,& ſerpentes.Illa
igitur ſanguine præditum, horum autem pluri
ma pulmonem habent laxum,quapropter & re
ſpiratione vtuntur rarius , quemadmodum di-
ctum eſt,& prius vtuntur autem omnia,& quæ
cunq; morantur,& degunt in aquis, vt hydro-
rum genus & ranarum,& crocodylorũ,& mu-
res aquatiles,& teſtudies marinæ,& terreſtres,
& vituli marini;omnia enim hæc,& talia & pa-
riunt in ſicco,& dormiũt aut in ſicco,aut in hu
mido extollentia os propter reſpirationẽ.Quę-
cunque

quinq; autem branchias habent, omnia refrigerãtur ſuſcipientia aquã, habet aũt brãchias genus eorũ, q̃ cartilagine vocant, & aliorũ q̃ ſine pedibus, ſine pedibus aũt piſces oẽs; etenim q̃ habent, ſecundũ ſimilitudinem alarum habẽt. Pedes autẽ habentium, vnum habet brãchiã ſolum eorum, quæ uiſa ſunt, q vocatur cordulus. Simul aũt pulmonem, & branchias nullum uiſum eſt vnquã habens. Cauſa aũt, quia pulmo quidẽ gratia refrigerationis à ſpiritu eſt (videt enim & nomẽ accepiſſe pulmo, pp ſuſceptionẽ ſpiritus) branchiæ autem ad refrigerationem ab aqua, vnum autem ad vnum opportunum inſtrumentum, & vna refrigeratio ſufficiens eſt omnibus. Quare quoniã fruſtra nihil videmus faciente in naturã, duobus autem exiſtentibus alterum vtiq; eſſet fruſtra, pp hoc hęc quidẽ habent brãchias, illa aũtẽ pulmonẽ, ambo autem nullum. Qm̃ autem ad ipſum quidẽ eſſe alimento indiget animalium vnumquodq;, ad ſalutẽ autẽ refrigeratione, eodẽ inſtrumẽto utit natura ad ambo hæc: & quemadmodum quibuſdã lingua & ad ſapores, & ad interpretationẽ, ſic habentibus pulmonem vocato ore & ad cibi cõfectionem, & ad expirationem, & reſpirationẽ. non habentibus autẽ pulmonẽ, neq; reſpirantibus, os quidẽ ad confectionẽ cibi, ad refrigerationẽ autem & cibi aſſumptionem indigẽtibus refrigeratione branchiarũ exiſtit natura. Qualiter igitur dictorum inſtrumentorum virtus facit refrigerationem, poſterius dicemus. Ad non impediendum autem cibum, ſimiliter & reſpirantibus accidit, & ſuſcipientibus humidum. neq; enim reſpirantes ſimul ſuſcipiunt cibum, alioqui accidit ſuffocari ingrediente alimento

aut

aut ſicco, aut humido ad pulmonem per arteriam; prius enim ſita eſt arteria gula. per quam alimentum progreditur in vocatum ventrem. Quadrupedibus igitur, & ſanguine præditis habet arteria, velut operculum ligulam. Auibus autem, & quadrupedum ouiparis non ineſt, ſed contractione idem faciunt; ſuſcipientia enim cibum, hæc quidem conſtringunt, illa autem ſuperponunt ligulam, progreſſo autem, hæc quidem attollunt, illa autem dilatant, & ſuſcipiũt ſpiritum ad refrigerationem. Habentia autem branchias, dimittentia per has humidum, per os ſuſcipiunt cibum; arteriam enim non habẽt, quare hæc quidem nihil utique lædentur ab interlapſu humidi, ſed in ventrem ingrediente aqua, quapropter velocem faciũt emiſſionem, & ſuſceptionem alimenti, & dentes acutos habent, & omnia ferè ſunt ſerratis dentibus; non enim contingit comminuere cibum.

Caput Duodecimum. Quo pacto aquatilia quædam animalia pulmonem habentia refrigerentur, & cibum capiant.

CIrca cetacea autem aquatilium dubitabit vtiq; aliquis, habẽt enim & illa ſecundùm rationẽ) vt circa delphinos & balneas, & aliorũ quæcunq; habent uocatam fiſtulam; hæc enim ſine pedibus quidem ſunt, habentia autem pulmonem ſuſcipiunt mare. Cauſa autem huius, id, quod nunc dictum eſt Non enim refrigerationis gratia ſuſcipiunt humidum; hoc enim fit ipſis reſpirantibus: habent enim pulmonem. quapropter & dormiunt extollentia os, & ſtertunt delphini, inſuper ſi capiantur retibus, citò ſuffocantur, propterea quod non reſpirant,

ſpirant, & ſupernatantia videntur talia in mari, propter reſpirationem, ſed quoniam neceſſarium eſt facere alimentum in humido, neceſſarium ſuſcipientia humidum emittere: Et propter hoc habent omnia fiſtulam. ſuſcipientia enim aquam, quemadmodum piſces per branchias, hæc per fiſtulam expellunt aquam. ſignũ autem & poſitio fiſtulæ, ad nullum enim ſanguine præditorum terminatur, ſed ante cerebrum poſitionem habet, & emittit aquam. Propter idem autem hoc ſuſcipiunt & mollia aquã & cruſtata, dico autem, vt quæ vocantur locuſtæ, & cancri; refrigeratione enim ipſorum nullum indiget: pauci caloris enim eſt, & exangue vnumquodque ipſorum, quare ſufficienter refrigerantur à continente humido, ſed propter alimentum, ne ſimul ſuſcipientibus influat humidum. Cruſtata igitur, velut & cancri, & locuſtæ, iuxta aſpera emittunt aquam per applicamenta: ſepiæ verò, & polypi per concauũ, quod eſt ſuper vocatum caput. Scriptum eſt autem de ipſis diligenter magis in ijs, quę de animalium Hiſtorijs. De ſuſceptione igitur humidi dictum eſt, quod accidit propter refrigerationem, & propterea quòd oportet ſuſcipere alimentum ex humido quæ ſecundùm naturam ſunt aquatilia animalium.

Caput Decimumtertium. Quo pacto fiat refrigeratio in animalibus, & reſpirantibus, & non reſpirantibus. Increpatio Empedoclis de cauſa diuerſarum habitationum ipſorum animalium. De ſitu cordis in ipſis animalibus.

DE refrigeratione autem quo fit modo & reſpirantibus, & habẽtibus brãchias, poſt

hæc

hæc dicendum. Quòd igitur reſpirant quæcunque animalium habent pulmonem, prius dictum eſt. Propter quid autem hanc particulam habent quædam, & propter quid habentia indigent reſpiratione. Cauſa habendi quidem, quod honorabiliora animalium plurem aſſecuta ſunt caliditatem; ſimul enim neceſſe & animam aſſecuta eſſe honorabiliorem. honorabiliora enim hæc, quàm natura plantarum. Quapropter & maxime habentia pulmonem ſanguineum, & calidum, dum & maiora magnitudinibus, & quòd puriſſimo, & plurimo vſum ſanguine animalium, erectiſſimum eſt homo. & ſurſum ad totius ſurſum habet ſolum, propterea quòd talem habet hanc particulam. Quare & ſubſtantię, huic & alijs ponendum eſt cauſam ipſam, quemadmodum quancunque aliam particulam. Habent igitur gratia huius. Ea autẽ, quæ ex neceſſitate, & motus cauſa oportet putare talia conſiſtere animalia: quemadmodum & non talia multa conſtituta ſunt, hæc enim exterra ampliori facta sũt, vt plantarum genus, hęc aũt ex aqua, vt aquatilium, volatilium autem, & pedeſtrium, hæc quidem ex aere, illa autem ex igne. Singula autem in proprijs locis habẽt ordinem ipſorum. Empedocles autem non rectè hoc dixit, dicens calidiſſima maximè, & ignem habentia plurimum animalium aquatilia eſſe, fugientia exceſſum eius, quæ in natura, caliditatis, vt quoniam frigido, & humido deficiunt, in loco ſeruentur contraria exiſtẽtia, humidum enim calidum eſſe minus aere. omnino igitur abſurdum. quõ contingit factum vnumquodque ipſorum in ſicco, permutare locum ad humidum.

ferè enim ſine pedibus plurima ipſorum ſunt. Dicens autem ipſorum à principio conſtitutionem genita quidem eſſe in ſicco ait, fugientia autem veniſſe ad humidum. Præterea neque videntur calidiora eſſe, quàm pedeſtria; hæc enim ipſorum exanguia omnino, hęc autem pauci ſanguinis ſunt. Sed qualia quidem dicere oportet calida, & frigida ſecundùm ſe conſiderationem ſumpſit. De qua autem dixit cauſa Empedocles, aliquo quidem modo habet quæſitam rationem, non tamen quod ait ille, verum eſt. Habituum enim exceſſus habentia, loca contraria, & anni tempora conſeruant; natura autem in proprijs maximè ſeruatur locis; non enim eſt idem & materia animalium, ex qua eſt vnumquodque, & habitus, & diſpoſitiones ipſius. Dico autem, vt ſi quid ex certa conſtituiſſet natura, non vtique in calido ponens ſeruaſſet, neque ſi quid ex glacie. corruptum enim fuiſſet vtique citò; propter contrarium: liquefacit enim calidum, quod à contrario conſtitutũ fuit. Neque ſi quid ex ſale, aut nitro conſtituiſſet, in humidum vtique ferens depoſuiſſet; corrumpit enim humidum, quæ à ſicco, & calido conſtituta ſunt. Si igitur materia omnibus corporibus humidum, & ſiccum, rationabiliter quæ quidem ex humido conſtituta ſunt, in humido ſunt: quæ autem ex ſicco, in ſicco: Propter hoc arbores non in aqua naſcuntur, ſed in terra, quamuis eiuſdem rationis eſt in aquam; proptereà quòd ipſæ quàm ſiccæ ſunt, quemadmodum prægnea ait ille. non enim propter frigidum venirent in ipſam, ſed quia humida. Naturæ igitur materiæ, in quali quidem loco

ſunt,

ſunt, tales exiſtentes ſunt: quę quidem in aqua, humidæ: quæ autem in terra, ſiccæ: quæ autem in aere, calidæ. Habitus tamen, qui quidem excedentes ſunt caliditate, in frigido: qui autem frigiditate, in calido poſiti ſeruantur magis; reducit enim ad mēſuratum locus habitus exceſſum. Hoc igitur oportet quærere in locis proprijs vniuſcuiuſque materiæ, & ſecundùm permutationes communis temporis anni; habitus enim contingit locis contrarios eſſe, materiam autem impoſſibile. Quòd igitur non propter caliditatem naturę hęc quidem aquatilia: hæc autem pedeſtria animalium ſunt, quemadmodū Empedocles ait, tot dicta ſint: & cur hæc quidem non habent pulmonem, hæc autem habent. Propter quid autem habentia ſuſcipiunt aerem, & reſpirant, & maximè ipſorum quæcunq; habent ſanguine præditum. Cauſa reſpirādi quidē pulmo laxus exiſtens, & plenus fiſtulis & maximè vtiq; ſanguinea hæc particula, inter ea, q̄ vocant viſcera. Quæcunq; itaq; habent ipſam ſanguine præditam, celeri quidem indigent refrigeratione, propterea quòd parua eſt propenſio animalis ignis. intro autem ingredi per totum propter copiam ſanguinis, & caliditatis. hæc autem ambo aer quidem poteſt facilè facere, ꝓpterea enim quòd habet tenuē naturā, & per totum & celeriter penetrans refrigerat aqua autem contrarium: Et cur maximè reſpirant habentia pulmonē ſanguineum; ex his palam; quod enim calidus ampliori indiget refrigeratione. Simul autem & ad principium caliditatis, quæ in corde progreditur ſpiritus de facili. Quo autem modo cor perforationem habet ad pulmonem, oportet cōtem-

Et non potentibus mouere, reſpirantibus quidem pulmonem, aquatilibus autem brăchias, propter paſſionem, aut propter ſenectutem tūc accidit.

Caput Decimumquartum. De cauſis vitæ, ac mortis earumq; definition e: iuuentutis item ſenectutis, atque vigoris.

Est igitur omnibus animalibus commune generatio, & mors. modi autem differunt ſpecie; non enim indifferens corruptio, ſed habet aliquid commune: Mors enim eſt, hæc quidem violenta, illa autem ſecundum naturam. Violenta quidem, quando principium extrinſecus fuerit. Secundùm naturam autem, quando in ipſo, & partis conſiſtentia ex principio talis, ſed non aduenientia aliqua paſſio. In plantis igitur ariditas, in animalibus autem vocatur hæc ſenectus. Eſt autem mors, & corruptio omnibus ſimiliter non imperfectis, his autem aſſimiliter quidem, alio autem modo. Imperfecta autem dico, vt oua, & ſemina plantarum, quæcunque ſine radice. omnibus igitur corruptio fit propter calidi defectum. perfectis autem, in quo ſubſtantiæ principium. hoc autem eſt, quemadmodum dictum eſt prius, in quo ſurſum, & deorſum copulantur. plantis quidem medium germinis, & radicis, animalium autem, ſanguineis quidem cor, exanguibus autem proportionale. Horum autē quædam potētia multa principia habent, nō tamen actu. quapropter & inſectorum quędam diuiſa viuunt. Et ſanguine præditorū quæcunq; non viuacia valde ſunt, multo tēpore viuunt

uunt exempto corde, vt teſtudines: & mouētur pedibus adhuc exiſtentibus puſilis, propterea quod non compoſita ſit natura ipſorum bene: ſimiliter in ſectis. Principium autem vitæ deficit habētibus, cùm non refrigeratur calidū cōmunicans ipſi. quemadmodum enim dictū eſt multoties, contabeſcit ipſum à ſeipſo. Quando igitur his quidem pulmo, illis autem branchiæ obdureſcant, pp temporis longitudinem deſiccatis, illis quidem branchijs, his autem pulmone; & fac̄tis terreſtribus, non poſſunt has partes mouere, neq; eleuare, & contrahere. tandē autem facta intenſione marceſcit ignis. Quapropter & paruis paſſionibus aduenientibus in ſenectute, celeriter moriuntur; propterea em̄ quòd paucum eſt calidum, velut plurimo euaporato in multitudine vitæ, ſi qua vtique intenſio fiat particulę, citò extinguitur, quemadmodum momentanea, & parua in ipſo flamma exiſtentę, propter paruum motum extinguitur. Quapter, & ſine dolore eſt, qua in ſenectute, mors. nulla enim uiolenta ipſis paſſione contingente, moriuntur: ſed inſenſibilis animæ abſolutio fit omnino. Et morborum quicūq; faciūt pulmonem durum, aut tuberculis, aut excremētis, aut caliditatis ægritudinalis exceſſu, quemadmodum in febribus, crebrum ſpiritū faciūt; propterea quòd non poſſunt pulmonem longè tollere ſurſum, & deprimere. tādem autē, quando non amplius poſſunt mouere, moriūtur expirantes. Generatio igitur eſt prima participatio cum calido nutritiuæ animæ. Vita aūt manſio huius. Iuuēntus autem eſt primę refrigeratiuæ particulæ augmentatio. Senectus autem, huius decrementum. Status autem, horum medium.

dium. Mors autem, & corruptio, violenta quidem, calidi extinctio, & marcor(corrumpetur enim vtiq; propter ambas has cauſas) quæ aũt ſecũdùm naturam eiuſdem huius marceſactio propter temporis longitudinem facta, & perfectionem. in plantis igitur ariditas, in animalib. autem vocatur mors. Huius autem, quæ quidẽ in ſenectute mors, marcor particulæ propter impotentiam refrigerandi, à ſenectute. Quid igitur eſt generatio, & vita, & mors, & propter quas cauſas inſunt animalibus, dictum eſt. Palam autem ex his, & propter quam cauſam reſpirantibus quidem animalium ſuffocari accidit in humido, piſcibus autem in aere; Illis eñ per aquam refrigeratio fit, his autem per aerẽ; quibus vtraq; priuantur permutantia locos. Cũ itaq; motus illis quidem branchiarum, his autem pulmonis; quæ cùm eleuãtur, & conſidũt, hæc quidem expirant, & inſpirant, illa autem ſuſcipiunt humidum, & emittunt. Præterea cõſtitutio inſtrumenti hoc ſe habet modo.

Caput Decimumquintum. De Saltu, Pulſu, ac Reſpiratione, cordi accidentibus.

TRia autem ſunt, quæ accidunt circa cor, q̃ videntur eandem naturam habere, habẽt aũt non eandem, ſaltus, & pulſus, & quod reſpirationis. Saltus igitur eſt compulſio calidi, ꝗ in ipſo propter refrigerationem excrementitiã, aut colliquatricem, vt in morbo, q vocatur palpitatio, & in alijs morbis, & timoribus; etenim timentes infrigidantur ſecundùm ſuperiora. Calidum autem fugiens, & contractum facit motum in paruum conſtrictum, ita vt aliquan-

do extinguantur animalia, & moriantur propter timorem, & propter paſſionem morboſam. Accidens autem pulſatio cordis, quam ſemper videtur faciens continuè, ſimilis tuberculis eſt, quem faciunt motum cum dolore, propterea quod præter naturam eſt ſanguinis permutatio. fit autem, vſquequo ſuppurauerit concoctus. Eſt autem ſimilis bullitioni hæc paſſio; bullitio enim fit, cùm inflatur humidum à calido: eleuatur enim, propterea quòd amplior fit moles. Quies autem in tuberculis quidem, ſi non perſpirauerit, craſſiore facto humido, putrefactio. bullitioni autem excidentia per terminantia. In corde autem ſemper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulſum, eleuantis vltimam tunicam cordis. & hoc ſemper fit continue; affluit enim ſemper humidum, ex quo fit ſanguinis natura. primò enim in corde fit. palam autem in generatione à principio: nondum enim diſtinctis venis, videtur habere ſanguinem. Et propter hoc pulſat magis iunioribus, quàm ſenioribus: fit enim exhalatio amplior iunioribus. Et pulſant venæ omnes, & ſimul inuicem, propterea quòd pendet omnes à corde. mouet autem ſemper. quare & illæ ſemper, & ſimul inuicem, quando mouet. Reſilitio igitur eſt, facta obuiatio ad frigidi compulſionem. Pulſatio autem humidi calefacti inflatio. Reſpiratio autem fit, cum augmentatur calidum, in quo principium nutritiuum. quemadmodum enim & alia indigent alimento, & illud, & alijs magis; etenim alijs illud alimenti cauſa eſt. Neceſſe itaque amplius factum eleuare

instru-

inſtrumentum. Oportet autem exiſtimare conſtitutionem inſtrumenti ſimilem quidem eſſe follibus, qui in ærarijs (non longe enim neque pulmo, neque cor, vt ſuſcipiat figuram talem) duplum autem eſſe quod tale. oportet enim in medio eſſe nutritiuum naturali virtutis. Eleuatur igitur, maius factum. cùm autem eleuat, neceſſarium eleuari & continentem ipſum particulam. Qaod quidem videntur facere reſpirantes, eleuant enim pectus, propterea quòd principium exiſtens in ipſo huius particulæ idem hoc facit. cùm enim eleuatur, quemadmodum in folles, neceſſariũ induci aerem, qui deforis, & frigidum exiſtentem, & refrigerantem extinguere exceſſum ignis. Quemadmodum autem creſcente, eleuabatur hæc particula, & decreſcente, neceſſariũ conſidere. & conſidẽte, exire aerem. qui ingreſſus fuit, iterum: ingredientem quidem frigidum, exeũtem autem calidum propter tactum calidi exiſtentis in particula hac, & maximè in habentibus pulmonem ſanguine refertum: in multos enim velut canales, fiſtulas incidere, quæ in pulmone, quarum ſecus quancunque protenſæ ſunt venæ, ita vt videatur totus pulmo eſſe plenus ſanguine. Vocat̃ autem ingreſſus quidem aeris reſpiratio: exitus autẽ expiratio. Et ſemper ſanè hoc continuè fit, quandiu vtique viuant, & mouean. hanc particulam cõtinuè. & propter hoc in reſpirando, & expirando eſt ipſum viuere. Eodem autem modo & piſcibus motus fit brãchiarum; cùm enim eleuet calidum, quòd in ſanguine per partes, eleuantur & branchiæ, & pertranſit aqua. deſcẽdente autem ad cor per meatus, & refrigeſcente,

conſi-

conſidunt,& emittunt aquam. Semper autem cùm eleuetur id, quod in corde, ſemper ſuſcipit iterum refrigeſcentem. Quapropter & illis viuendi,& non viuendi finis eſt in reſpirando,& his in ſuſcipiendo humidum. Et de vita quidem & morte,& de cognatis huius ſpeculationis, ferè dictum eſt de omnibus.

ARISTO-

ARISTOTELIS LIBRI DE SANITATE ET MORBO INITIVM.

DE ſanitate verò, morboque non ſolùm Medici, ſed & Naturalis eſt cauſas quadantenus dicere. Quatenus verò hi differãt, & quatenus diuerſa contemplentur, latere non oportet. Equidem quod confinis ſit quadantenus hæc Medici, Naturaliſque tractatio, & id quod efficitur, teſtatur; nam & Medici, quicunque diſerti, ac diligentiores, de natura dicunt, & principia inde ſumere dignantur, & inter eos, qui de natura tractant, elegantiſſimi ferè vſque ad medicinalia principia deſinunt.

Reliqua deſiderantur.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S
T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt
Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh
Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp
Qqq Rrr.

Omnes ſunt Quaterniones.



VENETIIS,
Apud Nicolaum Morettum.
M D LXXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE